ANDREÆ TIRAQVELLI REGII IN CVRIA PARISIENSI SENATORIS,

Operum Tomus Secundus,

CONTINENS

COMMENTARIA IN L. SI VNQVAM C. DE REVOC. DON.

Nunc denuò postrema hac omnium editione emendata, & diligentissime castigata.

In quibus præter propriam, ac peculiarem eius l. materiam, disertè multa, in omni disciplinarum genere, & copiosè tractantur: quæ tertia post hanc paginam indicabit.



VERONÆ. M D XC.

ANDREÆ
TIRAQVELLI
In l. hanc distichon.

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis,
Omnis & hac constat lege parentis amor.

ALIVD.

Est legis natura parens, eandemq́ magistra,
Si nescis, legito hac, continuoque scies.

MICHAELIS TIRAQVELLI,
auctoris filii, aliud distichon in
eandem l.

Lex ait, id munus reuocari, quod sine natis
Quis dat, si natos postea suscipiat.

ALIVD.

Lex hæc, si donans natis sine, postea natos
Suscipit, id donum mox reuocatur, ait.

PETRI GOGVETI ALIVD.

Lata ferendàve sit quanam sententia, disces
Ista legens, si non vndique cæcus eris.

PETRI MARCHANT ARCHI-
diaconi Lucionensis ad Tiraquel-
lum carmen.

Materna exhæres infans lugebat in aluo
Immensa externo munera facta viro.
Hunc tu solarit natum, vt cum luce, parentis
Donatas, rupto munere, captet opes.
Plus igitur tibi inops quam luci est debitor infans
Corporis illa fugat, tu ingenij tenebras.

In his commentariis, Lector beneuole, multa videbis non iniucunda nec pœnitenda de amore, & affectu omnium animantium in suos fœtus; atque ex eo leges aliquot & constitutiones prodiisse.

Plura quoque de verisimili, & non verisimili: nullo hactenus vno in loco plenius neque distinctius tractata.

Plurima præterea de scripto, & voluntate cum legum, tum verò aliarum dispositionum, publicarumque, & priuatarum: vt intelligatur verbane plus, an sententia valere debeat.

Sed & de amicitia nonnulla, non omnibus obuia.

Necnon de diuitiis,& paupertate: vtrum scilicet vtilius ac præstantius haberi,ac censeri debeat: quantasque uires vtræque, & olim habuerint, & hodie habeant.

Adhæc multa contra communes iuris regulas officiis,& remunerationi attributa (quæ specialia nostri appellant) vberius multò, quàm ab ullo antehac vnquam, vnum in locum digesta.

Deinde de tempore partus humani ex sententia nostrorum, aliorumque scriptorum multa, ex meris, intimisque naturæ præcordijs èruta.

Postremò plurima de canone latæ, aut ferendæ sententiæ: tum vt vnum ab altero discernas, tum vt utriusque vim, & effectus intelligas, tanta præterea copia, vt ea per se iustum volumen conficère potuissent.

ANDREAS TIRAQVELLVS AMPLISSIMO ORDINI SENATVS BVRDEGALENSIS.

NESCIO, P. C. quo meo aut virtutis aut doctrinæ merito, hoc me tanto honoris titulo decorastis, vt minimè candidatum petitorem, nullique vestrum vlla necessitudine coniunctum, sed & tantis locorum interstitiis, atque etiam citra fines vestri conuentus remotum, publico tamen decreto vestro in Senatoris demortui locum sublegeritis. Verùm quicquid huic vestræ de me opinioni ansam præbuerit, non possum non mihi admodum gloriari, quòd à Senatu in Galliis celeberrimo Senator sim designatus. Id quod nos in primum laudum nostrarum censum collocabimus, quicquid posthac meliori sorte, siqua reperiri potest, obtigerit. Cùm autem in præsentiarum nihil aliud nobis sit, quo gratum in vos animum nostrum testemur, ecce Commentarios nostros in pientißimam legem vobis dedicamus, vtinam non indignos, qui ab eo edantur, quem Senatoris munere dignum iudicastis. Eos si probaueritis, facilè patiar improbari à vitiligatoribus istis, qui nihil aliud quàm oblatrant, obganniunt, obmurmurant. Valete.

ANDREAS TIRAQVELLVS FONTENAII

SVPPRAEFECTVS PICTONIBVS Legum Studiosis.

SCIPIONEM illum Africanum dicere solitum accepimus, nunquam se minùs solum esse, quàm cum solus esset: nunquam minùs ociosum, quàm cùm esset otiosus. Magnifica vox, inquit Tullius, & magno viro ac sapiente digna, quæ declarat il- lum in ocio de negotijs cogitare. Ego vero, Picto- nes mei, illud è diuerso dicere possum, nunquam me minùs negociosum esse, quàm cum sum negociosus. Et si enim per- petuis negociorum vndis iam inde ab incunabulis sic inuolutus vsque fuerim, vt emergere in ocium ac quietem homine libero dignam, ani- miq; securitatem illam, quam veteres primi hominis Philosophi dixere, nulla vnquam arte potuerim, quasi mihi cùm fatores esset: igni- culos tamen quosdam à natura suscitatos, literarumq; meliorũ studia in memetipso persentiscebam, quæ sic cum annis venientibus creuerunt, vt quo maximè tempore rem facere nostrates solent, ego tum abiecta rei domesticæ ac familiaris cura, negociorum, quæ ferè omnia aut ami- corum, aut vniuersitatis nomine suscepi, interualla ocio liberali dispun- gere cœperim: non id equidem agens aut satagens (quod scribentibus penè perpetuum est) vt edito ingenij specimine immortalitatis mihi glo riam compararem. Quæ enim immortalitas alia est ab ea quam nobis Christus pollicitus est, si ex præscripto legis Euangelicæ vixerimus? ne- que vllum ex studiis lucrum aut fauorem à quopiam sperans. nam po- tius ex immodicis vigiliis damnum rerum mearum cum luculento vale- tudinis dispendio expertus sum. Quid igitur, ais, te potissimum mouit? quò spectabas? quid sperabas? Dicam certè quod res est. Videbam, olim ferè hominum genus velis (quod aiunt) remisq; conniti, vt igno- rantiam, socordiam, imperitiam, cęterasq; Gotthorum reliquias procul è finibus suis extruderent, & Herculis illius Gallici exemplo Gerionis stabulum repurgarent, facerentq; quàm existimatissimam ce- leberrimamq; vnusquisq; patriam suam. Soli Pictones mihi graui quo- dam veterno torpere videbantur, quos primos omnium ad brabeum contendere decuerat, si soli, cæliq; illius quidem vberrimi, huius autem saluberrimi ratio habeatur. Qua rei indignitate commotus, vrgere cœpi, ac meditari, siqua lucubratione Pictones hos meus ad honestam

hanc

hanc,ac plausibilem literarum pugnam animare possem. Ea verò mihi scribendi ratio potissimum arridebat, in qua placido quodam nexu iungeretur cum politiori literatura (quoad eius quidem facere liceret) iuris Cęsarei,legumq; perita.Etsi enim multò iucundiora,tractatuq; faciliora argumenta multa paterent,illud tamen mihi locupletandũ in primis deligere optabam,quo maximè municipes meos videbã indigere. Iamdiu enim malè vulgò audiunt nostrates ob irrequietam litigandi pertinaciã, quasi non alij frequentiùs vlli iudicium, patronorũ, tribnnaliumq; limina proterant, prope vt iam in prouerbiũ abierint Pictonicæ disceptationes, veluti in ea re Aegyptios de industria nobis imitandos proposuerimus,genus hominum(quod Ammianus scribit)controuersum,& adsuetudine perplexiùs litigandi lætissimum. Facturus igitur operæ precium mihi visus sum,deq; patria bene meriturus, si quoniam,teste Tullio,litigiosa est iuris,legumq; ac morum ignoratio,quod in legibus nostris municipalibus(quas consuetudines vocant) aut obscurum videtur, aut paradoxum, ennrrarem,lucemq; aliquam propter hebetiores quosdam ac crassiores adderem. Congessi proinde in eas tanquam sylvam quandam commentariorum annis iam aliquot:quibus nisi exactè doceo, nihil in consuetudine nostra esse à priscis legibus, probatissimisq; vniuscuiusque gentis institutis abhorrens,aut alienũ,voti non sum cõpos effectus. Horũ sectionẽ vnam,cui titulus est,de legibus connubialibus,impolitã adhuc, planeq; musteam,& à lacu feruentem,superioribus annis edidi.Ita enim amicis meis visum est,quorũ iudiciũ meo ipsius antiquius sẽper duxi:sed eam tot mendis,ac maculis deformarũt,vt vix nõ me editionis,pęniteat: quanquam extitit, qui ex ea chartas integras non semel, sed sexcentis locis in suos libros transscripserit,& bona fide,hoc est,vnà cũ suis mendis, ne syllaba quidem mutata,vt hinc facilè intelligas nõ eũ intellexisse quod legisset. Cuius nomen libens supprimo,eum digito monstrare contentus, quòd titulus operi ab eo nũcupatus tam elegãs est, quàm liber vniuersus, nempe Catalogus gloriæ mundi. Sed & quod multò indignius est,ac iniquius,modo nomen meum dissimulat, tanquam id totum ipsius sit,quod totum meum est:modo ita profert,vt putes minimam partem eorum,quę mea sunt,esse mea,de qua re in alia editione eiusdem mei operis dicam effusiùs:ne si plura hoc in loco dixerim, ἐκτὸς χοροῦ ὀρχεῖσθαι videar.Illud tantum hic dicam,quòd cum eo præclarè actum fuisset, si sua contentus pellicula, id est,opere,quod primum ediderat,nõ vltra crepidas,quicquam molitus fuisset. Sed vt ad institutum redcam,cùm ab immenso illo commentariorum opere tanquam in flexu interspirare statuissem,conatusq; meos non pessimè cessisse,sed supra spem,votumq; successisse viderẽ, libuit interim, dum reliqua parantur,argumento ex ipso legum Codice sumpto ludere, expeririq; ecquid in iure nostro tot,tãtisq; vigiliis profecissem,feciq; hoc etiam libentiùs,quòd sciolos quosdam planeq; dieculares, aut, si mauis,

ephemeros leguleios passim mussitantes audirem, aduersumq; ius hocce nostrum impudentissimè oblatrantes, tanquam non tam iustitiæ, quàm litigandi vias tradat, iactantesq; iuris se consultos triduo euasuros, si quis eis stomachum mouerit, etiam si Pandectæ simul omnes in fauillas sint redactæ. Quid enim ipsis non liceat, hominibus, vt ipsi putant, ad elegantiæ vnguem reconcinnatis, quod Ciceroni licuit? quasi scilicet Cicero ipse id intellexerit, aut non omnem ætatem in iure perdiscendo, tractando, dicundóque consumpserit: quod & ipse suis legibus planè profitetur. Ferendum hoc vtcunque in hominibus idiotis, priuatisq;, quorum acta domo nō efferūtur, nisi quosdam cerneremus rerum publicarum gubernaculis admotos, próque tribunali ius dicentes, cōsocordię delapsos, vt credant, confidántque sese egregiè de iure responsuros, litésque definituros, si Tullium tantùm ipsum consulant, aut Fabium. Nec interim animaduertunt infelices ciuitates sibi creditas assiduis litibus penè interuersas, & ib mutuam perniciem coniuratas, viuentibus, videntibusq; ipsis, & non opitulantibus hilum. Nam cùm ad salutem ciuiū ciuitatumque incolumitatem, vitámque hominum, & quietam, & beatam conditas esse leges cōstet, qui rectè atque ordine rempublicam administrare poterunt homines legū iurísque imperitissimi, qui si quādo è re nata cogantur ad Pādectas, cęterósque sanctioris iuris libros adire, tū vero lemis plusquam Saturniis cęcutiunt, offenduntq; etiam in meridie? Indidē tot prouocationes, appellationes, refutationes, reiectiones, ampliationes, dierum diffissiones, comperend inationes, & id genus cætera, quibus tāquam filo texuntur in longum iudiciorum, litiumq; telæ, quas lege intellecta velociùs est componere, quàm à texente tela succiditur, vt interim Iob verbis vtar. Fitque (quod iure plerique, omnes quibus mens sanior est, queruntur) vt iudicum, magistratuumq; imperitia, ne malicia dicam, controuersiæ ferè omnes seculares pro rostris pendeant, nonnullæ etiam postremo Christi iudicio seruentur, dum singuli eorum iudicia detrectant, nec ea subire vlla ratione sustinent. Exposui itaque παχυμερέστερον, vt Græcum Vlpiani verbum vsurpem, id est crassiùs, & pingui minerua, propter quosdam imperitiores, legem illam, cuius caput est, si vnquam .C. de reuocat. donat. cuius sensus à nemine omnium, qui hactenus eam interpretati sunt, funditus erutus, enucleatusq; fuerat, & tamen adeò frequens est eius in iudiciis vsus, vt quia secus ac debuit, est à quibusdam exposita, sexcentæ quotannis causæ aut perperam diremptæ, aut prorsus intactæ indecisæq; maneant, gemētibus interim, atque ad Deum altissimum verum nomotheton nostrum clamantibus pupillis, ac viduis. Tu lector amice labore nostro fruere, reliquósq; commentarios propediem expecta. Ex Fontenaio Calendis Augusti. 1534.

TABV-

TABVLA PARTICVLARIS QVÆSTIONVM

Et materiarum ad l.nostram priuatim, & peculiariter pertinĕtium ex ordine operis, quam mox ſubſequetur alia generalis omnium materiarum ſecundum ordinem Alphabeticum.

IN PRAEFATIONE
Poſt titulum, pag. 2.

1 *QVAE ſit l.noſtræ ratio, & an ea ſit vnica, & quæ principalis ac præcipua, in Præfatione num. 3. & multis ſeq. & iterum num. 90. 91. 92. 93. Rurſùmque in verbo, libertis, numero. 42. 64. 72.*
2 *Vtrùm in donatione intelligitur conditio non natis liberis. 6.*
3 *Vtrùm ea conditio ſit ſuſpenſiua, in verbo reuertatur, num. 283. & duobus ſeq.*
4 *Vtrùm hæc l.habeat locum, cùm donans cogitat de liberis, numer. 63.*
5 *Vtrùm donans in dubio cenſeatur de ipſis cogitaſſe, vt non ſit locus huic l. 66. & ſeq.*
6 *Vtrùm hæc l.habeat locum in donatione, aut renunciatione facta in contractu dotali, vel matrimoniali, in princ. num. 69. & ſeq. & iterum in verbo, donatione largitus, num. 187. 188.*
7 *Quid autem in iis qui admodum ſunt teneræ ætatis dum contrahunt matrimonium, & in ipſo matrimonij contractu donant & renunciant, num. 71.*
8 *Quid autem ſi quis donat non in contractu matrimonij ſui ipſius, ſed alterius, num. 72. & in verbo, donatione largitus, numero 240.*
9 *An l.noſtra habeat locum, cum is qui donat, alicubi in donatione facit mentionem liberorum ſuorum. 73.*
10 *Sed quid ſi eos memorans, nihil tamen de illis diſponit. 74. & ſeq.*
11 *Quid item ſi non in donatione, ſed in alio actu poſtea eodem die, & loco, & inter eaſdem perſonas confecto de filiis mentionem faciat. 75. & 110.*
12 *Quid autem ſi non de ſuis, ſed de donatarij liberis mentionem faciat. 76.*
13 *Quid item ſi mulier renunciat fratri, & ipſius liberis, quandiu forent maſculi, an ſit locus huic l. 77.*
14 *Vtrùm ſatis ſit in genere de liberis cogitaſſe, vt huic l.non ſit locus. 78. & ſeq.*
15 *Vtrùm clauſula codicillaris faciat ceſſare hanc l.num. 82. & ſeq. & in verbo, libertis. 105. & 107. & in verbo donatione largitus. 261. 265. 266. 269. 270.*
16 *Quid ſi pater veriſimiliter donauiſſet, etiam ſi cogitaſſet de liberis. 84. & ſeq.*
17 *Vtrùm donans poſſit huic l.renunciare expreſsè, num. 87. cum multis ſeq. & in verbo, reuertatur. 320. 321. 323. 324.*
18 *Quid ſi filius natus poſt donationem, cum vult ratam eſſe viuo patre, an ſit locus huic l. numer. 94. & ſequen.*
19 *Quid ſi donans dolo inductus fuit ad renunciandum huic l.numer. 97.*
20 *Quid autem ſi dolus eſt dubius, an valebit renunciatio. ibid.*
21 *Quid ſi mulier renuncians non fuit certiorata de beneficio huius l.numer. 98. & ſeq.*
22 *Quid etiam ſi minor renuncians non fuerit certior factus de huiuſmodi beneficio. 101.*
23 *Quid denique de ruſtico renunciante. 102.*
24 *Vtrùm ſi donans renunciauerit huic l.intelligitur tantum reſpectu liberorum præſentis matrimonij, an etiam alterius futuri. 103. cum multis ſeq.*
25 *Quid ſi pater donans, & renuncians huic l. omnino deſperat de liberis, & tamen ei poſtea naſcuntur, an locus ſit huic l.numero 111. & ſeq.*

26 *Vtrùm*

26 *Vtrùm satis est donantem generaliter renunciare omni legum auxilio, aut alias sine speciali huius l.renunciatione, numero 115.& seq.*

27 *Quid si huic generali renunciationi adiectum sit iuramentum, numero 132.& seq.*

28 *Quid autem si citra vllam renunciationem appositum sit iuramentum in donatione, an propterea cessat hæc l.numero 164.& seq.*

29 *Quid si in donatione apposita sit clausula, vt extendatur arbitrio, vel iudicio sapientis, an notarius possit apponere renunciationem huius l.numero 174.*

In verbo Libertis, pag. 60.

30 *VTrùm hæc l.habeat locum in donatione facta liberto tantum, an etiam cum sit extraneo in d.verbo, libertis, numero 1.& multis seq. vsque ad numerum 74.inclusiuè.*

31 *Vtrùm hæc lex sit exorbitans, numero 19.& multis seq.vsque ad 26.inclusiuè.*

32 *Vtrùm propriè,& strictè sit intelligenda, & ita restringenda, an vero sit extendenda ad alium casum 26.27,30.61.& in verbo, reuertatur, numero 34.& 2.seq.*

33 *Vtrùm etiam ad alias personas possit extendi.27.28.29.30.62.*

34 *Vtrùm sit fauorabilis, an odiosa 61.& alibi sæpe.*

35 *Quid si pater donat filio, an natis aliis liberis reuocetur donatio, & quid,& quantum reuocetur. 75.& duobus seq.*

36 *Quid si facta sit filiæ,quæ ex statuto non debet succedere patri.78.*

37 *Quid si filio emancipato.ibid.*

38 *Quid si ecclesiæ,aut alteri piæ causæ.78.& multis seq.vsque ad 91.inclusiuè.*

39 *Quid si magno, cupiam amico.92.& multis sequentibus vsque ad 106.inclusiuè.*

40 *Quid si fratri,aut aliis coniunctis personis.92.iunctis seq. Et iis quæ scribuntur in verbo susceperit liberos, numero 266.*

41 *Quid si viro, aut vxori.108.& multis seq.*

42 *Quo tempore consideranda est præsumpta,ac verisimilis mens donantis, vtrùm scilicet donauisset an non donauisset, si cogitasset de liberis: vt sis, vel non sit locus nostræ leg 110.& iterum in verbo, omnia vel partem aliquam, numero,34.& in verbo, susceperit liberos, numero 161. & multis seq.*

43 *Vtrùm l.nostra habeat locum in donationibus ab initio inualidis, numero 111.*

44 *Vtrùm remedium huius sit ordinarium, an etiam extraordinarium 114.*

45 *Vtrùm competat si aliud remedium ordinarium,aut etiam extraordinarium competat pro reuocatione donationis.ibid.*

In glos.patronus, pag.104.

46 *VTrùm hæc l.habeat locum in muliere donante, vt in viro, ibi in principio.*

In glos.filios non habens, pag.105.

47 *VTrùm huic l.sit locus cum donatus habet filios tempore donationis, vt scilicet nati post filij reuocent, ibi in principio cum seq.vsque ad 11.inclusiuè.*

48 *Vtrùm natiuitas nepotis,vt filij faciat locum huic l.12.13.14.*

49 *Quid si quis cum donat, habet liberos, sed ignorat eos habere, vel eos putat esse mortuos.14.& sequen.*

50 *Vtrùm filius natus tempore donationis, quem pater non ignorabat, reuocet donationem ex hac l. 16.& seq.vsque ad fi.glo.*

In glo.Bona, pag.109

51 *VTrùm hæc l.habeat locum in donatione nominum,& actionum.8.*

52 *Sed quid in nominibus,siue in debitis conditionalibus,aut quorum dies nondum cesserit.ibi.*

53 *Quid item si quis donet emphyteusim.14.*

54 *Quid si feudum, ibid.15.*

In glo.

In glo. Omnia, vel partem aliquam, pag. 117.

55 *VTrùm hæc l. habeat locum in donatione rei particularis.* 1. *& seq.*
56 *Vtrùm in donatione rei modicæ.* 6. *& seq. vsque ad* 31.
57 *Vtrùm in donatione quæ fit intra dimidiam partem omnium bonorum, & seq. præsertim.* 13.23.32.
58 *Vtrùm relinquatur arbitrio iudicis, sit ne res tanti, vt locus sit huic legi, necne.* 28.29.30.31.
59 *Vtrùm vnus tantum filius post donationem natus æquè facit locum huic legi, ac plures.* 28. *& iterum in verbo, susceperit liberos.* 226.
60 *Vtrùm item filia donanti suscepta post donationem non minus faciat locum huic l. atque filius, in hac eadem glo. numero* 28.
61 *Si quis plures fecerit donationes, quæ singulæ ob paruitatem non reuocarentur ex hac l. sed si vna esset, reuocaretur, vtrùm omnes, vel quæ reuocentur.* 33. *& seq.*
62 *Si quis tantum bonorum donet, vt locus sit huic legi, sed postea tantum aliorum bonorum compararit, vt si ea habuisset tempore donationis, locus huic ipsi non fuißet, an reuocabitur donatio.* 35. *&* 36.

In glo. Donatione largitus, pag. 138.

63 *VTrùm hæc l. habeat locum in venditione facta modico pretio.* 2. *& multis seq.*
64 *Quid si talis donatio facta non fuerit animo donandi.* 4.5.6.
65 *Quid item si id quod excedit pretium, non tanti est, vt ob læsionem retractari possit.* 7.
66 *Quid si talis contractus pro maiori parte esset venditio, quàm donatio.* 9.
67 *Quid si venditio fuerit facta minori precio contemplatione alterius rei.* 10.
68 *Vtrùm l. nostra habeat locum in donatione remuneratoria.* 11. *& multis seq.*
69 *An autem necesse sit in donatione dicere eam esse factam ob merita, an vero satis est ea vere interuenisse sine earum mentione.* 70. *& seq. vsque ad* 78.
70 *Quid autem si donatio excedit merita.* 79. *& seq.*
71 *Sed quid si merita non sint infra dimidiam partem rei donatæ.* 81.82.83.
72 *Quid si nobilis est is qui remunerat.* 84.85.86.
73 *Vtrùm sufficiat generalis meritorum mentio.* 87. *cum seq. vsque ad* 99.
74 *Vtrùm vero & specialis satis sit vbi supra.*
75 *Quid si iuramentum interuenerit in assertione meritorum.* 88.89.
76 *An saltem meritorum mentio operetur, vt non exigatur tam certa & exacta probatio.* 100. 101.102.
77 *Quid si fuerit facta in instrumento quod guarentigiatum appellant.* 103. *& seq.*
78 *Vtrùm sufficiant seruitia obsequialia, aut alia quæ de iure debentur.* 106. *&* 107.
79 *Quid si huiusmodi seruitia fuerint diutissimè impensa, cùm magna cura & graui solicitudine, atque etiam in graui & longa ægritudine.* 108.
80 *Quid si fiat donatio ob seruitia vel merita futura.* 109.
81 *Vtrùm hæc l. habeat locum in donatione mutua, in qua vterque capit.* 110. *& seq.*
82 *Quid autem si ea fuerit facta diuersis temporibus.* 116. *& seq.*
83 *Sed quod tempus eas ita disparat, vt diuersæ donationes sint, nec vna & ea mutua reputetur, & ita non sit locus nostræ l.* 119. *& seq.*
84 *Quid autem si sit inæqualitas rerum mutuo donatarum.* 122.123.124.125.
85 *Vtrùm hæc l. habeat locum in donatione reciproca, in qua alter tantum ex incerto euentu capere potest.* 126. *& seq.*
86 *Sed quid si sit dispar spes capiendi, quia alter sanus aut iuuenis, alter ægrotus & senex.* 134.135.
87 *Quid item si bona vtriusque non sint æqualia.* 137.
88 *Vtrùm l. nostra oblineat in donatione onerosa.* 139.140.
89 *Vtrùm in quauis donatione ob causam.* 141. *cum multis seq. & iterum numero* 188.
90 *Sed quid si causa non excludit liberalitatem.* 145.146.147.
91 *Quid in donatione quæ fit in præmium emancipationis.* 146. *& seq.*
92 *Quid si donatio excedit causam ipsius.* 148.149.150.
93 *Vtrùm l. nostra habeat locum in donatione tacita vel præsumpta aut etiam ficta.* 151. *et seq. vsque ad* 70. *inclusiuè.*
94 *Vtrùm in remissione vel renunciatione rei aut debiti uel iuris quæsiti.* 171. *cum multis seq.*

In glos. Et postea. pag. 226.

In glos. Susceperit liberos, pag. 235.

141 Vtrum

In glos. Totum, pag. 310.

In glos. Reuertatur, pag. 313.

179 *Vtrùm*

179 *Vtrùm saltem donatarius compensabit sumptus necessarios cum fructibus, an vero & hos integros recuperabit.* 288. & 2. *seq.*

180 *Vtrùm & hac l. habeat locum in foro conscientiæ.* 291. & *seq.*

181 *Vtrùm auxilium huius l. competit aduersus hæredes donatarij, cùm donans viuente donatario non declarauerit suam de reuocatione voluntatem.* 296. 297. 298. 299.

182 *Vtrùm donatarius post natiuitatem liberorum donantis potest rem alienare.* 324. & *seq.*

183 *Sed quid si ante natiuitatem alienauerit, an poterit donans ab illo tertio rem sibi vendicare.* 325. & *seq.*

184 *Sed an hoc casu poterit hic tertius à donante, qui ei rem vendiderat, aut aliter alienauerat, pretium, aut aliud, quod pro ea re dederat, recuperare.* 329.

185 *Sed an saltem id recuperabit emptor à venditore. ibid.*

187 *Quid autem si donatarius non eam rem alienauerat, sed pignorauerat, an reuertatur res libera ab eo pignore, an vero maneat obligata.* 330.

187 *Vtrùm & donatarius post natiuitatem liberorum donantis possit de re donata testari.* 331.

188 *Vtrùm donans statim natis sibi liberis possit rem donatam alteri concedere ignoran: e, ac non vocato donatario.* 335. 343.

189 *Sed & vtrùm possit post natis liberis rem ipsam propria auctoritate occupare.* 343. 344. 377. & *seq. vsque ad numero.* 443.

190 *Vtrùm si alius quispiam rem ipsam donatam detineat natis donanti liberis, & sic reuocata donatione, poterit ne nihilominus donatarius agere contra hunc detinentem: an vero detinens eum poterit huius reuocationis exceptione submouere.* 354. & *seq. vsque ad* 365.

191 *Vtrùm liberantur subditi ei iura rei donatæ soluentes post natos donanti liberos.* 365. & *sequentis.*

192 *Vtrùm subditi ratione rei donatæ possunt se ab eius obedientia subtrahere post natos donanti liberos.* 366. & *seq.*

193 *Vtrùm præscribatur à donatario reuocationi huius l.* 388. & *multis seq.*

194 *Quod autem tempus requiratur ad huiusmodi præscriptionem.* 395. 396.

In glo. Eiusdem donatoris arbitrio, pag. 555.

195 V*Trùm reuocatio, quæ fit ex hac l. sit statim natis liberis, non expectata morte donatoris.* 1. 2.

196 *Vtrùm pater teneatur rem ipsam donatam reuocatam natis liberis reseruare, an vero de illis libere possit disponere. ibid.*

197 *Vtrùm autem filius poterit reuocare patre viuo.* 3.

In fi. pag. 556.

198 S*I in donatione promissum fuerit eam non reuocatum iri sub pœna centum aureorum, vtrùm si natis liberis velit donator reuocare, committitur pœna.* 1. 2. 3.

199 *Quid autem si quis pro alio qui non habet liberos, eius nomine donauerit, & sub pœna promiserit ratum illum habiturum, qui tamen, natis sibi postea liberis, noluit ratum habere, an ille tenebitur ad pœnam.* 4. 5. 6.

200 *Sed quid si is cuius nomine alter donauit, susceptis à se liberis ratificat, an nihilominus sit locus huic l. numero.* 7.

201 *Quid autem si filius nullos habens liberos donat nomine patris, promittens illum ratum habiturum, posteaque pater ratificauit, deinde filio nascuntur liberi, an reuocetur donatio ex hac l.* 8. 9

202 *Quid si statutum sit, aut conuentum, vt donatio pleno iure valeat, an ex hoc impediatur reuocatio ex hac l.* 9. 10. 11.

203 *Vtrùm hac l. habeat locum inter Iudæos.* 12.

F I N I S.

TABVLA GLOSSARVM.

ALIA GENERALIS

TABVLA OMNIVM MATERIArum ex ordine alphabeti, cuius prior numerus paginam ſignat, ſecundus autem, numerum marginis commonſtrat.

A

 sint

B

C

Quod

sententiæ.

E

F

G

H

I

L

Vtrùm

N.

Nutri-

Q

Quis

Vidua

FINIS.

ANDREAE TIRAQVELLI IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI

in l. si Vnquam C. de Reuocat. Donat. Commentarij.

H 1 ¶ Vnc nostrę l. titulũ ita emẽdauimus ex Codice Theodosiano, in quo hæc eadẽ l. adscribitur sub eadẽ rubrica, vt nostri non ineptè cũ [Paulo iurisconsulto, in l. ij. §. recuperãdę. ff. de interdic. &] Persio appellant, s. de reuo. dona. cum tamen in nostris Codicibus, qui circunferũtur, ita vbiq; is titulus scribatur. IMP. CONSTAN. A. AD ORPHITIANVM. Fuere autem Constantius & Constans filij Constantini Imperatoris: simulq; post patrem imperauerunt, vt videre licet ex Aurelio Victore, Eutropio, & cęteris Imperatorum descriptoribus. Fuitq; etiam eorum tempore Orphitus, vt tradit Ammianus Marcellinus, qui hæc de eo scribit, lib. rerum gestarũ. xiiij. Inter hæc Orphitus præfecti dignitate regebat vrbẽ elatè: nam vltra modum delatæ dignitatis se se efferens insolenter, uir quidem prudens, & forensium negociorum oppidò gnarus, sed splendore liberaliũ doctrinarum minus quã nobilẽ decuerat, institutus. Idem lib. xvi. & seq. meminit secundæ Orphiti præfecturæ: Ex quibus facilè potes intelligere, quid illæ litterarum notæ. P. V. in titulo nostræ legis positæ significẽt, nempè, Præfectum Vrbis. Quanquam Valerius Probus harum rerum obseruator diligentissimus, non literis simplicibus id significari tradit, sed ijs PRÆ. VRB. vel ẽt ijs: PRÆF. VR. Verum aut tẽpus id, vt cætera propè omnia, immutauit, aut fortè librariorum incuria, quibus non admodum curæ fuit has antiquitates tam exactè obseruare, quę sibi parum vtiles videbantur. Cæterum si literis inuersis ita scriptum fuisset. V. P. aliud significasset, videlicet Virum Perfectissimũ. vt aperte declarat Eumenius Rhetor in oratione quam pro instaurandis scholis ad Præsidem Galliæ habuit, in qua eum virũ perfectissimum sæpius appellat, nunc præscriptis tantum notis, nunc etiam extensis. Est autem Perfectissimatus (ne & id ignores) species quædam dignitatis, de qua & nos titulũ peculiarẽ habemus, de perfectissimatus dignitate. lib. xij. C. vbi hoc optimè & scientissimè, vt semper aliàs, declarat ANDR. Alcia. & iterum in libro dispũctionum. iij. c. iiij. atq; ẽt Frãc. Purp. in l. j. col. xxxij. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. Traditque Ammianus lib. xxj. Constantiũ, cuius hæc l. est magno in tribuendis celsioribus dignitatibus impendio fuisse parcum, nec sub eo ducem quenquam cũ claritate prouectum fuisse. Erãt enim, vt mox subdit, perfectissimi.

2 ¶ Porro alterius Ser. Corn. Orphiti consulis sub Claudio Cæsare meminit Cornelius Tacitus lib. xij. hist. [& Plinius lib. ij. ca. xxxj. vbi dicit illum fuisse ipsius Claudij in consulatu collegam. Sed & idẽ Tacitus lib. xv. meminit Cornelij Orphiti, siue ille fuit, siue alius. Et] Pactij Orphiti Primipili honore perfuncti lib. xiij. Sed & lib. xx. scribit Aquiliũ Regulum in summũ odium extulisse subuersam Crassorum, & Orphiti domum. Memorat & Suetonius tum in Nerone, tum in Domitiano Saluidienũ Orphitum: & eũdem quoquè, nisi me fallit coniectura, Philostratus in Apollonio lib. vij. non semel. & iterum lib. viij. & Plinius lib. 7. c. v. Orphitum Clarissimum ciuem Vestilię virum, & Iulius Capitolinus in Antonino Pio Orphitũ, & ipsum præfectum vrbis. Et in Antonino Philosopho vel eundem, vel alium eius nominis, quẽ dicit fuisse adulterũ Faustinæ vxoris ipsius Antonini, & tamen eum ad varios honores ipsum Antoninũ promouisse. Et Ælius Lampridius in Commodo Antonino memorat Maximum, & Orphitum Cõsules, atque etiam Orphitũ, & Ruffum, quibus Coss. factum est. S. C. Orphitianum ab ipso Orphito ita dictum, vt scribitur in. §. j. Instit. ad S. C. Orphit. Id quod forte ansam prębuit nostris librarijs, vt hic etiã Orphitianum pro Orphitum scriberent. Sed & Trebellius Pollio in Secundo Claudio Orphitum quoquè Consulem [cum Acinao] memorat. [de quo etiã in l. ij. C. de diuer. rescri. Et legimus alium Solenum Orphitũ Consulẽ fuisse cum Priscino sub Traiano Imperatore.] & Apuleius lib. iij. Floridorũ. Scipionem quendã Orphitũ, & Galenus, vt id quoquè obiter dicã, li. vij. de compositione Pharmacorum [τιγεῦ non semel,] Orphitũ quẽpiã medicũ. Ex quibus planè potes intelligere, super ea quæ ex Marcellino adduximus de hoc nostro Orphito, fuisse familiam Romæ antiquam, & nobilẽ Orphitorum: ideoq; & titulum illum Theodosiani Codicis ad Orphitum, verisimiliorẽ esse, ac probabiliorem, quam illum nostrorũ Codicum, ad Orphitianũ, cuius nomen non adeo

frequés est: præsertim cũ habeamus & aliā legē ipsius Cõstātij ad Orphitum, videlicet l. 1. C. de quadri. præscr. Ex qbus, ne & hoc interim prætermittã, planè liquet nostram hanc l. non esse parui momẽti, quæ scripta sit ad Orphitũ maximæ dignitatis, ac vetustissimæ nobilitatis virũ.

3 ¶ Denique quod ad nostrum titulum etiam pertinet, illud quoq; te scire voluimus, lector, illas illius notas. A. A. Augustos significare, sicut. C. C. Cæsares. Illæ enim literæ singulares ponuntur, cum sunt vnius imperatoris, verbi gratia, Impera. Cõstan. A. & C. id est Augustus & Cæsar. De qua re loco opportuniori dicemus videlicet in nostro tractatu primigeniorum q. 17. in 4. opin. quo etiã in loco declaramus qui Augusti, qui Cæsares dicebantur. alterũ enim altero maius est, & augustius, vt inibi videre poteris. Neque enim in huiusmodi rebus diutiùs immorari ducimus. Audi igitur nostram l.

SI vnquam libertis patronus filios non habens, bona omnia, vel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus, & postea susceperit liberos: totum quicquid largitus fuerat, reuertatur, in eiusdem donatoris arbitrio, ac ditione mansurum.

PRAEFATIO.

HANC l. notab. simul & sing. dicunt Bart. & Saly. hic. Sed & sing. quoque Imo. in l. filio præterito, col. xj. versi. pro hoc etiam facit. ff. de iniust. testa. & Barb. con. 60. cuius initium est, illud adferam in medium, col. 5. versic. tertio faciat, li. 2. & Soci. cõ. 295. in causa contra filios, col. 3. versi. circa secundam difficultatẽ, li. 2. & Fran. Curt. senior con. omnium primo, col. pe. & Ias. in l. cum acutissimi, col. 2. versi. eodem modo si quis. C. de fideicom. & con. 230. factum sic se habet, col. 1. versic. sed præmissis, li. 2. & nouissimè Nicol. Eueraldus in locis legalibus, in loco à verisimili, col. 1. Ideòque eam commentandam interpretandamque duximus, præsertim cùm non admodum copiosè à multis hactenus vno in loco tractata fuit, vt non immeritò in mentẽ veniat illud Vergilianum lib. 1. Aeneidos.

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

Quamuis vsus ipsius multum frequens sit, ac penè quotidianus, ob idque plenius attingi, tractarique debuit, ex sententia Pauli Iurisconsulti in l. legaui. ff. de libe. lega. quã approbat Bart. in l. post contractum, col. 1. ff. de dona. In qua re non eam commentationum formulam sectabimur, à qua vel transuersum (quod dicitur) vnguem discedere nostris legum interpretibus veluti religiõ est. Nam statim primo loco ponunt summarium, quod appellant. Secũdo notabilia, vt & ipsi vocant. Deinde glossarum interpretationem. Postremo alias quæstiones ad negocium pertinentes. Nos verò verba l. nostræ suo quæque ordine assumemus, quæ commentatione indigere videbuntur.

2 ¶ PRIMO tantum loco rationem l. nostræ & eius appendices adscribemus, quò cætera facilius intelligãtur. [Nam vt scribit Bal. in rub. C. de ser. fugit. sæpe ea præmittuntur, quæ sequentium præstant euidentiorem intellectum. l. 1. ff. de orig. iur. & l. 1. ff. si cert. pet.] Sed illud tamen primùm te admonitũ velim, lector amãtissime, cum has commentationes nostras adornassem ad prælum, ac non pauci Parisienses librarij, qui eas viris doctissimis iam ab hinc pro pè quinquennium videndas præbuerant, ptecibus, ac pollicitis ingẽtibus à me efflagitarent sibi imprimendas committi (neq; enim præcipitare editionem, sed ex præcepto Horatij nonũ in annum differre animus fuit, quod aliàs protestatus sum) ecce me incautum, nihilque tale metuẽtem arripit febris quartana, morbus omnium vt longissimus, ita grauissimus, etiam si eum sonticum esse negauit Iulianus noster, atque etiam, si diuis placet, laudauit Phauorinus, meq; duos plus minus annos vexat, membratimque veluti dilaniat. Interimque eduntur in eam ipsam l. nostram, Franc. Rip. commentarij, & doctissimi quidem, & locupletissimi, neq; n. alij ab eo viro edi potuerunt. Verumtamen ab hac editione nostra, postquam ita amicis meis visum est, nõ ob iddestiti, nihil veritus, ne qui vtranque legerit, me compilationis alienæ hæreditatis insimulet: nam & si eosdem vterq; locos, vt res ipsa exigit, sæpe tractamus, ctasfiot tamen est inter nos quàm inter Piramum & Tisbem paries. Tu lector optime, lege & iudica.

3 ¶ IGITVR vt in scenã tandẽ prodeamus, Nemo nescit omnes propè legũ interpretes huius legis rationẽ & veluti fundamentũ ponere in amore affectuque parentũ in liberos, quos si futuros sibi præuidissent aut cogitassent, ipsi verisimiliter alijs nõ donauissent, ne exteros liberis, & posteritati suæ anteponere viderẽtur. Ob idque cẽsentur existimãtùrquẽ eã lege donasse, vt si liberos postea susceperint, irrita maneat donatio, at. eius ꝙ in nõ lõgè dissimili casu scribitur in l. cũ auus. ff. de cõdi. & demon. & in l. cũ acutissimi. C. de fideic. & in l. generaliter. §. vlti. C. de institu. & substitu. Quibus cautũ est, ꝙ si quis filiũ nepotẽm ve hæredẽ instituerit, ac iusserit illũ post mortẽ ipsius alteri restituere: hoc ita videtur intelligere, coniectura pietatis, si filius ipse aut nepos institutus liberos nõ reliquerit, ne videatur alienas successiones proprijs anteponere. Quarũ legũ authoritate subnix⁹ Bar. cõ 68. cuius caput est, proponitur ꝙ Ioannellus col. 1. pulchrè & not. respõdit videri pſumique simu-

simulatam venditionem, quam quis alteri fecit de maiori parte bonorum certo quodam precio, quod se ante recepisse confessus est, quæ quidem bona emptor postea iure legati reliquit filio uenditoris, prætermissis propriis liberis. Neque enim, inquit Bar. præsumendum est, si verè emisset, quòd extraneo reliquisset, sed potiùs suis ipsius liberis ar. d. ll. Quódque in alio non minùs memorando cast. traditur in l. ex facto, in prin. ff. de vulg. & pupil. substi. Qui filium impuberem mutum habebat, impetrauit à principe vt muto substituere liceret, & Titum substituit; mutus autẽ ille filius recuperata valetudine post mortem patris vxorem duxit, ex eaque filium suscepit. rũpitur ea substitutio natiuitate filii. nec enim verisimile est, aut patrem, qui impetrauit, aut principem, qui permisit, de hoc casu cogitasse, vt eum qui postea nasceretur, exhæredaret. Et in l. pe. ff. de iur. codic. vbi qui vnicum filium suscepit, quædam in codicillis reliquit, postea aliũ filium suscepit, prior filius pro virili relicta soluere compellitur, non etiam natus post codicillos. Et in l. 3. ff. de inof. testa. vbi si quis post conditum testamentum filium susceperit, nec ei testamentum mutare licuerit morte inopia præuento, intelligitur postremum filium cum cæteris ante testamentum natis pro virili instituisse. quam l. singul. dicit Bald. ibi. Huc quoque respicit text. in l. sicut certi, & in l. si cùm vel in vtero. C. de testa. milit. vbi præteritio filij posthumi vel iam nati scienter à mile facta, pro exhæredatione est, ideòque valet testamentum. At si ignoranter facta fuerit, quoniam filium mortuũ falso rumore putabat, aut vxorem prægnantem nesciebat, minimè valet testamentum tanquam sit verisimile, non alios eum instituisse, quàm liberos, si eos habere, aut habiturum se fuisse cogitasset. Et quod pulchrè scribitur in l. tale pactum. §. vltim. ff. de pact. ꝙ si pater dotans filiam, quam vnicam habebat, pactus sit dotem fratri suo, quem hæredem sibi destinauerat, restitui, si sine liberis filia moreretur, & ipse postea liberos suscipiat, dos illis, non fratri ex mente patris restituenda est. Ex quo not. Bal. ibi. in 5. not. præsumi hominis mutatum consilium, propter liberos postea suscepto; quod dicit esse mentei tenendum. Et postea in fi. trahit post Guil. Cu. in ar. ad quæstionẽ de eo, qui cùm nullos haberet filios, quædam tradidit fratrib. aut alteri coniunctæ personę, vt talis donatio reuocetur susceptis postea liberis. Sed & Alber. ibi ex eo tex. dicit, ꝙ si quis nullos habens liberos quædam emat, aut aliàs acquirat nomine fratris, si postea ei nascuntur liberi, reuocantur huiusmodi conquæstus ad commodum liberorum. Quin generaliùs gloss. not. ex illo tex, asserit id esse seruandũ, licet non sit dispositum, quod verisimile est fuisse dispositum, si id quæsitum fuisset de quo postea latissimè tractabimus versic. 56. incip. inter tam multa, vbi videre poteris. Denique huc spectat & tex. in c. 1. t it. de duobus fratri. à capi. inue. quem ibi no. Bal. & hinc occasione sumpta dicit sing. tex. in d. l. tale pactum. §. vlti. vti etiam facit in d. l. cùm acutissimi, col. 1. & in rub. extra de pact. col. vl. versi. transfertur pactum.

4 ¶ At hìc in nostra l. vt ad eam tandem veluti longo postliminio redeamus, verisimile est donantem, si donando interrogatus fuisset, aut etiã vltro cogitasset de futuris liberis, aut non omnino donauisse, aut si donasset, eandem legem donationi, vt suprà diximus, apposuisse, si liberos non susciperet; alioquin ad eos, si quos posthac habere contingeret, perueniret quod donatum est. Nam filios ad parentum bona naturæ simul & parentum ipsorum votum admittit. l. scripto, in fine. ff. vnde lib. & l. de emãcipatis. C. de legi. hære. & omnia quæ nostra sunt, liberis nostris paramus. l. pe. §. pe. ff. de bonis liber. cũ aliis multis, quæ haud multo post adferemus. Vnde & illud Homeri lib. Iliados v.

> Βῆ δὲ μετὰ Ξάνθον τε Θόωνά τε, Φαίνοπος υἷε
> ἄμφω τηλυγέτω· ὁ δ' ἐτείρετο γήραϊ λυγρῷ,
> υἱὸν δ' οὐ τέκετ' ἄλλον ἐπὶ κτεάτεσσι λιπέσθαι,
> ἔνθ' ὅ γε τοὺς ἐνάριζε, φίλον δ' ἐξαίνυτο θυμὸν
> ἀμφοτέρω· πατέρι δὲ γόον καὶ κήδεα λυγρὰ
> λεῖπ', ἐπεὶ οὐ ζώοντε μάχης ἐκνοστήσαντε
> δέξατο, χηρωσταὶ δὲ διὰ κτῆσιν δατέοντο.

Quibus apertè insinuat Homer. diuini ac humani iuris peritissimus, bona parentũ filiis destinari ac deuoueri, eosq; admodum angi ac cruciari, si extraneis illa relinquere cogãtur. Ex quo etiã laudatur Hadr. Imper. vt tradit Spartianus, ignotorum hæreditates repudiauit; nec notorum accepit, si haberent filios. Et Domitianus alioqui pessimus Imper. relictas sibi hæreditates ab his quibus liberi erant, non recepit; vt testis est Suetonius in vita illius, c. 9. Vt iam non mirũ videatur, si Antoninus Pius Imper. optimus hæreditates quoq; eorũ qui filios habebant, repudiauit, auctore Iulio Capitolino in vita illius. [Et si Pertinax professus sit nullius se aditurũ hæreditatẽ, q̃ aut adulatione alicuius delata esset, lite perplexa, vt legitimi hæredes, & necessarii priuarẽtur.]

5 ¶ Sed anteqnã vlterius progrediamur, illud dicere voluimus, hanc quam diximus rationem, huic l. inter plerosq; oẽs assignasse Accur. Bal. & Ang. hic. Dy. Bar. Bald. Imo. & Pau. Ca. in l. Titia Seia. §. Imperator. ff. de leg. 2. Old. consi. 238. hoc exordio, cùm mulier donatrix. & cons. 278. licèt quantum ad claustrales, col. 2. ver. ad tertiã quæstionẽ. Ia. Bu. Bar. Ang. & Raph. Fulg. in l. si totas C. de inof. donat. Cyn. Bar. & Bal. in l. 1. C. eo. tit. de inoff. dona. Bart. in auth. ex causa & ibi quoq; Alex. & ferè omnes. C. de lib. præte. Bald. consil. 167. quidam Fran. col. 2. lib. 5. Ang. in §. siue igitur, in auth. vt cùm de app. cog. Imo. in. cùm contingat, char. vlt. ver. attende tamen quia dixit, de iureiur. & in c. vlt. col. 2. & ibi quoq; Pan. de donat. Raph. Fulg. consi. 65. Titius coniugem. col. 1. Paul. Ca. consi. 434. quod incipit respõdeo per

ordinem,in 2.dubio.libr.1.& conſil.435.cuius
principiũ eſt,ſuper hoc pũcto,in prin.lib. 2.Ro.
conſ.inci.26.pro deciſione eorũ,col.2.ver. ſecũ
da fuit.Pet.Ferr. in ti.ſor.libel.quo agit.pro don.
in verbo,irreuocabiliter,col. 3.ver.patet ergo ex
præmiſſis.Alex.conſi.71.cuius caput eſt,conſide
ratis his,poſt prin.lib.4.Barb.in repe.l.cùm acu-
tiſſimi.col.4.verſi.quintò facit,& verſi,7. faciat,
& alibi ſępe.C.de fideic.Corn.conſ.11. quod in
cipit.in præſenti conſultatione,col.3.verſ.nec vi-
detur reſragari,& iterũ col.9.ver.inſuper ſi præ-
dicta,lib.2.& cõſi.194.cuius exordium eſt, vide
tur in præſenti conſultatione,col.1.eo.lib. 3. &
conſ.206.viſo ſupradicto themate,col.7.ver.ſed
circa portionẽ,eo.lib.3.& conſi.30.incip.in hac
conſultatione,col.2.ver. his tamen non obſtanti
bus,lib.4 Soc.conſi.148.hoc initio,viſa facti cõ
tingentia,col.v.ver.circa tertiam,lib.1.& conſil.
126,incip.viſum fuit,colu.3. & alibi ſæpe in eo.
conſi.lib.3.& conſi.93. cuius principiũ eſt teſta-
mentũ præmiſſum,col.4.verſi.præterea interpre
tatio.& iterũ col.5.ver.ſexto loco,lib.4.Iaſ. cõſ.
154.in cauſa mota p lac.col.2.lib.2.& cõſi.230.
factum ſic ſe hẽt,col.3.eo.lib.3.& ferè oẽs doct.
(quod iam ſupra diximus) de hac re loquentes.

6 ¶ Hinc dicunt pleriq; oẽs,ꝙ donatio ab eo ſa
cta,qui caret liberis, intelligitur habere tacitam
hanc conditionem, ſi donans non ſuſceperit li-
beros,vel vt reuocetur, ſi donans poſtea liberos
ſuſceperit.Vt propterea ſi aliquos ſuſcipiat, exi-
ſtente cõditione reuocatur donatio ex hac l.no-
ſtra. Ita nuncupatim voluerunt.Bar.Albe.& Bal.
in vtraq; lec.hic.idem Bar.in d.l.1. colu. 2.C.de
inof.dona.& in d.l.ſi totas, & ibi quoq; Angel.
Fulg. & Pau.Ca.eod.tit.Old.in duobus cõſil.ſu-
pra alle.Io.An.in add.Spe. tit.de dona.col.2.Ia.
Bu.& Bal.ĩ d.l.Titia Seio.§.imperator. ff.de leg.
2.idem Bal.in d.l.cum acutiſſimi,col.1.C. de fi-
deic. & conſi.215.punctus quidam donauit,l.v.
Coll.in d.c.vlt,col.pen.verſic. ſed nunquid ille.
de dona.Rom. conſil,194.incipien.in propoſita
quæſtione,col.3.verſi.ſecundo quia præſens , &
col.ſeq.verſi.nec ſecundo reſragatur.& cõ. 269.
non eſt dubium,in prin.Pau.Caſt.d.conſil.335.
lib.2.Pet.Fer.quo loco nuper citauimus.Cor.d.
conſi.11.col.9.lib.3.& d.conſi.194.colu.1.eod.
lib.3.& d.conſi.30.col 2.lib.4.Barb.in repe.d.l.
cum acutiſſimi,col.42.verſi.nota ꝙ conſi.Franc.
Aret.conſi.24.quatuor dubia,in j.dubio.Soc.in
rub.ff.de lib.& poſt.col 4.verſ.ſed cogita,& cõſ.
225.viſa prædicta,col.vlt.lib.2.Iaſ.cõſi.171.viſo
inſtrumento,col.1.lib.4.

7 ¶ Sed vt redeamus ad amorem & affectum pa
rentum in liberos , qui l.noſtræ veluti baſis eſt.
Habes de eo præter eos text.quos ſuprà adduxi-
mus,& alios,videlicet in l.nam & ſi parentibus.
ff.de inoff.teſt.ibi,propter votum parentum , &
naturalẽ erga filios charitatẽ.Ex qua dicit Bald.
in l.ędẽ,col.3.verſi.quid de patre.C.loca. ꝙ quẽ
admodũ quis põt expellere colonum à domo, ſi
eã ſuis vſibus neceſſariam probauerit, ita & ſi fi-
lio neceſſaria fuerit. Et optimus tex.in l.iſti qui-
dẽ.§.vlt.ff.quod me.cau.vbi dicitur nihil intereſ
ſe,an in ſe quis veritus ſit,an in liberis ſuis:cum
pro affectu parentes magis in liberis terreantur,
q̃ in ſeipſis.Ex quo no.Accu.ꝙ pater plus diligit
filium q̃ ſeipſum:ſicuti etiam aſſerit Latinus Pa
catus in Panegyrico,quem Theodoſio dicit. In-
ſtituẽte,inquit,natura,plus ferè filios q̃ noſmet-
ipſos diligimus.Et apud T.Liu.lib.3.ab Vrbe cõ
dita.Verginius conſtanter aſſerit ſibi vitam filiæ
ſuę chariorẽ fuiſſe, ſi liberè ac pudicè viuere lici
tum fuiſſet.[Ariſtoteles autem lib.8.Ethic.c.12.
Aequè,inquit, parentibus vita liberorum chara
eſt atq; ſua.]Illius autem.l.auctoritate ſubnixus
Alber.Gan.in tracta.maleſi.tit.de quęſ. & torm.
col.2.verſic.nunc videndum eſt,monet vt ſi pro
quopiam delicto torquendi ſint pater & filius,
primùm torqueatur filius in conſpectu patris,
quo pater ipſe citiùs verũ profiteatur, vt qui ma
gis timeat in filio,q̃ in ſeipſo,per d.l.iſti quidẽ.
Quod & idẽ tradit Guido Suzar.in tract. de tor-
men.col.3.verſi.quo ordine , & iiſdem quidem
verbis , vt hinc poſſis intelligere alterum ab al-
tero deſumpſiſſe.Et id quoq; voluit Boniſ.Vitel.
in tract.maleſi.tit.quali.ſit fienda tortura.Ange.
Aret.ĩ tract.eiuſdem tit.in verbo fama publica,
col.34.verſi.nunc videamus. [& Alber. in rub.
C.de q.col.2.verſi.quid ſi torquendus,] & Hip.
Marſil.in l.fin prin.col.pe.ff.de quæſt §.inandi-
tum.col.2.verſi. item adeò ſunt vera.ff. de ſicar.
Ex illo item tex.tradit Inno.in c.cùm locũ.extra
de ſponſ.ꝙ ſicut metus in perſona ſua vitiat ma
trimonium,per illum tex.ita & in perſona filij.
& ſequitur Card.Alex.qui dicit ita teneri com-
muniter ibi,col.vlt.verſi.ſuccedit quæſtio. Sed
& eod.tex.ſuffulti Rim.& Alcia.in l. tranſigere.
C.de pact.ſcripſerunt , ꝙ cùm in pœnis ſangui-
nis,non etiam in cæteris liceat tranſigere, vt ibi
cauetur,ea.ſ.ratione,ꝙ permiſſum eſt cuiq; quo
quo modo ſanguinem proprium redimere. l. 1.
ff.de bo.eorum qui ſibi mor.con . Certè ſi filio
accuſato pater iudicium ac defenſionem ſuſce-
perit:is æquè tranſigere poterit,ac ſi ſuam ipſius
vitam & ſanguinem redimeret . Nam & apud
Quintilianum,ſi is eſt,declamatione ſexta , pa-
ter ille ita proclamat . O quàm graue eſt mori:
quãtò grauius,quòd ego viuo ſuperſtes filii mei.

8 ¶ Et hæc quidẽ huiuſmodi exẽplo comprobã
tur. Accuſabatur pater & filius homicidij, certũ
enim erat alterũ eorũ id facinus perpetraſſe,ſed
vter id feciſſet,incertum. Carolus ſecundus im-
perator iuſſit filiũ ſuſpendi; quod intelligens pa
ter,vt filiũ à morte vindicaret,ac in ſe pœnã con
uerteret,ſpõte crimẽ cõfeſſus , ideoq; ſuſpenſus
eſt liberato filio,vt retulit è noſtris Andr.Iſer.in
c.1.§.publici latrones,ad fin.titu. de pa. tene. &
Barb.qui illum citat,loco tamen non deſignato,
in rep.c.Raynaldus,col.43.& ſeq.de teſt.& in c.
in pręſentia,col.37.de prob.& in cap.j.col. 2. de

commo.

commo.& in repet.l.cum acutissimi,colu.23.C. de fideic.& Paris à Puteo in tract. de syndicatu, char.pe.& Ias.in repe. l.is qui pro emptore, col. 43.ff.de vsuc.& Matthe.Affli. in consti. Siciliæ, incip.pacterenorum,col.pen.versic.secunda ratio.& Hipp.Marsil.in l.1.col.pe.ff.de quæst.& in l.in auditum,col.2.versicu. item adeo.ff.de sica. [Ideo Bal. in l.1.in fi.C.si rect.prou.in 2. lec. dicit ꝙ confessus per torturam filii dicitur confessos in tormentis.] Nec desunt alia quoq; patrũ exempla,quos non piguit suę vitę iactura liberorum vitam redimere:quando & apud Quintilianum,aut quisquis is fuit,in declamatione.xj.cui titulus est,Diues accusatus proditionis. Cum filius pauperis ad supplicium peteretur,pater sese obtulit,illos vicaria,[& vt loquitur Virgilius, alterna]morte seruaturus. Quod qui miretur,nõ hẽt liberos,vt in ea ipsa declamatione scribitur. Tãquã scilicet id sit commune naturaleque omnibus parentibus. Suntque item plurima aliorũ exempla,qui filiis suis superstites esse non sustinuerunt. Ex quibus duo hæc memorabilia subijciemus,Gordianus senior , cuius multas leges in nostro.C.habemus,audita morte filii,laqueo vitam finiuit,vt tradit Iulius Capitolinus.Sed multis ante seculis Aegeus Theseo filio nauigaturo in Cretam iusserat. si confecto Minotauro reuerteretur incolumis,albis velis vteretur. Theseus autem pręcepti paterni oblitus,cum rediret,nigrũ velum tetendit.

At pater, vt summa prospectũ ex arce petebat,
Anxia in assiduos contollens lumina fletus:
Cùm primùm inflati conspexit lintea veli,
Præcipitem sese scopulorum è vertice iecit,
Amissum credens immiti Thesea fato.

Hi enim sunt versus Catulli in nuptiis Pelei & Thetidis.Et hęc etiam historia recensetur à Virgilio,si is est,in Aethnæ montis descriptione, & Plutarcho in vita ipsius Thesei. Tradunt autem Solonem virum constantissimum ac sapientissimum,vt qui vnus fuit ex septem , cum Thales & ipse vnus ex illis,hominem quempiam subornasset, qui ei renuntiaret filium ipsius mortem obiisse,cepisse caput cadere, miserandisque vocibus ac querelis omnia complere, & fortè mortem sibi consciuisset, nisi Thales ipse confestim ei commentum aperuisset. De qua re & Plutar. in uita illius. Sunt & parentes , qui filios in exilium secuti sunt, veluti sine illis viuere non possent.Rutilia enim,vt tradit Senec.in lib. de consol.ad Albinam,filium secuta est in exilium , & vsque eo constricta fuit indulgentia , ut mallet exilium pati, quàm desyderium:nec antè in patriam,quàm cum filio rediit ; id quod magis in fœmina mirandum est,quæ libertatis amantior est, vt in legibus nostris Connubialibus planè ostendimus,

9 § Sed ad nostras leges reuertamur. In l.vlt.in prin.C.de cura.furio . hæc verba ad scribuntur, Quis etiam talis affectus inueniatur extraneus, vt vincat paternum? A quibus non longe abest, quod scribitur in l.quidam cum filiũ. ff. de hæred.inst. vbi Accursius non semel , atque etiam Angel.ex eo no. non posse filium inuenire meliorem amicum quàm patrem. Sed & ex eadem Bal.in l.precibus,col.11.versic.3.hoc probatur. C.de impu.& ali.subst.tradit,quòd si amicus amico vult bona,quod est dictum Aristo. lib. 8. Ethic.c.1.& iterum.7.quibus locis ostendit esse veluti adagium, sæpe & ab eodem Bal.citatum. Certè multò magis pater filio : ob idque censet substitutionem à patre factam filio impuberi,interpretandam in dubio esse directam potius q̃ fideicommissariam;quia etiam,inquit.in dubio, pater ratione naturalis affectionis præsumitur filio prouidere,non eum grauare , per alia quędã iura.& idẽ iisdẽ prope uerbis respõdit ipse Bal. [consi.423.verba testamẽti,lib.1.&] consil.35. pater filio suo,col.1.lib.2. Ex illa quoq; . l. dicit idem Bald.in c.per tuas,col 2. extra de probat. ꝙ melior amicus mũdi est pater,sunt enim verba ipsius:id quod etiam ex ead.l.dicit Bald.ipse consi.294.incip.dicta particula,ad fi.lib.5.Adde & tex in l.Paulo callimacho.§.Pomponius,iuncta glos.ff.de leg.3.ex quo not.Bald.in d.l.precibus,col. 5.versi.quid ergo si petiit nõ idoneos. C.de vulga. & pupil.quòd ardor amoris paterni maternique est inæstimabilis,quod & ex eo repetit Maria consi.9.prosequendo ordinem, col. 4.versi.20.probatur.& Fran.Cur.senior consil. 47.super controuersia,col.3.versi.transeo ad secundum. Ex eoque tex.respõdit Bal.in pulchro casu,consil.137.per relictum,lib.4.interpretandum largè pleneque legatum quoddam à patre relictum filio.Sed & ex eo asserit Bal. in c.super eo,post prin.de testi.quòd quis diligit honorem & incrementum suæ prolis etiam ardenti desyderio. [Ex eo quoque idem Bald.consil.320. Ser.Petrus , in fin lib.1.dicit ardentem esse parẽtum amorem in liberos.] Adde,inquam,text.in l.nec in ea.ff. de adul.ibi pietas patris consilium capit pro filiis.& in l.si filius,& quod ibi dicunt Accur.& Bald.C.de patri.pote.& in l.1.§.taceat, ibi,naturalis stimulus parẽtes ad liberorum suorum educationem hortatur.C.de rei vxo.acti.& in §.vlt.Inst.de noxa.ibi,quis enim patiatur filiũ suum,&c.& in l.pe.§.Iulianus,ibi,affectu enim propensiore magis , &c.ff.quod fal.tut.au. & in l.amicissimos. §. Lucius , ibi, contra naturales stimulos.ff.de excu.tuto.Cuius auctoritate scribit Bal.in authen.ex causa, col.7.versi. secundo accipio.C.de liber.præte.quod qui naturalem erga liberos charitatem non curat, videtur habere morbum cerebri.Et in l.propter insidias,ibi,pietas & ratio naturalis animi.C.qui accu.non pos. Cuius arg. scribit Bal.in d.l precibus, vbi suprà, quòd si mater petiit non idoneos tutores filiis; censetur non dolo , sed bona fide fecisse.Sed &

illam expendit Cyn. ſuper ea, ad naturalem parentum pietatem, quæ & liberis aduerſus ſe peccantibus parcit.

10 § Cuius etiam rei memorabile nobis exẽplum reliquit Dauid ille, alioqui affectuum minimè ſequax. Nam cùm Abſalon filius primùm quidem Amon etiam ipſius Dauidis filium inſidiis interceptum necaſſet, deinde & cũ patris pellicibus fœdè congreſſus fuiſſet, poſtremò & patrem ipſum, & regno, & vita priuare neruis omnibus contendiſſet: illius tamen mortem pater cui hæc omnia erant compertiſſima, adeo flebiliter dicam, deplorauit, vt ſeſe totũ huic affectui permittens, in hanc lachrymabilem vocem proruperit, Fili mi Abſalon, Abſalon fili mi. Quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te? vt ſcribitur. 2. Regum 18. c. & meminit etiam Cy. ipſe in d. l. propter inſidias, vbi, & ſubdit alia pleraq; exempla huius paternæ pietatis à Valerio Maximo fuiſſe prolata, lib. 5. tit. 7. Inter quæ illud retulit de Seleuco, qui ceſſit filio vxorem Stratonicem, quam is miſere deperibat. quod & ab Appiano in eo libro, qui Syrius inſcribitur, & Plutarcho in Demetrio, & Galeno lib. 1. prognoſticorum Hippocratis. ca. 7. [Iterumq; lib. de præcognitione. c. 6.] relatum eſt, & affatim deſcripſimus in noſtro. [Tractatu nobilitatis, ca. 31. nu. 51.] Id autem aſſignat Eraſmus in Apophthegmatis Demetrio; ſed is memoria lapſus eſt, ob id fortè, quod Plutarchus in vita ipſius Demetrij hãc hiſtoriam deſcribit. Quis igitur, vt redeamus, miretur Artaxerxem regnum Perſarum Dario filio ceſſiſſe, quòd nihil ſibi ablatum exiſtimaret, quòd in filium contuliſſet, ſynceriuſq; gaudium ex pro creatione capturũ, ſi inſignia maieſtatis ſuæ in filio conſpiceret, vt tradit Iuſtinus in initio libr. 10. Et Ptolemæum illum primum Aegypti regem, qui regno publicè filio tradito, omni regno pulchrius regis eſſe patrem dicebat, apud eundem Iuſtinum lib. 16. Et potiùs non execretur Herculium Maximianum, qui cupidine reſumendi imperij, quo ſe antè abdicarat, nixus eſt filium Maxentium à prætorianis militibus Auguſtum nuncupatum imperio deturbare, vt tradunt Eutropius rerum Romanarum lib. 3. & Socrates apud Caſſiodorũ hiſtoriæ tripartitæ. li. 1. c. 4. Non irem adeò mireris Hadrianum imperatorem, quod eum in inſulam deportauerit, qui filium necauerat, quòd nouercam adulteraſſet, vt ſcribitur in l. diuus. ff. ad leg. Iul. de parri.

11 § Sed & huc reſpiciunt tex. [in l. cũ pater. §. mando. ff. de lega. 2. vbi ita ſcribitur, mando filiæ meæ pro ipſius ſaluta ſollicitus, &] in l. patrem. ff. quæ in fraudẽ cred. & in l. quod & lex. §. ſi eum quis. ff. de lib. ho. exhi. & in l. ſi mater, ibi, per coniecturã maternæ pietatis. C. de inoffici. teſta. & in l. 1. §. taceat, verſi. ſileat. C. de rei vxor. acti. & in d. c. ſuper, eo, de teſti. & in c. afferte, de præſumptio. vbi recenſetur illa. 3. Reg. 3. c. hiſtoria de matre, cuius commota ſunt viſcera cùm Salomon iuſſiſſet infantem diuidi. Ex quo not. Bald. & poſt eum Felyn. quod ſicut confeſſio ſiue renuntiatio litis facta metu tormentorum ſuiipſius non nocet. l. 1. ff. de quæſtio. ita metu tormentorum filij. Nec mirum, ſi inibi commota fuerint matris viſcera. Nam & apud Eſaiam. c. 49. clamat dominus Nũquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt nõ miſereatur filio vteri ſui? Et quod præterea voluit glo. in l. ſi filius. in fi. & ibi Bal. in vtraq; lec. C. de pat. pot. & idẽ Bal. in d. c. per tuas. colu. 2. extra de prob. quod amor parentum abſcondi non poteſt. Et quod etiam reſpondit Marianus conſi. 53. magnifice capitanee, quòd quis non dicitur liber relaxatus è carcere, qui cogitus relinquere filium pro obſide, prout illum refert & ſequitur Fely. in d. c. afferte, col. 2. & Hip. Marſil. in l. 1. char. 1. nu. 6. C. de rap. virg. & in l. inauditũ, ſtatim poſt prin. ff. de ſica. & ſing. 160. pater & filius. & Bartho. Chaſſe. conſi. 14. Chriſtianiſſimus, col. 5. verſic. ſecundò coniecturatur. & iterum conſil. 67. ad primum dubium, colum. 8. verſi. ſtringo & vlteriùs. Illud tamen con Maria. reperire non potui. Faciunt huc & multa quæ latè in eam rem congerit Alexã. conſi. 52. incip. hanc dubitationem, col. antepe. lib. 4. & Barb. in locis propè infinitis ex quibus ſatis erit ea deſignaſſe, quorum nunc in mentem venit. ea ſunt in d. c. Raynaldus, quo loco nuper citauimus, & in repetitione. d. l. cum acutiſſimi, in multis locis. C. de fideicõ. & conſi. 29. illud afferam in medium, column. 2. libr. 1. & conſil. 48. quod eſt eiuſdem initij, colum. vlt. eo. lib. 1. & conſi. 9. præclatè ſcribitur, col. 1. lib. 2. & conſi. 20. illud afferam in medium, colu. 5. eo lib. 2. & conſi. 60. quod eſt exordio, col. 5. eo. lib. 2. & conſi. 81. præclarè & luculenter, col. 3. lib. 4. & conſi. 88. ſapienter ſcribitur, col. 1. eod. lib. 4. Et vbique ferè aduocat, ſicuti etiam Alexan. d. conſil. 52. illud Virgilianum lib. 1. Aeneidos, quod nos in argumentum huius noſtræ. l. aſſumpſimus.

Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.

Multa item de huiuſmodi parentum amore aggregauit ex antiquioribus Oldran. conſil. 95. ex forma iſtius, colum. 2. & Maria. d. conſil. 9. col. 4. & iterum conſil. 23. circa prędictam, colum. 5. verſicu. & ſic prædicta. Sed multo plura Soci. huius filius. conſi. 26. cùm ſuper, lib. 4. vbi ex eo no. interpretatur mentem cuiuſpiam teſtatoris, vt ibi omnibus videre eſt in promptu. & nouiſſimè Ludo. Gomeſius in §. actiones autem, colu. 3. verſi. ſecunda regula. Inſtit. de actio. Ex externis autem ſcriptoribus Plutarchus vir in omni doctrinarum genere excellẽtiſſimus, librum peculiarem de ea re ſcripſit hoc titulo περὶ τῆς εἰς τὰ ἔκγονα φιλοστοργίας, id eſt, de amore parentũ in liberos, ex quo poteris aſſumere quæ tibi videbuntur, & Rabbi Moyſes Aegyptius lib. perplexorum. 1. c. 6. dum rationem reddit, cur lege

Mosaica prohibetur parētem & filium vno die decollari. & è recentioribus Baptista Fulgosus memorabilium li.5.tit.7.qui est, de parentum indulgentia in liberos. Nec tamen prætermittā quod apud Euripidem Andromache filium suū vocat vitæ oculum.

Εἷς παῖς ὅδ' ἦν μοι λοιπὸς ὀφθαλμὸς βίου.

Nec quod scribitur de Iacob illo sanctissimo Patriarcha. Genes.37. Scissisq; vestibus, indutus est cilicio, lugens filium suū multo tempore. Cōgregatis aūt cūctis liberis eius, vt lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere, sed ait, descendam ad filium meum lugens in infernum. Quodq; plerique, & inter hos Barto. noster in l.liberorum, col.1.in 4.nota.ff.de verb.sign. [Albe. in l.Gallus.§.instituens,col.2.ff.de lib.& posthu. & 10 2.par.statuto.q. 107. item an statutum loquens de filiis,col.2.] & Bald.in l.maximum,colu.4.versi.præterea filius.C.de lib. præte. & in l. vlt.in fi.C.de verb.sign. & in c. quæ in ecclesiarum,col.vlt.extra de constit.[& in c.1.§.& quia vidimus,col. 3.versi.& dic q filius, tit. qui feud. dare pos.& consi.487.in isto puncto,post princ. lib.2.& consi.] 441. ad euidentiam præmittēda sunt,in fi.lib.3.& Raph.Fulg.consi.159.Secus & Aurelius,col. 1. in fin.& Cepola causarum ciuilium consi.7.punctus quæstionis,col.4.versi. itē hoc probatur.[& Alex.consi.1.perspectis verbis testamēti,col.pen.versi.primo casu,lib.1.] volūt filiū ita ab amore dictum quasi *φιλός*, ob ingentem illum amorem parentū, verum syllaba repugnat. Ideo alii, vt hoc in transcursu dicam à Græca voce *υἱὸς* dictum malunt, quæ filium significat addito.f.ex more, Aeolico digammate *φυἱός*, sicut *ελένη* *ϝελένη* dixerunt. Nam & Aeolico sermoni Latinum esse simillimum tradit Quintil. lib. oratoriarum institutionum. 1.c. 20. Et quod itē à nonnullis traditur.l.vlt.C.de pac.qua improbatur pactum filiorum de successione parentū. ne inducatur votū captandæ mortis, non habere locum è diuerso in pactis patērum de successione liberorum, quia licèt interdum filii insidientur vitæ parentum, vt dicit glos.10 d.l. vlt. quæ allegat tex.optimum in §.penul. Instit. quod cū eo. & est etiam text.in d l. propter insidias. C. qui accus.non pos.& in §.mater,in auth.de nupt. Et illud Ouidii,lib.1.Meta.

Filius ante diem patrios inquirit in annos

Nusquā tñ repertum est parentes vitæ filiorum insidiatos fuisse. In qua setētia fuere vterq; Dec. & Lance.& Phil.in d.l.vlt. Quāquā Bal.Sal. Pau. Cast. Alex.& Hiero. Cagno.in repet.illius, aliud opinātur. Nū quāuis, inquiunt, cesset illa ratio insidiandi, non tamen cessat alia generalis posita in fi.illius.l.quoniam.f.non licet pacisci de bonis viuētis citra illius volūtatē. Et ita oēs concedunt ingētē illū parentum amorem in liberos.

12 § Sed ut redeamus, quid q licèt amor vxori' cæteros oēs superare videatur, pp illud dei Opt. Maximi oraculum, Relinquet hō patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suę, & erunt duo in carne vna, qd scrib.Gene.1. repetitur Matth. 10.Marci x.& ad Ephes.v.vt iam possis intelligere maximum habere momentū, quod tā frequēter sacrę literæ inculcant, ac repetūt. Vt interim omittam, quod adolescens ille Zorobabel.lib.Esdræ.3.cap.4.eleganter proposuit. Homo patrem suū relinquit, qui enutriit illū,& suam regionē, & ad mulierē se cōiugit, & cū muliere remittit animā, & neq; patrē meminit, neq; matrē, neq; regionē. Et paulopòst, Diligit hō vxorem suam, magis quàm patrem aut matrē. In quā ēt sententiam est illud Homericum lib.14. Iliados.

εἰς εὐνὴν σὺν τῷ πατρὶ ὦ ἐκλιδοῦσα παλαιᾶς.

quo planè significatur virum & vxorem parentū charitatem præ coniugali oblluisci. Ex quo illud Propertianum lib 4.

Omnis amor magnus, sed apertè in cōiuge maior.

Quamuis, inquā, vt hoc repetam, amor vxorius oibus maior esse dicatur, hic tamen tantus amor cedit amori parentū in liberos, si credimus Accursio, Batt.& Ang. egregiis legum doctoribus. Illis quidem in l.Lucius.ff.de vulg.& pup.substitutio, huic autē in consi. 144.cuius caput est, ad primum,col.1.quibus locis asserunt non esse verisimile virum diligere vxorem plusquam filiū, allegāt Bart.& Ang.in d.l.cùm acutissimi. C. de fideicom.& l.generaliter.C.de instit.& substitu. quæ quidem leges loquuntur in casu huic nostræ.l.proximo, vt suprà in princ.diximus.quamuis de vxore non loquantur.hoc tamen no.ad id quod dicemus infrà in glo.in verbo, libertis, in vlt q.vbi hoc plenius attingemus.

13 § Et vt intelligas hunc parentum amorē à natura proficisci, esseq; communem omnium animantium, audi quod scripserit diuus Ambr. lib. Hexameron.6.c.4. Natura hoc bestiis infundit, vt catulos proprios ament, fœtus suos diligant. Et paulò pòst. Quæ fera pro catulis non ipsa potissimum se offerat morti? Quę fera fœtus suos, innumeris licet obsessa cuneis armatorum, non suis visceribus tegat? ingruat licet telorum seges, illa tamen paruulos suos muro sui corporis septos immunes præstat periculi. Hęc ille. Cui planè cōcinit Homerus ille sagacissimus omniū rerum explorator, comparans Menelaum inter confertissimos hostes pugnantem pro Patroclō, matri quę pugnat pro vitula, quam primum peperit, huius carmen est statim in initio lib. xvii. Iliados.

Οὐδ' ἔλαθ' Ἀτρέος υἱὸν ἀρηΐφιλον Μενέλαον
Πάτροκλος Τρώεσσι δαμεὶς ἐν δηϊοτῆτι.
Βῆ δὲ διὰ προμάχων κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ
ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ βαῖν' ὥς τις περὶ πόρτακι μήτηρ
Πρωτοτόκος κινυρὴ οὐ πρὶν εἰδυῖα τόκοιο.

14 § Sed & longiùs id prosequitur Apollonius Tyaneus apud Philostratum in vita ipsius. lib.2.vbi planè ostendit id quod diximus, scilicet naturalem esse omnium animalium amorē in fœtus proprios. Nam elephātes flumen quoppiam

piam transeuntes, suos pullos deferunt, vinculis, ne fortè cadant, eos complexi. Vrsi licèt ferita te cæteras belluas superent, pro catulis tamen omnia faciunt. Itidem quoq; faciunt lupi, rapinis tamen intenti. fœmina.n. partus custodit, masculus autem pro catulorũ salute cibos ad ipsam defert. Itidem etiam pantheræ faciunt, quę propter caliditatem matres fieri gaudent, & tunc maribus dominari volunt, ac domui præsidere, mares verò patienter omnia sustinent propter catulorum amorem. Leænę autem sentientes se ex pardorũ concubitu grauidas esse, in montes confugiunt, pariũt aũt maculosos catulos, quos ideo in densissimis syluis occultatos nutriunt, simulãtes venationis causa à maribus abesse. Leones.n. si fortè viderint, eos lacerant. Quòd si leonem catulos habentem quis inueniat, animaduertet ipsum pro catulis toruè aspicere; venientemq; se ad pugnam parare. Tigri quoque insigni crudelitate animal ad naues vsque procedit catulorum repetendorum gratia, illisque receptis cum gaudio abit. ꝙ si catulis ablatis abeuntem nauẽ aspiciat, mœsta in littore vlulat, quandoq; ẽt ob doloris magnitudinem moritur. Aues quoq; nidemus pullorum causa multa facientes, velut aquilas, ac ciconias, quę nunquam nidos extruũt, quin lapides illis imponant. Hæc quidem à se aquilinum uocatum, illa verò lichnitum appellatum, propterea ꝙ facem adhibent, vt oua fœtũ producãt, & serpentes nidis non appropinquẽt. Quòd si maritimas etiam belluas consulerem, nemo admirabitur delphines suapte natura benignos amare suos fœtus. Balenas autem & Phocas, & cætera quæ fœtus viuentes educt, nemo contrà non admirabitur. Cùm ego, inquit, in Aegis insula viderim Phocã à piscatoribus comprehensam, mortuum filium, quem in carcere, vt sic dicam, pepererat, ita deplorare, vt triduò à cibis abstinuerit, quamuis omnium bellua beluarum voracissima sit, Balena autem faucibus filios abscondit, si quando maiorem belluam fugere eos contigerit. Vipera etiam visa serpentes, quos peperit, lingua lambare, & quasi expolire. Cumq; Damis, cui Apollonius hæc recitarat, ex his laudare se dicebat illud Euripidis. Omnibus profectò hominibus filii sunt anima. Confestim subiunxit Apollonius id sibi scitè & sapienter dictũ videri, sed veriùs multo & sapientiùs Euripidem dixisse, si de omnibus animalibus eãdem protulisset sententiam, in hunc modũ, Cunctis animalibus filii sunt anima. Hæc Philostratus. Cui in eo quod de vrsis dicit, subscribunt sacræ literæ. Nam ij. Reg. 17. c. Amaro, inquiũt, animo, veluti si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat. Et Prouerbiorum 17. item c. Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidẽti sibi in stultitia sua. & Oseæ. 13. cap. Occurram eis quasi ursa raptis catulis. Quo in loco Hieronymus, Aiunt, inquit, qui de animalium scripserunt naturis, inter omnes feras nihil esse ursa sæuius, cũ perdiderit catulos. Sed & ei quod de leone traditum est, astipulatur Homerus hæc scribens lib. Iliados. 17.

ὡς ἕκει ὥς τίς τε λέων περὶ οἷσι τεκέεσσιν
ᾧ ῥά τε νήπι' ἄγοντι συναντήσωνται ἐν ὕλῃ
ἄνδρες ἐπακτῆρες, Id est,
Vtque leo in sylua stabat sua pignora circum
Cui manus occurset catulos nemus inter agenti
Venatrix accincta virũ. Et iterum lib. seq.
Γυκνὰ μάλα στενάχων, ὥς τε λὶς ἠϋγένειος
ᾧ ῥὰ θ' ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἁρπάσῃ ἀνήρ
ὕλης ἐκ πυκινῆς, ὁ δέ τ' ἄχνυται ὕστερος ἐλθὼν
Πολλὰ καὶ τ' ἄγκε' ἐπῆλθε μετ' ἀνέρος ἴχνι' ἐρευνῶν
εἴ ποθεν ἐξεύροι· μάλα γὰρ δριμὺς χόλος αἱρεῖ. Id est,
Crebra gemens nimium tanquã leo viribus ingẽs
Faucibus, absenti uenator si catulum audax
Abrupuit denso in saltu, dolet acre, sequensque
Deinde nemus uersat scrutans vestigia, si quò
Versa uiri inueniat, rapit illum bilis amara.

[Et Horatius lib. Carminum 3. Ode. 30.
Non vides quanto moueas periclo
Tyrrhe Betule catulos leænę.]

De eo autem quod de Tigride dictum est, vide & Plin. lib. 8. c. 18. & Aelianum lib. histo. animaliũ. 5. [Et Senecam Tragœdiographum in Medea,

Vt tigris orba natus
Cursu furente lustrat
Gangeticum nemus.]

De elephantis quoq; idẽ dicit ipse Aelianus lib. 1. vbi & alia pleraq; de eorum amore erga filios suos tradit; nec in vno tantum loco; & in postremo asserit risu obruẽdos esse qui vtrùm naturalis sit necne amor parentũ in filios, dubitant, cùm sit in brutis animãtibus. Sed & idẽ li. 14. de Aquilis quoq; in eandem sententiam loquitur. [Nam & de ipsis atque etiam vulturibus est illa Homeri similitudo lib. 16. Odysseæ.

Κλαῖον δὲ λιγέως, ἀδινώτερον ἤ τ' οἰωνοὶ
φῆναι ἢ αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες οἷσι τε τέκνα
ἀγρόται ἐξείλοντο πάρος πετεηνὰ γενέσθαι.

Quibus significatur illos de quibus loquitur flere abundantiùs q̃ Aquilas, aut vultures, quibus rustici filios eripiunt, antequam euolare possint. De Delphinorũ in suos fœtus amore, videbis & tu multa apud Aelianum ipsum eodẽ illo opere suprà citato. li. x.] Nec hæc latuerunt Bal. nostrũ, qui in l. 1. col. 5. ver. expedita ff. C. vnde. 6. scribit bruta animalia salutem filiorum quadam naturali iustitia tueri & defendere.

15 ¶ Sed quis hunc parentum affectũ in liberos miretur, quando filius sit portio corporis patris. [vel testimonio Arist. lib. 5. Ethicorum. ca. itẽ 5. &] l. cùm scimus. §. vlt. C. de agri. & censi. lib. xj. [vbi Lucas pen. de hac re multa collegit, & illũ] tex. ad hoc autẽ dicit Bal. consi. 234. inci. decretum magnifici, col. 1. lib. 1. Et ex eo not. Bar. ꝙ si ex statuto nõ allibrati non debent audiri neque in ciuilibus neq; in criminalibus, certè libra patris prodest filio. Atq; ẽt si statuto absentes non

po-

potiatur priuilegiis ciuitatis, satis est patrē esse in ciuitate, vt filius absens priuilegiis potiatur, perinde ac si præsens esset. Et sequitur Ro. in l. j. §. domini, l. 1. ff. de S. C. Syl. & Pa. Ca. cōs. 110. super primo quæsito videtur dicēdū, col. 2. ver. in cōtrariū facit, lib. 1 Et è diuerso per illū text. cōsuluit Ang. cōs. 261. cuius est initiū, statuto ciuitatis, q̃ non videtur abesse à ciuitate, qui in ea relinquit filios, qui sunt pars corporis ipsius. Ex hocque infert ad interpretationem statuti. Idemq; dixerat Bal. d. cons. 238. lib. 1. Neque tā tū filius est pars corporis patris, sed vterque & pater & filius sunt tanquam vnum corpus, vnaque persona, vt asserit tex. in l. vlt. C. de impub. & ali. substi. quem multùm cōmendant omnes doct. ibi, inter quos Bal. ad fi. dicit q̃ id q̃ vnus habet, cēsetur & alter habere. & Ang. etiā ad fi. quòd habitatio patris censetur habitatio filij ad consequendum beneficium vel priuilegium, ad quod quidem consequendū requiritur habitatio. q̃ etiā voluit Bal. in l. illud. C. com. de man. Sunt, inquā, pater & filius vna caro. §. hac aucto ritate. 35. dis. Cuius auctoritate affirmat glos. in c. studeat, in verbo, sui. 54. di. & in c. super eo, extrà de testib. quòd pater & filius censentur vna persona, atque etiā gl. in c. tibi domino, in verbo, & iuuare, in fi. 63. dist. r. quæ ex hoc dicit, q̃ in patre & filio sufficit reuocatio mādati, & si de ea certior nō factus sit mādatarius, per l. si pater. ff. de manu. vin. de quo tu vide Car. Fl. in cle. 1. col. 4. ver. & ad prędictā, d renū. & Fel. in c. ex parte decani, col. 11. vers. fallit septimo, ext. de rescrip. Et alia item glo. in c. 4. de pœnit. dist. 3. quæ & ex hoc quoque dicit, q̃ licet quis non possit ieiunare per alium, arg. tex. ibi potest tamē per filiū. Et vt scribitur in §. ei verò, Instit. de inut. stip. vox vnius cēsetur esse vox alterius. Ideo Bald. in l. 2. in fi. C. de legib. hæred. dicit q̃ promiscua est possessio patris & filij, & quasi vnū corpus, vt q̃ vnus possidet, alter possidere censeatur, per l. vlt. C. de vsufru. Quibus concinit quod apud Saxonem historiæ Danicę lib. 7. dicit Synaldus, suos ipsius liberos à se non esse diuersos, quem suæ generationis auctorem habuerūt seque ac filios vnius hominis loco esse cēsendos, quibus veluti vnū corpus à natura tributū videatur. Quodque scribit Pau. Ca. consil. 264. inci. in pręsēti causa, col. 3. lib. 2. carnē filij esse veluti carnē patris auctā, ita quidē, vt licet efficiatur nouus homo propter nouā animā, nō tamē dicitur primus homo omnino extinctus post mortē ipsius. Quibus [subscribit illud Ecclesiastici. c. 30. mortuus est pater eius: & quasi nō est mortuus: similē enim reliquit sibi post se. Et quod] Hieronymus appellat liberos viscera parentum, in epistolam Pauli ad Philemonem. Nam & ipse Paulus inibi ad id alludens, Tu autem, inquit, illum, id est mea viscera suscipe. & Canace Ouidiana ad Macarium:

Cum mea me coram syluas inimicus in altas

Viscera mōtanis ferret edēda lupis. Et pau. pòst. *Diripiunt auidę uiscera nostra feræ.*

Et Dido quoque ipsa Ouidiana ad Aeneam.

Forsitan & grauidam Dido scelerate relinquis;
Parsque tui latitat corpore clausa meo.

16 § Ex quibus illud fit, q̃ licet cùm vindicta permittitur, ea debeat ab eo tantùm capi, ac propriis ipsius manibus, cui cōcessa est, non etiam alteri demandari. l. seruus si hæredi, ibi, personæ duntaxat eius. ff. de statulib. & voluit glo. in l. cùm fundum. ff. de vi & vi armata. & Bal. in l. ad officium, in fi. C. com. diuid. cum multis concord. à me cōgestis in nostris cōsuetudinibus ti. 8. §. item 8. in glos. 2. [& iterū in nostro tracta. retractuum, ti. 1. q. 26. in gl. 1. nu. 62. sed caue.] Potest tamen id per filium agi, tanquā scilicet per eadē personam actū videatur, per text. in l. Gracchus. C. de adult. quem ita intelligit Bal. & expressiùs Sal. ibi, & Bar. in l. nō solū. §. si mādato, col. 2. versi. circa primum. ff. de iniuriis. & Rom. in l. 1. ff. in ius vocati vt eant. & cō si. 484. incip. hoc quod vicinus, versi. quartò idem probatur. Alex. & Iason in l. 1. §. vsusfructuarius. ff. de ope. no. nunt. & Pet. Belluga. in speculo principium, ti. de principe prohibente militē guerrificare. §. r. col. 9. versi. ad secundum est videre, [Ang. Are. in tract. malefic. in verbo, che me hai adulterato, nu. 64. an maritus possit] & Fel. qui hoc dicit notandum tanquam nouum. in c. quæ in ecclesiarum, col. 4. versi. hoc intellige, extrà de constit. & in c. si verò, l. 1. col. 1. versic. limita nisi pater, extrà de senten. excommu. & Hippo. Marsi. in l. 1. cha. 1. in paruis, nu. 4. C. de rapt. vir. & in l. mandatum, post princ. ff. de sica. & sing. 448. habens potestatem. Quanquam contrarium voluerit idem Felyn. ipse sibi ideo contrarius, in cap. vlti. §. is autem, colum. vlti. extra de officio. dele. & ante illum Bald. quem tamen non allegat, consil. 173. in ciuitate cler. colu. 2. lib. 3. vbi dicit per glos. in d. l. cum fundum, quòd statutum permittens vindictam offenso, intelligitur de eo tantum, qui est corporaliter offensus, non de eo qui iuris fictione esset offensus. vnde pater, inquit, & filius offensi non possunt huiusmodi vltionem sumere. Quanquam dici potest, Bald. ibi loqui quando filius sine mandato aut iussione patris veluti iure proprio id vellet facere, quod vtique non potest, vt in casu d. l. Gracchus, voluerunt Bald. & Salyc. in ea & allegat ipse Salyc. l. patri, & l. seq. ff. eod. tit. de adult. Sed quicquid sit de ea re, certè priori sententiæ adstipulatur, quòd licet vbi est electa industria personę, non potest alter substitui. d. capit. vlti. de officio. deleg. cum si potest tamen filius delegari, vt pulchrè & uo. voluit Rom. in d. l. 1. ff. in ius vocat. vt eant. per l. sciendum. §. legati. ff. de legatio. vbi legati vicarios dare non alios possunt, nisi filios suos. Ex quo dicit Bal. in rubrica extrà de procur. col. vlt. ver.

nunquid

numquid ambasiator, quòd ambasiator (ita uocant barbari legatum) si ægrotat, aliquem loco sui constituere non potest, nisi filium suum. & illud Ro. dictum sing. reputat Fel. in c. 1. col. 1. in fi. extrà de mag. & Hip. Mar. in d. l. 1. nu. 6. C. de rap. virg. & sing. 160. pater & filius. Licet de hoc videatur dubitare ipse Fel. in c. afferte, col. 2. extra de præsumpt. & etiam Franc. Purp. in l. more, col. 13. ver. & restringi debet. ff. de iurisd. om. iud. & in tractatu de off. asses. col. pe. & aperte côtrarium teneat ipse Fel. negans illum tex. extra suum casum extendendum, in d. c. vltim. §. is autem, col. vlt. de offi. deleg. & vide hic etiã tex. in l. filius. ff. de lega.

17 § Ex eadem officina prodit nouum Barb. dictũ, vt ipse appellat, & vt ego quoque addo, mirandum, in tracta. de præstã. Cardin. parte, 1. q. item. 1. col. 9. versi. sexto cardinalatus, quod filius vassalus patris non tenetur iurare fidelitatem ipsi patri, cùm sit vna vtriusque, & eadem persona quemadmodum, inquit, nec tenentur, cardinales iurare papæ, quia sunt pars corporis ipsius vt dicit sing. Host. in c. antiqua, de priuil. licet episcopi iurent. c. ego. N. de iureiur. Quod quidem Barb. dictum, an verum sit, non parum dubito rum quia in ea re, quę vinculum animæ respicit, cuiusmodi est iuramẽtum, non possũt videri pater, & filius vna eademque persona, quemadmodum nec vna anima, vt etiam dicit è nostris. Bald. in l. maximum vitium, col. 2. in fi. C. de lib. præter immo nec portio animæ, cũ anima non sit ex traduce, sicut corpus, ex Orthodoxorum sententia, quicquid asseruerit Apollinarius. [& Tertullianus & maxi. pars Orientalium.] de quo per gl. in c. ꝙ vero. 32. q. 2. Gregorius Nyssenus lib. philosophię. 2. cui titulus est de anima. c. 6. [diuus Hieronymus ad Pammachium aduersus errores Ioannis Hierosolymitani, & aduersus Ruffin. Apolo. 2. & epis. earũ q̃ sunt diui August. 27. & ipse Augusti. epist. seq. in epist. 7. quæ est ad Marcel. iterũq; epist. 157. ad Optatum,] Ideoq; nec iuramẽtum vnius est iuramentum alterius, vt no. in c. veritatis, de iureiur. & in l. generaliter, in prin. C. eo. tit. & copiosissimè diximus in nostris consuetudinibus rit. 9. c. 3. in gl. 1. Tum quoq; quia hoc respectu, quod alter eorum est dominus feudi, alter vassalus, sunt diuersæ personæ. Quemadmodum si è diuerso filius esset magistratus patre superior certè in ijs quę ad munus ipsius magistratus pertinent, pater ius suum amittit. nec vt pater censẽdus est, sed vt alius quilibet. l. ille à quo. §. vlt. ff. ad treb. & eleganter ex Phauorino illustri philosopho nũ minùs illustri exemplo comprobat Gellius lib. noctium Atticarum. 2. ca. item 2. & latè etiam disseruimus in tractatu nobilitatis. [ca. 28. nu. 8. quid quòd tantus, & multus seq.]

18 § Sed vtcunq; hoc habeas in hoc Barb. casu, certè eo spectat, ꝙ scribit glos. no. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obl. ꝙ prohibitus alienare in potẽtiorẽ, potest nihilominus alienare in filiũ suũ etiã potentiorẽ, quasi non censeatur alienare in aliũ, qui in filiũ alienat, & sequũtur Bar. Raph & Ias. ibi & ipse Bal. in l. ea lege, colu. pe. versi. quinto quęritur C. de cõd. ob causam. per tex. de quo mox loquemur, scilicet in l. in suis. ff de lib. & posthu. sequitur item Firmia. in tracta. de episco. in 4. parte, lib. 4. in 45. 4. versi. an autẽ prohibitus. Fely in d. c. afferte. colu. 2. de præsump. & Hippo. Marsil. in l. inauditũ, col. 2. ff. de sica. & in l. j. nu. 8. C. de raptu virg. & sing. 160. incip. pater & filius, vbi hoc dicit singu. & Ludouic. Gomess. in §. quædã, col. 9. vers. quinto limitatur, Inst. de actiu. Et generaliter dicit Bal. in l. cũ pater. §. cũ inter, per illũ tex. ff. de lega. 2. ꝙ prohibitus alienare, potest tamẽ in filiũ alienare, ꝙ & idẽ asserit ipse Bald. consi. 358. quidã Lucanus, col. 2. versi. de eo autẽ, li. 1. ꝑ not. in d. §. ea lege, & in l. 1. C. de impo. luc. descrip. lib. x. & rursũ ipse Bal. consi. 253. incip. casus talis est, quidã de ciuitate, col. 2. lib. 3. & cõsi. 460. punctus talis est, quidã reliquit, col. 1. li. 5. vbi & id dicit procedere in filio naturali, & consi. seq. quãdo testator prohibet, in prin. eod. li. 5. Nã & dicitur, inquit, potiùs cõtinuatio, quã alienatio, ꝑ d. l. in suis. A quo nõ lõgè distat ꝙ respõdit idẽ Bal. con. 52. hoc exordio, substitutio facta, circa mediũ, lib. 2. ꝑ d. l. in suis, & alia quędã iura, vt ibi videre poteris. & Raph. Fulg. cons. 117. Ioãnes, col. 3. ver. reliqua deliberatio. & consi. 215. in 1. col. 2. dũ vtrobique allegat no. in d. §. ea lege. [& vide interim D. à Rota decisio. 177. cessio facta in nouis, vbi disputatur, vtrùm valeat cessio à patre facta filio clerico.]

19 § Et sanè in hæc omnia est optimus tex. in d. l. in suis. cuius hæc verba sunt, in suis hæredibus euidentiùs apparet continuationẽ dominij eorũ perdurare (ita enim scribendũ est, nõ perducere) vt nulla videatur hęreditas fuisse quasi olim hi domini essent, qui etiã viuo patre quodammodo domini existimantur. Et paulopost. Itaque post mortem patris nõ hæreditatẽ percipere videtur, sed magis liberã bonorũ administrationem consequuntur. Ex quo not. Angel. Imol. Rapha. Cu. & Fran. Areti, quòd statutum ex quo debet solui gabella ex acquisitione dominij, aut etiã ex hęreditate, non cõprehẽdit filium hęredẽ patris quod & tenuit idẽ Ang. in l. cùm in adoptiuis, colum. 2. C. de adop. & Ioan. Plat. in d. l. 1. in 2. nota. C. de impo. lucra. descrip. & procemio Inst. in verbo, alemannicus & latè Cornel. consil. 268. in hac consultatione, colum. 3. lib. 3. vbi super hoc nuncupatim consuluit, & Benedict Cap. consil. 41. hoc capite, etsi Venantius, & Barba. consil. 49. illud afferam, columna 2. lib. 1. & Philipp. Deci. in l. vlt. colum. 3. versicu. & si expressè statutum. C. de edict. diui Adr. tollen. & consi. 262. in causa magnifici, col. 2. versi. septimò. De quo tamẽ vide Alex. & Ias. in d. l. in suis. Et idẽ in statuto iubente solui

¶ e solui gabellam ex quolibet lucro, vt, §. non cō prehendat successionem patris obuentam filio, voluit Bar. & Plat. in d. l. 1. in princ. C. de impo. luc. descrip. lib. 10. & sequitur [Alex. consi. 144. Viso themate, col. 4. versi. nec similiter.] Socin. consi. 118. si volumus, lib. 3. & illius praeceptor Franc. Aret. in l. si duo, col. 1. in fin. ff. de acquir. haere. vbi dicit facere tex. not. in l. si quis in testamento. ff. de condi. instit. vbi ipse Bar. circa medium, illius rationem reddit, quia hęreditas patris non est propriè lucrum, & qui eam perdit, dicitur pati damnum, per l. vlt. C. de codicil. aut certè quasi damnum, vt no. in l. 2. C. de iur. & fa. ign. Sequitur etiam idem Aret. consilio. 2. cuius est initium, intellecta diligenter, col. 1. versi. pro ista conclusione. Licèt idem in d. l. in suis, in pri. ita referat Bar. tanquàm contrarium tenuerit, & ita etiam illum sequitur, sibi cōtrarius. Sed prio rem sententiam sequitur Geor. Nat. in rep. cap. quamuis, col. pen. versi. tu tamē tenendo, de pac. lib. 6. vbi reprehendit Ang. qui aliter tenuisse videtur in §. si vero expectet. in authen. de nup. Et pro ea sententia optimè facit, quod non admodum longè voluit glo. in c. pastoralis, in verbo, quasi de lucro, extra de dici, quòd licèt de omni lucro debeat solui decima per tex. ibi, non tene tur tamen filius soluere ex hæreditate paterna, per d. l. in suis, & d. l. vlt. C. de imp. & ali. subst. & illam glo. sequuntur Ala. Vincen. Hosti. Ioan. An. & Pan. ibi Rapha. Co. in d. l. in suis. & nouissimè Philip. Deci. in l. vlt. col. 2. versi. vlterius tamen. C. de impub. & ali. subst. & consi. 331. pro resolutione, vbi & illud sequitur quod diximus de gabella ex lucro soluenda. & Matth. Afflic. in constit. Siciliæ incip. intentionis nostræ, colu. 8. versi. item quæro, dicitur hìc. Quibus & finitimum est quod tradit Bald. in d. c. quæ in ecclesiarum, col. pen. versic. extrà de constitu. ꝙ filii non debent laudimia ex patris successione; quia non est noua acquisitio, sed dominii continuatio. [& sequitur Phil. Dec. in auth. præterea, col. pen. C. vnde vir, & vxor. & cōsi. 443. in casu ad me trāsmisso, col. 1. ver. quia filius. & dicit Bald. consil. 37. Decreto, col. 2. versi. item alienatio, lib. 3. nō propriè dici alienationem quæ fit in filios per d. l. 1. de impo. lucra. descript.]

20 ¶ Et hæc omnia confirmat, quod etiā per d. l. in suis, affirmat gl. in c. 1. §. vlt. ti. de feu. cog. ꝙ filius post mortem patris vassalli non dicitur feudum acquirere, sed acquisitum capere, quā not. & sequuntur Iac. Bel. Bal. qui dicit menti tenendum hunc pulchrum & sapidum morem loquēdi, Mart. Land. Aluar. & Card. Alex. ibi. & Barba. cōs. 10. incip. sapienter scribitur primo regū, col. 3. lib. 2. vbi illam dicit valde sing. & cōsil. 73. magnanimus, col. 3. lib. 4. & in rep. Rubricæ. C. qui admit. col. 4. ver. secundò mihi videtur & Bapti. Cacia. qui eam dicit no. in rep. c. 1. in 6. prin. par te. in vlt. differentia. d. ti. de feud. cog. Cui & simile est quod dicit Bal. in c. 1. col. vlt. tit. an mutus vel al. imper. ꝙ suus hæres viuente patre dicitur feudatarius, ar. l. si is qui duos. ff. de lib. leg. Et id, inquit, post mortē patris non dicitur succedere in feudo, sed illud retinere, per d. l. in suis. Et qđ scribit idem Bal. in l. cùm antiquioribus, colu. 6. versi. decimò sic. C. de iur. de li. ꝙ filius viuo etiā patre dicitur possidere feudum. Ideoq; & in eū sine alia inuestitura cōtinuatur possessio; & hoc dicit sing. Ias. in l. quotiens, col. 7. ver. nota etiam perpetuò. C. de rei vend. & in l. si forori, ad fi. C. de iur. delib. & Catel. Cotta in memor. inci. feudum viuo etiam patre. & alii quos congessimus in nostris consuetudinibus, ti. 27. §. 3. in gloss. 1. col. 3. ver. illud tamen quod diximus.

21 ¶ Huc quoq; pertinent, & alii tex. Primū qui dē tex. appellās reges filios regis in l. 2. §. exactis deinde regibus. ff. de ori. iur. vbi iurisconsultus dicit exactos reges numero multitudinis, cū vnus tm̄ rex esset, s. Tarquinius; vt hinc intelligas, illius filios, quos reges ē vocat, fuisse, & cū eo exactos, vt oēs Romanæ historiæ scriptores recēsēt, & inter cæteros Liuius circa initia libr. 2. vbi & sæpius reges exactos numero plurali scribit. Et lib. 3. cùm primum dixisset, quæ si in rege tū eodem, tunc in filio regis ferenda nō fuerit. quo in loco loquitur de ipso Tarquinio, & eius filio. nō multò pòst dicit reges exactos, regem. s. & filium ipsius. Et ita ea verba d. l. 2. intelligit Zasius vir, præter iuris scientiam, omnium bonarum artiū peritissimus, & post eum Hiero. Cagnolus, licèt Accursius aliò eam verborum pluralitatē nō inscitè tamen referat. Sed & Tullius Philipp. 3. & iterum. v. [rursumque lib. 1. de diuina. haud multò post princip.] reges etiam exactos dicit, cùm de eadē re loqueretur, & priori loco paulò antè dixisset singulariter Tarquinium expulsum. [Et Valerius quoq; maximus iisdem verbis in re eadē vtitur lib. 4. c. 1. post princip. & iterum lib. 8. c. 9. etiam post princip. & Plinius lib. 18. c. 3.] Ex quibus potes intelligere regis filios reges dici. Id quod planè asserit glo. in c. vlt. 24. q. 1. ex eo tex. qui regem vocat quempiam filium regis, & etiā allegat. d. l. in suis. & eam glos. sequitur Andre. Iser. in prælu. feud. & in c. 1. & ibi etiam Alnar. colum. antep. versicu. quarto an filius regis. Mart. Laud. col. vlt. & Car. Alex. col. 3. in princ. ti. quis dict. dux, co. mar. & idē And. in procemio const. Siciliæ, & in const. incip. prosequentes, col. 3. & ibi quoq; Matth. Affli. in 8. q. vbi per hæc dicūt, ꝙ filius comitis potitur priuilegio illius cōstitutionis loquētis de comite, & idē Matth. in cōsti. inci. intētionis nostræ, col. 8. versi. itē pro ista parte, & in tract. protomixeos, col. 7. Sequitur item eā gl. Bal. in d. l. in suis, per illū tex. tā in lect. quā in repe. ad fi. in pe. q. & ibi quoque Alb. & idem Bal. in l. quæsitū. §. si seruus mihi. ff. de leg. 1. vbi tamen locū illius glo. non designat. & cons. 339. consuetudo est in nonnullis regnis, col. 3. versi. item primogenitus dicitur, lib. 2. Alber. in l. pactum. C. de rei vend. & Rap. Co. consil. 131. cu-

tus

ius est exordium, duo fratres, post prin. Panor. qui hoc dicit procedere ex consuetudine à lege inducta, in c, tanta, col, 3. extra qui fil. sunt legi. Io. Ray. in §. præterea si quis, col. 3. versic. & ista inducebant, tit, de prohi, feud. ali, per Fed. Barb. in repe. rub, de caul. poss. & pro. in 23. char. vers. opportunè se offert modò quæstio. & consil. 49. incip. illud adferam, col. 1. lib. 1, & consi. 10. cuius est princip. sapienter scribitur, colu, 3. lib, 4. quibus locis dicit illam gl. valde sing. & d. consi, 73. col. 3. lib. 4. & Cardi. Alex. in c. per venerabilem. §. quod autem, col. 30. versi. postremò ad eādem materiam, qui fil. sunt legi. Iason qui & eā glos. dicit no. consi. 192. exorta est, col. 3. versic. corroboratur, lib. 2. [& iterum cons. 10. nonnulli, colum. 3. circa medium, lib. 3.] Philipp, Deci. consil. 262. in causa magnifici, colum. 2, versicu, septimò, [Carol. Ruin. consi, 19. in hac controuersia, col. 1. nume. 2. libro. 1. Latè Anton. Cors, in tracta. de potesta. & excellen, regi. in 35, quæstio.] Francis. Luca. in tract. de priuileg. fisc. parte 1. in 109. casu. Ludo. Gozad, in reper, l. si se patris, colu. 10. versi. tertiò sequitur. C. vnde liber, vbi & illam glos. dicit singu, Nec longè tamen ab ea distat & alia glos. in c. Adrianus, in verbo, augustos. 63. dist. quæ dicit, quòd filij imperatorum dicantur Augusti, per illum tex. qui, non solùm Basilicum (ita enim legendum est, non Basilium, vt vulgò legitur) imperatorem Constantinopolitanum, sed & Constantinum & Leonem ipsius filios Augustos apellat. Sed id certè non ideo fit, quòd essent filij imperatoris, sed quia pater eos consortes imperij fecerat, Nam alibi, scilicet in nostro tractatu primogeniorum, q. 17. in 4. opi. satis superq; ostendimus Augustos eos vocari solitos, qui iam ad imperium adsciti essent: qui verò successores designabantur, Cæsares, non Augusti vocabantur. Sed & ad eā priorem glos. propius accedit alia in c, denique, in verbo, rege suo. 7. q. 1. prout eam intelligit & citat Fran. Cur. senior, qui eam auream dixit cōsil. 74. incip. super memorata, col. 1. in fi. videlicet ꝙ filij regū de iure debēt esse reges, & reges appellari. Verùm ea gl. de huiusmodi appellatione nihil dicit sed illud scribit, quòd filij regum debēt esse reges, id est, succedere patri in regno vt satis declarat text. ibi loquens de Roboam filio Salomonis, qui patri successit, & alia iura quę illa glos, allegat. [Virgilius autē lib. 9. Aeneidos Ascanium regem appellat, quòd esset regii filius, cū dicit: *Regemque requirunt*. Quo in loco Seruius id annotat.]

22 § Cęterùm, vt ad alios text. veniamus ad hunc locum pertinentes habemus tex. in d. l. 1. §. domini appellatione etiam filiussa. ff. de senatuscons, Sylla. quòd domini appellatione continetur, & filius domini etiam emancipatus. Ex quo not. Bart. & Bald. quòd pœna, quę imponitur vassallo si quid faciat contra dominum, habet locum si faciat contra filium domini. Item quòd libra siue catastrum, vt ipsi loquuntur, patris prodest filio etiam emancipato; quòd vltimum etiam dicit Roma. ibi, & idem Barto. in d. l. cum scimus. C. de agri. & censi, lib. 11. Sed & ex eo tex. in d. §, domini, not. ipse Bald. quòd statutum puniens pœna dupli offendentem alterū in domo ipsius, habet locum in offendente filiū in domo patris, tanquàm domus patris dicatur domus filij. & sequitur Soci. in l. plerique, col. 5. in 5. quæsti, ff. de in ius vocan. vbi & ipse dicit: quòd cùm nullum de domo sua in ius vocari liceat, per tex. ibi, certè etiā filius ex domo patris vocari non debet, Habemus etiā tex. in l, licèt. §. patronos. ff. de verb. signi. vbi liberti patris possunt dici liberti filij. Et in l. patris & filij. ff. de vulg. & pupi, vbi testamentum patris & filij pro vno habetur: ideoque vna vtrique solennitas satis est. Ex quo not. Ang, quòd si ex forma statuti notarius debeat tantum habere pro quolibet testamento, vel quòd soluatur gabella de vno quoque instrumento, non debet notarius pro testamento patris & filij nisi illud vnum & simplex, nec solui debet nisi vna gabella. Sequūtur. Imo. & Alexand. ibi, & Barb. in c. 1. de mutu. peti. & in c, cum dilectus, colum. 27. de ord. cogni. licèt contrarium teneat Frā. Are. in d. l. patris & filij. Sed & per illum tex. dicit Bar. in l. inficiando. §. infans, in fi. ff. de furt, quòd si statutum prohibet inuitari ad conuiuium vel ad nuptias vltra 12. dominas, si pater & filius faciāt suas nuptias, non poterunt ad eas inuitari vltra 12. dominas, tanquàm sint vnæ tantum nuptiæ. Sequuntur Franc, Are. & Ias. in d. l, patris & filij. & Barb. in locis in præcedenti versi. alleg. & prætereà in rub. de acus. pos, & pro. char. 27. Ioan. Ana. in c. vlti. colum, 10. versi. ex prædictis infert ad quæstionem, de collu, dete. Licèt Ang. in d. §. infans, tenuerit contrarium. Sed priorem sententiam, & omnia quæ suprà diximus, confirmat, quod. cum apud antiquos illos Romanos. C. Licinius Stolo Tribunus plebis legem promulgasset, ne cuiquàm plusquàm quingenta iugera agri possidere liceret, vt refert Liuius lib, 6, ab vrbe condita, ipse Licinius posteà à. M. Popilio Lenate sua lege decem milibus æris est damnatus, quòd mille iugerum agrum cum filio possideret, emācipandoque filium, fraudem legi fecisset, vt prodit idē Liuius lib. sequenti. De qua re etiam aliquid scribit Columella lib. 1. rei rusticæ. c. 3. vbi tamen nihil de ea fraude dicit. [& Plin. lib. 18. c. 3. & alter Plinius, si is fuit. in libro de viris illustribus, vbi de Licinio Stolonem.]

23 § Iam satis textuū, vt opinor, habemus. Superest glosa omnibus not. in l. 2. C. qui æta. vel prof. lib. 10. quæ dicit, ꝙ cùm eadem sit persona patris & filij. si pater subeat munera, non tenetur filius subire; sufficit enim patrem subire pro vtroque. quam sequitur Ioan. Plat. ibi. & pro ea est optimus tex. in l. diximus. §. si pater. ff. de excus. tuto. vbi Bal. hinc sumpta occasione eam gl, citat

citat & dicit sing.ad hoc quòd solutio collectæ
facta à patre, prodest filio. Ideoq; si ex statuto
non soluens collectam possit impunè offendi, si
pater soluit, filius censetur soluisse, nec offendi
poterit. Et idem Bal.illam in aliis multis locis
citat & sequitur videlicet in l.non plures, in fin
C.de sacrosf.eccle. vbi per eam dicit, quod pater
& filius in muneribus censentur quid insepara-
bile.& in l.2.ante fi.C.de lib.vbi dicit ex ea, ꝙ
recepto patre ad ciuilitatem vel extimũ ciuiũ,
omnes filij gaudent priuilegio extimi.& in d.l.
vlt.in fin.& ibi quoque Alex.Corn.Fran.Aret.
& Iason.C.de impu.& ali.sub.& idem Bald.in l.
etiam, col.pen.versi.modo videndũ. C. de exec.
rei indi.vbi ex ea dicit, quòd pater cùm multis
filiis pro vno capite censentur. & in d.l.1.§.il
lud. C. com. de manu. vbi ex ea dicit quòd do-
mus habitationis patris censetur domus habita
tionis filij, & eam dicit no.& in l. sciẽdum, col.
vlt.& ibi ex recentioribus Ias.qui & illam dicit
sing.ff.qui satisd.cog.vbi per eam dicunt, quòd
si sit statutum, quòd nullus possit esse prior ciui
tatis, nisi habeat in bonis libras mille, sicuti
olim ex legibus antiquis Romanorũ (vt id quo-
que obiter dicam) senatores, equites, iudices, &
cæteri magistratus censu legebantur, auctore
Plinio seniore in procemio lib. 13. naturalis hi-
storiæ, & Plinio iuniore cum in multis locis, tũ
præcipuè libr.1.epistolarum ad Romanum Fir-
mum, & Horatio in epistolis illis, versibus.

Si quadringentis sex septem milia desunt,
Est animus tibi, sunt mores, & lingua fidesque.
Plebs eris.

Et aliis multis scriptoribus. Extãtibus igitur hu-
iusmodi legibus aut statutis, vt redeamus ad ca-
sum Bald. & Iason.in d.l.sciendum, bona patris
in hac re prosunt filio, tanquàm sua ipsius, vt
cooptari possit in eum ordinem siue magistra-
tum.& idem quoque tenet Alber.in d.l.in suis,
vbi dicit se de consilio aliorum peritorum Ber
gami cosuluisse, quòd filius cuius pater trecenta
habebat in facultatibus, potest eligi ad officium,
cui obtinendo necessaria sint ea trecenta in bo-
nis.refert & sequentur Raphael.Coma.d.consil.
131.duo fratres, vbi per hoc singu.dicit, quòd
in casu authen.præterea.C.vnde vir & vxor.non
dicitur vir aut mulier laborare inopia, cuius pa-
ter diues est, quod postremum dictum etiam as-
serunt idem Raph.in d.l.in suis.[& ibi quoque
Angel.Perusin.in repetitio.colum.2.] & Corn.
qui dicit quosdam recentiores, & legendo &
consulendo ita tenuisse in d.authen. præterea,
colum.penul.& ibi quoque Alexand.colum.3.
versicu.sed iuxta predicta.[& Francisc.Curtius
Iunior.colum.2. nume.9.] Roman. in l.1.§.do-
mini appellatione, colum. 2.versicu.item facit
& secundo, & colum.sequen.versicu.item ad
id.ff.de S.C.Sylla.vbi tamẽ circa hoc distinguit.
& Socin.qui hoc reputat singul.consi.30.incip.
in causa dominæ, column.3. libr.4. & consil.
121.cuius caput est, præmittenda est disputatio,
colum.vlt.eod.lib.4.licèt contrarium tenuerint
Iason.Philip.Deci.& Francis.Pepi.in d.authen.
præterea ille. colum.3. Deci.colum.penulti.hic
colum.9. & sequens.in repet. Sed vt redeamus
ad primum illud dictum Bald.in d.l.sciendum,
& Alber.in d.l.in suis.[Idem etiam voluit ip-
se Alber.in prima parte statutorum. q.71. item
pone statuto ciuitatis, & iterum q.109.item
quæro statuto castri.& id quoque] sequitur Ale
xand.in d.l.vlti.C.de impub.& ali.substitut. &
Barb.in tractat.de præstan.Cardinal.in 1. parte.
q.1.colum.9.versicu. sexto Cardinalatus. & in
d.consil.10. colum.3.libr.2.& Socin.qui id re-
putat singul.in d.l.plerique, colum.5.in §.quæ
stio.ff.de in ius vocan.& D.Bened.in repet.cap.
Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Ade
lasiam, nume. 89. & seq. de testamen & Fely.
in d.cap.1.colum.1.extra de magist.& Iason in
l.filius paciscendo, in j.no.C.de pact. Quin plus
voluit Bald.per illam glos.quam dicit singul. in
cap.quæ in ecclesiarum, colum.vlti.de constit.
quòd in casu illius statuti., de quo suprà proxi-
mè diximus, extimum siue catastrum patris,
prodest omnibus filiis insolidum, vt possint om
nes illud officium, vt cum nostris loquar, obti
nere quandiu pater viuit, ac si quilibet eorum
tantùm haberet in bonis. Sed & illam glos.se-
quitur Bald.in d.l.1.§.domini.ff.de senatuscon.
Sylla.vbi eam quoque dicit singul. obtinere lo-
cum siue filij sint emancipati, siue in potestate
patris.de quo tu vide omnino Iason.& Philipp.
Deci.inter se digladiantes in d.l.vlti.C.de im-
pub.& ali.substitut.[& tex.in l.2.§. incolumes.
ff.de vaca.muner.] Illam quoque glos.sequitur
idem Bald.in cap.filius, titul. de capi. qui cur.
vendic.vbi ex ea dicit, quòd filius non debet ha
bere honorem paternum, & onera hæreditatis
repudiare, quia censetur eadem persona. & in
addit.Specul.titul.de censib.§.nunc dicendum,
in fin.& consil.138.Petrinus de Isco, circa me
dium, lib.1.vbi eam dicit elegantem.& consil.
seq.consuetudo est, colum.1.vbi & eam dicit
singu.sed vtrobiq; eam intelligit in filiofa.tan-
tùm, non etiam in emancipato, sibi in hoc con-
tradicens. & consil. 234. decretum magnifici.
col.1.eo.lib.1.vbi per eam dicit, quod pater &
filius sunt vna identitas, & vnum est vtriusq;
domicilium, eamq; etiam dicit singu.& consil.
486.quidam dominus, in fin.eod.lib.1.& con-
sil.289.hoc exordio, consuetudo est, col.2.vers.
secundò hoc probatur.libr.2.vbi & ex ea dicit.
quòd pater & filios in muneribus & honoribus
ad intellectũ vnius personæ reducũtur.& cons.
105.in causa quæ vertitur, col.1.lib.3.& consil.
294.ista causa, col.1.lib.4.vbi ea dicit no.& per
eã dicit ꝙ libra patris cẽsetur libra filij. Sequun-
tur item illam glos.Paul. Cast.consil.110.super
primo quæsito, col.2.versi.in contrarium.lib.1.
Alexand.in d.l.in suis, colum.2.& in d.authen.

præterea,

11 ¶ De compromissis & arbitrijs probat tex. in l.non distinguemus.§. de officio. ff. de arbit. & in cap.cùm in iure,ibi, iuxta compromissi tenorem, extra de elect. & in cap.examinata, ibi, contra formam compromissi, extra de confir. vtil. vel inutil.& in cap.cùm olim,in fi.ibi,iuxta tenorem arbitrij, extra de præscript.& in cap. Raynaldus,ibi, prout forma compromissi,extra de test.[& dicit Bal.in l.Pedius, per illum text. ff.de arbit.quòd à forma compromissi non est recedendum, etiam si forma seruata iuris effectum non habeat, & consi.318.practica, colū. 1.libr. 1.dicit q à verbis laudi non est recedendum, & allegat.l.Celsus.ff.de arbit.] De libellis autem est text.in l.2. ibi, ex ijs quæ in libello complexa sunt, & ibi recentiores, qui hoc annotant.C.de instit.& subst. [& dicit Bal. consi. 190. Sempronius Manfredi, colu.2.libr. 2. q à verbis libelli non est recedendum, per l.vlt.C. de fideic.lib.& l.cùm precum.C.de lib. cau.] De rescriptis verò dicit glos.in d.l.Pedius.§. in seruum.ff.de arbit. & post eam Bald. in l.cùm magistratu, in prin.C.quan.prouo. non est necess. q iudices non debent discedere à verbis rescriptorum. Cui simile est quod tradit idem Bal. in rubr.extra de offi.deleg.colum.penul.post Inno. q iudex delegatus non potest interpretari rescriptum, nisi quatenus verba ipsius rescripti patiūtur. & bene facit quod scribit ipse Bald.in ca.cū olim,col.1.vers.not.q in delegato,eo.quoq; ti. & in c. cùm ordinem,col.5.versi.quæro nūquid certa,extra de rescript.vbi dicit q papa non censetur in suis rescriptis vti certa scientia, nisi verbis id concipiat, per l.Gallus.§. 1. ibi, ex verbis concipi possit, & l.contractus.C.de fid.Instr. & idem Bald.in cap.significante,in princ.eo. tit.extra de rescript.tradit q vbi non conueniunt verba rescripti, nec rescriptum quoque conuenit. De instrumentis,præter id quod suprà diximus ex Bal.ib d.l.lecta.ff.si cert.peta.notum est illud eiusdem Bald.in c.per venerabilem,colum.pen. versi.quid si est expressum,extrà de elec. q non cantat instrumentum,nec ego cantabo. [& simile est quod scribit idem Bald.consi.297.hæc materia colum.2.versicul.præterea videndum, lib. 1.quod instrumentum non dicit,nec nos dicere debemus, per d.l.si fideiussores magistratuum. §.1.& idem quoq; dicit cons.189.creditor,post medium,lib.2.] & bene facit quod tradunt ijdē Bal.& Ang.in l.si binæ.ff.de inoffi.testa.& in d. l.ad probationem dominij,C.de probati. & in l. si quis inficiatus.ff.depos.& in l.vl.in fi.per tex. ibi.C.de fals.cau.adiec.leg.vbi dicit quòd nihil aliud inquiri debet, nisi quod in instrumento scriptum est.& in cap.cùm venerabilis,in fi. extra de except.& consi.15.omnis assessor.colum. 2.versi.quinto,lib.2. Ang.in l.interest.C.de solut.qui.& ipsi loquuntur de eo quod instrumentum cantat. & est optimus text.in cap. cùm dilecti, ibi, ex tenore instrumenti, extra de donat. cum alijs multis concord. à me traditis in nostris commentarijs consuetudinum tit.29. in glos.2.in.2.fal.De actis deniq;, [nam & hæc postremo loco dicta sunt,] Bald.qui vbique est, in cap.vlt. ad medium, extrà de probat. quod non loquuntur, inquit, acta, nec nos loquimur. [& consi. 455. quidam nomine. A. colum.1. lib.1.vbi dicit,quòd non possumus plus vel minus loqui, quàm acta loquuntur.]

12 ¶ Et ita quidem hæc omnia obtinent, vt potius actus pereat, maneatque inutilis, quàm à verbis discedatur, si nullo modo rei & negotio conuenire possunt, per l. tutores. §. 1. cum ibi not. per Bartol.ff. de adminis. tuto. & l. fideicommissa.§.si filio. & ibi etiam Barto. ff. de legat. 3. & voluit Franc. Aret.in l. à Titio, colum. vlti. ff. de verbo. obliga. & consil. 66. viso puncto, colum. 2. versi. sed tamen vt omnia, vbi ad hoc dicit singu. text. in d.cap. tutores. §. 1.& Iason in l.quoties in stipulationibus, in 4. limitatione. ff. de verborum obligationibus vbi & de hoc dicit esse text. optimum in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupilla. subst. &

E idem

idem Iaſon in l. ſi tibi pecuniam, in fin. 1. not.ff.ſi cert.pet.& in l.ſi quis in fundi vocabulo,quæ eſt.4.in princ.colum.antepe.verſicu.ego vltra ſcribentes.ff.de lega.1. [& prioribus adde text.in l.Seiæ.ff.de tut.& curato.dat.ab his.]Sed tu ſuper hoc vide omnino [text.ponentem tute Iam procura.in l.pater Seuerinam §.conditionē .ff.de condition.& demonſtration.&] And. Alci.qui mihi in ea re cęteris tectiùs intellexiſſe videtur, in l.2. de verb. ſigni.char.2. Sed id nolui prætermittere,vt intelligeres quam religióſum noſtri putant à verbis diſcedere.

13 ¶ Sed & hoc ita procedit,vt in quibus caſibus permittitur interpretatio vel declaratio cuiuſpiam rei,vtputa,iudicis eſt ſuam ſententiam actoris ſuum libellum declarare vel interpretari: ea certè declaratio ſiue interpretatio ita debet fieri,vt verbis conueniat,nec ab ijs,cum clara ſunt,recedatur:alias reijcitur,vt voluit Bar.in l.ab executore,col.2.verſicu.item ſi verba.& ibi etiam Imo.& Angel.A tet. ff. de app. & idē Bar. in l.duobus.§.ergo ſi quis.ff.de iureiur. Bal.in l. ea quæ.C.commi.vel epi.& in l.voluntatis, col. vlt.verſi.quæro ſi ſtatutum.C.de fideicom.& in l.certo generi.§.1.per illum text.ff.de ſerui.vrb. præd.& [in d.hac lege,col.1.ver.quæro nūquid iudex.C.de ſenten.ex pericul.reci.]in rub.extra de offi.deleg.col.pe.& in cap.poſtremo,extra de appe.dum dicit,quòd vbi de ſignificatione vocabuli tractatur,non eſt recurrendum ad arbitriū iudicis.Ang.in l.ſi quis intentione,col.vlt.verſi. vltimò ſcias.ff.de iudic.Imo.conſ.21.in caſu præmiſſo,col.2.ver.nec obſtat.prædictis, lib.2.Domi.in c.licet.verſi.præmiſſæ, in 3.no.de teſta. & Panl.Caſtr.conſi.338.quia exceptiones, colu.2. lib.1.Fran.Are.in l.5.§.ſtipulatio,col.1.verſi.ſed huic rationi.ff.de verb. oblig. & in l.quicquid aſtringendæ,in prin.col.vlt.vbi hoc dicit no. & ibi etiam Iaſon col. 2. in 3.not.per illum tex.ff. eo.& idem quoq; Are.in l.edita,col.2. verſi. intellige tamen quòd declaratio,& ibi etiā Franc. Purp.col.18.nu.100.C.de eden.& ipſe Are. cōſi.56.poſt abſolutum primum conſilium, paulò ante fin.& conſi.79.diligenter conſideratis,in 2. dubio.Alex.in l.diuortio,col.4. verſicu. item dictum.ff.ſol.mat.& conſi.28.viſis & accuratè pō deratis.col.pe.verſ.non obſtat quòd magis ſenſus,lib.1.& conſi.56.viſo proceſſu,col.4.verſi, nec etiam poteſt dici,lib.2.& conſi.217. nec arguendi ſumus,in fi.eo.lib.2.& conſi.167.viſis & ponderatis his,col.2.ver. nō obſtat dū quartò,li. 7.Soc.in l.naturaliter.§.nihil commune,coln.7. verſi.ſed tu conſidera.ff.de acquir.poſſ.Barb. cō ſi.38.præclarè ſcripſit,colum.12.verſi.& ſi quiſpiam dixerit,lib.2.Steph.Bertr.conſi. 269.viſo proceſſu,nume.4.lib.5.Philip.Dec.in l.in ambiguis. ff. de reg. iur. Ludo. Bolo.in tract. de indulgentijs, col.17.num.83.

14 ¶ Quibus adſtipulatur text. not. in ca.cùm dilecti, extra de accuſa.vbi declaratio ſiue interpretatio debet fieri non perimendo, ſed exponendo quæ dicta ſunt. quem ad hoc not.& commendat Bal.in ſua marg.in verbo interpretatio, & in l.1.in fi.C.de li.præt.in & l.ſi de interpretatione,in princ.ff.de legib. vbi ex eod. text.dicit quòd interpretatio debet eſſe veri ſimilis,vt ſcilicet exponat, non perimat. Nam & Dy. in cap. non ſunt partium, de reg.iur.lib.6.negat interpretationem non veriſimilem eſſe admittendam, & poſt eum Bal. in d. l. ſi quis ambigua, in vtraque lect.& ibi quoque Ang. ff. de iudic. & Fely.in cap.ſuper quæſtionum, colum.1.ext. de offic.dele. Quæ omnia etiam confirmat illud Tullij, lib.2.de inuentione , quo loco diſſerit de controuerſijs, quæ in ſcripto verſantur. Cùm ſcriptum eſt, inquit, apertè, tum iudicem legi parere, non interpretari legem oportere. Et facit etiam optimè text. in cap. ſi pater , ibi , dummodo earum verbis conueniat, de teſtam. lib.6.

15 ¶ Ex quo fit quòd declaratio ſiue interpretatio verborum non dubiorum,quæ ſcilicet illis non congrui, non cenſetur eſſe declaratio prioris diſpoſitionis, ſed noua atq; alia quædam diſpoſitio, quæ non tollit ius alteri quæſitum ex illa priori diſpoſitione , ſecundum Pet. Anch. conſi.398.præmitto pro clariori, in fin. Panl. Caſt.in l.hæredes palam.§. ſi quid poſt, colum. 2.ff.de teſta.& conſi.22.viſa quadam ſcriptura, colum.vlt.lib.1.& conſi.148.viſo & examinato puncto, colum.vlt.eod.lib. 1. & apertiùs conſil. 340.præmiſſis allegationibus adhæreo, colum. 1.eod.lib.1.& Philip.Dec.in d.l.[in ambiguis.ff. de reg.iur.[& in l.edita, colum. 12. verſicul. & quod ſupradictum eſt. C.de eden.] & in c.cùm veniſſent, extrà de iudic.& ante hos Bald.quem nullus citat,in cap.1.colum.3.verſi.item qui interpretatur, extrà de conſtitut.

16 ¶ Sed & vt ex alijs item ſcriptoribus aliquid in rem noſtram mutuemur, hæc mirè fulciunt quæ à Quintiliano ſeniore , ſcilicet auo, vt multi contendunt,eius qui inſtitutiones oratorias ſcripſit, eleganter tradita ſunt aduerſus iuris interpretes, qui in legum interpretationibus à verbis earum recedunt, voluntati men tique earum, vt ipſi cauſantur, ſeruientes. Hæc ipſius verba ſunt. [ex declam. 264.] Manifeſtū eſt nihil poſſe calūniç admittere verba legislatori pta. Nunc periti iſſimi litium homines ad interpretationem nos iuris adducunt. Non enim hanc eſſe legis voluntatem quæ verbis oſtenditur. quorum ego prudentiam miror. Tantum vicerunt illos maiores noſtros, illos conditores iuris, illos qui rudem ciuitatem legibus ac iure formarunt . In hoc approbare conantur defuiſſe his ſermonem, defuiſſe conſilium. Et paulò poſt. Hoc dico iudices , pernicioſiſſimam eſſe ciuitati hanc legum interpretationem. Nam ſi apud iudices hoc ſemper quæri de legibus oportet, quid in his iuſtū, quid æquum,

quid

quid conueniens ciuitati, superuacuum fuit omnino leges scribere. Et credo fuisse tempora aliquando, quæ solam & nudam haberent legum æstimationem. Sed quoniam ingenijs hæc in diuersum trahebantur, nec vnquam satis constitui poterat quid oporteret, certa forma, ad quã viueremus, instituta est. Hanc illi authores legum complexi sunt: quam si mutare, & ad vtilitates suas peruertere licet, omnis vis iuris, omnis vsus eripitur. Nam quid interest, nullæ sint, an incertæ leges? Et cætera quæ sequuntur. Sed & multa in hanc sententiam adfert Tullius in eo.lib.2.de inuentione. Non oportere de eius voluntate nos argumentari, qui ne id facere possemus, iudicium nobis reliquerit suæ voluntatis: multa incommoda consequi, si instituatur vt à scripto recedatur. Nam & eos qui aliquid scribant, non existimaturos id quod scripserint, ratum futurum: & eos qui iudicent, certum, ꝗ sequantur, nihil habituros, si semel à scripto recedere consueuerint. Scriptori neq; ingenium, neq; operã neq; vllã facultatẽ defuisse, quò minus posset apertè pscribere id, ꝗ cogitaret: nec fuisse ei graue nec difficile certam aliquam causam excipere, si quicquam excipiendum putasset. Deinde & ipsis iudicibus iudicandi, & cæteris ciuibus viuendi rationes perturbatum iri, si semel à legibus recessum sit. Nam & iudices neq; quid sequantur, habituros, si ab eo quod scriptum sit, recedant: neque quo pacto alios improbare possint, ꝗ contra legem iudicarint: & cæteros ciues, quid agant, ignoraturos, si ex suo quisq; consilio, & ex ea ratione quæ in mentem aut in libidinem venerit, non ex communi præscripto ciuitatis vnamquanq; rem administrabit. Indignissimumq; esse, quam rem verbo & literis mutare non possis, eam re ipsa & iudicio maxime commutare. Hæc Tullius carptim ac vellicatim. [Sed & idem ad fi. Partiti. ora. multa in hanc sententiam scribit.]

17 ¶ Et hæc quidem optima ratione. Nã quorsum sunt nomina seu verba, nisi vt demonstrent voluntatem dicentis? vt eleganter veluti interrogando asserit iurisconsultus in l. Labeo. ff. de supel.legat. Cui concinit text. in c. is autem. 22. q. 2. Et vt dicit Bal. in l. sed & reprobari, in prin. per text. ibi. ff. de excus. tut. ex loqnela hominis animus iudicatur. quod dicit summè notandũ. Quæ sententia est Aristotelis, si is est, nam Andronicus Rhodius eum esse negat, sed Boetius & cæteri asserunt, circa initium libr. 1. περὶ ἑρμηνείας id est, ex traductione Laurentiani, de elocutione, aut vt vertit Boetius ipse, de interpretatione. Quam quidem Aristotelis sententiam ita traducit ipse Boetius. Sunt ea quæ sunt in voce, earum quæ sunt in anima passionum notæ. Quam & ex ipso Aristotele citat ipse Bald. in l. [de quibus, col. vlt. ff. de legib. & in l.] 1. §. vbi autem, col. vlt. versi. not. text. in §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tol. vbi & ipsum quoque Boetium simul citat. & in c. mandatum col. 1. extrà de rescrip. & sine authore ipse Bald. in c. bonæ, le. 1. col. 1. extrà de postu. præla. [& cons. 134. mihi Baldo, col. 1. lib. 4.] Et ex Aristotele. [Alberic. in d. l. Labeo, nu. 4. Alex. consi. 52. circa hanc, col. 2. lib. 4.] Maria. consi. 7. nunc quę sitorum, col. 1. & cons. 10. quanuis quæstiones, col. etiam. 1. & consi. 11. circa pręsentem, col. pe. Fanc. Cur. senior cons. 50. memoriæ recolendæ, col. 26. ver. consequenter stabit. & Barb. cons. 4. scribitur primo regum, col pe. lib. 1. & cons. 13. clementissimi Dei, col. 3. & iterum col. 6. eo. lib. 1. & cons. 34. clementissimi patris, col. 2. eo. lib. & consi. 36. illud in medium referam, col. 2. eo. lib. 1. & cons. 16. sapienter scribitur, col. 3. versi. & quispiam dixerit, lib. 2. & cons. 11. illud afferam, col. 15. lib. 2. & cons. 23. sapientissimus dixit, col. 1. eo. lib. 2. & cons. 28. preclarè scripsit, col. 10. eo. lib. 2. & consi. 56. sapiẽter scribit psalmista, col. 7. vbi eodẽ li. 2. & alia multa in id allegat. & cõs. 9. vbi Christus, col. pe. li. 5. & cõsi. 20. bene etenim cũcta geruntur, col. pe. eo. lib. 3. & consi. 39. similis exordij, col. 2. eo. lib. 3. & cons. 42. deum inuocent, col. 3. eod. lib. 5. & consi. 73. magnanimus, col. 5. lib. 4. & consil. 81. clementissimi dei, ante. fi. eo. lib. 4. & consil. 86. magnus dixit, col. 2. eo. lib. 4. & Iason consi. 142. venerabilis, col. 10. in. 11. ratione, lib. 2. & consi. 17. t. vi sis & diligenter, col. 2. ver. secundò, facit, eo. lib. 2. Ex Boetio autem citat Bal. ipse in l. iurisgentium. §. pactorum, col. 1. ff. de pact. & sine authore idem Bal. in tract. schisma. col. 7. ver. perspicaciter ergo videamus. & Barb. consi. 16. clementissimi dei, col. 4. vet. cum ergo istud. lib. 4.

18 ¶ Et alibi sæpe idem Bal. citat illud Cassiodori, Nullum est maius mentis nostræ testimonium, quàm qualitas inspecta verborum. videlicet in l. generaliter, in primo no. C. de numer. pec. & in l. ad cognoscendos. C. de ingenu. manu. & in l. tres dennntiationes, col. 1. C. quo. & quan. iud. & in c. 1. titul. de conten. inter me & domi. in addi. & in c. super literis, colu. 2. ext. de rescrip. & in rub. ext. de testi. Subditq; in postremo loco verbũ vulgi dicere, Loquere, & cognoscã te. [& cõs. 160. facta fuit inuestitura, lib. 1. & cõs. 305. verba principis dicũt, col. 1. eo. lib. 1.] Et illud quoq; Cassiod. dictũ ex Bal. aduocat Alex. imò Barb. si stilo credimus, inter cõs. ipsius Alex. cõsi. 52. circa hanc dubitationẽ, col. 2. li. 4. & idẽ Barb. in l. ita si stipulatus essem abs te, col. vl. ff. de verb. ob. & in c. omnipotẽs, col. 2. ext. de accus. & in omnibus propè locis supra citatis. & præterea cons. 44. sapienter scripsit, col. 1. lib. 2. & Maria. locis etiam supra designatis. & Iason in l. neq; ꝓfessio, col. 2. ver. subdit vlti. loco. C. de testa. & in l. si quis filiũ, col. 2. ver. tertiò intellige. C. de lib. præt. quibus locis, & d. consi. 142. vbi suprà, lib. 2. & alia Bald. dicta in eam sententiam adfert, quæ videre poteris. & Franc. Cur. iunior consil. 5. facti contingentia, colum. 7. versic. prædictis

tamen omnibus.& Philip,Dec.in d.l. semper in stipulationibus,ff.de regul.iur.& d. consil. 305. colum,1.& Hipp.Mars.in l.1. diuus. Adrianus, colum.1.ff.de sicar. & in l. 1.num.31.C.eod.tit. & consi.21.vocem meam, colum. 3. nume. 21. lib.1.& Ferdin.Loaz.qui vnum Fran.Cur. citat, in repe.§.1.colum.9.Insti.de iusti.& iure. Quibus beniq; illud Euangelicum addiderim. Loquela tua te manifestum facit. Et quod tradit Tullius libr. delegibus primo, orationem esse mentis interpretem. Et paulò ante etiam Lucretius libr. 6. quo loco Athenienlium pestem describit, vocat linguam animi interpretem.

Atque animi interpres manabat lingua cruore,
[At Bald.consi.160.facta fuit, lib.1.dicit linguā esse tubam cordis.& quod verbum non sonat, pro nullo habetur. & consi. 490. ponitur quòd quidam Nicodemus,colum.1.lib.quod verbum non sonat, nec sentit quoque.]

19 ¶ Tú secundò,vt ad alias rationes pergamus quòd hæc l.nostra donationem perfectam reuocans videtur esse exorbitans, vt nostri loquuntur, non prorsus ineptè, cum & Augustinus lib. de ciuitate Dei.9. cap.3. verbo exorbitandi vsus sit, cum dicit quòd exorbitet ab itinere sapientiæ, & lege iustitiæ. Idemq; in commentarijs in Euangelium Ioannis tractatu. 47. dicat hoc verbum ita dici, quasi extra orbitam fieri: vt exulare extra solum, expirare extra spiritum: vt interim relinquam tex.hoc verbo vtentem in cap. ad nostram,extr.de appel. & in cap. 1.versicul.ille verò, de fili. presb. lib.6. [& in §. opponitur, iterumq; in §. huic oppositioni. 1. q.7. quibus locis dicitur exorbitare à fide.] & nescio an alium talem comperies. Quæ hîc ideo obiter volui dicere, quia id verbum frequens sit apud nostros iuris interpretes, existimeturq; à quibusdam non esse satis probum. Græci autem pro verbo exorbitandi ἐξίχνεύειν dicunt. Sed vt redeamus, videtur ergo hæc.l. nostra exorbitans esse à regulis iuris communis, quod aliàs statuit donationes fore perpetuas & irreuocabiles. l. Aristo.§.vlt.ff. de dona. l.fine. C. eod.l.si donationem, hoc ipso tit. de reu. don. vbi nec rescripti quidem authoritate reuocari non possunt. & l. cum ancillam. C. de cond.ob cau.& l.cum te sponsæ, & l.si mater, C.de don.an.nup.& l.si donationis.C. de contr. empt.& l.vlt.C. de vsuc. pro dona. & l. senatus, §.sed mortis, ibi, nullo casu reuocetur.ff.de dona.cau.mor.& cap.non enim.22.q. 2.& c. verū, extra de cond.appo.& no.glos.in cap.in causis, in verbo,integra,extra de elec.[& Bal.con. 327, pridie, in princ.lib.vbi dicit donationem perfectam neque tolli neque mutilari posse. Sunt igitur,vt id repetam. perpetuæ & irreuocabiles donationes,] sicut & cæteri contractus.l. sicur. C. de actio. & oblig.& l.de contractu, & l. non est. C. de rescin. vendic. &. l. in commodato.

§.sicut autem.ff.commo.& c.licèt, ext.de voto. Ideo qui dicit donationem perfectam non posse reuocari, habet regulam pro se, & intentionem fundantam, vt expressè dicit Rom. consil. 171.pro decisione, colum.vlt.versicul. secundò quia regulam habeo. & faciunt not.per Bal.Sal. & alios in l.vl.ff. de cond.caus.dat. & doct. in l. iurisgentium, in princ.& Soc.in l.qui Romæ.§. Flauius Hermes, colum. 4. versicul. prima conclusio.ff.de verb.oblig.Similiter statuit ius commune, actum simpliciter factum, censeri purum, ac sine die & conditione. l. libertis libertabusque.§.vlt.ff.de ali.& cib.legat.& l. 1. ff. de cond.& demon.& l.1.§.si quis simpliciter. & l. eum qui calendis.§.quoties, & l.interdum. [& l.si ita stipulatus fuero, si Titius. §. Chrysogonus, in fin.] ff. de verbo.oblig.& l. omnia.ff. de legi.& l. in omnibus obligationibus. ff. de reg. iur.& text.omnium optimus in cap. 1.in fi.33. q.8. cum si. Et hoc nuncupatim in donatione responderunt, aliud tamen agentes, Oldra.consi.114. factum est tale, quædam mulier, versic. iuxta hoc etiam. & Panor.consi. 55. in quæstione quæ vertitur, colum. 2. versicu. sed his non obstantibus.libro 1.per l.perfecta.C.de donatio. quæ sub mod.vbi etiam est text. ad hoc expressus.& l.3.hoc nostro ti.de reuoc.donat. [Et hoc quidem adeò procedit, vt ne princeps quidem in suis donationibus siue concessionibus iā perfectis conditionem apponere non posset, vt per And. Iser.multa in id allegantem in cap.1.ad fi. tit.de capi.qui cur. vend. & Luc. pen. in l. qui fundos.C.de omni agro deser.lib.11]

20 ¶ Quin & si in casu huius legis nostræ censeatur esse tacita quædam conditio & voluntas donantis, vt scilicet tum demum donatio rata sit, si donans nullos susceperit liberos, siue ea reuocetur si postea liberos susceperit, secundum ea quæ diximus supra in præfati. huius.l. numer.6. Tamen ea voluntas non prolata, sed in mente retenta nihil suapte natura operari debet, ex regulis iuris communis. cap.1. ibi licet voluntatem habuerit, & ibi glos. & Panor. extrà de eo qui mit.in poss.& l.quidam cum filiū. ff. de hære. inst.vbi non sufficit testatorem voluisse, nisi & ipse disponat, & hoc not. Bald. Imol. & alij ibi. Ex quibus Bald. illud præterea not, quòd non sufficit aliquid esse in intentione, nisi sit in dispositione. Dicitque, & post eum Imol. ex hoc limitari omnia iura mundi, quibus cauetur voluntatem testatoris esse seruandam & Alexand.qui hoc multum commendat in l.si quis filium, ad fin.& ibi quoque Iason colum. 1. C.de libe.præt. & idem Iason in l.si res obligata, colum.6.versicul.ego teneo. ff.de leg.1. [& consil.30.in præsenti, colum.3. versicul.3.facit, lib.3.& consi. 96. iste est valde difficilis, colum.3.versicul. eiusdem initij, lib. 4.& consil.154. viso testamento,col.3.lib.4.]& alibi sæpe.& Soc.cōs.6.in præsenti cōsultatione colum.

olum.4.versicul.ex qua conclusione, lib. 3. & consi. 69. viso testamento Ioannis, post princ. eod. lib. 3. & Franc. Cur. senior consil. 43. quia inquit Bald.col.11. versicul. quia non sufficit.Et Steph. Bertr.consi.340.ponitur in facto, num.9.lib.1.& Philip.Dec.in l.non omnis,col. 1.ff.si cert.peta.& in l.cùm quid,col.v.eo. tit.& in l.semper in stipulationibus,colu.1. ff. de reg. iur.& consi.15.cuius superscriptio incipit, an appellatione filiorum,colu.3.in princ.& consil. 63.substitutio,colum.2.versi.& ratio manifesta est.& consi.89.viso puncto,colum.3.versi.confirmatur hoc.& consi.95.cuius superscriptio est substitutio,ad fi.& consi.186.quoniam ex facto col.1.& consi.205.in causa istorum, col.2.vers. sed his non obstantibus. & consil.211. subtilis est casus,col.2.versi.prædictis.& consi. 218. in casu ad me transmisso,col.3.versi.& ne prædictis.& consi.248.visa petitione,col.vlt.& consi. 287.in ciuitate,col.4.vers.sed supradictis.& cō si.290.domina Blasia,col.penult.versi.primò nō obstat.& consi.sequen.colum.4.versi.& pro fundamento.& consi.314.pro resolutione, colu.2. & consi.362.punctus de quo quæritur,ante medium.& consi.369.iuridicas,post prin.& consi. 377 visis & diligenter consideratis,col.2.versi. quia ad hoc respondetur. & consi.384. in casu proposito,colum.vlt.versi.non obstat quòd voluntas.& consi.412.viso eleganti consilio, col.2. [& consil. 465. perscrutatis, nume.7. & 8. & consil. 477.viso consilio, ad fin.] & alibi sæpe. nam is ferme in hoc totus est.

21 ¶ Et hanc quoque sententiam fulcit text. in l.qui ex liberis, quæ est pen.§. vlti. ibi, nec putauerit quisquam nuda voluntate constitui testamentum.ff. de bon.poss. secun.tab. & in l. iubemus. C.de testa. vbi testator volebat plures instituere hæredes, puta tres aut quatuor, idque constabat, & tamen non nisi duos instituit. Certè illi tantùm habentur pro institutis, non etiam alij quos scribere voluit. Et ad hoc eum text. expendit Paul.Cast.consi.264. videtur dicendum pro matre, colum.prima. Et alius quoque text.quem & ipse Dec. nonnunquam citat in d.l.Gallus.§.quidam rectè, ibi, vt ex eo casu valeat, qui ex verbis concipi possit. quē etiam expendit Bald.consi.182.locata fuit,colum.vlt. lib.1.vbi ex eo dicit, quòd finibus verborum debemus esse contenti. & rursum in cap.secundo requiris, colum.1.extrà de appel. vbi ex eo suppleat illum tex. in verbo, intentioni; quasi non satis sit intentio, nisi ea verbis exprimatur. ad quod etiam citat text. quem dicit singul. in l. si alij, in fin. ff. de vsufr.leg. ibi, plus valet scriptura, &c. Per quem & ipse Bald. alibi, scilicet in cap.mandatum, colum.1. ext. de rescript. asserit linguam cordi cedere & sub iugo mentis verba consistere, tanquam sub proprio originali & digniori, dum tamen (inquit ex eo text.) non recedatur à verbis. Et statim post subdit, tacitam voluntatem cohærentem expressæ, haberi pro expressa, sed in corde retentam mihil operari. Quin ex eo text.respondit ipse Bal.consi.23. Titius in testamento, colum.2.lib.1.non esse recedendum à rigore verborum testamenti.Sed & ex eo dicit idem Bald. in cap.licet de vitanda, colum.2. versicu. apparet,extrà de elect.quòd non minùs verba quàm ratio magistralis debet attendi: quia ea ratio non est text. legis, sed opinio quædam doctorum. Sed & alibi scribit idem Bald. in l. proponebatur, in 2.opp. ff. de legat. 2. id haberi pro omisso, quod non emittitur à testatore in scriptura vel prolatione verborum dispositiua. Et rursus in l.voluntatis, ad fin. C. de fideicom. tradit non credendum testatorem quicquam velle, nisi id quod expresserit. quod & idem prodit in l.1. §. sinautem ad deficientis. C.de cad. tol. per text. ibi, qui ad hoc est optimus. Ita enim illic scribitur. Nam si contrarium volebat testator, nulla erat difficultas scribere. Et idem quoque voluit Soc. consi.4. quantum ad primum, colum. 3. versicul. non enim præsumere debemus, libr.4. & Ias.consi. 140. quod est primum, libr.2. incip. spectabilis dominus, colum.5.versicul. quintò facit. & consi. 143. dominus Augustinus, colum. 6. versicul. nonò &, vltimò, eodem libr. 2. & consil. 220. testator fecit, colum. 7. versicul. quintò in fauorem, eod. libr.2. [& consil.228. testator tres filios, colum. 3. versicul. secundò pro eadem, eod. lib. 2.] & consil.239.eodemque vlt. factum sic se habet, spectabilis vir. colum. 3. versicul. sextò multum me mouet, eod. lib. 2. & consil.29. dominus Nicolinus, colum. penult. versicul.quinto facit.l.3.& consil. 66. nobilis miles, col. 8.versicul. secundò principaliter, eod. lib. 3. Anto. Rubeus consi.2. facti series. colum.2. Idem autem Bald. in elegantissimo eruditissimoque illo tract. schismatis, quem posuit sub rubri. C. si quis aliq. testa. prohi. colum. 9. versicul. in contrarium, nam illud tradit mentem in corde retentam nihil operari in actibus humanis, per l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. & l.potuit. C. de iure delib. quo etiam in loco colum. 1.in 6.oppo. dicit idem Bald. quòd actus exterior requiritur ad declarandum interiorem animi motum, quia consensus mentalis tantùm, neque verbo, neque facto demonstratus non accommodatur actibus hominum, nec reddit ipsos actus essentialiter perfectos. Et facit quod in pulchro casu respondit Pet. Anc. consi. 166. iste magister, dum illic verba cuiusdam testatoris, relicta post tergum mente, obseruat. & quod scribitur in l.cogitationis. ff. de pœnis, cum si. nam vereor, ne iam nimius in hoc sim. Et idem ante omnes voluit glos. in l. codicillis, quæ est penult. §. insulam. ff. de leg. 2. Ex qua not. Bald. ibi. reseruationem in-

mente retentã nihil operari, nisi verbis exprimatur. Et facit quod tradit ipse Bal. in l. mutum, in fi. per gloss. ibi. ff. de acqui. hære. ꝙ voluntas non declarata, sed in mente retenta non inducit aditionem hæreditatis, nec in foro conscientiæ ad quicquam tene, ut tanquàm hæres, quod dicit no. & idem quoq; uoluit Bar. in l. gerit. ff. de acq. hær. [& Ioan. Fab. in §. vlt. Instit. de hære. qualit. & differ. vbi & idem dicit de ratihabitatione mentali. & Iason in l. 1. colu. 1. C. qui admit. ad bon. posses.]

22 ¶ Vnum tantùm dixerim, horum esse rationem in prõptu, quoniã animi cogitatio, quę in lucẽ nõ producitur, censetur esse abortiua, estq; tanquam posthumos existens in utero, qui nisi nascatur, & in lucem proferatur, nihil est. l. vlti, C. de posthu. hęre. instit. Ita enim eleganter dicit Bal. ipse in l. 1. col. 9. versic. circa secundom capitulum. C. qui admit. atque iterum in d. tractato schismatis. col. 10. versic. amplius sciendum est. quod admodum commendat Iason in l. 1. col. 2. versic. glos. mag. ff. de condit. caus. dat. & in l. qđ qois. ff. de condit. indeb. & in l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de leg. j. & consi. 239. eo. lemq; vlti. factum sic se habet, spectabilis vir. col. 4. versi. confirmatur, quia propositum. lib. 2. [vt in cõsi. 32. in quęstione vertente col. 2. versi. confirmantur prædicta.

23 ¶ Vt interim] omittam illam rationem, homines sæpe errare in coniecturanda mente tacita propter nimiam subtilitatem, & quia disponentis animum non videmus. Ita enim pulchrè voluit idem Bal. in l. precibus, col. 7. versi. dixi ergo de duabus. C. de impu. & ali. substit. vbi & illud subdit ex Aristotele in Ethicis. Ignorantes sicut longè distantes speculari, illudque Boetij. Eius quod moltipliciter exponitur, veritas ignoratur. Et illud dictum Bald. commendat Franc. Cur. senior cons. 64. antiqoissima, col. xj. versic. quia in vltimis volonratibus. [& idem Iason in l. licẽt imperator, col. 3. ff. de leg. 1. & coosi. 143. agitur, in prin. lib. 4. & consi. 154. viso testamento, post prin. eo. lib. 4. & in addi. cons. 157. circa, col. eiusdem additio. 1. eo. lib. 4. Illud autẽ Boetij citat, & idem Bal. in l. nec quicquam. §. ubi decretum, post princ. ff. de offi. procur. & in l. data, col. x. vers. interdum propter fraudem. C. qui accusa. non poss. & Iason in l. cùm prolatis, col. vlt. ff. de re iudica. Quibus adde] & eundem Bal. in l. 1. col. 7. versi. modo sequitur alia. C. de confes. vbi dicit quòd de mente homiois nullum est directum testimonium, estq; nota verè soli Deo. l. iuris gentium. §. pactorum. ff. de pactis. Porrò ipse Bal. in consi. 452. statuto ciuitatis Mantuæ, col. vlt. lib. 1. respondit in statutis ponderari magis verba, quàm mentem imaginariam & non certam, per d. l. si alij. ff. de vsufr. leg. Et in rub. extra de off. iudi. col. 2. versic. ad officium hæc scribit, ad officium iudicis pertinet inspicere verba, quia mens occulta in corde nihil est, Et vt dicit Alci. in l. nominis. §. verbum. ff. de verb. signifi. plerunqoe fallimur, dum legis rationem per coniecturas nos assecutos credimus.

24 ¶ Et hæc quidem potissimùm obtinẽt in voluntate retenta in meote alterutrius partium, & non vtriosque actum gerentis, quia tunc haud dubiè ea nõ attenditur, pro nihiloq; reputatur. l. si repetendi, & ibi gloss. & doct. C. de cond. ob cau. & l. 3. §. si quis quasi, & ibi etiam doct. ff. eo, & d. l. quod quis. ff. de cond. indeb. & l. cum in plures. §. locator. ff. locat. prout illum tex. doc. intelligunt, & l. si maiores, & ibi quoq; doct. C. de trans. & not. glos. in l. codicillis. §. j. in verbo, ea mente. ff. de legat. 2. Barb. in l. cùm quid. col. 2. ff. si cer. pet. & in l. si ego, in 2. oppo. ff. eo. titu. Bal. in c. 3. extrà de iureiur. Panor. in c. ex parte, col. 2. extrà de conuer. coniug. cum si. Nec enim voluntate vnius retractandus est contractus, ar. l. ab emptione. ff. de pact. & l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. cum si.

25 ¶ Quòd si hęc uoluntas in corde retenta esset aliquo modo consideranda, non ita tamen vt ex ea deberet reuocari donatio ipso iure, per l. si instituta. §. vlt. ff. de inof. testa. iuncta. l. vlt. ff. de hęred. insti. vbi Bar. ex illis duabus legibus simul iunctis hanc veluti sententiam proouciat, quòd falsa causa nuncupatim inserta & expressa in testamento uitiat dispositionem ipso iure: sed si ea non fuit expressa, sed tantùm in mente retenta, non vitiat ipso iure. Quod & in effectu voluit Bal. ibi, in 2. opp. At in casu. l. nostræ donatio ipso iure reuocatur, vt dicemus latissimè infrà in verbo, reuertatur, in princ. Ergo ad id ipsum requiritur voluntas expressa, nec debet sufficere tacita, si ad regulas iuris communis respicimus. Ex quo consequens est, ꝙ si fiat ex tacita, id fit contra ius commune.

26 ¶ Ex ijs planè cooficitur, quod suprà assumpsimus, hanc. l. nostram esse exorbitantem à iure communi. Id quod expressim (vt auctoritatem ad rationes addamus) asserit Imo. in l. filio prætetito, colum. 11. versiculo, & pro hoc etiam facit. ff. de iniust. testa. & Rom. cool. 26. pro decisione eorum, colum. 2. versic. concludo ergo, vbi & ex hoc dicit ꝙ dẽt intelligi propriè & strictè, Corn. consi. 145. in hac consultatione, colum. 5. versic. tertiò respondet, lib. 1. & consil. 158. pro decisione, colum. 8. versiculo tertiò respondet, lib. 2. & consil. 244. videtur prima fronte dicendum, colum. quinta versiculo tertiò respondet, eodem lib. secundo, & consilio quarto. dubia sanè mihi, colu. secunda, versic. his tamen non obstantibus, lib. 3. & cõsil. 21. in præsenti consultatione, versi. nec etiã videtur, & colum. penult. versic. nec obstant ea, eo. lib. 3. & consi. 194. videtur in præsenti, col. j. eod. lib. 3. & consil. 206. viso suprascripto themate, col. 8. versi. concurrit etiam, eod. lib. 3. & coosi. 225. antequam aggrediar, colu. 5. versic. nec ob. d. l. eo. lib. 3. & in authen. ex causa, col. 9. versi.

versi. tertiò respondet, & ibi quoque Alex. col. 10. versic. vnde turior responsio. C. de liber. præter. & rursum ipse Alexan. consi. 40. super primo dubio, col. pen. versi. circa quartum, lib. 4. Franc. Aret. in l. Titius, in prin. col. 4. ff. de liber. & posthu. Soc. in l. 1. ad fi. C. de pact. & in repe. l. cùm auus, col. 8. versic. tertium eorum relatum. & iterum. col. 56. in 8. quęst. versi. quò autem ad secũdum. ff. de condit. & demonst. & consil. 53. viso instrumento, cum in multis locis, tũ col. 6. versicu. postremò alio fundamento, lib. 4. & consil. 93. testamentum præmissum, col. 4. versic. tertio modo respondetur, eo. lib. 4. Steph. Bertran. cõsi. 205. si est verum, col. vlt. lib. 2. Iason in l. ex hoc iure, in 16. effectu obligationis antidotalis. ff. de iustit. & iur. & consil. 171. viso instrumento dotis, col. 6. versi. non ob. etiam prædictis, lib. 4. Nã & exorbitantem esse. l. cùm auus. ff. de condit. & demon. & similes quæ maximam habent cum. l. nostra cognationẽ, affirmat Imo. in d. l. filio. præterito, col. 9. versicul. item non obstat ratio. ff. de iniust. testa. & in d. l. cùm auus, & ibi etiam Soc. col. 21. versi. sextò infertur, & alibi sæpe. ff. de cõdit. & demon. & Franc. Aret. in l. generaliter. §. cùm autem. ad fin. C. de instit. & substit. & Philip. Dec. consi. 416. in testamento, col. 2. Ideoque eam non esse extendendam vltra terminos eius respondit Paul. Cast. consi. 14. si contingat dictã differentiam, col. vl. lib. 1. Et adeo quidem est exorbitans lex nostra, vt Gaspar Cal de. vir nõ spernendæ authoritatis ex facto consultus, dum non recordaretur huius l. ex diametro responderit contrarium ob alias iuris communis regulas, videlicet donationem non reuocari ob liberos postea natos. Nam donatio, inquit, perfecta non debet reuocari ex superueniẽti casu, nec repetitur tacita conditio futurorum liberorum à iure subintellecta. Et licet deficiat voluntas post donationem, tardè venere bubulci, cùm facta sit donatio irreuocabilis, nec dependeat reuocatio à sui nuda voluntate. Et respondet ad not. in authen. ex causa. C. de liber. pręter. & in l. filio. ff. de iniust. testa. & quædam alia, quæ antè allegauerat pro diuersa sententia. Nam ea, inquit, loquuntur in vltimis voluntatibus, in quibus voluntas est ambulatoria, non sic in actibus inter viuos.

27 ¶ Si igitur l. nostra est exorbitans, consequens est eam esse restringendam, & non extendendam. l. ius singulare, & l. quod verò contra. ff. de legi. & l. si verò. §. de viro. ff. solut. mat. & c. quæ à iure communi, extrà de regu. iur. lib. 6. cũ si. Nec tum quidem, cùm subest eadem ratio, ex sententia glos. in c. in fidei, in verbo, inquisitionis, de hæret. lib. 6. & est optimus text. in c. constitutionem, & ibi glos. in verbo, prorogamus, de regula. lib. 6. Præsertim cum sit latæ sententię vt dicemus inferius in verbo reuertatur. in prin. Ideoque omnino extẽdenda non est, secundum ea quæ dicemus in eodem verbo, in 6. discrimine latæ & ferendæ sententiæ.

28 ¶ Idque maximè vbi agitur de extensione vnius personæ ad alias non expressas: quandoquidẽ vbi alias fit extensio ex verisimili & præsumpta mente contrahentis, aut aliter disponentis, secundum not. in l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact. & in l. vlt. C. de instit. & substi. & in l. Titius §. Lucius. ff. de liber. & posthu. cum si. tamen hoc non procedit in extensione vnius personæ ad alias, sed vnius tantum casus ad alium, vt voluit Raph. Co. in. l. commodissimè. ff. de libe. & posthu. Franc. Aret. & Ias. in l. Gallus. §. & quid si tantum, vterq; col. 5. ff. de libe. & posth. Ias. in l. cùm res. ff. de leg. 1. & cons. 220. testator fecit, colum. 4. versic. sed istis non obstantibus, lib. 2. & consil. 228. testator tres filios, colum. 2. versi. sed præmissis non ob. eod. libr. 2. [& consil. 29. dominus Nicolinus, colum. 3. versi. tertiò & fortius, libr. 3. & consi. seq. testator Ioanni, colum. penul. versic. quintò pro ista parte.] & consi. 66. nobilis miles, colum. 9. versi. tertiò principaliter eo. lib. 3. Philip. Dec. cons. 211. subtilis est casus, colum. penult. & consi. 218. in casu ad me transmisso, colum. 3. versi. & ex his comprobatur. & consi. 273. in casu proposito, in fin. colum. pen. & consi. 287. in ciuitate, colum. 3. versic. secundò propius. & consi. 291. visis, colum. 4. versi. secundò præmitto. & consi. 314. pro resolutione, colum. 2. & consi. 377. visis & diligenter consideraris, colum. 2 versi. quia ad hoc respondetur. & consil. 394. pro vera resolutione, colum. 4. versicul. sextò & vltimò. [& consil. 465. perscrutatis, nume. 1.] & Hippo. Marsil. sing. 499. licet dispositio. & nouissimè Andr. Alciat. omnium legum interpretum elegantissimus, libr. 3. de verb. sign. colum. 3. & Anton. Rub. consil. 31. præsupponitur in facto, colum. 2. in fin.

29 ¶ Qui quidem omnes hanc doctrinam depromunt ex l. si quis ita. §. si quis cum ignoraret. ff. de testa. tutel. vbi testator dans tutorem filijs suis, non intelligitur dedisse ei filio quem ignorat se habere, vel credebat decessisse: quanquam verisimile est, si sciuisset illum se habere, non minus ei voluisse de tutore prouidere, quã cæteris. Cuius text. & aliorum authoritate subnixus Accursius in d. l. Titius, in princ. in verbo, oportet, ante fin. ff. de libe. & posth. tradit generalem institutionem filiorum non trahi ad filium quem testator ignorabat se habere, licet omnium eadem esset ratio, eademque affectio, eadẽq; omnino omniũ verisimilitudo, per l. 3. C. de inoffic. test. Quam glos. sequuntur Dy. Oldra. Nicol. Neap. Alber. Angel. Raph. Co. in d. l. Titius. Dy. Cy. Iac. Aret. Alber. & Bart. in d. §. si quis cum ignoraret. Cy. in l. si pater. in 3. quæst. C. ne hæred. insti. Bald. Alexan. in l. sicut certi. C. de testa. milit. Fran. Aret. in d. § & quid si tantum. colum. 5. Et huc respiciunt eiusmodi extẽsionẽ psonarũ improbãtia, quæ scripsit Old. cõsi. 21. thema tale est, testator. Io. And. in addit.

Spec.tit.de testa.§.vlt.in vlt.q.incip.quinta quęstio talis est.Paul.Cast.in l.ex facto §. pen. ff.ad Trebel.& cons.97. ne improprijs vtamur vocabulis,lib.2.& tex.in l.si pater filium,& ibi Imo. Alex.& alij recẽtiores,ff.de vulg.& pupi.substi.

30 ¶ Ex quo illud fit,ꝙ si etiam hæc l.esset fauorabilis,& ita extendenda,de quo postea dicemus,non tamen de vna persona ad aliam, sed tãtum de vno casu ad alium, vt expressè in specie huius.l.nostræ,videtur voluisse,aliud tamẽ agẽs Franc.Aret.in d l.Titius.ff. de lib. & posthu. & Soc.d.cõs.93.col.4.lib.4.Ideo cũ ea nũcupatim loquatur de patrono & liberto,non debet trahi ad alias personas.

31 ¶ Tum postremò, quoniã multo maior est ratio reuocandæ donationis factæ liberto,quàm extraneo,præsertim propter liberos patroni.Libertus.n.à domino accepit summũ beneficiũ,vt scribit Tullius in 3.in Verrem actione,hoc est libertatem,rem certè inæstimabilem.l.libertas.ff. de reg.iur.cum si,ad quã ab eo euectus est, manentque adhuc quædam vestigia prioris seruituris.l.vnius.§.seruus.ff.de quęst.& l.seruus.C.eo. Ob idque debet patrono,& ipsius vxori, liberis & hæredibus ét extraneis honorem , obsequia, reuerentiam,operas,alimẽta,& alia id genus plurima.l.1.& 2.C.de in ius voc. & l.officio. C.de neg.gest.& l.ẽt libertis , & l.libertos.C. de obseq.patro.præstan.& ff.eo. ferme per totũ. & ff. & C.de oper.liber.etiã per totũ.& l.1.in princ. ff.de offic.præfec.vrb.&l.si quis à liberis. §. solent,& alijs seq.vsq; ad fi.l.ff. de liber. agnos.cũ si.etiam si liberi sint emancipati,hæreditateque paterna abstineant.l.filij.ff.de iure patro. & l.si operatum.ff.de ope.liber. Vide tñ.l. cum patronus.§.cũ libertus,eo.tit,Sed quod amplius est, eadem prope priuignis patroni debent.l.neque. C.de obseq.patro.præst. Nec tantũ viuis patronis,sed & mortuis quoq; reuerentiã & honorẽ exhibere tenentur.l.apud Celsum.§. aduersus, in duobus locis.ff.de dol.mal.excep.Et hæc quidem omnia,etiam si pactione data manumissus sit.l.etiam qui.C.eo.[licet in contrarium faciat text.in l.si quis à liberis.§.si quis à liberti liberto.ff.de liber.agnosc.] Nec potest patronum ac ipsius hæredes accusare. l. vlt. C. qui accus.non pos.cum si.[Nec aduersus eos testificari.l. lege Iulia.ff.de legib.Ac ne quidem contra hæredes extraneos,glos.in l.libertorum.C.de testi.& Saly.in d.l.lege Iulia.ff.eod.tit.]Nec potest patronum in adulterio vxoris deprehensum occidere,quem aliàs potuisset.l. si adulterium cum incestu.§.liberto.ff.de adult.Ex quo not. Dy. Alber.& Ang.quòd non etiam potest patronũ bannitum ex statuto interimere , quod & idem dicit ipse Alber.in 4.parte statutorum. q. 6. item quod si ex statuto.& iterum.q.27.item supposito.& Gaudi. in tract. maleficiorum , in rub. de bannit.& malefi.vers.continetur in statuto. Potestq́ue in seruitutem ob ingratitudinem reuocari.l.alimẽta.§.1.ff.de lib.agno.cum si. [Etiam minor.l.non solum. iuncta glos.vlt. & ibi Bald. in omnibus lect.ff.de in integ.restit. Imò etiam pupillus proximus tamen pubertati , glos.in l.si arrogati , in verbo, redigatur.ff.de tutel.Etiamque]de iure canonico.c.de famulis, extr.de ser. non ordi.Idq́ue etiam propter leuem. l.2. C.de lib.& eorum liber.& not.glos.in §.illud verò,in verbo,restituimus, in auth.vt libert.de cæte.quę declarat quomodo id intelligatur.& glos. in ca. octaua.12.q.2 & Inno.in c.de famulis, extr.de ser.non ord.[& Ioan.Fab. in l.1.C.de ingra.libet. Quod] primum apud Romanos Claudius Cæsar sanxit,vt Suetonius tradit, aut Nero, vt Tacitus scribit lib. 13. Nam apud Athenienses multis ante seculi idem obseruabatur . De qua re Valerius Maximus libro rerum memorabilium.2.c.1.hęc elegantissimè, vt cætera omnia, descripsit: Age , quid illud institutum Athenarum,quàm memorabile,quòd cõuictus à patrono libertus ingratus iure libertatis exuitur? Supersedeo te,inquit,habere ciuem tanti muneris impium ęstimatorem,nec adduci possum,vt credam vrbi vtilem,quem domi scelestum cernam Abi igitur,& esto seruus,quoniam liber esse nescisti. De quo aliquid,sed per transennam audiuerat Bald.qui in l.1.C.de ingrat. liber. scribit, ꝙ quidam Græcus Philosophus,qui primitus introduxit reuocationem in seruitutem , sic ait, Esto seruus,quia liber esse nescisti.quem ad verbum nullo addito refert Iason in l.ex hoc iure, in 2.effectu obligationis antidoralis.ff.de iustit. & iure, vt ex hoc possis intelligere Iason. non tam humanitatis scientem fuisse , quàm multi opinantur. Nec solùm liberti reuocantur in seruitutem propter ingratitudinem , sed & libertorum filij.l.vlt.C.de libert.& eorum libe. Idq; tam patre viuo quàm mortuo,ex sententia glos. & Angel.ibi.& Innocent.in d.capit.de famulis, in fin.extra de seru.non ordin. Sed & non tantum à patronis reuocantur liberti in seruitutem sed ab eorum liberis, & hæredibus.l.liberti, eo. titu.& l.qui manumittuntur. C. de oper. libert. Etiam si patronus damnatus fuerit.l.etiam liberis.C.de obse. pat. præstand. Imò verò etiam si patronus pro eo beneficio pecuniam acceperit. l.Titius puerum. ff. de obse.à liber. præstand. quem text.ad hoc expendit Paul. Castr. in l.digna vox, post medium. C. de legi. & Rom. qui eum dicit aureum.Rom.singul.459.an dux Mediolani.& Soci.consi.4.super quęstione,colum. 5.versi.postremò multum clarè,libr.3.& Catel. qui præterea illum dicit singularem in memor. incip.ingratitudo. & rursum in memor. incip. exemptus. Quanquam in diuersum vrget text. in l.1.C.de libert.& eorum liber. & apertius in l.si tuis.C.de oper.libert.de quibus nihil dicunt Ro.Paul.Soci.& Catel.Sed & denique id procedit, etiam si patronus omnes ius liberto remiserit. poterit enim nihilominus libertus ob ingratitudinem

tltudinem reuocari in seruitutem.l.2.& 3.eadẽ que vlti.C.de bo.libert.& in d §.illud vero, & ibi glos.in verbo, restituimus, in authen.vt lib. de cętero. Nec tantum libertus ipse, sed & eius filius adeo ingenuus (vsque adeo sunt liberti & eorum liberi patronis obnoxij) in seruitutẽ ex ingratitudine reducitur.l.vlt.C.de lib.& eorum lib.& §.si verò decretũ, iuncta gl.in verbo, filios, in authen.de nupt.vbi & id no.Angel. Leuisque correctio datur patrono in libertum.l. prætor edixit.§.præterea.ff.de iniut.Nec potest libertus aduersus patronum testificari.l.l. liberto rum.C.de test. [Hæcque etiam procedũt, siue quis manumiserit sponte, siue necessitate.l.in testato § 1.ff.de suis & legi.hæred.]

32 ¶ Proinde videmus etiam aliâ facilius reuocari quæ patronus in libertum contulit, vt patet ex.l.1.C.hoc eo.tit.de reuo.dona. vbi nõ solùm donatio facta liberto reuocatur etiã ex leui causa, videlicet ex sola negligentia præstandi obsequij: sed id & quoq;, quod ex pecunia donata nomine liberti emptum est. In qua re duo sunt specialia, quæ vocamus: vnum, quòd ex sola negligentia reuocatur donatio, cum aliàs non negligentia ipsa, non alia leuis causa donationem reuocet, sed grauis tantùm, nec ea tamen omnis sed quinque tantum, quæ ascribuntur in l.vlt.infrà eod.tit. Alterum, quod patronus vendicat rẽ quam libertus suo nomine emit ex pecunia à patrono donata, cum aliàs res empta ex pecunia donata non reuocetur.l. qui vas, in fi.ff. de furt. quod mirabile dicit Azo in summa, hoc eo.tit. post princ.& Hostien.in summa, tit.de dona.§. qualiter reuocetur, versi.si patronus.& Gof.etiã in summa, eo.tit.paulo ante fi. Idque dicunt speciale in patrono & liberto.glos.Bald.& alij in d. l.1. Sed & alibi quoque nõ tantum habet roboris & virium, quod in libertos nostros contulimus, quàm quod extraneos.l.Titio.centum §. Titio centum.le.2.ff.de cond.& demonst. & l. fratres.C.de inof.testa.& l.datum.C.de legat.

33 [¶ Ex quo etiam fit quòd donatio inofficiosa facta à patre, reuocatur à filio vsque ad legitimam tantùm.l.1. & ibi not.C. de reuo. donat. sed facta à liberto, reuocatur à patrono integrè. l.si libertus, in fi.ff si quis in frau.patro.quia vt dicit Franc.Aret.in d.l.1.duriùs agitur cum liberto, propter reliquias præcedentis seruitutis. Et facit etiam quod libertus faciliùs præsumitur donare patrono, aut per cõsensum remitere scilicet consentiendo alienationẽ rei suæ patrono, quàm extraneus, vt dicit Bart.in l. si fundũ per fideicommissum, col 1.ff.de leg.2.iuncta.d.l.si fundum, facit item quod aliàs faciliùs debent liberti cedere filijs patronorum, in iis quæ ab ipsis obtinuerũt, quàm extraneis, vt satis declarat text.in l.Pamphilo, in prin.ff.de leg.3.ibi, sentẽtiam defuncti à liberto decipi satis inhumanũ est, iũctis præcedentibus, & sequentibus. Et magis debetur hæreditas liberti patrono quàm legitimis hæredibus.l. legitimos.§.1.& ibi Bal.expressè.ff.de legi.tutor & l.non vsque adeo.ff.si quis à parent.manomis.fuer. Imo etiam quàm filiis.Bald.in l.quandiu, quæ est.3.in fi.ff.de acq. hæred.per d.l.non vsque adeo, & l.vlt.ff.si quid in fraud.patr.]

34 ¶ Adde ad hanc postremam rationem, tantũ iuris habere patronũ in libertum, vt multò maius id sit, quàm quod habet pater in filium, vt voluerũt Pet.à Bel.& Io.Fab.in §.seruitus, Insti. de iure perso.quod & hinc videre licet, quod patronus libertum, qui se vendidit eo ignoráte, potest reuocare.l.4.ff.de lib.cau.nõ autem pater filium, vt voluit glos.in d.§.seruitus. Item potest patronus à liberto alienata in fraudem ipsius reuocare, non sic pater alienata à filio, vt de vtroq; est text.in l.2.ff.si à parent.quis manu.fue.cuius hoc initium est, non vsque adeo exæquãdus est patrono parens, vt &c.ex quibus verbis planum est, quod ex Pet.& Fab.diximus, non tantam esse patris in filium potestatem, quantã patroni in libertum. Ex quo & illud confestim assumitur, donationem liberto factam à patrono, non tam firmis suboĩti radicibus, quàm quæ fit extraneo, eamque faciliùs reuocari, cum & donatio facta à patre filio possit liberè reuocari, nec nisi morte confirmetur.l.donationes quas parentes. C.de donat.inter vir.& vxor.Ideo & ea quæ liberto fit à patrono, facilè etiam reuocari debet.

35 ¶ Hæ igitur rationes non leuiter stabiliunt quod in prin.huius glos.diximus, hanc.l.procedere tantũ in donatione, quam facit patronus liberto, vt interim prætermittam aliam rationem notissimam quidem illam, sed nõ inefficacem: quia cum.l.nostra loquatur expressim de huiusmodi donatione, quæ facta est liberto, censetur diuersum intelligere & statuere in alia donatione, argumento illo à cõtrario sensu in iure fortissimo.l.1.§.huius rei.ff.de offi.eius cui mand.est iurisd. Præsertim cum ita argumentando redimus ad ius commune, quod statuit donationes suapte natura fore perpetuas & irreuocabiles, vt suprà diximus. Ideòque facilè amplexanda est hæc argumentatio atq; interpretatio, quæ nos ad illud ius commune reducit, & adeo ad regulam propriãq; donationum naturã, ar.l. si vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pac.& c.ab exordio. 25. di.& quod voluit glos.in c.statutum in verbo, numerandum, de præb.lib.6.& Bar.in l.omnes populi, in.3.q.quartæ partis prĩcipalis, ver.iuxta prædicta.ff.de iustit.& iur.cum multis similibus aggregatis per Fely.in c.omnes, col.4. ver.sed fortè in casu isto, & multis seq.ext.de cõst.& in c.cum.accessissent, col 4.ver.hanc declarationem, eo.tit.& quæ nos etiã congessimus in nostro tractatu primogenituræ, in 24.q.principali.[nu.5.& id præsertim, & 3.seq.]

36 ¶ Et hæc quidem maximè obtinent, quando dici non possit in hac.l.facti contingentiam, vt nostri loquũtur, aut exemplũ aliquod proponi,

nec

nec enim ea decidit tanquam casum aut speciē aliquam relatam, sed veluti regulam in donatione patroni constituit vt apertissimè demonstrār verba ipsius.l.quæ sunt huiusmodi. Si vnquam libertis patronus filios non habens bona omnia vel partem aliquam facultatum donatione fuerit largitus, &c. Videsne his verbis regulam legemque statui in ea donatione quam fecit antea aut postea facturus est patronus liberto? nec illic exemplum aliquod proponi, non magis quidem, quàm cùm ita in l. statuitur. Siqua vnquā loca ad sacrum dominium pertinentia cuiuslibet temeritas occupauerit, secūdum veteris sensus fidem in sua iura retrahantur. hæc enim sunt verba.l.vlt.C.ne rei domi. Vel cum ita etiam dicitur. Si quando vsus exergerit vel porticus vel quaslibet ædes ætatis senio seu fortuitis concussas casibus reparare, liceat &c. nam & ita quoq; scribitur in l.si quando.C.de oper.publ. suntq; sexcētæ aliæ eius formæ leges, & in.C.& in.ff.& propè frequentiores, q̄ aliæ nullæ, quibus apertè cognoscitur nullum exemplum ad eas sanciendas fuisse relatum. Nec enim ex contingentia facti obtigisse videri debet, quod conditionaliter profertur, vt de alio casu loquens asserit Philip. Dec. in addit. l. posthumo, col. eiusdem addi. 2. C.de bonor.poss.contr.tab.ex not. Bald. in auth. matri & auiæ, col. 1.C.quan.mul.tutel. offic.

37 ¶ Hæc autem diximus, quoniam exemplū aut facti contingentia non ius facit, nec regulā restringit, nec ex ea licet argumentum sumere, vt multis placuisse video, & inter cæteros glos. in c.auditis, in verbo, ex post facto, ext.de elec. & in c.abbate sanè.§.sed & ad hæc, in verbo, in indicio. in fi.& ibi Domi. etiam in fi.de re iudi. lib.6.& subobscurè glos. in l.1.in 3. lect. C.non per.par.& ibi latè Ias.& Phili.Dec. qui adducūt multas concor. ille col. 1.versic. & propterea tu iuuenis. hic col.4.ver.in eadem glos. ibi, idem tamen.& est optimus text.in l.damni, la 2.§.vlti. ff.de dam.infec.& in l.1. §. quod vulgò. ff.de vi & vi ar.& in l.fine.§.qui non iustè.ff. de excus. tut.& in c.1.& ibi glos.1.ext.ne cleric. vel monac.& in c.si papa, in fi.de priuil.lib. 6.

38 ¶ Imò verò, vt ad l. nostram redeamus, & si exemplum tale fuisset ad imperatorem relatum quis tamen dubitat imperatorem ipsum, si id generaliter intellexisset in omni donatione, nedū in ea quæ fit libertis à patrono, id ipsum nuncupatim statuisse, præsertim cùm non mediocrem scrupulum nobis iniecisset verius quā reliquisset, vtrum id generaliter esset intelligendū, ideoque ipsa manca fuisset & mutila: quod minimè dicēdum est.l.1.C.de his quib. vt indig. aut certè nimium ambigua, contra.l. communium, in prin.C.de natu.lib. & l.vltimam.C. de indi.viduit.& c.vlt.& ibi Bal.col.vlt.ext.de consti.& c. abbate, extra de verb.sign.& c.erit autem lex.4. dist. nihil enim magis proprium est legis, q̄ claritas.§.1.ver.nos oīa igitur, in auth. de test.imper.

39 ¶ Porrò & quando legislator omnino innititur exemplo aut specie proposita, vt hìc manifestè facit. si quod exemplum fuit propositum, tunc etiam ius & regula ex eo constituitur, per cle.1.de proba.& ita voluit Imo. in c. cum apostolica, in verbo datur intelligi, extrà de his quæ fi.à præl.sine.cons.c.& Alex.in l.1.in prin. colu. 12.vers.tertiò fallit, in fi.ff.de offi.eius cui mād. est iurisd. Iason & Philip. Dec.in d.l. 1.C. quan. nō pet.par.& idem, & Ias.in l.qui Romæ.§.Callimachus, col.4.versic. item aduerte.ff. de verb. obli.& Philip. Dec.in c.2.col.2.versi. fatetur tamen Ab. ext.de offic.deleg. Vt interim omittam q̄ semper exempla etsi non restringant regulā, tamen declarant in quibus casibus loquatur, ex glos.not. quæ ad hoc solet allegari, in cap. quod Dei timorem, ext.de stat.mo.& vt dicit Bal.consi.357. nulla mulier se nubat, col.penu. versi.sed quid est si ista, libr. 1. exempla sicut digitus rem ostendunt, & tactui quodammodo subijciunt, per l.1.ff.de præscript.verb.& §.sed cum magis, Instit.de grad.

40 ¶ Et hanc sanè sententiam, videlicet nostrā hanc.l.habere locum in ea donatione quam facit patronis liberto tantùm, maxima authoritate affirmant glos.in c.vl.17.q.4.& glo. in ca.vlt. & ibi quoq; Inno & Host.de dona. & idē Host. in summa, eo.tit.§.qualiter reuocetur, vers.item reuocatur. Gos. etiam in summa ad fi. eo. quoq; tit. Azo item in summa, hoc en.ti. Guil.Cu. prout illum referunt Bart.& alij in l.1.C.de inoffic. dona. Cy. qui illum ibi sequitur in 1.q.ad fin.& ibi quoq; Ioan.Fab. & Saly. qui tamē dicit quod consulendo non sequeretur, cum opinio communis sit in contrarium, & ibi item Raph. Fulg. Idem Cy. hic, dum se illuc remittit, & hic item ante illum Pe.à bella Pert. loquens tamē sub dubio fortè.& Io.Fab. etiam hìc, atq; Bald. in duobus locis, primum quidem in summario, & iterum in casus positione. [& Raph. Fulg. etiā hìc. & ipse Bal.] & in l.si totas, ad fi.& ibi quoq; ante eum Pe.à bella Pert.C.de inof. donat. & idē Bal.in l.cùm acutissimi, col. 1.C. de fideicom.& clanculum in l.1.col.1.in 3.C.si in fraud.patr.& apertius in auth.ex causa, col.3. versi. item non ob.& ibi quoque Imol.C.de lib.præt. idē Imol. in l.filio præterito, col.11.versi.item non obstat quod habetur.ff. de iniust. testa. Petr.Iac. in sua pract. tit.de condit.ex lege pro re dona. comp. colum.vlt. vbi tamen dicit credere se, quòd alia op. seruaretur in iudicijs. Archiep. Embrun. in sua summa, tit.de donat. §. qualiter reuocetur, ver. itē reuocatur tota dona. Raph.Fulg.in l.fratres, per illum text.C. de inof.test. & consil. 65. hoc capite, Titius coniugem non habens, colu. 2.versi ad argumenta. Monald.in sua summa, ti. quib.caus.dona.reuo.versi.1.& 2.& Card.Alex. in c.naturales, colum.2.versic. quæro pater non habet nisi filium, titu.si de feud.fuer.cont.int.domi.& ag.& ante eos quisquis est, qui interpreta

tiones

tiones legibus Codicis Theodosiani subiunxit. Ita enim hãc.l.ad verbum interpretatur. Si quis filios non habens, bona sua vel partem bonorũ libertis donauerit, si is qui donauit, filios postea habuerit, donationes libertis factę ad integrũ va cuãtur. Et ẽt Anianus, aut q̃squis is fuit, qui Ala rici regis iussu ipsius Theodosiani Codicis leges in epitomẽ coegit, cuius in hãc.l.hæc verba sũt: Si patronus filios nõ habens, aliquid libertis de derit, & postea susceperit liberos: quicquid lar gitus fuerit, reuertatur in eiusdem donatoris ar bitrium. Et hanc opp. de iure esse veriorem asse-runt Cornel.consi.4.dubia sanè mihi, col.3.lib. item 3.& Soc.consi.53.viso instrumento, colu. 2.versi.his tamen non obstantibus, lib.4. Quan uis tamen dicant, quòd eam iudicando aut consulendo non sequerentur, cùm op. cõmunis sit in contrarium.

41 CONTRARIVM enim, videlicet hanc.l. procedere & in donatione facta alteri quàm liberto, voluerunt expresse Accur.Bart.qui ita di cit se obtinuisse, Bald. sibi contrarius in 2.lect. in 2.locis, Saly.etiam sibi contrarius, & Ang.hic Dy.quem retulit Cy in d.l.1.& ibi quoq; Bart. col.2.& Ang.& Paul.Cast.C.de inoffic. donat. idem Dy.Bart.Bal.& Imol.sibi etiam contrarius in l.Titia Seio.§.imperator.ff.de leg.2.Archi.in c.vlt.17.q.4.Ioan.And.in d.c.vlti.col.2.& ibi ẽt Collec.non semel. [Ioan.Calder. in repet. colu. 1.& 2.] Imol.item non semel [scilicet col.2. versi.in ea.glos. ibi in totum, & alibi sæpe.] & Panor.& Barb. extr. de donat. Bart. in d.l.si totas.C.de inof.dona. Iac. Bel. & Ang. in auth.de immens.dona.Paul.Cast.consi.454.incip. respõ deo per ordinem, in vlt.dubio.lib. 1. Ioan. Plat. in §.1.in fin.Insti.de donat.Cornel.in d.authen. ex causa, col.9.versi.nec obstat.d.l. & consi.15. ex quo dictus Franciscus, col.5.versi.tamen sunt extendenda, lib.1.& consi.195.in hac consulta tione, col.6.versi.nec obstat.d.l.eod.lib.2. & cõ si.158.pro decisione, col.8.versi. item donatio, lib.2.& consi.11.in præsenti consultatione, colum.vlt.libr.3.vbi & hanc dicit esse communẽ op.& consi.225.antequam aggrediar, colum.5. versi.non obstat.d.l.si vnquam, eod.lib.3. Franc. Aret.in l.Titius, in princ.col.3.ff. de lib. & posthu.& cõsi.24.quatuor dubia, in primo dubio, Soc.consi.47.visa facti contingentia.in 3.dubio. lib.1.& consi.93.testamentum præmissum, col. 4.versi.& ad primam rationem, lib.4.Guid Pap. consi.156.in quadam causa, col. 1. vbi & ita dicit tenuisse Pet.Helie in repet.huius.l.ex qua & illum alibi sæpe aduocat, sed ea non reperitur. [Carol.Ruin.consi.140.circa casum, colu.3.nu. 5.lib.4.] & Steph.Ber. consil. 259. adhærendo. lib.1.& idem denique tenent vel expresse vel tacitè omnes quotquot de hac.l.locuti sunt, nisi ij quos pro priori sententia citauimus, & alij forte pauci, si qui sunt, neq; enim omnes legimus, nec si legissemus, recordaremur.

42 ¶ Mouentur qui hanc posteriorem op.sequuntur, hac potissimum ratione, quòd huius.l. ratio est illa præsumpta ac verisimilis voluntas donantis, qui scilicet verisimiliter non donauisset, si liberos habuisset, aut habiturum se cogitasset, Ideoque sub hac conditione donauisse videtur, si liberos non susciperet, per l. cum auus.ff. de condi. & demon. cum si. allegatis suprà in princip. l. Quæ ratio obtinet non solum in donationibus quas patroni faciunt libertis, sed & in alijs quoque Et huc, in quiunt, spectant duo text. videlicet in l.si totas. C.de inoffi.don.& in c.vlt.17,q.4. qui quidem loquentes de hac reuocatione donationis ex liberis postea susceptis, nullum de patronis aut libertis verbum faciunt, imò ille nuncupatim de donatione facta filio ipsius donatoris loquitur, hic autem ecclesiæ.

43 ¶ Nec obstat quod voluntas vnius tantum non expressa non attenditur, quia illud procedit, si non sit alia legis prouisio, vt in casu. l. nostræ, & d.l.si totas, & d.l.vlt.quarum basis est verisimilis illa mens donantis, & quæ ob eam subintelligunt tacitam illam conditionẽ, vlteriusq; procedunt disponendo. Nam & alias voluntas tacita siue in corde retenta, si à iure sit præsumpta, æquè operatur ac expressa, vt dicit Bald.in l.1.§.si is qui. ff. de exer. act. ita intelligens tex. ibi cum glos.& l.2.ff.ad municip. Vel potest etiã dici, quòd illud procedit in cõtractibus & alijs actibus, qui æque ex voluntate duorum proficiscuntur. At donatio maxima ex parte dependet ex voluntate donantis, vt quæ absenti, & ignorãti fieri potest.l.nec ambigi.C.de dona. & c.si.tibi absenti, de præben.lib.6.Ideo non debet mirum videri, si voluntas illius tantum tacita satis sit, ex doctrina Bar.& aliorum, in l.cum quid.ff. si cert. pet. & in l. quicquid astringendæ. ff. de verb.obli.Nam quod de testamento dictum est, quod dependet ex voluntate vnius testatoris, cu ius tamen voluntas non sufficit sine dispositione, potest negari id verũ esse, per tex.in l. si quis ita.§.non solum, ibi, & quidem nuda voluntate. ff.de adi. lega. & expresse voluit Bar.in d.locis nuper allegatis.& Paul.Cast.consi. 364. videtur dicendum pro matre, lib.2. Aut si verum est, id certè alia ratione obtinet, quòd videlicet & ipsum testamentum fieri non potest ex sola volun tate etiam expressa, nisi ad actum ipsum dispositionis, & eius quidem solennis processum sit, per text.in §.ex eo autem, Insti. qui.mod.testa. infir.& quæ diximus suprà, num.20.incip.quia & si.& dicemus infrà in verbo, susceperit liberos num.220.incip.contrarium tamen in casu. Donatio autem solo donantis consensu & volũ tate perficitur citra instrumentum aut aliã quã uis solennitatem. Vel denique dici potest, quòd hic sit voluntas & præsumpta mens vtriusq;, & donantis & donatarij, quam lex fingit interuenisse, vt nuncupatim dicit Imol. in c. cum contingat,

tingat,char.vlt.versi.attende tamen quia dicit, extrà de iureiur.& Pau.Cast.cōs.435. super hoc puncto,in princ.& iterum colu.2.lib.2. Nam & debuit etiam donatarius cogitare, quòd donans non ita donasset si de liberis cogitasset. Ideoque hæc vtriusque mens præsumpta habetur pro expressa.l.1.§.vlt,ff.de cond. indeb. & l.triticum, ff.de verbo. oblig. Nam & vbi lex exprimit aliquid tacitè agit inter contrahentes, id pro expresso habetur,etiam si in mente fuerit retentū, d.l.cùm quid.ff.si cert pet.& glos.in c.quemadmodum,in verbo,conditio,extr.de iureiur.

44 ¶ Nec verum est, quod dictum est, legem exorbitantem non debere trahi ad alium casum ex eadem ratione, quia contrarium simpliciter tenuit Bar.in l.si constante,in 9.q.primæ partis, ff.sol.mat.cum concordant.ibi adductis per Alexan.col.4.versi.item inquantum, Bar.& per Barba.in c.iurauit,extra de prob.& Cor.consi.243. in hac cōsultatione,ante fi.li.4.& Fely. in c.quoniam frequenter,in prin.ext.vt lit. non contest. & Philip.Dec.in c.cum dilecta, in v. no.ext.de confir.vti.vel inutil.& latè etiam And. Alcia.li 2.de verb.sign.char.9.quo loco differit de limitatoria dispositione.

45 ¶ Quorum sententia ex eo pulchrè confirmatur,quod voluerunt Pet.& Cyn.in l. iura nō in singulas.ff. de legi. quod quando in pluribus casibus eadem est ratio,tunc ea ipsa decidit omnes illos casus, non quidem per extensionem. Imò sicut genus comprehendit species.l.semper generalibus.ff.de regu.iur.sic generalis ratio diuersas species casuum emergentium.Sed quando rationes sunt specie differentes, similes, tamen,tunc est extensio,id est quędam progressio de termino ad terminū per adæquationē siue paritatē ꝙ & idē voluerūt ipsi Pe.& Cy.in l.quod verò,eo.tit.& ibi quoq; Bald.qui id dicit frequēter allegari in practica, quòd vbi est eadem ratio,non dicitur extensio, sed proprius intellectus.l.nominis & rei.§.verbum ex legibus .ff.de verb.sign. vbi verbum ex legibus, sic accipiendum est,tam ex legum sententia, quàm ex verbis.& rursum idem Bald.in auth.post fratres fratrumq; filios,C.de legi.hære. vbi dicit quòd ratio debet attendi tanquam virtus intrinseca legis,& tanquam genus prædicans de suis singulis speciebus.& in l.data opera.col.[v.versi. quædā est.]C.qui accus.non posse.vbi dicit,quòd illud tacitè videtur inesse,in quo eadem ratio reperitur,etiam in materia pœnali,per l.his solis, ibi, satis tacitè cautum.C.hoc tit.de reuo.dona.quę verē loquitur in materia pœnali, simul & exorbitanti,& per l.vlt.C.de indic.vidu.Subdit que quòd vbi est eadem ratio,ibi non dicitur similitudo,sed eadem lex.l.illud.C. de sacro.eccle. & idem Bal.in auth.quas actiones,col.2.C.eo.tit. vbi dicit quòd tacitè cautum intelligitur,quando eadem ratio reperitur,per d.l.his solis. quod & idem dicit ipse Bal.consi. 433. domina Ioanna,paulò ante fi.li.3. & in c. quia V.ad fi.ext.de iudic. vbi dicit sing. tex. in ea. l. his solis. & idem Bald. [in rubr. C. de naut. fœnore, vbi dicit quòd vbi est similis ratio,est idem statutū, per d.l. his solis,quam ad hoc dicit meliorem totius iuris & idem Bal.in l.per diuersas, col. 1.in fi.C.mand.vbi per illum eundem text.dicit non videri omissum,quod eadem ratione concluditur.&]in repet.l.de quibus,col. 12.versic. item nota ꝙ non dicitur.ff.de legi. vbi dicit quòd cū multa habent eandē rationem, licet de vno fiat mentio,videtur fieri exemplariter, non restrictiuè,nec dicitur extendi constitutio, etiam odiosa,quādo extenditur ex mente ipsius: quod perinde est ac si diceret,ex ratione.Nam ratio legis dicitur mens illius,secundum Dy. in c.vlt.ad fi. de reg.iur.lib.6.Cy.in l.non dubium,in 1.q.C. de legib.& ibi clarius Bart.col. 3. & Bald.col.4. per text.in l.cū mulier,vbi etiam Bart. in princ. Alex.in 5.not.& alij.ff.sol.mat. idem Bald.in l. 1.col.pen.in princ.eod.tit. vbi dicit de hoc esse meliorem text.totius iuris, in l.scire oportet.§. aliud autem,versic.sed & si maximè, in illis verbis,mens legislatores.ff. de excu. tut. vbi & hoc not.ipse Bald.cum alijs multis concor. à me congestis in commentarijs nostrarum consuetudinum.ti.9.§.27.versi.neque id mirum. Sed vt redeamus ad principale propositum, iterum Bal. proferimus in l.omnes populi,col. 7. versic.tertiò quæro quæ sunt illa.ff.de iusti.& iur.vbi dicit,quòd non videntur discrepare quæ in ratione conueniunt: quia ratio est coniunctio diuersorum casuum ad eundem finem tendentium. & rursum in eadem.l.col.pe.versi.secundò not. dicit,quòd vbi est eadem,non propriè dicemus statutum extendi, quia tacitè inest. allegat glos. quæ hoc idem dicit in c.1.in verbo,Italiæ,de tēpo.ord.lib.6.& quam ad hoc dicit sing. Panor. in c.nihil,colum.5.versi.nec ob.si dicunt,ext.de elect.& Pe.An.& Alex.in l.curatoris. C. de negot.gest.Sed & huc spectat quod scribit Bald.in l.tutela,in princip.per illum text.ff. de legi.tut. Ange.in l.2.ff. de dona.quòd id quod venit ex ratione legis,venit ex ipsa lege, non ex extensione.quæ sententia est.d.§.verbum ex legibus, & Petr.An.consi.112.superstite domina,colum.1. Paul.Cast.consi.441.pro declaratione, col.pen. lib.1.& iterum consi.83.præsens casus, colum. 2.lib.2.vbi & illud subdit, glos.in authen.quas actiones.C.de sacro.eccle.loqui in casu diuersarum rationum,licet similium. Nam fauor publicus,& fauor pius sunt diuersi specie, licet similes. Ideoque quamuis.l. vlt.eo.tit. quæ loquitur de vtroq; corrigatur per d.auth.in hoc quod de pio & ecclesiastico statuerat, non propterea in hoc corrigitur,quòd de publico dixerat,quia id esset extendere legem correctoriam ex simili ratione.Malè igitur,inquit,allegatur ea glos.quòd ex identitate rationis non extenditur lex correctoria,sed ita debet allegari,ꝙ ex paritate vel si-

militudine

militudine rationis id fieri non debet. & Cor. consi.90.scrupulosa,col.2.in prin. li. 3. & Alex. consi.75.videretur in præsenti,col.j.lib.5.& latè consi.89.circa primum dubium,col.3.versic. istud etiam,& seq.lib.6.& Ioan.Franc. de Pauinis in extrau.vas electionis, in verbo, prorogamus,per illum tex.de cēsib. vbi & hoc dicit procedere in constitutione pœnali,& Ias.In l. à Titio,col.vlt.ff.de verb.oblig.& consi. 141. Christophorus,col.6.versic.in primis ergo,libr.2. & Philip.Dec.consi.301.in causa quę Ferrariæ agitatur,col.2.& cons.372.visis & diligenter declaratis,col.3.& Hipp.Marsil.qui alios citat, cons. 61.post redditum,col.2.lib.1.& Catel. Cotta in memor.incip.rationis identitas.& ante hos glo. in c.1.in verbo.Italiæ,de temp.ord.libr. 6. quæ dicit quòd ubi est eadē ratio, & penitus omnimoda similitudo, non propriè dicimus extendere,etiam in pœnalibus.

46 ¶ Nec id quidem mirum est, quoniam ratio legis est ipsa lex, secundum Bald. in c. dilectus filius ab.ext.de rescrip.& consi.467.de iure communi,in fi.lib.2.& Panor.in c.2. col. penul. extr.de prob.& in c.1.col. 5.extr.de re iud. cum alijs multis si. à me congestis.in d.§.27.versi.alibi autem dicit. Aut certè si nō sit lex integra est tamen potior illius pars, scilicet anima & spiritus legis,vt dicit Bal.consi. 275. quod pro regula,col.3.versi.si.autem ratio, lib. 2. & in l.si quis seruo,col.vlt.versi.ex his apparet.C.de furt. ubi dicit,quòd sicut homo est ex anima & corpore, sic & lex ex mente siue ratione,& ex verbis; verba autem tanquam corpus & superficiem esse, rationem verò vt animam & spiritum, & idem Bald.[in l.vlt.in 15.q. C.de hæred. insti. vbi dicit, quòd viua ratio est anima ipsius scripturæ & rursus.]in c.1.col.4.versi item statuta,ext.de constit. vbi dicit quòd virtus legis in substantia rationis consistit,quia mens legis idem est quòd anima & spiritus ipsius scripturæ. nam scriptura sine mente nihil est. & idem propè post eum dicit Panor.in d.cap.nihil,vbi suprà citauimus. ext.de elect.& consi.1.facti contingentia,col.3. vers.vltimo adduco,lib.1.& consi.75. primo est videndum,col.4.eod.lib.1. & idem voluit.Pet. Ant.in repe.c.1.in 5.q.principali,extrà de cōsti. Maria.Soc.Sconsi.30.quanuis,col.3.ad fi. & cōsi. circa prædictam consultationem,col. 2. & Bartholo.eius filius.consi. 141. circa primam difficultatem,colum.12.versic.præterea & tertiò,& Franc.Cur.senior consi.9.Ticinensi statuto,col. 8.vers.quia verba statutorum. & iterum consil. 45.statuto,seu consuetudine,col.6.versicu. quia mens & ratio.& cons. 52.super testamentis,col. 8.versi.& ideo ne excludantur.

47 ¶ Ex quibus & illud confestim sequitur, potiùs esse inspiciendam mentem siue rationem legis, quàm verba ipsius, vt planè ac perspicuè ostendit text.in d.l. scire.§. aliud.ff.de excusat. tut. cuius hæc verba sunt, sed & si maximè verba legis hunc habent intellectum, tamen mens legislatoris aliud vult.& in l.3.§.conditio. ff. de adi.leg.vbi scribitur, sed melius est sensum magis quàm verba amplecti,& ibi concord.in glos. & in l.pen.ff.ad exhib.vbi eleganter scribitur, non oportere ius ciuile calumniari, neque verba eius captari,sed qua mente quid dicatur, animaduertere conuenire.& in l.credēdum.ff.qui petant tut.ibi, incidit in constitutionis verba, sed ex sententia excusatur. & in l.2 §.si mater, versicu.quid si curatores ff.ad senatus consul. Tertullia.ibi, verba rescripti deficiunt,sed dicēdum est eandem esse rationem.Et rursum in versi.quid ergo si non fuerint.l.eiusdem,ibi, puto licèt verba deficiunt, sententiam constitutionis locum habere.& in l.sed sciendum.ff. ad legem Pompe.de partici.vbi ita scribitur. Sed & nouercæ & sponsæ omissæ sunt,sententia tamen legis continentur.Et in l.si quis adulterium.§.j. ff.de adulter.cum dicitur, ex sententia legis tenetur, quamuis verbis non continetur [& in l. nihil,ibi,verbis quidem legis non liberatur, eó. tit.]Et in l.diuus.§.item senatus.ff.ad legē Cornel.de fals.vbi ita scribitur,diuus Pius ita rescripsit, sententiam magis sequendam esse huius senatusconsulti,quàm scripturam.Et in l. impuberem.§.qui liberti.ff.eod.tit.vbi hęc verba adscribuntur.Qui liberti assignationem sua manu adscripserit,non verbis,sed sententia senatusconsulti tenetur, & in l.j.§.incidit,ibi, non ex verbis,sed ex sententia.ff.ad S.C.Turpil. & in l. in bello.§.si quis seruam.ff.de capti.& postli.reuer. & in l. miles.§.si paterfa.ff.de castren.pecu.& in l.quamuis.ff.de in ius vocan.ibi,licèt edicti verba non patiantur.& in l.cùm hic status.§.si sponsus.ff.de donat. inter v.r. & vxor. cùm dicitur, quamuis verba orationis minùs sufficiunt, tamē dicendum est donationem ad sententiam orationis pertinere.& in l.filium quem, quæ est pe. §. videamus.ff.de bon. poss. cont.tab. ibi,quanuis edicti verbis collatio inducatur, ex mente Prætoris denegandam esse respondetur. & in l. si à domino.§.si prædo.ff.de peti.hære.ibi,quantum ad uerba.& quæ sequuntur[& in d. l. Gallus.§. & quid si tantum, ibi non pertinent ad legem Velleiam, sed ex sententia legis,&c.& in l.Labeo,ad fi.ff.de sup.leg.vbi prior & potentior est mens quàm vox.] Suntq; sexcentæ & huiusmodi leges.Ideoq; scribitur in l.non dubium. C. de legi. in legem eum committere, qui verba legis amplexus,contra legis nititur volūtatem. Quod depromptum est ex l.fraus.ff.eod.tit.vbi ita scribitur, quod distat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας, id est, dictum à sententia (siue,vt est in antiqua veterū codicum traductione, verbū ab intellectu) hoc distat fraus ab eo quod contra legem fit.Nam in l.contra fraudem,quę illam præcedit,ita scriptū est.Cōtra legem facit, qui id facit quod lex prohibet,in fraudem verò legis facit, qui saluis verbis legis sententiā eius circumuenit.facit & tex.

in

in l.quamuis,in fi.cùm dicitur, licèt edicti verba non patiantur.ff.de iu ius vocand.

48 § Suntque etiam & in hanc sententiam multi tex.iuris pontificij,vt in c.sedulo.38.dist. vbi dicitur,quòd sententia præponitur verbis, sicut animus corpori.Ex quo probatur id quod diximus in præcedenti vers.mentem ac sensum animum esse, verba corpus. & iterum in cap. Marchion, 1.q.1. dicitur Euangelium non in verbis esse,sed in sensu.& in c.humanæ.22.q.5.& in c. intelligentia.&c. propterea.&c.in his, extra de verb.sign.& in c.si postquam.de elect.lib.6.& vbique concord.in glos.vt videbis. Quibus adde & tex.in cle.1.versi.cæterùm, cùm scribitur, non virtutem & mentem, sed nudum verborū insectans corticem,sensumque confundens &c. Nam,vt tradit Bald.in c.mandatum, post princ. extrà de rescrip.semper recurrendum est ad intentionem disponentis,quia lingua cedit cordi, & sub iugo mentis verba constituit, tāquam sub suo proprio originali & digniori. De quo etiam multa per Archid.in cap.is autem. 22. quæst.2. & Ang.consi.389.totum dictum statutum, col. 4.Pan.consi.75.primò est videndum,col. 3. lib. 1.Maria.consi.35.circa prædictam, colu. 3.Soc. eius filium.consi.58.vilis priuilegijs,col.2.,vers. his tamen nō ob.lib.1.& consi.102. in præsenti col.3.eod.lib.1.Barb.conf.x.sapienter scribitur, col.5.li.2.& consi.58.illud afferam,col.5.lib.3. Georg.Nata.in rep.c.quamuis,col.pe.versi. quarto eodem modo,de pact.lib.6.Hippo.Marsil. in d.l.sed sciendum,col.1.& seq.ff.de parri.& in l. si quis viduam, col. 4. versi. quinimo mens statuentis.ff. de quæstio.& consil.85. post redditū, col.1.vers.& primò dico,lib.1.quos tu videbis, ne quæ semel iam collecta sunt, iterum colligā. Et ante hos per glos. in d.ca.si postquam,in verbo,mente,de elect.lib.6.quæ ex eo text. colligit constitutionem etiam pœnalem extendi ad casum ex mente ipsius,licèt nō ex verbis in ea cōprehensum,nec tunc dici extensionem fieri, de quo ibi multa per Pet.Anc.Imo,Domi.

49 § Quibus omnibus adde quod Quintilianus senior,quem & in diuersa parte citauimus, scribit decla.317.In omnibus legibus solam spectare oportet scribentis volūtatem. Verba enim ambigua,& in plures intellectus ducta sunt,scribendarum legum causa voluntas fuit. Ergo id vnum spectare conuenit, propter quod scriptæ sunt.De qua re etiā multa Quintilianus Iunior lib.oratoriarum institutionum 7.capite item septimo,& Tullius, quem & nos in alia sententia etiam eodem loco citauimus,videlicet lib. 2. de inuentione.Inter quæ hæc sunt.Non omnia scriptis,sed quædam quæ perspicua sunt, tacitis exceptionibus caueri; legem in sententiis, non in verbis consistere;iudicemq; eum legi obtemperare,qui sententiam eius,non qui scripturam sequatur;indignum esse eodē affici supplicio eum qui propter aliquod scelus & audaciam contra legem fecerit, & eum qui honesta aut necessaria de causa non ab sententia, sed à literis legis recesserit.Et in oratione pro Aul. Cecinna. An cū voluntas,inquit. & consilium & sententia inter dicti intelligatur,imprudentiam (alij impudentiam legunt,& melius meo iudicio) summā aut stultitiam singularem putabimus in verborum errore versari,rem & causam & vtilitatem communem non relinquere solum, sed etiam prodere ? An hoc dubium est, quin neque verborum tanta copia sit,non modò in nostra lingua, quæ dicitur esse inops,sed ne in alia quidem vlla, res vt omnes suis certis ac proprijs vocabulis nominentur ? neque verò quicquam opus sit verbis, cum ea res cuius causa verba quæsita sint, intelligatur. Quæ lex, quod senatusconsultum, quod magistratus edictum,quod fœdus aut pactio, qđ (vt ad priuatas res redeam)testamentum,quæ iudicia,aut stipulationes,aut pacti & conuenti formula non infirmari aut conuelli potest,si ad verba rem flectere velimus, consilium autem eorū qui scripserunt, & rationem & auctoritatem relinquamus? Sermo hercule & familiaris & quotidianus non cohærebit,si verba inter nos aucupabimur.denique imperium domesticum nullū erit,si seruulis hoc nostris concesserimus, vt ad verba nobis obediant, non ad id quod ex verbis intelligi possit,obtemperent.Exemplis nunc vti videlicet mihi necesse est harum rerum omniū? Non occurrit vnicuique vestrum aliud alij in omni genere exemplum,quod testimonio sit, nō ex verbis aptum pendere ius, sed verba seruire hominum consilijs & authoritatibus ? Ornatè & copiosè L. Crassus homo longè eloquentissimus,paulò ante quàm nos in forum venimus,iu dicio centumuirali hanc sententiam defendit, & facilè,cum contra eum prudentissimus homo Q. Mutius diceret,probauit omnibus, M. Curium,qui hæres institutus esset ita, mortuo posthumo filio, cum filius non modò nō mortuus, sed ne natus quidem esset, hæredem esse oportere. Quid ? verbis satis hoc cautum erat ? minimè. quæ igitur valuit ? voluntas, quæ si tacitis verbis nobis intelligi posset,verbis omnino non vteremur. quia non potest, verba reperta sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem.Et subdit quibusdam interiectis,secundū Crassum aduersus, Q. Mutium fuisse iudicatū. Nec enim Crassum ita causam egisse, vt contra iurisconsultos diceret, sed vt hoc doceret, illud quod Scæuola defendebat,non esse iuris;& in eā rem non solum rationes adferret, sed etiam Q. Mutio socero suo multisque peritissimis hominibus authoribus vteretur. Hæc ille, qui & alia multa iu ea oratione scribit, vt ostendat mētem ac sententiam legum esse verbis & scripto anteponendam.[Qua etiam in sententia fuit Aristo. dum scribit lib. 1. rethoric. ad Theodect. æquū esse non legem,sed scriptorem legis, ac non verba,sed sententiam spectare.]

50 § Porrò

50 ¶ Porrò illa contentio(neque enim hoc omittere potuimus) Crassi ac Scæuolæ,& ab eodẽ Tullio memorata fuit lib.primo de oratore, iterũq; in secundo,& in Topicis in loco à similitudine, atque etiam in Bruto[de claris oratoribus, non semel.]& à Fabio libro vij.oratoriarum institutionum.c.item vij.& à recentioribus quoque legum interpretibus tractata fuit, qui & ipsi crebriori calculo in sententiam Crassi pedibus ierunt. Nam si posthumus, inquiunt, institutus hęres fuerit, ac eidem, si postea moriatur, Titius substitutus, nec posthumus natus sit, erit tamen locus, vt sic mentem verbis præferamus, substitutioni. Ita enim voluit Guil.Cug.in l.precibus, in materia vulgaris subst.C.de impu.& ali.subst. Ray.Forl. in tracta. substit. in materia vulgaris. Bald.in eodem tractatu, etiam in materia vulgaris, col.8. versi. quæro facta est pupillaris, vbi & id dicit voluisse. Fran.Pisa.Bar.in l.1.col.7.vers. vlteriùs quæro quid si substitutio. ff. de vulg. & pupil.subst.& ibi etiam Alex.& Iason, ille col. xiij.versic. nec obstat.d. l. quòd si filius, hic col. 4.versic.sextò adde, ubi id dicit no. & iterũ col. 15.versi.vltimò quærit Bar.[& ipse quoq; Bart. consi.48.Gallus fallopi.col.2.versi. præterea pro dictis]Idemque tenet Albe. qui ita dicit vidisse obseruari in quæstione facti, in repe.rub. eiusdem tit..col.31.& sequen.Bald.in l.cum quidã, quæ est vlt.col.2.versi.quæro quidam credens. & ibi etiam [Ioan.Fab.ad fin.&] Corne.col.4. versi.quintò fallit.C.de insti.& subst. Idẽ Bald. [consi.39.testator habens, col.2.versi.secundum est, lib.1.&] subobscurè consil.126.ad intelligẽtiam, ad fi.lib.1.Pet.Iac.in tit.de vulg.& pupil. substi.quando expirent, sub rub.secũda summa ex prædictis, col.3.versi.item est notandum. Angel.in l.lex Cornelia, in fi.ff.de vulg.& pupil. subst.Raph.Fulg.consi.xlix.ex facto proponitur vbi hoc negat procedere in vxore substituta, propter speciales quasdam ac priuatas in eũ casum rationes.& iterum consil.xc.in quæstione Ioannis.in princ.Imo. in l.ab exhæredali. quæ est antepe.§.vlt.ff.de leg.1.per illum tex.quẽ & ad hoc plerique omnes citant, & similiter tex.in l.ventri, iuncta glo.ff.de vent.inspic.& in l.si nemo.§.vlt.ff.de testa.tutel.& est casus à contrario in d.l.vlt.C.de inst.& subst.& idem quoque tenet [Alex.consi.188. viso processu agitato, col. 2.ver. condescendo ad secundum, lib.2.Calca. consi.cij.pro parte, col.vlt.& consil.seq. contra. & Anto. Rosellus inter consil.illius consi.24. omnipotentis.] Franc.Aret.in l.si mater. §.si filius, col.3.versi.si autem substitutio.ff.de vul.& pupil.substi.& in l.quam din institutis, col.vlt. versi.aduerte tamen.ff.de acqui.hæred. Corne. cõsil.276.viso suprascripto themate col.v.versi. & propterea, lib.3. Fran.Cur.senior.cõsi.52. in vlti.dubio.[Socy.in l.1.colum.10.versi.circa secundum.ff. de vulga. & pupilla. substitu.Carol. Rui.in repeti.l.Gallus.§.& quid si tantùm.ff.de libe.& posthu.& consil.126. viso testamento, col.6. nu.4.lib.2.]& Stephan.Bertrã.cõsil.174. nemini dubium, in.2.dubio, lib.3.& Iason cõsi. cxlviij.nobilis & generosus in primo dubio.lib. 2.& consi.203.vanotus, col.4.versi.tertiò facit, eod.lib.2.& consi.220. testator fecit, colum.2. versi.& pro ista, eodem lib.2.& consi.56. nobilis miles, col.4.versi.quarto principaliter.lib. 3.& Lancelo.Politus in tractatu substitutionũ, in materia vulgaris.in.7.quæstio.principali, in multis locis.Phili.Deci.cõsi.227.in casu ad me transmisso, colum.4.versi.tertiò principaliter.& multis sequen.[& consi.238.proponitur quòd nobilis, col.2.versicu. & hoc confirmatur.] & Andr.Alciat.in lib.3.de verbo.signifi.in.2.q.3. axiomatis, quem miror hoc in loco non meminisse antiquæ illius controuersiæ, cum sit antiquitatis sciẽtissimus.[Et id videtur probare tex. modò solerter inspiciatur, in l.1.§.comperit, & iterum l.2.in princ.ff.si muli.ven.no.] Idque tenent propè omnes indistinctè & simpliciter pręter Bar.& paucos quosdam qui in hoc distingũt vt apud eos videre licet. Et facit quod in simili tradunt Bar.Ang.Imo.& cõmuniter alij recẽtiores in d.l.quã diu institutis.ff.de acqui. hæred. & Sal.in l.si testamẽto, col.3.versi.sed tunc quæro supposito.C.de impub.& ali. substi & Ias. consi.152.præsens dubium videtur formari, in 1.dub.lib.1.& consi.287.casum istum, colu.1. lib.2. Et quod scribitur in l.si extraneus.ff.de condi.cau.da.

51 ¶ Quanquam nõ defuerunt qui Mutium illum secuti diuersũ censuerunt, videlicet Oldra. consil. 157. testator in suo vltimo testamento. & Ioan.Andr.in addi.Specu.tit. de testa. in additione incip.huic quæstioni, vers. occurrit etiã casus.& Angel.sibi contrarius consil. 93. visis & inspectis, in 3. eodemque vlt. dubio. & Per. Anch.consi.356.ex serie testamenti, per totum. & Pau.Cast.consi.219.visis & consideratis, col. 1.lib.1.& exprssiùs consil.cccxciiij. videndum est vtrum fides, col.2.versi.secundò nunc videndum, eod.lib.1.vbi tamen in seq. versi. id temperat, nisi apposita fuerit clausula codicillaris, vt ibi per eum. [& consil.xcvij.ne impropriis, eod.lib.2.] Roma.in d.l.quandiu institutus.ff. de acquir.hær.& Alexan.consi.omninm primo perspectis verbis.col.5.versi. quarto probatur. lib.1.[& Corn.consi.28.aliàs in litera E.lib.1.] Soci.in l.1.col.12.in.3.limitatione, & iterum col.seq. in 8.limitatione in duobus locis.ff.de vulg.& pupil.substi.[& Fely.in c.translato.col. pe.ver.sed prædicta, de consti.& Caro.Rui.sibi contrarius, consi.175.post quam, colum.4.nume.5.lib.2.] Verùm prior vt communior est, ita verior. De quo etiã vide Corne. consi.159.licet in hac, lib.3.& Socin.consi.52.dominus, &c.vt veram, &c.col.sequen.versi. quintò, & col.vlti. vsque ad fin.lib.1.& consi.259.visis & considaratis, per totum.lib.2.& ibi Fran. Pepi.in subscripti.

ſcripti.& eundem Soc.conſi.77. viſis teſtamento ſpectabilis,per totum[& Phil.Dec.cõſi. 227. col. 1.verſi.& quia iſta conditio,iunctis his quæ ſcribit in fin.]& ante hos Signo.conſi.107.quidam nomine Maragonus,col.v.verſ.nunc venio ad tertiam,cum multis ſeq.

52 ¶ Sed non ſolum in eo caſu, ſed & aliàs ſemper in ſubſtitutionibus & teſtamentis mens & voluntas potius quàm verba inſpicienda eſt, vt probatur in l.hæredes mei.§.cum ita. ff. ad Trebellia.vbi ita ſcribitur,neptis prima quidem facie propter conditionis verba admitti non videbatur, ſed cum in fideicommiſſis voluntatẽ ſpectari,conueniat,&c.[& in l.cum filiofami.§.vlt. ff.de lega.1.vbi ita ſcribitur.voluntas ergo facit. ne in teſtamento ſcriptum valeat.]& in l.pe.ibi, ſola voluntas ſeruatur in fideicõmiſſis. ff.de leg. 1.& in l.cum pater.§.donationis, ibi, voluntatis intentio.ff.de lega.2.& in l.fideicommiſſa.§.itẽ ſi quis.ff.de leg.3.vbi ſcribitur in fideicommiſſis præcipuè ſpectandam ſeruandamque teſtatoris voluntatem.[& in l.Pamphilo, in prin. eod. tit. vbi dicitur non videri quidem quantum ad verba teſtatoris,pertinet, fideicommiſſum Pamphili vt reſtitueret, ſed cùm ſententiam defuncti,&c.]& in l.quiſquis,eod. tit. vbi dicitur voluntatem defuncti maximè in fideicommiſſis valere.& in l.quiſquis mihi.ff. de verb. ſig. vbi ita ſcribitur.Mihi Labeo videtur verborum figurã ſequi,Proculis mentem teſtantis.Reſpondi,non dubito quin Labeonis ſententia vera non ſit. [Per quam dicit Bal.conſi.108.domina Ioanna, col.3.ver.ſed in contrarium,lib.3.quòd non debemus meram figuram verborum ſequi ſed mẽtem; quod & idem dicit per illum ipſum text. conſi.121.à capite,col.v.verſ. ſed hìc aduertendum,eo.lib.3.vbi ſubiungit mentem magis conſtare ratione quàm verbis,per l.iuriſgentium.§. pactorum.ff.de pactis.Et probatur idem[in l.ex facto proponebatur.§.rerum.ff.de hæred. inſtit. ibi,& facit quidem totum voluntas defuncti, & in l.in conditionibus primùm. ff. de condit. & demon.vbi ſcribitur, in conditionibus primum locum obtinet voluntas defuncti,eaque regit cõditiones. Ex qua dicit Bald. in c. cùm in veſtri, in prin.extr. de elect. ꝙ voluntas facit formam & conditionem.& in l.pater Seuerinã. in princ. ff.eod.vbi in conditionibus teſtatorum voluntatem potius quàm verba ſpectari oportet.& in l. emptor.§.ancillam, in fi.cùm dicitur,filiam defenſio tuebitur uoluntatis.ff. de rei vend.& in l. ſi quis ita.§.conditio.ff. de adi. leg.vbi ita ſcribitur, ſed melius eſt ſenſum magis quàm verba amplecti.& in l.ſi peculium.§.ſi ſeruus.ff.de pecu.leg.vbi ſcribitur, verba ſecundum voluntatẽ teſtatoris exaudienda ſunt.& in l. ſi quis filium. C.de lib.præte.vbi cum manifeſtiſſimus ſenſus eſt teſtatoris, verborũ interpretatio nuſquã tñ valet,vt melior ſenſu exiſtat. & in l.cũ virum.C. de fideicõmiſſis vbi in fideicõmiſſis voluntas magis quã verba plerunq; intuenda eſt.& in l. cum quæſ.in fi.prin.C.de leg. vbi veſtigia voluntatis teſtatoris ſequenda ſunt. & iterum in fi. illius.l. ita ſcribitur.In omnibus etenim teſtatoris volũtatem,quæ legitima eſt,dominari cenſemus. Et in l.cum antiquitas.C.de vſuf.vbi ante fi. ita ſcribitur,voluntati teſtatoris per omnia obediendũ eſt.& in l.quidam.C.de neceſſ. ſer.hær. inſt. ubi & ita ſcribitur, quia ſemper veſtigia voluntatis ſequimur teſtatorũ. Ex eaque pulchrè dicit Bal. ꝙ lex pedetentim vadit poſt mentem teſtatoris, ſicut venator poſt leporem.quem ad hoc omnes quotidie allegant.& in §.noſtra autem, Inſt. de legat.vbi ita ſcribitur,& non verbis,ſed voluntatibus eorum fauentes,cum alijs multis ac prope infinitis iuribus.]Et hoc vbiq; à noſtris doct. inculcatur,vt per Bal.in l.quoniam indignum. C. de teſta.vbi ex ea l.no.nõ eſſe curandum de verborum qualitate, dummodo conſtet de mente teſtatoris.& in l.precibus,col.10.ver. ſequamur igitur.C.de impu.& ali.ſubſt.& in l.vlt.col.2.C. de impu.& ali.ſubſt.vbi dicit quòd ex coniecturata mente defuncti recedetur à vi & natura cõuentionis verbalis. Ang.conſi.2.certum eſt,col. pe.& cõſi.169. ſuper puncto ſupraſcripto,col.j. vbi dicit mentem & rationem teſtatoris eſſe cõſiderandam,etiam ſi ſit cõtra verba ipſius. quod dictum pro not.reaſſumit Iaſ.in l.iuriſgentium. §.prętor ait,col.pen.ff.de pac.Sed & adde Raph. Fulg.cõſi.92.Antonius col.2.Pau.Caſt.in l.proponebatur,per illũ tex.ff.de lega.2. & cõſ. 123. viſo teſtamento,circa medium,lib. 1. & Cepol, cauſarum ciuilium,conſi.49. circa primum dubium,col.2.verſi.& eſt ratio . & Corn. conſil.7. nudis & incompoſitis, col.2.ver. & ideo attenta,lib.j.& conſi.275.in præſenti,col.2.verſ. licèt autem,lib.4.& Soci.qui multa allegat conſil. 1. Franciſcus,col.3.ver.& puto,lib.4.& conſil.26. cum ſuper,ferme per totum,eod.lib.4.& Barba. conſ.vj.vbi Chriſtus,col. 3. lib.3. & Guid. Pap. conſi.135.conſilium pro nobili,col.3.& Soc. in d.l. in conditionibus,in.j.no.ff.de cond.& dem. vbi ex hoc dicit fieri vt disiunctiua in coniunctiuam reſoluatur, & verbum directum in obliquum,& è diuerſo, quod fortius eſt, obliquum in directum: nempe vt mentem ac uoluntatem teſtatoris ſeruemus,vt de primo eſt tex.in l. Lucius.ff.de hær.inſt.& in l.generaliter,in prin.C. de inſt.& ſubſt. De ſecundo, in l. Scæuola.ff.ad Treb.De tertio,in l.tractabatur. ff. de mil. teſt. Et ut ad cæteros pergam,Iaſ.in d.l. ſi quis filiũ. C.de lib.præte.& in l.ſi pater,col.vlt.ff. de vulg. & pup.ſubſt. vbi & hinc dicit prodijſſe quæ ſtatuuntur in l.cum auus.ff.de condi.& demon. & in l.cum acutiſſimi.C.de fideic. in quibus mens etiam tantum cõiecturata præfertur verbis. quæ quidem iura magnam habent (quod iam ſuprà ſæpius diximus) cum l.noſtra familiaritatem.& Fran.Cur.ſenior.conſi.63. antiquiſſima, tũ col. 3.verſ.in quo paſſu, tũ col.9. verſ. mens.n.prædominatur.

dominatur. & Cur.iun.conf. 43 Ser. Iacobus, col.antep.ver.attende ergo.Iaf.confi.132. Salomon,col.pe.lib.1.& cõfil.140.spectabilis,col.6. ver.in primis,lib.2.& confi.cxlj. Christophorus col.7.ver.tertio pro eadem , lib.2. & confi.seq. venerabilis, col.2.eo.li.2. & confi.228.testator tres filios,col.2.ver.quartò facit,eo.li.2.& confi. 66.nobilis miles,post princ.& iterum col.a.lib. 3.& confi.cxliij.spectabilis,col.3. ver.sed præmissis,lib.4.& confi.154.testator habens, col.5. ver.tertio principaliter,eod.lib. 4. & Phil. Dec. cõs.15.an appellatione,col.2.ver.ad cuius rei.& confi. 23. cuius superscriptio incipit, an & quãdo , col.1.& confi.182.in casu occurrenti,col. 2.ver.quibus tamen non obstantibus. & confil. 186.quoniam ex facto,col.2.ver.sed tamen prædictis.& cons.227.in casu ad me transmisso,col. 3.& consil.399. conclusionem,col. 3. & consil. 25. in casu proposito, col. pe. ver.sed tñ prædictis. & Fort.Gra.in rep.l. Gallus.§.& quid si tñ, col. 48.ver. aduerte.ff.de lib. & posth. & doctò. vbique.Quibus concinens Plinius Iunior iuris non imperitus, lib. 4. epistolarum ad Sabinum, maluit cum magno suo incommodo seruire voluntati cuinspiam testatricis, quæ illum cum Sabino ipso reliquerat hæredem, quàm mera verba testamenti cum suo contrà commodo sectari. suasitq; Sabino,vt idem faceret,confidens illum,vt inquit, suæ accessurum sententiæ, cum religiosissimè soleret custodire defunctorũ voluntatem, quam bonis hæredibus intellexisse, pro iure est.

53 ¶ Aut certè mentem & voluntatem testatoris esse verbis ingendam,si non voluntatem ipsam verbis præferamus, apertè probatur ex l. si ancillas,in fi.ff.de leg.j. vbi ita scribitur, & nec verbis, nec voluntati defuncti accomodata hæc sententia est.& l.ab omnibus,in fi.prin.eo.ti.Cuius hæc verba sunt. Cùm & significatio verborũ non repugnet huic sententiæ,& volũtas testatoris congruat.& l. Meuia.ff.de man.test. ibi. neq; contextum verborum totius scripturæ testamẽti,neque mentem testatoris eam esse. Quæ iura ad hoc admodum commendat Iaf.in d.l. si ancillas,quam legit cum l.si ancilla.ff.de leg. j. Et postremum ẽt commendat & dicit egregium, idẽ Iaf.in d.l. si quis stipulatus sit Stichum,in 3.not. ff.de verb.obl.Cui adde & alium not.tex.in l.talem.§.1.in fi.ff.de hæt.inst.cum dicitur, non .n. hunc casum testatorem voluisse excludere palã est, neque verba omnino repugnant,& in l. miles.§.quidam.ff.de adul. cum dicitur , opinionẽ quidem tuam & verba legis & sententia adiuuant.& in l.vlt.ff.qui pet.tut.ibi , nec verbis nec sententia constitutionis in pœnam incidit[& in l.impuberem.§.vlt.ff.ad leg.Cor.de fal.cùm dicitur,neq; verbis senatusconsulti, neq; sententia continetur.& in l.non solùm verba , quæ est. 3. in prin.C. de adult.& in l.diui.ff.de iur.par.ibi, magis visum est nepotẽ neq; verbis neq; sententia excludi.]Quanquã ex iis multi de legibus loquantur.Sed nihil in ea re interest.[Aut etiã si quis pertinaciter contẽdat mentẽ omnino præferendã,certè id procedere debeat,modò ea mens ex verbis cõcipi possit,nõ aliàs Bal. in rep.l. & si post tres,col.5.vers. sed quid si tacitã diem.ff.si quis cau.& dicemus plenius infrà in hac ead. gl. n.70.vt interim omittã, vt ibi videre poteris.]

54 ¶ Et qm̃ suprà ex Tullio diximus id quoque obtinere in omnibus & publicis & priuatis dispositionibus:certè ẽi constat id procedere & in statutis,quę aliàs strictè sũt interpretãda & propriè, vt tñ in his sentẽtiã scripto anteponamus, id est mentẽ & rationem statuentium,verbis statutorũ.Id quod voluerunt Cyn. & Bal.in l.j.ff.si cer.pe.Bar.in l.contra legẽ.ff.de legi. vbi dicit ꝙ licet offendere verba statuti,vt mẽs seruetur. & in l.oẽs populi,in 6.q.prin. versi.iuxta præmissa qro.ff.de iust.& iur.vbi dicit ꝙ verba statuti improprianṫr,vt mentẽ sequamur, Ange. cõs.59. Martinus Io.Florẽ.col.pe.& cõs.119. statuto Tudertinæ ciuitatis,col.vl.& cons. 147.viso themate,circa med.& cons.170.idẽ statuimus,col.j. & Pe.An.in rep.c.j.col.16.ext.de cõst.Ant.in c. nouit,ext.de iud.Pau.Ca.cons.148. viso & examinato,col.j.lib.j.& cons.320.quod in cã,col. 2. e. lib.j.Soc. cons. 108. supposito statuto, colum.3. versic. 14 confirmatur, lib.3. & consil. 127. rectè & iustè, col.3.versic. secunda conclus. lib.4. &doctò.vbique in suis consi.dum statuta interpretantur.

55 ¶ Sed & in rescriptis, quæ & ipsa sunt stricti iuris.c.significante,& ibi gl.& c.Rodolphus , & c.significauit,ext.de rescr.& c.P.& G.ext.de off. deleg.Hoc quoq; procedit ex sentia gl.in c. si propter tua,in verb.intẽtionis.per tex.ibi, de rescr. lib.6.q̃ ad hoc cõmendat & dicit not. Iaf.in d.l. iurisgentiũ.§.prætor ait,col.pe.ff.de pact. Sed & est alia glo.in c.mãdatũ,ẽt per tex.ibi,extr. eod. de rescr.Et alia quoq; in c.dilecti filij, in verbo, nec fuit intentionis,eo.ti.& in c.expositra,in verbo, intentionis.per illum tex.ext.de arbi.& in c. cum dilecti,in verbo,intentio,per illũ tex. extr. de dona.Itẽ & alia in c.paratus,in verbo, si verba.23.q.j.Quin etiã Bal.in c.2.col.vlt.vers.Ilẽ ꝙ potius,ext.de rescr.loquẽs in casu illius.c. in quo duo quædã copulatiuę fuerant posita in rescripto,quod inibi inferitur,asserit potius esse inspiciendã mentẽ,q̃ copulam verborum. Et idẽ Bal. in c.conquerente,col.2.ver.quærit glo.ext.de restit.spo.dicit post Inno.mentem rescribentis pręualere uerbis rescripti,arg.d.l.quisquis mihi. ff. de verb.si.Et idem quoque Bald.in l.ex facto, in 4.no.ff.de vul.& pup.asserit ex e.tex. semper ad mentem rescribentis esse recursendum . Quod & tradit Barb.qui alios citat,cõs.3. scribitur primo regũ,col.7.lib.1.& cons.23. scripsit prophetã,col.x.eo.lib.1.& consi.43.praclarè scribitur, col,xvj.eo.lib.& consi.xiij.sapiẽter scripsit,col. vlt.li.2.& alib. sæpe.& Soc.d.consi.xxvj.lib.4.

qui ad hoc etiam alle. c. exposita, ext. de arbit. & alia quædam iura. & ante hos Inno. in c. cum ecclesiasticæ, ext. de excep. vbi Fel. & Dec. in fi. afferunt multas alias concor. & idem Fel. in c. causam quæ, col. 8. vet. secunda ratio, ext. de rescrip. & ipse Soc. in l. non omnis, colu. 1. ff. si cert. pet. [atque etiam ipse Dec. consil. 409. viso cōsilio, col. 2.] Quibus adde text. præter eos quos suprà ex aliis adduximus, in c. ad aures, ibi, cum non sit intentionis nostræ, & quod ibi no. Bald. circa medium, ext. de rescr. & in c. super eo, & ibi gl. in verbo, intentionis, ext. de offi. deleg. & in c. vlt. ante fi. ext. de dila. cum dicitur, nostræ intentionis nō fuerat. & in c. licèt, ibi, quia tamē intentionis nostrę non fuit, & ibi etiam glos. in verbo, nec esse debuit, ext. de offic. ord. & in ca. dudum ecclesia, ad fi. vbi in duobus locis eadem verba adscribuntur, ext. de elec. & in ca. dilecto, & ibi gl. in verbo, intentionis, ext. de verb. signi. & in c. cum causam, & ibi etiam gloss. in eodem verbo, ext. de præben. & in c. vlt. eod. tit. & in c. proposuit, ibi, intentionis nostræ non fuit, ext. de concess. præben. & in c. cum in illis, in similibus propè verbis. & ibi etiam glo. de præbē. libr. vj. & in c. indemnitatibus. §. vlt. ibi. intentionis nostræ nequaquam extitit, de elect. lib. 6.

56 ¶ Et idem de priuilegiis probat tex. in cap. ex multiplici, & ibi etiam gloss. extr. de deci. & iterum in cap. dilecti. & ibi item gloss. eod. tit. & alia gloss. in d. cap. mandatum, ext. de rescrip. Et idem de excommunicatione tradit Pan. in c. præterea, colum. penul. ext. de appel. dum dicit quòd sententia excommunicationis magis regulatur à mente proferentis, quàm à conceptione verborum. De quo tamen vide quæ dicam infra in verbo, reuertatur, num. 257. limita secundò, & sequ. Sed & de iuramento, vt in eo mentem ac intentionem iurantis inspiciamus, est tex. in cap. ad nostram, le. 3. ibi, habens in mente, extra de iureiur. [& glo. in cap. veniens, in verbo, præsciuisset, eod. tit.] Et ne tu putes hoc intentionis vocabulum, quo in hoc ver. tam sæpe vsi sumus, in hoc significatu malè accipi, vide Pliniū, qui ita quoque accipit epistola. lib. 1. 29. His tu, rogo, intentionem scribentis accommodes. Et Papinianum iurisconsultorum elegantissimum, in l. cùm pater. §. donationis. ff. de lega. 2. Non enim, ait, quæri oportet, cum quo de supremis quis loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur [& rursum in l. cùm vnus, in princ. ff. de ali. leg. cùm dicit, intentionem quidem defuncti prima facie refragari.]

57 ¶ Similiter & in testimonijs, siue testium dictis, ac depositionibus mentem & effectum verbis ipsis esse præferendum, satis constat ex eo quod scribit Bald. omnium iuris interpretum & copiosissimus & subtilissimus, in cap. cum ecclesia Sutrina, col. v. versicu. quintò not. ext. de caus. pos. & proprie. Id scilicet quòd testes vacillantes præsumuntur periuri, si vacillant verbis & mente, non etiam si verbis tantum, per l. testamentum. C. de testamen. quæ tamen l. mihi non admodum huc facere uidetur. Sed is ingenio est adeò subtili, quod iam diximus, ac veloci, vt nonnūquam illum per aera ferri videas, nec tamen intelligas quò cursum suum dirigat. Quanquam in hoc nihil est, cur non ei accedamus. Et illum etiam in hoc nuncupatim sequitur Franc. Cur. senior in tract. testium in 46. conclusione.

58 ¶ Idem quoque obtinere in pactis & contractibus (quod iam ex Tullio diximus) probat etiam tex. in l. vlt. C. quæ res pign. obl. poss. vbi scribitur iustum esse voluntates cōtrahentium, magis quàm verborum conceptionem inspicere, & ibi not. Bald. & in l. ita stipulatus. §. item si quis ita stipulatur, ibi, ex sententia contrahentium. ff. de verbo. oblig. & in l. si in venditione, in fin. ff. com. prædi. Ex quo gloss. ibi in verbo, veritus sit, nota, inquit, causam verborum & mentem contrahentium inspiciendam, non tantum verborum significationem. quam gloss. not. & commendat Bald. & Paul. de Cast. ibi. Et text. in l. promittendo, in princip. ff. de iur. dot. vbi dicitur, magis res quàm verba intuenda sunt. & in l. 1. in fin. C. vt actio. ab hær. vbi ita scribitur, ne propter nimiam subtilitatem verborum latitudo voluntatis contrahentium impediatur. & in l. in conuentionibus. ff. de verbor. significationibus. vbi in conuentionibus contrahentium voluntatē magis quàm verba spectari placuit. & in l. sed Celsus. §. si fundus. ff. de contrahen. emptio. vbi scribitur, in emptis enim & venditis potiùs id quod actum est, quàm id quod dictum est sequendum est. Ex quo etiam not. gloss. sensum magis quàm verba spectari, & in l. fistulas, in princip. eodem titulo vbi, scribitur, respondi apparere id actū esse, licèt scriptura non contineretur. & alii infiniti tex. in eam sententiam. Quam & vbique secuti sunt nostrates legum docti. & in cæteris gloss. in l. blanditus. C. de fideiuss. Bald. in l. quāuis, colum. 1. versicu. item not. mentem. C. de fideicom. & in l. etiam, per illum text. in 1. no. C. de iur. dot. & in l. sub prętextu specierum, colu. penult. versic. iuxta præmissa. C. de trans. & in rub. extr. de pact. colum. 2. versic. nota causam. & consi. 107. quòd ista donatio, colum. 2. lib. 1. [& consi. 195. laudare vos, col. penul. eo. lib. 1.] & consil. 417. in facto proponitur, colu. 2. lib. v. vbi dicit quod statur intentioni contrahentium, quicquid verba sonent. & consi. 386. super eo primo puncto, eo. lib. 5. vbi dicit quòd sicut voluntas testatoris in omnibus dominatur ex suo testamento dependentibus, ita & voluntas contrahentium in dependentibus ex contractu. Ango. d. consi. 3. certum est, col. pen. Anto. in c. nouit, extr. de iud. Imol. in l. vlt. ff. de hæred. institut. Panor. in capit. pastoralis, in fin. extra de deci. Paul. Cast. consil. 148. viso & examinato

nato, colu. 1. libr. 1. & consil. 190. nouiter reuocatur, colum. 2. versicu. certum est enim. libr. 2. & consil. 367. filius iste, eodem libr. 2. & Ioan. Anan. consil. 58. visis instrumentis, in princip. Alexan. in l. si tibi pecuniam, in 3. not. & ibi Ias. latè post princ. ff. si cer. petat. & consil. 34. viso instrumento col. 1. versicu. quibus non obstantibus lib. 2. & consil. 125. attentis verbis inuestituræ, in fin. lib. 5. & consil. 82. quoniam abunde, col. 1. lib. 6. & Corn. consil. 40. viso processu, col. 4. libr. 4. Socin. consil. 44. in præsenti consultatione, col. 3. vers. præterea hęc conclusio, lib. 1. & consi. 46. eod. lib. 1. repetitio consil. 213. cum in præsenti, col. vlt. versic. confirmatur non solum, lib. 2. Ias. consil. 34. verba conuentionis, col. 2. versicu. moueor. in primis, lib. 3. Philip. Deci. in l. cum quid, col. 5. ff. si cer. pet. & in l. semper in stipulationibus, in princip. ff. de regu. iur. & consil. 26. cuius superscriptio incipit, debitor creditoris, colu. vlt. versic. & profecto. & consi. 63. substitutio facta, col. pe. versi. vlteriùs hoc idē. & consi. 183. in controuersia, col. vl. & consi. sequ. an valeat pactū, col. 3. & consil. 190. circa primū, col. 2. versic. sed tamen prædictis. & consil. 374. in casu proposito, colu. 1. versi. & pro fundamento. & latissimè Stepha. Bertr. consil. 1. Christi &c. viso consultationis themate, colum. 2. lib. 2. & consi. 159. cuius est simile initium, in 1. dubio, in fin. lib. 2. & consil. 286. viso casu prædicto, colum. 1. eod. lib. 2. Ioan. Neuiz. inter con. feudalia. Alber. Bru. consi. 12. comederunt, col. 5. Anto. Rubeus consil. 149. in contractu matrimonij, col. 3. versi. præmissis tamen. & consil. 151. viso contractu, col. 2. versi. præmissis & similibus. [Sed & idem in sententijs iudicum, vt scilicet mens iudicantium sit sequenda, magna authoritate voluit Bald. in l. imperator, per illum text. ff. de postul. Quod tamen intelligendum est, si verba conuenire possunt, per ea quæ diximus suprà numero decimosecundo. sed & hoc, & quæ dicam infrà numero 70. vt interim.]

59 ¶ Denique id etiam in mandatis obtinet, per l. vlti. in fin. ff. mand. Ex quo dicit Bald. in rub. ext. de offi. deleg. quòd verba mandati recipiunt interpretationem. & est etiam bonus tex. in cap. eam te, & quod ibi tradit Bald. colu. 2. vers. sed contra hoc oppo. & iterum col. vlt. versi. item opponitur mandatum, ext. de rescri. & in capitu. ad hæc, extr. de postu. præla. & ibi etiam Bald. col. 2. uersi. ibi mandauerimus, qui & ad hoc allegat. l. si hominem. ff. mandati. & ipse Bald. in cap. vlt. col. 2. extr. de offic. deleg. dicit in mandatis magis attendi finalem causam formæ, quàm verba præcisa, per text. ibi, quod dicit no. & in rubr. ext. de procura. in princip. dicit esse magis attendendam vtilitatem mandati, quàm formam: per d. l. si hominem. & in cap. 1. col. 4. versi. quæro pone, ext. de lite non contest. vbi dicit quòd licèt procuratori offendere verba mandati, vt mentem non offendat, per d. l. si hominem, quam dicit singu. Et facit text. in l. si quis mihi bona. §. sed si mandauit, [ibi, si ex parte.] ff. de acquir. hæred. vbi habens mandatum ad vnum, potest & aliud facere. in quo maior est ratio, nec deterior fit conditio mandantis. Quem tex. ad hoc not. Bald. [Franc. Aret. & Alex. qui eum §. legunt cum §. si coram, & alii] recentiores ibi; & Pau. con. 4. circa primum dubium, col. 2. lib. 1. [& Alex. in l. si quis impuberem, col. 2. versi. sed & illud, C. de iure delibe. vbi ex eo text. dicit satis esse, vt mandatum in pinguiori forma impleatur, & Ias. qui idem dicit in l. qui quartam, col. 1. ff. de leg. 1.] Et tex. in l. iam tamen. §. in hac stipulatione, ibi, quasi iuxta mandatum. etsi non mādatum fuerit. ff. iudi. sol. & in cap. in causis, & ibi gloss. in verbo, postulatio, extr. de elect. & gloss. in cap. cùm olim abbas, in verbo, protinus, extr. de offic. deleg. & gloss. in cap. nullus, in verbo, ciuitatis, versicu. item quid si data est. 61. distinct. & in cap. licèt ergo, in verbo, præcepisset. viii. q. j. & in cap. innocēs, in verbo, clementior. 22. q. 4. & Iason qui multa allegat. con. 202. magnificus Baro, colu. pen. versic. non ob. dum terriò, lib. 2. vbi ex hoc in pulchro casu consuluit. Quod magis mirum est propter ea quæ scribit Aulus Gellius lib. noctium atticarum. 1. ca. 13. de mandato ad viuum (vt sic dixerim) obseruando, nec in rem etiam vtiliorem commutando. Cui continens diuus Ambrosius in libr. de Paradiso. cap. 12. tradit nihil vel cautionis gratia iūgere nos debere mandato. Si quid no addas, vel detrahas, præuaricatio videtur esse mandati. Pura enim & simplex mandati forma seruanda. Hæc ille. Nos autem dicimus fines mandati diligenter esse custodiendos. l. diligenter. ff. mandati. & formam mandati exacta diligentia esse obseruandam. cap. cùm dilecta, in fi. ext. de rescrip. nec ab esse recedendum; siue res ipsas respiciat, siue personas, siue locum, siue tempus; vt dicit Bald. in l. 1. §. igitur. ff. de exer. act. per tex. ibi, & in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verb. oblig. Siue etiam respiciat qualitatem mandati. c. cum venissent, ext. de eo qui mit. in poss. vbi Bald. col. 2. no. quòd non solum seruandum est mandatum. sed & qualitas illius. & allegat etiam. c. Pisanis, ext. de restit. spoli. Ex quo etiam not. Panor. col. 13. versicu. nota gesta corruere. ꝙ non solùm corruunt gestæ ex defectu formæ mandatis, quando expressè fit contra ipsam formam mandati, sed etiam quādo fit citra aut præter formam, & alleg. etiā text. cum glo. in c. si cui, de elect. lib. 6. & c. prudentiam, ext. de offic. deleg. [vbi & hoc quoque voluit Ioan. And. in verbo, citra.] Quanquam illū tex. in d. c. Pisanis, ad hoc dicit sing. Bal. in ca. 1. statim post princip. ext. de re iudic. [& ibi latè Felin. colum. 2. & idem Felin. etiam latè in cap.

cùm dilecta, col. xj. uet. amplia primò, extr. de rescrip.] Sed & de eo quod dictum est prçter formam, uide [ipsom Bald. consi. 318. ponitur q electio, col. 3. versi. præterea, vbi traditur, lib. 3. vbi etiam dicit per illum text. in d. c. si cui, paria esse aliquid fieri contra, vel præter formam. &] glos. Hosti. & Panor. in c. causam, ext. de re iudi. Tu autē ad illos tex. adde & aliom bonom text. in l. illud. §. sed si ita. & ibi Bart. ff. quod cuiusque vniuer. Hæcque etiam procedunt, vt non liceat recedere à forma, etiam si mandatori expediat. l. si quis pro eo. ff. manda. Sed & si is ad cuius fauorem mandatum est, velit, ièsque adferat minus præiudicij. c. cui de non sacerdotali. §. similiter, & §. vlti. de præben. lib. 6. vbi & eius ea redditur ratio, quia mandati fines diligenter seruari oporet. Ideo ad alios casus quàm ad expressos non extenditur. Et ad hoc quod dictum est de minori præiudicio, facit etiā tex. in l. si pupillorum. §. si. prætor. ff. de reb. eo. [vbi & idem probatur in sententia.] Sec. vlti. extr. de verbo. signi. [& quod volnit glos. in clemen. t. 10 verbo, infra mensem, versi. sed quæritur de concessio. præben. & ibi Imol. colum. 4. versi. iuxta prædicta.] Ex quo plerique dicont in mandatis non esse locum argumento de minori ad maius; nec è diuerso. de quo per Philip. Deci. in l. non debet cui quod plus est, in v. fallen. ff. de reg. iur. & in c. in eo qood plus sit. in nu. 6. fal. eo. t. t. [& Soci. in l. 1. §. si stipulanti. col. 2. versi. tertiò limità, post alios ibi. ff. de verb. oblig.] Ex quo tradit Bald. in l. non abstulit, ad fi. C. de. nouat. mandati verba verè & propriè esse intelligenda. Nam & mandatum ex suapte natura restringi debet. c. cùm in illis. §. cum autem, de præben. lib. 7. Et tamen vides in eo quoque mentem verbis præferri. Ex quibus satis arbitror ex nostris legibus ac legom interpretibus esse confirmatum qood scribit Tullius, in omnibus dispositionibus. & publicis & priuatis scriptum sentençtię & menti cedere: vt iam satis ac propè superfloenter respõsum videatur iis quæ in priori op. diximus de vi & robore verborum. [vide Bal. in l. si quis mihi bona. §. sed quid si. ante fin. & in § corã. in princ. ff. de acquirend. hæredit.

60 ¶ Hotum autē moltæ rationes reddi possunt quas ex Steph. Phede. in suo eleganti libro de legum interpretatione. parte. 1. in princip. & hic haud grauatè adscribere docimus. Prima, potior est finis quàm ea què sunt ad finem, natura autē concessit verba ad significandam mentem ad verba exponenda. l. Labeo. ff. de supel. leg. & c. secundò requiris, extra de app. Secunda, ea quæ per se subsistunt, potiora sunt quàm ea quæ ab alio dependēt; At verba à mente dependent, nō mens à verbis. l. io conditionibus. ff. de condi. & demonstr. & c. intelligētia, ext. de verb. signific. Tertia, quòd perfectū est alteri præstat: At mens perfectior est, qoia multa sunt quę magis intelligi quàm verbis edici possunt. l. ratum. ff. de solutio. & l. quo enim tutor. §. iolianus. ff. rem. rat. habe. & quia plora sunt negotia quàm vocabula. l. natura, de pręscrip. verb. Quarta, quę certa sunt potiora, quàm incerta & obscora. At mens certior est quàm verba, quia nec falli nec fingi potest, verba autem possunt. l. fraus. ff. de legib. & l. non dubiom. C. eodem. Quinta, ea quę sine alio esse possunt, potiora sunt iis qoę sine alio esse non possunt. At mens sine verbis esse potest. l. nutu. ff. de lega. 3. non verba sine mente. l. 2. ff. de reb. dub. vbi enim mentem abesse credimus, verba pro oihilo habentur. l. oon solùm. ff. de acti. oblig. & capit. tua nos, extra de sponsa. Sexta, quę sunt similia melioribus, potiora sunt ijs quę sunt similia deterioribus. At mens animæ similis est: verba autem corpori. capitu. sedulo. trigesimonono, distinctio. de quo & nos suprà diximus. Vnde illud oraculum Pauli, litera occidit, spiritus viuificat. Hæc prope Phederic.]

61 ¶ Igitur vt repetamus quod longo tam diuerticulo quàm adminiculo reliquimus, aut non verum est qood dictum est in illa priori opi. legem exorbitantem non esse trahendam ad alium casum ex eadem ratione siue mente; aut si verum est, vt plerique contendunt: tamen non procedit in constitutione fauorabili, si credimus gloss. in l. si constante, in verbo, mariti, in princip. & ibi Barto. in ix. questio. primę partis. ff. solu. matrimonio vbi Alexan. qui id probat, colum. quarta adducit multos concordantes text. & gloss. vt similiter facit io l. si ex toto, in princip. ff. de leg. j. & in l. si à primo. ff. de libe. & posthum. & Francis. Aret. in l. moribus, colum. 7. versicu. & quod in materia. ff. de vulga. & pupilla. vt vbiqoe videre in promptu est. Necenim in re ab omnibus concessa diutius immorari statuimus. Q in etiam videmus constitutionem correctoriam, quę plus restringenda est, extendi, cum est fauorabilis, ex eadem ratione, per l. illud, cum gloss. C. de sacrosanct. eccles. de quo etiam plenè per eundem Bartol. in d. l. si constante, vbi suprà, & ibi etiam Alexan. colum. 4. versic. item quantum.

62 ¶ Nec id tantum procedit, vt lex exorbitans trahatur ad alium casum, sed etiam ad aliā personam. Nam & de extensione personarum loquitur. d. l. illud, cum gloss. & etiam l. vltima iuncta gloss in verbo captiuorum. C. de sacros. eccles. & plenè declarat Imo. l. si verò. §. de viro, in quarto princ. art. ff. solut. matrimonio. & Francis. Aret. io d. l. moribus, vbi suprà. & in l. Gallus, in princip. colu. quarta. ff. de liber. & posthum. & ante hos Angel. in d. l. Gallus. §. & qnid si tantùm, colu. secunda per l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & posthu. & l. vlti. C. de posth. hęre, instit. & nouissimè Iason consil. 154. testator habens, colum. quinta, versic. confirmatur optimè, lib. 4.

63 ¶ Hæc

83 ¶ Hæc aũt l. est fauorabilis, ficuti attestatur Corne.consi.11.in præsenti consultatione, col. pe.versi.nec.obst.lib.3.& Franc.Aret.in l.Titius,colum.4.ff.de lib.& posth.qui ob id dicit facilè eam extendẽdam esse,vt & post eum asserit Soc.consi.93.testamentum præmissum, col.4. versi.tertio modo,& iterum.7.ver.& sic tollitur illud,lib.4.& in l.cùm auus, col.56.versi.octauo queritur.ff.de conditio.& demon. Sicuti & ipsa.l.cùm auus,à qua & hæc,vt sæpe diximus, prodiit,est quoque fauorabilis, & latè interpretanda,vt apertè probat.l.cùm acutissimi,ibi,nos huiusmodi sensum mirati,pleuissimum ei donamus euentum.C.de fideicom.

64 ¶ Nec deniq; obstat,vt ad cęteras rationes alterius sententiæ veniamus,quòd maior est ratio reuocandæ donationis factæ liberto ob natiuitatem liberorum, quàm extraneo.Nam ratio principalis ac pręcipua.l.nostrę est illa verisimilitudo præferendi filios aliis,quæ æquæ obtinet in donatione facta extraneis,atq; in ea quæ facta est libertis.Ideo & ad extraneum trahitur,etiam si maior esset ratio in liberto qui expressus est in lege,vt in simili videmus & l.1.C.de his qui ante aper.tab.vbi dispositio illius l.loquentis in successione testati,trahitur ad casum intestati,vt dicũt glo.& doct.ibi.licèt in casu testati sit maior ac validior ratio,quàm in causa intestati,quanuis ea.l.sit exorbitans, vt & ex ea not. Cornel. consil.197.non alienam, col.8.versi.& quod ab idenritate,lib.5.Et est etiam bonus texr.in l.j.§.1.iuncto.§.ex his.ff.de verb.obliga.vbi lex.qua statuitur,eum qui hominem promisit, non liberari soluendo partem, trahitur ob paritatem rationis ad heredes promissoris, quãuis fortior sit ratio in ipso promissore quàm in hæredibus:vt qui aliàs tenentur tantùm proportionibus hæreditariis,cùm promissor insolidum teneatur. Id quod subtiliter,vt semper aliàs, expendit Soci. ibi,& post eum Alcia.in lib.1.de verbo.signi. col.3.& iterum in l.nominis.§.verbum ex legibus,in verbo,sententia. ff.eod. lib. Idque præsertim obtinet in fauorabilibus, vt dicit idem Alciat.lib.2.eiusdem operis,col.x. per c.vlt.ext. de simo.

65 ¶ Quanquam negari potest fortiorem maiorẽmve rationem esse,vt reuocari debeat donatio facta liberto,quàm si facta sit extraneo,imò nec parem quidem,cùm verisimiliter maior sit patronorum affectio atque amicitia in libertos,quàm in extraneos,illisque quàm istis magis consultũ esse velimus,vt qui veluti in ære nostro sunt, quibus & nos & liberi in certa parte succedimus, vt patet pater per totum titu.ff.de bon. libert.& Inst. de success. libert. [& omnino quidem illis intestatis, si sui desint. l. intestato. ff. de suis & legitim. hæredi.] Hinc legimus & libertos imperatorum ad tantum diuitiarum & honorum fastigium à patronis euectos, vt cæteros omnes facilè post imperatores ipsos superarẽt.Cuius rei exempla nobis plurima suppeditarunt Suetonius, & Tacitus.Plinius autẽ lib.33.c.x.tradit tres Claudij libertos, Pallantẽ, Callistum,& Narcissum,opulẽriores Crasso fuisse Quiritum post Syllam ditissimo.Et de ipsius Narcissi diuitiis est illud Iuuenalis saty.14. ad fi.

Nec Crœsi fortuna vnquam,nec Persica regna
Sufficiunt animo,nec diuitiæ Narcissi,
Indulsit Cæsar cui Clodius omnia.

Ex quibus non obscurè Iuuenalis anteponit,aut certè æquat Narcissi diuitias domini largitione partas.Crœsi ac Persarum regum opimus, qui cęteras superasse creduntur.Sed & de Pallantis ipsius diuitiis,potentia, & honoribus videre licet apud Plinium Iuniorem lib.7.epistolarum ad Montanum,& rursum lib.8.ad eundem.De quo est & illud eiusdem Iuuenalis saty.1.

Ego possideo plus Pallante Licinus,

De horum quoque & aliorum libertorũ Claudij potentia & opibus multa Suetonius ipse in Clodio. cap.27.& Tacitus lib.12.& Sextus Aurelius Victor. & inter cęteros memorant omnes Felicem, quem dicunt Iudææ prouinciæ fuisse præpositum, addit Suetonius, trium reginarum maritum. Cuius etiam, vt de hoc obiter dicam, meminerunt Acta Apostolorum.capitulo vigesimotertio. vbi scribitur Paulum ad Felicem Præsidem Iudææ fuisse perductum. Et fortè etiam cùm Iuuenalis quo loco nuperrime citauimus, Liciniorum mentionem facit,intelligit de Licinio Augusti liberto, quem, cæterosque tradit Suetonius in ipso Augusto. capir. 67.in honore & vsu maximo habuisse. Ex quo illud consequens est, non tam facilè concedendam esse reuocationem donationis factę liberto, quàm prorsus extraneo, tum ob amicitiã, per ea quę dicemus inferiùs, cum tractabimus de donatione facta amico; tum quia non tam graue præiudiciũ infertur filiis ex ea donatione facta liberto, cui & donans & liberi sunt ex certa parte successuri, per ea etiam quę dicemus infra, dum etiam differemus de donatione facta inter virum & vxorem. Ex quo sequitur quòd si nihilominus hęc donatio facta liberto reuocatur,maiori ratione ea quoque reuocãda est,quę fit extraneo.

66 HÆC SVNT quę pro posteriori sententia faciunt. Quibus tamen facile est respondere. Nam primùm. d.l.cum auus, & similes loquuntur in testamentis & vltimis voluntatibus, quę facilius mutantur & reuocantur, quàm actus inter viuos, vt dicit Bartol. loquens in casu legis nostrę, licèt ad aliud propositum, in auth. ex causa, colum. quarta, & ibi quoque Angel. & Pau. Cast. C. de libe. præter. & idem Bartol. in l. 1. in 6. q. ff. de iur. cod. & in l. filio preterito. ff. de iniusto testamento, & in l. tale pactum, §. vlt. ff. de pact.& in repe.l.1.in 2. q. 5.q.prin.C.de sacr.eccle.& cõsi.210. omne illud

in duobus locis. & consi. 235. Lapus fecit testamentum, & alibi sæpe. & Bald. in l. si totas. C.de inoffi.donat. & consil. 424. præsupposito quòd dictus testator, lib.4.& Cardi. Flo. consil. 20.cùm in testamentis, in primo dubio. Et id quidem optimo iure, cùm potentius sit pactum, quàm testamentum.l.1.ff.de pact.& l.si mihi & tibi.§.in legatis.ff.de leg.1.& l.si quis in principio testamenti.ff.de leg.3.

67 ¶ D. autem.l.si totas.C.de inof.donat. loquitur in donatione omnium bonorum, vt satis indicat illud verbum, totas, & proinde etiam inofficiosa; ideoque ponitur sub tit, de inoffic. donat. nec tamen ea totum reuocat, vt lex nostra facit, sed tantùm adusque legitimam. Igitur nihil huc ad nostram.l.pertinet.D.autem.c.ulti. 16.q.4. simpliciter etiam loquitur in donatione omnium bonorum, & de iure poli, non fori, vt ibi nuncupatim dicitur, quasi aliud sit de iure fori. Idcirco ille tex.ab ista parte stat.

68 ¶ Nec vlteriùs procedit.l.nostra, ut consideret aut alterius tantùm, aut vtriusque voluntatem, nisi in suo casu, videlicet in donatione facta liberto. neque enim de alia loquitur. Ex quo datur responsio tribus illis rationibus, quas super tacita vnius aut vtriusque voluntate suprà adduximus num. 43. incipien. nec obstat quòd voluntas. Quanquam etiam & illud dici potest ad secundam rationem, qua diximus donationē vnius tantum donatoris voluntate & consensu niti, id falsum esse quando donatio non nisi vtriusque & donantis & donatarij consensu perficitur, vt patet ex l.absenti, & ibi not. ff. de donat. & gloss. in l.illud, in verbo, alia causa, in fin. & ibi Bart. etiam in fi.C.de sacro. eccles. & glos. in l.1.C.de donat.cau.mort.& Oldr. consi. 149. super 1.quęst. in fi.& Pet.Iac.tit.de cond.ex leg. quæ pro re dona. compe. col. 1. vbi etiam dicit non sufficere præsentiam ac taciturnitatem donatarij.& Bar.in l.1.paulò ante fi.ff.de acqui.hęred.& in l.quod seruus.ff.de stipul.seruo.& Bal. in l.mater, col.vlt. versi.item quæritur. C. de rei vendi.& in l.si totas.C.de inoffi.dona.vbi loquitur nuncupatim in casu.l.nostræ.& Ioan. Fab.in §.legatū, in fi.Insti.de lega.& Raph.Fulgo. consi. 93. ad id de quo, col.1.& Pau.Ca.consi.339. dico non obstante, col.2.lib.1.& cons.164.in præsenti causa quæ vocatur, col.7.versi.item nō ob. quòd gratia lib.2.& latè consi.165.visis his quę narrantur, col.3.versi.secundò videndum est.eo. lib.v.& latè.Rom. consil.295.donatio patris.& Franc. Aret. consi.17.consideratis, col. 4. versi. sed ex secundo capite, col.6. ver. ex nouo etiam capite.& est tex.omnium optimus in l.in omnibus rebus.ff.de actio.& obligatio.& in l. si quis. C.de donat.& in l.si ego.ff.si certum petatur, & Socin. in l.1.in fin.princip.ff.si ex noxa.cau.aga. Quòd etiam intelligit Tullius, cùm ita scribit in Topicis. Quo in genere etiam Mancini causa defendi potest, postliminio rediisse, deditum nō esse, quoniam non sit receptus. Nam neque deditionem neque donationem sine acceptione intelligi posse. [de qua re etiam mentio facta est in l.vlti. ff. de legatio.] Ideoque Signo. consil. 119. testator in testameto, colum.4. versi. præterea remissio, tradit remissionem quæ habet vim donationis, vt latè dicemus in gloss. donatione largitus, nume. [173. tamen ego contrarium, & sequen.] cum sit in vltima voluntate, dependere ex vnius voluntate. l. in conditionibus. & l. pater Seuerinam. §. conditionum. ff. de conditionibus, & demonstrationibus. At eam quæ fit inter viuos, dependere ex duorum voluntate, per l.1.§.1.ff. de pactis. & alia quædam iura.

69 ¶ Quæ autem tam copiosè diximus de mēte verbis præferenda, facilè diluuntur ex ijs quæ diximus in princip. huius gloss. videlicet, verba, cum clara sunt & minimè ambigua, vti sunt in l. nostra, haud dubiè sequenda esse, etiam si mens & ratio repugnare videntur, quod & præter ea quæ in id citauimus, probat tex. omnium optimus & apertissimus in l. prospexit. ff. qui & à quibus [& l. si alij, ff. de vsufruct.leg. per quam dicit Bald. consil. 237. Titius in testamento, colum. 2. lib. 1. non recedendum esse à rigore verborum.] Quòd si sint dubia, aut possint ad diuersos sensus trahi, tunc mens consulenda est, & sequenda, etiam si impropriari verba conueniat; de quo affatim & eleganter per Bartol. in l. non dubium, colum. 2. versic. secundum dubium. C. de legib. & in l. in ambiguo, in penult. oppo. ff. de rebus dub. dum dicit tum demum voluntati verba seruire, cùm ea habent plures significationes. ea enim accipienda est, quæ congruit voluntati. Secus si unam tantum significationem habent. & Bal. in l iurisgentium. §. pactorum, columna. 1.ff. de pact. & in l. cùm virum, colum. 3. versicu. deinde not. C. de fideicom. & Angel. consil. secundo. versic. præmitto primò, colum. secunda, versic. finaliter non obstantibus, & consil. 283. in aduertentia, colum. vlti. Collect. in ca. ad audientiam, extr. de decisi. [Imol. consi. 100. in quæstione, & lite quæ vertitur, colum. prima, versi. hanc partem.] Pau. Cast. consil. 71. ad primum breuiter. in fin. lib. secundo. & cons. 264. videtur dicendum pro matre, col. 2. eod. lib. secundo. & Fran. Aret. consil. 66. viso puncto, & dubiis, colum. secunda, versiculo sed tamen his. & Alexan. in l. si quis filium, ante fi. ibi, vltimò not. C. de lib. præter. & consi. 139. circa primum dubium, colum. secunda, versic. solum restat, lib. 6. & Francis. Cur. senior consilio 43. quia inquit, colum. vndecima, versic. illud enim quod dici solet. [Iason consil. 128. testator tres filios, colum. vltima lib. secundo] & omnium elegantissimè Alciat. lib. secundo de verbo. signific.& in l.nominis. §. verbum. ff. eod.tit.& omnium primam gl. in cap. is autem.

21. questio. 2. & in c. cùm dilectus, in glos. penu. & ibi quoque Imol. & Panormita. extra de con suetudi.

70 ¶ Vt interim omittam id quod tam pulchrè quàm verè scribit Bald. in repe. l. & si post tres. col. v. versi. sed quid si tãtùm. ff. si quis cau. quòd non minus operatur mens quàm verba, dummodo mens ipsa ex verbis concipi possit, per l. Gallus. §. quidã rectè. de libe. & posthu. & alia quędam iura. quod & repetit in l. etiam, in 3. not. C. de iur. dot. Et quod per eundem tex. asserit ipse Bald. [in l. cùm aquiliana. ff. de trãs. verba esse sicut corpus, & mentem sicut animam, vnde ait, præualet mens, dum tamen ex verbis colligi possit, per d. §. quidam rectè. secus si ad eam mentẽ verba nulla interpretatione trahi possint, per d. l. si alij. ff. de vsufr. leg. & l. labeo. §. idem Tubero. ff. de supel. leg. & ipse Bald.] in c. secundò requiris, post prin. extr. de appel. id quod scribitur in eo. c. intentioni verba deseruire, ita intelligi, si intentio per interpretationem uerborum colligi potest, aliàs secus. ad quod etiam allegat tex. quem dicit singu. in d. l. si alij. ff. de vsufru. legat. Ex qua etiam dicit idem Bald. in l. 3. in fin. C. de libe. præteri. mentem esse præferendam verbis, nisi mens esset omnino contra verba. Cui & adde tex. in c. cùm dilecti. ibi, ex tenore instrumenti euidenter apparet, quòd hæc fuit mens & intentio. & c. ext. de donat. & similem tex. in c. petitio, extr. de procura. cùm dicitur, nos igitur ex tenore ipsius instrumenti liquidò cognoscẽtes; quòd intentio facit, &c. & in c. super, ext. de offic. deleg. vbi ita scribitur, intentionis igitur nostræ fuit, sicut ex tenore constitutionis potest liquidò deprehendi. Quòdque tradit idem Bald. in c. vlt. col. 1. extr. de aucto. & vsu pal. talem pręsumi voluntatem, qualem verba declarant, per not. in l. recusari. ff. de acquir. hæred. & in c. porrò, extra de priuileg. [Et idem Bald. consil. 142. quidam dominus Pasinus, colum. 2. tradit, non esse recedẽdum à mente, dummodo tamen colligi possit ex interpretatione & mysterio verborum.]

71 ¶ Hic verò quantum ad hanc rem de qua tractamus, nihil est verbis nostræ. l. apertius, nihil clarius, nihil lucidius. Quis enim vnquam fando audiuit sub nomine & appellatione patronorum & libertorum alios prorsus extraneos intelligi? Et tamen debet sensus esse manifestissimus, vt à verborum proprietate ob eam discedamus, vt scribitur in l. si quis filium, quę est. 3. C. de liber. præteri. quam inter præcipuas omnes citant ad defendendam mentem aduersus verba. [Idq; est quod scribitur in l. non aliter. ff. de leg. 3. non aliter recedi à significatione verborum oportet, quàm cùm manifestum est aliud sensisse testatorem. & vt alibi dicitur in l. ille aut ille, eodem titu. cùm in verbis nulla est ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæstio.] Et vt scribit bald. in l. 1. §. si is qui, in lectu. antiq. in fin. ff. de exerc. actio. Nisi tibi clarum sit de mente, nunquam recedas à verbis legis vel statuti. De quo etiam est bonus text. in l. prædia. §. liberto. ff. de fund. instruct. cum scribitur. respondi verbis quæ proponerentur, contineri, nisi manifestò contrariam volũtatem cohæredes approbẽt. & in l. 1. in fin. C. de conditio. inser. vbi ita scribitur. conditionem ascriptam fideicõmisso defecisse manifestum est, nisi alia defuncti uoluntas euidenter probetur. [Et facit etiam glos. in c. præterea, in glos. vlt. & in c. vlt. in verbo, moderationis, extra de verborum significationib.]

72 ¶ Et negari potest, quòd ratio principalis & & præcipua huius nostræ. l. sit illa præsumpta donantis voluntas, ad hoc vt ex ea sola reuocetur donatio in casu illius; cùm videamus alias facilius reuocari donationem factam liberto, quàm extraneo, vt suprà diximus & probauimus. Ex quo etiam tollitur quod diximus de amicitia patronorum & libertorum, ac de horum successione; ideo probabilius est, & verisimilius, vtranq; rationem simul & copulatiuè in hoc casu considerari, videlicet mentem donantis, & quòd donatio est facta liberto, quæ facile reuocatur. propterea que nisi vtraque concurrat, non est locus huic. l. nec ea cessat, nisi cessante vtraque, per tex. no. in cap. quoniam frequenter. §. porrò, iuncto. §. si autem, extr. vt lit. non contest. & ibi Pau. in loco posteriori, in fin. qui illum tex. ad hoc reputat singu. & in §. sed & si quis, & §. si vero nullius, & §. vlt. ver. ex vtroque, in auth. de inst. fid. & caut. voluit Bal. in l. generaliter, in 2. oppo. quando loquitur de pluribus causis, quarum quælibet per se militat. C. de epis. & cle. cum si. quæ videre poteris in illis nostris commentarijs. tit. 9. vers. 27. in 40 limitatione. [Neque à ratione alienũ existimare debes (id enim in transcursu dicere volumus) quòd supra distinxi libertos ab extraneis, quando & id lex faciat, scilicet in l. exigendi. ibi, siue libertus, siue extraneus, C. de procuratorib.]

73 ¶ Quid plura? certè si omnes rationes obtinerent in extraneis, ut in libertis, essentque omnia in omnibus eadem, aut paria; tamen nõ videretur propterea hæc uostra. l. lòquens de libertis trahi aut extendi debere ad extraneos. Nam quando constitutio valde innititur æquitate, contra regulas iuris communis, cuiusmodi hæc. l. nostra est, vt latè supra diximus, non debet trahi ad alium casum, etiam ex eadem ratione, secundum Ioan. And. in c. 2. vt lite penden. lib. 6. quem sequitur Panormi. in c. proposuisti, colum. penul. de probatio. & Iason in l. à Titio, in fin. princip. ff. de verborum obligation. vbi ex hoc limitat quæ suprà diximus, quòd cũ est eadem ratio, idem est ius, non per extensionem, sed per interpretationem, & quia id tacitè cautum videtur, vt scilicet istud non procedat in isto casu. [& rursus 43. prima consideratione, colum vltima lib. 3.]

74 ¶ Ex quibus vides lector optime, rem hanc esse admodum ambiguam: tamen omnibus nõ oscitanter perspectis,

Nunc adeò quæ sit dubiæ sententia menti,
Expediam.

Neque enim dubito, quin si ad merum ius respicias, verior sit & probabilior ea sententia, quæ hanc l. asserit in ea tantùm donatione procedere, quæ à patrono facta est liberto, de qua nũcupatim loquitur, & ita quidem nuncupatim, vt si filum phrasimque, l. consideres, facilè intelligas de ea tantum donatione loqui velle. At alia op. humanior est & receptior, vt iam diximus, & asserunt ẽt multi ex ijs qui priorem sequuntur, & eam practica & vsus ita mordicus retentat, vt ab eius faucibus eruere nemo queat. Ideoq; sequendam & consulendo & iudicando arbitramur, sicuti etiam id faciendum autumant pleriq; ex ijs qui sunt prioris illius sententiæ, vt suprà diximus. Et alias videmus legem nuncupatim loquẽtem de libertis trahi & ad alios, videlicet. l. vlt. C. de crimi. expil. hære. vt ibi videre licet ex gl. & Bal. Sed quod ad intellectum. d. l. si totas, & d. c. vlt. 17. q. 4. pertinet, si quid amplius scire desideras, vide quæ mox continenter subijciam in duab. seq. quæst.

75 QVÆRO IGITVR, si pater quispiã donauerit filio, quem vnicum habebat, & postea ei nascũtur alij, an sit locus huic. l. Certè hic est proprius casus. d. l. si totas, vbi expressè dicitur, quod huiusmodi donatio reuocatur vsq; ad legitimum bonorum subsidium filiorum postea natorum. In quo certè à casu. l. nostræ differt, quod hic totum reuocatur, vt lex nostra exprimit, & dicemus postea latius & ita eam. l. si totas, intelligũt Bart. Ang. & alij ibi post Dyn. in l. 1. C. eod. titu. de inoffi. donat. & idem Barto. in l. Titia Seio. §. imperator, & ibi etiã Bal. Alb. Imo. & Pau. Cast. ff. de lega. 2. & Iac. Bel. & Ang. in auth. de immẽ. dona. Ioan. Andr. Anto. Imol. non semel, & Panor. in c. vlt. de donat. Archid. in d. ca. vlt. 17. q. 4. Bald. in l. defuncto, col. 1. vers. quæro an filius, C. si in fraud. patro. Bald. in 2. lect. Saly. & Ange. hìc. Pet. Ferra. in tit. forma libel. quo agi. pro dona. in verbo, irreuocabiliter, col. 2. Nicol. Mil. in suo reper. in verbo, donatio, ver. pen. Corn. consi. 15. ex quo dictus Franciscus, col. 1. lib. item 1. & consi. 11. in præsenti consultatione, col. vlt. li. 3. vbi ita dicit communiter teneri. Alex. cõs. 103. circa primam dubitationem, colu. 4. lib. 3. Guid. Pap. consi. 24. viso facto, col. 8. vers. si autem diceretur. Soci. in repe. l. cùm auus, col. 19. de condi. & demon. & d. consi. 53. col. 2. versi. habemus secundò, lib. 4. & d. cons. 93. col. 5. vers. quinto modo respondetur, lib. 4. & Ias. consi. 171. viso instrumento dotis, col. 2. vers. non obst. etiam, & col. seq. versi. sed premissis, li. 4. [Steph. Bertran. consi. 29. visis instrumentis, in 2. dubio, lib. 4. & Carol. Ruinus consi. 124. videtur, col. 4. nu. 13. lib. 1. & consi. 62. ex duobus, col. vlt. versi. secundò dicitur, lib. 2. & consi. 131. in themate, col. 8. versi. præterea quamuis, lib. 3.] & pleriq; omnes qui tenent. l. nostram procedere in donatione facta extraneo. Hoc enim dicunt interesse inter hanc l. & d. l. si totas, quòd hæc intelligatur de donatione facta extraneo, & propterea tota donatio reuocatur. At d. l. si totas, de donatione facta filio, & ideo ad legitimam tantũ reuocatur. & hæc est communis opinio. Qui verò tenent hanc. l. intelligi tantùm in donatione facta liberto, prout ipsa loquitur, ita eam à. d. l. si totas, discriminant, atq; disseparant, vt hæc intelligatur de donatione facta liberto, & ideo in totum reuocatur: illa autem de donatione alij cuiuis facta siue filio, siue extraneo, & ita in totũ non reuocatur, quia plus iuris est patrono in libertum quàm in alium.

76 ¶ Et sicut hæc l. non procedit cùm donatio facta est filio, ita nec. l. cùm auus. ff. de condi. & demon. & l. cùm acutissimi. C. de fideicom. & similes huic l. nostræ (quod iam sæpius diximus) cognatæ, habẽt locum cum substitutus est filius testatoris, sed cùm extraneus, secundum Bald. in l. cùm quidã, post prin. C. de impub. & ali. subst. & eundem subobscurè in l. generaliter. §. cũ autem, col. 2. versi. vltimò quæro. C. de insti. & substi. dum dicit, respõde, vt in l. Scæuola. ff. ad Trebel. quæ quidem. l. id quod nunc dicimus, videtur innuere, nisi ex ea. l. cùm auus, & similibus suppleatur. Sed & idẽ nũcupatim voluit Guid. Pap. consi. 27. attendentes, col. 2. vers. nec potest dici, vbi ad hoc solum Barb. citat. & iterum cõs. 165. nobilis & potens, in fin. & consi. 215. vertitur quæstio, col. vltim. versicul. nec obst. quod pars. & latius cons. sequen. latius extendendo. & iterum consi. 218. indubitanter, in quinto dubio. quibus duobus postremis locis plerosque alios citat, quos inibi videre poteris. & subobscurè Philip. Deci. in d. l. generaliter, col. 2. C. de insti. & substi. Sed tu vide Alexan. in l. hæredes mei. §. cùm ita, col. 8. versi. & ex prædictis. ff. ad senatuscon. Trebel. & quæ dicam infra in verbo, donatione largitus, versi. 294. incip. quod si dicatur, vbi teneo cõtrarium, post alios multos.

77 ¶ Attende lector optime, quia nondũ quẽpiam legi, qui aliter teneret, quàm quod suprà diximus, scilicet donationem factam filio reuocari per natiuitatem aliorum liberorum, vsque ad legitimam tantùm, præter Franc. Rip. hic in 47. qu. qui tenet integrè reuocari pro virilibus postea natorum portionibus, quia si pater de alijs filijs nascituris cogitasset, verisimiliter eorũ portiones huic filio non donauisset, cùm præsumatur velle æqualitatẽ seruare inter liberos. l. illud. C. de colla. & l. vlti. C. com. vtri. & l. quæsitũ. §. sed & ipse. ff. de fund. inst. præsertim vt tollat iurgia & contentiones inter eos. l. cùm oportet. §. sin autem. C. de bon. quæ lib. Cui adde & alia multa quæ latè de hac re congessi in trac. primogenituræ, in 4. q. Subditque Ripa, quòd tenẽdo

hanc

hanc opinionem, quæ humanior est, potest responderi ad d.l.si totas, quòd loquitur quando pater cogitauit de alijs filijs nascituris: quod hinc patet, quoniam collocata est sub tit. de inof. dona. Ideo debet intelligi secundum naturã illius tit. l.imperatores. ff. de in diem addic. Et hoc nec prorsus absurdum, nec omnino à ratione alienũ esse arbitror. Nam si pater non cogitauit de liberis, plenius consultum est per hanc l.nostram, quæ totum reuocat. At si cogitauit; non est locus huic l. sed remedio illius titu. si fuerit inofficiosa, prout erat in d.l.si totas, in qua totas facultates suas donauerat. Ideo cogita: neque enim ausim tam facilè discedere ab ea opinione: quæ iam veluti transiuit in rem iudicatam. Et vide interim quæ dicam infra in verbo, filios non habens, in primo dubio.

78 ¶ Sed vnum non omiserim, quòd si sequaris eam communem sententiam, quam omnino sequi, velis, nolis, necesse est. facilius enim clauã è manu Herculis extorseris, quàm hanc tam persuasam ac receptam tot seculis opinionem deijcere possis. Eam quoque intelligas procedere, et si donatio facta sit filiæ, quæ fortè ex statuto nõ est successura patri. nam nec ea reuocabitur, nisi vsque ad legitimam filiorum postea natorum, licet ea quodammodo censeatur extranea, ex sententia Bart. in l.1.§.sciendum, per illum text. ff. de suis & legiti. & in l.1.§.si pater. ff. de cõiung. cum eman. libe. cum simi. Nam in eo quod illi à patre donatum est, dicitur retinere iura suitatis, vt nuncupatim declarat Alex. consi. 131. transmissum ad me est consilium, lib.1. & Iason in l. si emancipati. C de collat. & consi. 161. viso instrumento dotis, col.7. vers. non obstat etiã, lib. 4. vbi & ipse expressim in casu nostræ l. id respõdit, quod suprà diximus, scilicet donationem à patre factam filiæ, quæ ex statuto ab ipsius successione repellitur, non integrè reuocari ex l. nostra, sed tantùm ad legitimam. ex d.l. si totas, ad quod & alia quædam allegat, & inter cætera quod tradit Imol. in c.vlt. col.3. ext. de donat. quod quando donatio facta est à patre filio emancipato, qui non est suus. §.sui. Insti. de hære. quali. & diffe. non tamen dicitur facta extraneo, nec in ea habet locum. l.nostra.

79 SED QVID si quis donauit ecclesiæ, aut alteri piæ causæ, & postea suscipit liberos, vtrùm etiã sit locus huic l. glo. in c.irascitur. 13. q.2. videtur velle quòd sic, dum dicit honestum esse, vt ecclesia natis liberis reddat quod sibi antè donatum est, per d.c.vlti. 17.q.4. Nam si id honestum est, idem quoque necesse est ecclesiæ obseruare, per id quod voluit glo. in c. hoc ius. 12, q.2. iuncta alia glo. in l. semper in contractibus. ff. de reg. iur. & quod etiam scribunt Hostien. & Ioan. And. in c.continebatur, extr. de his quę fi. à præl. [Petr. Anchara consi. 122. ex narratis, circa medium.] maximè cùm ecclesia sit cultrix atque auctrix iustitiæ, vt dicit tex. in c.1.§.1.ti. de ali. feud. quem ad hoc elegantem dicit Bald. in cap. si duobus, colum.2. ext. de appel. & omnis fraudis expres. c.per tuas, ext. de donat. & quod ibi dicit Panor. in vlt. no. Et hanc opi. in nostro casu sequi videtur Pet. à bel. perti. in d.l. si totas. C. de inoffic. donat. & Cyn. in l.1. in vlt. q. C. eo. titu. Henr. Bohe. in c.vlt. col.1. in fi. & ibi etiam Collect. col.3. versi. quid si duo. & Barb. col. pen. versi adde secundò, ext. de donat. Pet. Iac. in sua practica, tit. de condi. ex lege, quæ pro re dona. compet. col. vlt. & Oldra. consi. 276. licet quantum ad claustrales, col.2. versi. ad tertiam quæstionem. nam ibi loquitur de donatione facta ecclesiæ. Bart. in repe. l.1. in 2.q.5.q princ. C. de sacrosan. eccle. Bald. in authen. si qua mulier, colu. 2. in 3. no. C. eod. tit. & consi. 215. punctus quidam donauit, lib.5. & apertè Maria. Soc. in trac. oblationum, in 15. libello, vers. vlt. circa secundum. & Barb. consi. 55. præclarè scribitur, col.8. versic. præterea faciat facilius, & versi. seq. lib.2. Iason cons. 212. alta & valde profunda, colu. vlti. lib.2. & consi. 230. factum sic se habet, col.2. versi. sed præmissis, eod. lib.2. & consi. 141. visa longa, col. pen. ver. concluditur ergo, lib.4. & Fort. Gratia. in lib. de vltimo fine iuris, char. 16. versi. his itaque presuppositis, cum multis seq. & Fab. Gioch. in repe. authen. nouissima, in 14. quæst. prin. in fi. C. de inof. test. vbi etiam dicit ita se tenuisse in repe. huius legis, in secundo prin. uti. in 2.q. Quam tamen repet. inuenire non potui, & credo nondum fuisse impressam, cùm Io. Neuiza. nuper omnes repe. & tractatus hactenus impressos priuato in eam rem libello commemorauit, in quo nullam huius mentionem facit.

80 ¶. Et in hanc partem facit quod in simili dicunt plerique locum esse l. cùm auus. ff. de condi. & demon. quæ, vt suprà diximus, ex eodem fonte oritur, quo & l. nostra. etiam si fuerit substituta ecclesia. In quibus sunt Ricar. Mal. Bald. Pau. Cast. Ioan. à monte Sperello, & Corne. in l. cùm acutissimi. C. de fideicom. Bald. [cui Ange. subscripsit, con. 326. considero duo,] in fi. lib.4. Raph. Co. in d.l. cùm auus, & ibi quoque Soc. in repe. col.18. versi. secundum correlarium, vbi & ita dicit consuluisse patrem suum Maria. in consi. incip. Iaco. de Camerino. & illi subscripsisse omnes ferè solennes doc. Italiæ. Et ita certè reperio ipsum Maria. consuluisse, consi. 24. cuius factum incipit, casus talis est, quidam Iacobus. consi. autem initium est, circa prædictam consultationem, col.7. versi. decimooctauò, ibi, non obstat quòd sit substitutum hospitale. Idem quoq; tenuit Pe. An. consil. 74. contra Phi. facitur. & Pau. Cast. consi. 14. si contingat dictam dominã Lesam, col.1. libr.1. & cons. 29. casus iste frequẽter contingit, col.1. & 2. lib.2. vbi & in hãc partem dicit consuluisse doc. Bononienses & Perusinos, & collegium Attinionis, & Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus, le.1. colum. 5. in 6. fal. ff. ad Trebel. & consi. 92. super eo de quo quæritur,

col.

col. 2. versi. posset etiam responderi, lib. 3. & con
si. 58, perspectis his quæ in themate, colum. 3, in
princ. lib. 6. Corn. [consi. 31. placet mihi, colu. 2.
in fi. lib. 1. &] consi. 276. viso supradicto thema
te, col. 2. versi. nec curandum, & iterum colu. 5.
versi. & iuuantur præmissa, lib. 3. & consi. 226.
quanquam prima facie, colum. vlt. versi. per quá
rationem. [Bapt. Cacia. in l. generaliter. §. cùm
ante. n. C. de instit. & substit.] Barb. in d. ca. vlt.
col. pen. vbi suprà, ext. de dona. & in repe. c. Ray
naldus, col. 43. & multis seq. de testa. & cõs. 13.
clementissimi Dei, col. 7. versi. & adduco illud
quod voluit, lib. 1. & consi. 35. clemẽtissimi Dei
col. 1. eod. lib. 1. & d. consi. 55. præclarè scribitur
col. 7. versi. & adduco, lib. 2. & consi. 38. diffici-
le est, colum. 3. lib. quoq; tertio, & consi. 46. cu-
jus est simile initium, colu. 3. eo. lib. 3. & consil.
81. illud referam, col. 1. eo. lib. 3. & Aluisius Ten
tor inter consi. Lauren. Calca. consi. 47. incip.
Christi nomine repetito, col. 3. Socc. in l. 2. colu.
pe. versi. postremò. ff. de vulg. & pupil. & consil.
191. licet difficultates, col. pe. versi. tertiò ex eo
quia ista donatio, libr. 2. & consil. 227. præsens
consultatio, col. vlt. eo. lib. 2. & consi. 26. cùm su
per, col. vlt. lib. 4. Fely. in c. in præsentia, colu. 4.
ext. de prob. Lud. Bol. in addi. consi. Io. Ana. con.
68. casus de quo agitur, col. 2. versic. nec dicatur
etiam. D. Bened. in repe. c. Raynutius, in verbo,
si absq; liberis moreretur, nu. 23. & seq. de test.
[Car. Rui. consi. 106. viso, col. 3. num. 4. lib. 2. &
consi. 182. in facto, col. 4. vers. secundò respon-
detur, eo. lib. 2. & consi. 131. in themate, colu.
8. nu. 8. versi. præterea quamuis, lib. 3.] Iason. d.
consi. 212. alta & valde profunda, col. 2. versu. &
in istis terminis, lib. 1. & consi. 39. Ioannes Vay
rolus col. 6. vers. prædicta veriora. lib. 5. Philipp.
Deci. in l. fœminæ. chart. 14. in primis, versic. &
ex ista. ff. de reg. iur. & in l. precibus, col. 6. versi.
sed tamen in contrariũ. C. de impub. & ali. subst.
& consi. 391. in casu proposito, colu. vlt. & con-
si. 416. in testamento, col. 1. & hoc quoque sen-
tit non obscurè Bar. in l. filio præterito, col. 4. ver
si. præterea hoc persuadet æquitas. ff. de iniust. te
sta. dum loquens de legatis factis ecclesiæ, alle-
gat. d. l. cùm auus.

81 § Facit similiter, quòd cũ posthumus igno
ranter præteritus est in testamento patris, legata
non conseruantur ex auth. ex causa. C. de li. præ-
ter. secũdum op. Bart. & multorum ibi, quos po-
stea nuncupatim citabimus: quoniam si pater,
inquiunt, cogitasset de posthumo, verisimiliter
non legasset. Certè id etiam obtinet in legato fa
cto ecclesiæ, aut alteri piæ causæ, vt voluit Bar. in
d. l. filio præterito, quo loco proximè citauimus
& ibi quoq; Bal. & apertius idem Bart. in repe.
d. l. 1. in 2. q. 5. q. prin. & ibi quoque Bald. etiã
in repe. col. antepe. versi. super quarto quæsito,
& ibi item Alex. in addi. Bart. col. pen. C. de sa-
crosa. eccles. & idem Bart. in d. authen. ex causa,
& ibi quoque Bald. & Angel. & ipse Bart. consi.
24. Cecchus condidit testamentum, versi. tertiò,
vsq; ad fi. consi. & Bald. in l. 1. col. pen. versi. vlte-
rius quæritur. C. de inof. dona. & consi. 184. qui
dam dominus Rambaldus, lib. 3. Petr. Anc. in c.
si pater, col. 3. in 7. not. de test. lib. 6. & Card. Flo
ren. consi. 20. cum in testamentis, in primo du-
bio, & Corn. consi. 158. pro decisione, colu. 10.
versicu. item tertiò fallit, libr. 2. Barb. d. consi. 55.
præclarè scribitur, col. 8. versi. & adduco quod
voluit, libr. 2. Soci. in repe. d. l. moribus, col. pen.
versic. cõfirmatur hoc idem. ff. de vulg. & pupil.

82 VERVM SVNT & multi verendæ au-
ctoritatis, qui contrà negant hanc l. habere locũ
in donatione facta ecclesiæ, ita scilicet, vt inte-
gra donatio reuocetur natiuitate liberorum, se-
cundum hanc. l. sed tantum vsque ad legitimam
portionem. & ita voluit glos. in d. c. vlt. & ibi est
Arch. 17. q. 4. ita intelligentes tex. ibi. Sequitur
Bar. sibi præter morẽ cõtrarius, in l. Titia Seio.
§. imperator, col. 2. versic. quæro dixi q. donatio
& iterum col. vlt. ver. quæro l. si vnquam loqui-
tur, & ibi etiam Raph. Co. ff. de leg. 2. Bald. sibi
item, sed ex more contrarius. Ang. qui ita dicit
fuisse determinatum Bononiæ, Saly. Paul. Cast.
& Alexan. in addi. Bar. in d. l. 1. C. de inof. don.
Imol. non semel, & Pano. in cap. vlt. de don. Ro.
in repe. auth. similiter, in 8. priuilegio piæ causæ
inter contractus. C. ad leg. falc. vbi facit illã glos.
sing. Cor. consi. 11. in præsenti consultatione, co
lum. vlt. lib. 3. & consi. 30. in hac consultatione,
colum. 2. lib. 4. Barb. in repe. d. l. cùm acutissimi,
col. 37. vers. restat nunc examinare. C. de fideic.
Calcane. consi. 13. pro parte negatiua, colum. 3.
versi. quintò si donantur. Iason in d. auth. si qua
mulier, col. 1. C. de sacro. eccles. & in l. generali-
ter. §. cùm autem, colum. 1. C. de inst. & subst.
Fely. in d. c. in præsentia, colum. 22. versic. quar-
tò quæro, de probat. Corser. in suis sing. in verbo
donatio, sing. incip. licet donatio, vbi & illam
glos. dicit sing. Matthæ. Afflict. in const. Siciliæ
incip. auctoritatem, col. 3.

83 § Et hæc posterior sentẽtia hac ratione ful-
citur. Nam si donatio facta filio non omnino re
uocatur per natiuitatem liberorum, sed tantum
vsq; ad legitimam, vt diximus in præcedenti. q.
consequens est, vt nec similiter donatio facta ec
clesiæ, quæ habetur loco filij. c. ea. in præsentia, de
probat. nec videtur liberis postponenda, ar. l. san
cimus. C. de sacro. eccle. cùm si. Imò verò ante-
ponenda, præterquam in legitima, vt patet ex d.
authen. si qua mulier, & ibi Bald. Saly. & recen.
eo. tit. & voluit Bart. in l. 1. col. 15. in prima. q. si
quæst. prin. C. eo. & expressius Ant. consi. 25. ad
primum dubium, col. vlt. Pe. Anc. consi. 46. pri-
ma facie videtur. Franc. Aret. consi. 12. in causa
Nicolai. Alex. in l. pactum quod dotali, colu. 2.
& ibi etiam Ant. ab Alex. & Soc. circa medium
C. de pact. & eundem Alex. consi. 38. viso thema
te de quo, colum. 3. ver. ad confirmationem, lib.
1. & consi. 45. habito, colum. vlti. eod. lib. 1. &
consi.

consi.66.viso testamento,colum.3. versic. vnde dicit,lib.2.& Soc.consi.150.Domine labia,&c. & nos introducere,&c.col.pe: versi. nec dirigimus.& Iason in l.tale pactum.§.vlt.col.3.versic. non obst.auctoritas.ff.de pact.& in l.licet,col.r. C.eod.& in l.hac consultissima.§.si quis autem, col.2.in 4.limitatione.C.de testa.[& consi.140. spectabilis,col.10.versi.præterea posito, lib.2.] Philip.Dec.in d.c.in præsentia,col.32.versic. & circa istam primam quæstionem. & consi.426. in duobus dubijs,colum.2.versi.venio ad secundum,[& consi.480.in casu qui contigit, in fin. & consi.529.Philippus,col.vlt.versi.sed respondeti.]& alibi latius dicemus.

84 § Quæ ratio tutior videtur & probabilior, quàm quod diximus ecclesiam haberi loco filij, quia illud tantum procedit, cum quis ingreditur monasterium,secundum [glos.& propè omnes in authen.rogati.C.ad Trebel.] Dy.& Ang. in l.si quis ita.§.ea lege.ff. de verb. oblig. Cy.in l.1.in vl.q.C.de inof.donat.& Bal. in d. auth. si qua mulier.& in l.cum acutissimi. C. de fideic. & consi.85.quæritur vtrum ille, circa medium, lib.1.& d.consi.215.lib.5.& Pet.Iac.d.titu. de cond.ex lege quæ pro re donat. comp. ante fin. [Angel.consi.7.in dei nomine,ex dicto thema-te,col.2.& Fran.Aret.consi.53.diligenter discussis,col.3.versic. descendo igitur ad tertium.]& Laurent.Calca.qui alios refert consil. 7. quia à me quæsitum est, colum.13. versicul. item non est verum. Estque eius rei ratio.nam qui ingreditur monasterium,se,suaque omnia offert, deuouet,dedicat monasterio, authen. ingressi.C. de sacrosc.ecclesi.Cepol.causarum ciuilium.consi. 36.quidam habens feudum,colum.2.in fi. Ideo videtur tantum diligere monasterium,imò magis quàm filium,nulla enim est maior dilectio, nulla charitas, nulla donatio, nulla liberalitas, quàm cum donator venit in domum, & cùm data tum idem est penitus cum dante, & cum denique quis seipsum donat.§.nec Moyses, de consec.dist.2.& c.1.§.vna,in princ. ext. de sum.tri. & fid.catho.& cle.si dominum.§.ò singularis,de reliq.& vene.sanc.Non mirum igitur,si hoc casu monasterium sit loco filij,non etiã aliàs. Sed nec id quoque semper procedit,vt scilicet monasterium quod quis ingreditur, habeatur loco filij,vt dicam latè infrà in verbo susceperit liberos.versi.46.inci.imò verò quod habeatur. Imò sunt qui nullo casu id obtinere asserunt, vt dicam in eadem glos.versi.seq.

85 § Ideoque & in eo quod diximus in casu. d.l.cum auus,etsi multi tenent contrarium,videlicet eam.l.& similes non habere locum, quando ecclesia est substituta, vt pulchrè consuluit Pe.Anc.sibi contrarius.d.consi.46. & latè Barb. sibi etiam contrarius in repe.d.l. cũ acutissimi, col.25.versi.quartò istud summarium,cum multis seq.per quatuor chartas,& iterum char. peu. versic.quid si testator. & consi.71. illud in medium referam,col.6.ver.nunc est videndum,& colum.8.versi.nec obstat cum dicitur, lib.3.vbi vacillanter loquitur, sed ita tamen, vt in hanc partem inclinare videatur.Fel.sibi item contrarius,in c.ecclesia sanctæ Mariæ,col.38. ver.quartò,quia saltem vno casu,de const.Iason sibi contrarius in d.auth.si qua mulier,colum.2.& in d. l.licèt inter priuatos,col.1.versi. secundò facit. C.de pact.vbi hoc dicit sing.& in l.tale pactum. §.vlt.col.3.versic.& propterea per hanc doctrinam.ff.eo.& in l.generaliter.§.cùm autem,colu. 1.versi.secundo correlario. C. de inst. & substi. & in l.si quis id quod,col.4.versi.secundò & notabilius.ff.de iurisd.omni. iudic. vbi ità dicit se consuluisse Pisis,[vt certè consuluit, consi.140. spectabilis dominus,col.10.ad fi. & iterum col. vl.versi.præterea & valde ad propositum, lib.2. & Philip.Dec.sibi contrarius,d.consi.529.colu. 2.versi.sed breuiter respondetur.& Carol.Rui. sibi quoq; contrarius,consi.3.de pluribus, colu. pe.nu.23.lib.2.]

86 § Quanquam ipse Pe.An.quem veluti authorem & antesignanum huius op. cæteri laudant & sequuntur,non eam simpliciter asserere videatur in d.consi.46.ex quo illi eũ citant quoniam inibi & alia multa in eam op.suadentia cõcurrebant, præterquam quòd substituta fuerat ecclesia,vt etiam animaduertit Soc.in d.l.cũ auus, col.15.versi. potest & secundo loco, & rursum col.2.versi.vel secundum.ff.de cond. & demon. & in d.consi.191.licèt difficultates,col. pen.lib. 2.& Corn.consi.197.non alienam,col.7. versic. potest etiam dici,lib.3.& alibi in hac re admodum dubitauit ipse Pet.videlicet in dicto ca.in præsentia, ext. de proba. & rursum alio in loco non obscurè priorẽ op.tenuit,vt suprà diximus. Ex quo nihil illi officit ipsius Pe.auctoritas.

87 § Sed vt vlterius procedamus, non omnino etiam expeditum est,quod diximus in casu. d.auth.ex causa.C.de lib.præt.quando multi negant illud procedere in legatis ad pias causas,quoniam inquiunt,verisimile est testatorem huiusmodi legata reliquisse,etiã si cogitasset de posthumo,quia prima charitas incipit à seipso.l.prę ses.C.de seruit.& aqua.& anima cunctis rebus est anteponẽda.d.l.sancimus.C.de sacro. ecclesi. Et in hac op.fuerunt Bal.Ang. & Imo. in l. filio præterito.ff.de iniust.testa.& ijdem omnes in l. Titius,in prin.ff.de libe.& posthu.Ang.in l.militis codicillis.§.miles in supremis.ff.de testa.mi lit.Ang.Paul.Cast.Alex.Corn. & Ias. in d. auth. in causa.Io.Ana.consi.28.visis & ponderatis,colum.pen.versi. ex quibus omnibus, & ibi Lud. Bolo.in addi.col.4.versi.plus dico.Paul. Cast.cõ si.15.incipiendo,col.3.in fi.lib.2.Barb.in rep.d. l.cum acutissimi,char.pe.C.de fideicom. Franc. Aret.consi.92.viso legato, colum.1. & Iason in l.precibus,col.5.C.de impub. & ali. subst. Bernar.Land.in addi.Bar.d.consi.204.& Catel.Cot. in memor.incip.anima cunctis rebus.

88 § Sed

88 ¶ Sed tu tamen hic aduette, quia maxima istorum pars non loquuntur generaliter in legato facto piæ causæ, sed nuncupatim & specialiter in legato relicto pro restitutione malè ablatorum, quod hauddubiè dicitur ad pias causas, vt ex se satis patet. & est sententia Bald. & Angel.in l.hæreditas.§.si defuncto. ff. de peti. hære.Florian.in l.cùm quidam.§.si dies.ff.de arbit. & not.in clem.1.de priuil.cùm si.Tamen nõ est gratuitum,sed necessarium,& veluti quædã restitutio rei debitæ,vt dicit glos.in c.quamquam in verbo,possunt acquirete,ad fi. de vsur. lib.6. & Bal.in c.ad nostram,col.2. ver. item no. valere,ext.de iureiur.& doc.sæpe. In qua quidẽ aut necessaria restitutione,aut nõ gratuita donatione non habet locum hæc.l.nostra, vt postea latè dicemus in verbo,donatione largitus . Nam & videmus deportatum & condemnatum ad mortem , qui simpliciter legare prohibentur.l. eius qui.§.insulam.ff.de testa. etiam in fauore m piæ causæ.l.si quis filio.§.irritum.ff.de iniust. test.& voluit Io.An.in addi.Specul. tit.de instr.edi.§. compendiosè in addi.quæ incipit, quid de damnato,& iterum in.§.nunc aliqua,versi.15.eo.tit. & Bal.consi.448.quæritur in primis,col.1.lib.1. cum concor. adductis à me in nostro tractatu priuilegiorum piæ causæ.in 76.speciali, posse tamen id facere pro malè ablatis , non quidem vt valeat tanquam testamentum,& habeat vim relicti,sed tanquam confessio facta inter viuos, & iure debiti,secundum Ioan.Andr.in d.ca.quanquã, in glos.quæ incipit dominus meus,de vsur. libr.6.in nouella.& sequitur Petr.Anc. ibi, col. 5.in 14.no.vbi hoc limitat procedere cum constat de malè ablatis,& ibi quoque Domi.in versi.omnes autem,col.6.versi.sed pone quòd quis. Sequitur etiam Bald.in l.vlti.colum. 3. versic.& ideo.C.si à non compe. iudic. & consi.382. dicit lex,post princ.libr.1.& consi. 244. proponitur quòd quidam nobilis,post medium,lib.5.& consi.447.ad euidentiam præmittendũ est quis dicatur,colum.vlt.eod.libr. 5. & consi.476.testamenta & relicta,eod.lib.5. vbi id negat alibi in iure reperiri.& Collec.in ca.Ioannes, colum.5. versicu.sed quid si quis,ext.de testa.& Rom.cõsi.164.hæc quinquaginta.& consi.199. præsens statuti particula.colum.vlt.& ad hoc allegat optimum text.in l si seruo.ff.de hęre.instituen.vbi non præstat beneficium,qui impendit debitum. Ex quo not.Bald.quòd si gabella ex statuto solui debet ex legato,ea non debetur ex relicto facto pro malè ablatis,quia id non est propriè legatum.Sequitur item illud Ioan.Andr.dictum Augu st.in addit.Angel.Aretin.in tracta.malefic.super verbo,caput à spatulis amputetur. & D. Benedic.in repeti.c.Raynucius,in verbo,si absque liberis moreretur,le, 1.nu. 30. & iterum in verbo,mortuo itaque testatore , le. 1.num. 187.Sed & aliàs legitima quam nõ potest minuere fauor piæ causæ,vt in authent.si qua mulier. C. de sacrosanct.eccles. tamen diminui potest pro exoneratione conscientiæ, vt voluit Soci. qui alios citat,in repeti.d.l.moribus,colum.penul.versic. vno tamen casu.ff.de vulgat.& pupill. & in l.cũ auus,colum.10.versi.tertium correlarium.ff.de condit.& demonst.& Catel.Cot.vbi suprà . Et hac ratione etiam in casu.d.authen.ex causa,idẽ Bald.in d.l.1.colum.4.versicu. modo venit circa voluntatem. C. de sacrosanct. eccles. expressim distinguit inter relicta pro restitutione malè ablatorum,& alia legata pijs causis facta,vt scilicet in illis debeantur,etiã si posthumus fuerit ignoranter præteritus,non etiam in alijs. quod & facit Petr.Ancha.in d.c.si pater,in 7.not.de testa. libr.6.Soc.in d.l. [cùm auus,] vbi suprà. Et ita videntur intelligere 2.quos suprà proximè citauimus. Ideo tu in hac te cogita.

89 ¶ Maximè,quia non videtur verum, quod suprà dictum est,magis fauendum esse ecclesiæ, quàm liberis,præterquàm in legitima, cùm iura simpliciter statuant hæreditatem filijs deberi iure naturæ.l.ex scripto,in fin. ff. vnde liber.cum alijs suprà in princ.allegatis,sitque notum illud diui Pauli ad Galat.c.4.Filius,ergo hæres. Illudque quod dicitur Augustini . Quicunque vult exhęredato filio ecclesiam facere hęredem, quęrat alterum qui suscipiat, non Augustinum , vt scribitur in c.vl.16.q.4. quod dictum de consilio intelligit glos.in l.Papinianus.§.1.ff. de inoffi.testa.& in l.si quis ad declinandam.C. de episco.& cleric. in consilio autem non est necessitas.c.quod pręcipitur.14.q.1.Idcirco non videtur quòd illud consilium restringatur respectu legitimę,in qua est necessitas, vtpote quam pater non potest sine causa auferre. §. aliud quoq; capitulum , in authen.vt cum de appel. cog. Et in materia.d.l.cùm auus.& d.l.cum acutissimi , hoc probatur,vbi text.prouidet liberis, nepotibus, & posteritati,quibus non debetur legitima quia stantibus filijs nepotes & alii descendentes non debent necessariò institui vel exhęredari.l. Gallus.§.in omnibus,in fi.ff.de libe. & posthu.l. posthumorum,in prin.ff. de iniust.testa. ex quibus Philip.Dec.sibi contrarius in l.licet, colu.2. in 3.not.[C.de pact.]& iterum in l.generaliter, col.3.versic.retenta tamen,C.de instit.& substi. rursumque consi.391. [in casu proposito,] in fin.illud asserit , quod dicimus non verum esse, quòd magis sit fauendum ecclesiæ , quàm liberis,excepta legitima.

90 ¶ Sed & quòd simpliciter fauorabilior sit causa liberorum,quàm ecclesiæ, tenet Bald. in l. iubemus,col.1.C.de testa.Pe.An.in ca.1. ext.de testa.& in rubr.eo.tit.lib.6.colu.2. versi.ex quo infero.& iterum in d.c.si pater.in 7.not. eo. tit. lib.6.Ro.in repe.authen.similiter, in vltimo speciali contractuum,in fin.& iterum in 18.speciali testamentorum.C.ad leg.falci.[Io.Ana. & Felyn.in c.si quis episcopus , de hæreti.] & Maria, qui alios allegat,consi.23.circa prædictam con-

sultationem,

ſultationem, colum.7. verſi. decimooctauo, & in tractatu oblationum. in 15. libello, in primo membro, poſt prin. & Barb. conſ. 13 clementiſſimi Dei, col.7. verſi. modo ſi vnus, lib.1. & conſi. 29. illud afferam in medium, col.1. eod. lib.1. & conſi. 34. clementiſſimi patris, col.1. eo. lib.1. & conſ. ſeq. clementiſſimi Dei, col.3. nec obſtat cū poſtea dicitur, & iterum col.6. verſ. nec ob. cum dicitur, & ſeq. eo. lib.1. & conſi. 55. præclarè ſcribitur, col.7. & ſeq. lib.2. & conſ.38. difficile eſt, col.3. lib.3. & conſi.43. illud in medium, col.5. eo. lib.3. & conſi.46. difficile eſt, col.3. eod. lib.3. & conſi.66. illud in medium referam, col.6. eo. lib.3. & conſi. ſeq. illud in medium afferam, col. 4. verſic. etſi quiſpiam opponat, eod. lib.3. conſi. 71. illud in medium referā, col.8. verſic. nec ob. cum dicitur, eo. lib.3. & conſi. 85. illud referā, colum.1. eo. lib.3. & conſi. 58. omnipotentē, char. 6. ver. & faciat quod voluit. lib.4. vt & alios multos citat [Cor. conſi.31. placet, col. 2. lib.1.] Pe. Bel. in ſpeculo principium. ti. de materia executi. vlt. volū. §. videamus, char. pen. & Bene. Capr. conſi. 19. punctus fuit quidam Petrucius, colu. 2. verſi. ſed his non ob. & conſi. 22. punctus quidam Tadeus, ad fi. & conſi. 66. punctus quidam Bernardus, col.4. verſi. vnde ſi in dicta. & Corn. conſi. 156. de duabus hæreditatibus, col.3. lib.2. & d. conſi. 276. col.2. quo loco ſupra citauimus, lib.3. & conſi. 226. quanquam prima facie, colu. vl. verſi. præterea etiam, lib.4. Iaſon ſibi contrarius. d. conſi. 212. col. vlt. lib.2. Philip. Deci. in c. 1. col. 10. verſi. ſexto à ſimili ratione, ext. de probat. & in l. vlt. col. pen. verſi ſextò infertur. C. de edendo. & in l. licet, colu.2. & ibi Alciat. in verbo, fauore. C. de pact. Et in hanc ſententiam Auguſtinus in epiſtola ad Ediciam, eam increpat, quæ cùm haberet filium, magnam tamen facultatum partem in eleemoſynas profudiſſet, citatq; illud Apoſtoli. 1. ad Timotheum. 5. Quiſquis ſuis nō prouidet, fidem denegat, & eſt infideli deterior. Vide tamen quæ dicam infrà in verbo, donatione largitus in 17. q.

91 ¶ Ex quibus etiam fit, vt licet alias monaſterium quod quis ingreditur, excludat ſubſtitutum ſub ea conditione, ſi inſtitutus decedat ſine liberis, per §. ſed hoc in præſenti, in authen. de ſanctiſ. epi. & in authen. niſi rogati. C. ad trebel. hoc tamen non procedit, cum ſubſtitutus eſt filius teſtatoris, vt voluit Bald. in d. authen. niſi rogati, col.2. & conſi. 196. teſtamentum Puciarelli, li.1. [vbi ita dicit fuiſſe iudicatum.] & Raph. Fulg. conſi. 53. quoniam ſuperius, in fi. Alex. cōſi. 121. viſo themate, col.3. verſi. in hanc partem lib.2. & latè Iaſon d. conſi. 212. [colum.2. verſi. ſed prædicta. lib.2.]

92 QVID AVTEM in donatione facta magno cuipiam amico? An vi huius. l. noſtræ reuocatur filiorum natiuitate? Bald. hic in caſus poſitione videtur ſentire quòd ſic, dum ita caſum format. Patronus, inquit, habebat libertum, quē valde diligebat &c. Et hoc confirmat, quod voluerunt Guil. Bal. & Angelus d. l. tale pactum. §. vlt. per illum text. ff. de pact. quod qui donat fratri, aut alteri coniunctæ perſonæ, cum non habet liberos, ſuſceptis poſtea liberis reuocatur donatio. de quo & illic eſt optimus text. loquens de fratre. Porrò nulla amicitia poteſt eſſe tam felix, quæ imitetur fraternitatem, vt eſt Quintiliani ſententia decla. 321. Quis enim, vt apud Salluſtium dicit Mycipſa, amicior, quàm frater fratri? Et multis antè ſeculis ſcripſerat Heſiodus. Μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον. Id eſt,

Sed nec germano quiſquam eſt æquandus amori.

Cuius rei exemplum nobis reliquit Herodotus in Thalia de muliere (ea Intaphernis vxor fuit) quæ optione ſibi facta à Dario, fratrem, aut maritum, aut filios morti adiudicatos eximendi, fratrem elegit, maritoq; ac liberis antepoſuit. [Sed & Antigone apud Sophoclem aſſerit ſe fratrem viro ac filijs anteponere. his enim amiſſis alios facilè comparari: fratrem verò, ſi parentes obierint, nūquam tibi naſciturum eſſe. Id quod etiā refert Ariſtol. lib. rhetor. 3. c.46.] de qua re plura diximus in 22. cauſa minuendæ pœnæ. Igitur vt ad rē redeamus, ſi id obtinet in fratre, in quo tam arcta eſt coniunctio, tanta amicitia, vt quod illi donatum eſt, reuocetur natiuitate liberorū, multò magis in alio amico extraneo debet procedere: & id quidem iure optimo, quando nulla eſt amicitia, nulla coniunctio, quæ paternam æquet, aut vincat. l. vlt. in princ. C. de cura. furio. nec ſui quidem ipſius. l. iſti quidem. §. vlt. ff. quod met. cauſ. & ſuprà poſt princ. abundantiſſimè diximus. Ideo cum huius. l. fundamentum ſit veriſimilis illa mens & affectio parentum in liberos, qua cenſetur velle ipſos cęteris pręferre, vt etiam ſæpius iam diximus: quæ tanta poteſt eſſe amicitia, vt donans veriſimiliter velit alium præferre ſuæ poſteritati? niſi aut merita, aut id genus alia intercedant, quæ ceſſare faciant hanc. l. vt dicemus poſtea.

93 ¶ Et hanc ſententiam non mediocriter ſuſtentat, quòd alias id quod fit ob amicitiam, minus efficax eſt, faciliusq; reuocatur, quā quod fit nullo amicitiæ reſpectu, tanquā ſcilicet plus iuris habeamus in amicos, quā in alios, per gloſ. in l.1. in verbo, quod genus, in fin. ff. de preca. quæ dicit precarium ſimile eſſe contractui, quē ſæpe fieri videmus, ſcilicet dum donat quis alicui in amicitiam. poteſt enim reuocare quando velit. Et illam gloſ. expendit & ſequitur Raph. Co. ibi. & ex ea Iaſ. in l.1. col.2. verſi. alibi reperio. ff. de in litem iuran. id not. quod ſuprà ex ea diximus, & declarat qualiter intelligatur. [& idem quoque Iaſon qui eam gloſ. dicit mirabilem, in l. dedi. quæ eſt. 3. §. ſi liber, in 10. not. ff. de cond. ob cauſ.]

94 ¶ Vt interim illud omittamus, quòd ſi donatio facta amico non reuocatur ex hac l. nunquam aut vix ei locus eſſet. Quotus enim quiſq; donat

donat inimico? Nisi fortè vt illum eo delenimẽto, ac veluti hamo vt piscem capiat ac fallat, vt est in veteri prouerbio apud Euripidẽ in Aiace Flagellifero.

Ἀλλ' ἔστ' ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία,
Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα.

id est, propè ad verbum.

Sed est vera mortalium paræmia,
Inimicorum dona non dona esse, & inutilia.

Ita autem in carmen vertit Erasmus,

Quin verum id est mortalium prouerbium,
Non esse dona, dona quæ veniunt tibi
Ab hoste, verum inauspicata ac noxia.

De quo Erasmus ipse multa Chiliadis, 1. centu. 3. c. 35. Sed cui addere potes illud Maronis. lib. 2. Aeneidos huc haud dubiè alludentis,

Timeo Danaos, & dona ferentes. Et paulò ãtè,
Aut illa putatis
Dona carere dolis Danaum?

Item illud Ecclesiastici. 34. Dona iniquorum non probat altissimus. Cui accedens lex. 12. tabu. Impius, inquit, ne audeto placare donis irã deorum. Quam quidem legem interpretans, Tullius lib. 2. de legibus, Donis, ait, impij ne placare quidem audeant deos, Platonem audiant, qui vetat dubitare, qua sit mente futurus Deus, cum vir nemo bonus ab improbo se donari velit. Alias autem nullus aut pauci donant inimico & malè merito, l. nec adiecit. ff. pro socio. & l. 1. c. de anuo. ciuili. lib. 11. & voluit Bald. in l. illud, col. pe. in. 4. q. C. de sacro. eccles. [& Alex. consi. 126. in hæsitatione, col. 1. lib. 4.] & dicemus infrà in verbo, donatione largitus in 1. declaratione donationis remuneratoriæ.

95 ¶ Verùm Soc. consi. 39. in quęstione quæ vertitur, col. vl. lib. 3. videtur voluisse contrarium in valde amico, cui verisimile est donantem donatorum fuisse, etiã si cogitasset de liberis. quod & confirmatur ex eo quod dicit Bald. in authen. ex causa, colum. 4. vers. item non ob. & ibi post eum Cornel. col. 11. versi. quinto fortè fallit. C. de lib. præter. quòd licèt aliàs legata facta à testatore non cogitante de posthumo, non cõseruentur vi illius authen. ex multorum sententia, vt sæpe suprà diximus, & dicemus infrà latiùs; tamen hoc non obtineret in legatis factis coniunctis personis, quibus versimiliter testator legauisset, etiam si de posthumo cogitasset. tunc enim conseruantur legata, ar. l. cum alienã. C. de lega. quod & sequitur idem Cornel. consi. 114. videtur in præsenti consultatione, col. 3. versic. sed dato sine præiudicio, lib. 3. Id quod etiam obtinet in legatis factis amicis: cum d. l. cùm alienam, qua innituntur Bald. & Cornel. trahatur etiam ad amicos, ex sententia Guil. Cu. Fulgo. Paul. Cast. Alex. & Ias. in ea ipsa. l. & Barb. in repe. c. Raynaldus, colum. 118. de testa. Quibus optimè suffragantur verba illius. l. cum dicitur, vel aliæ personæ.

97 ¶ Nam amicitia necessitudini siue consanguinitati anteponenda est, aut certè non post habenda, ex Platonis illius philosophorum Dei sententia, atque etiam Ciceronis, cuius hæc verba sunt lib. 1. Officio. Sanguinis coniunctio & beneuolentia deuincit charitate homines. magnum est enim eadem habere monumenta maiorum, eisdem vti sacris, sepulchra habere communia: sed omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior, quàm cùm viri boni moribus similes sunt familiaritate coniuncti. Sed & idem in Lælio hanc eandem sententiam hac ratione comprobat. Ex propinquitate beneuolentia tolli potest, ex amicitia non potest. sublata enim beneuolentia, amicitiæ nomẽ tollitur, propinquitatis remanet. Ergo illud in quo necessario beneuolẽtia permanet, anteponendum est ei, à quo beneuolentia remoueri potest. Valerius autẽ Maximus grauissimus & ipse author, caput septimũ lib. 4. ita exorditur. Contemplemur nunc amicitiæ vinculum potens & præualidum, neque vlla ex parte sanguinis viribus inferius hoc etiam certius & exploratius, quia illud nascendi fortuitũ opus, hoc vniuscuiusque solido iudicio ĩchoata voluntas contrahit. Itaque celerius sine reprehensione propinquum auersere, quàm amicum quia altera diremptio vtique iniquitatis, altera leuitatis crimini subiecta est. Cùm enim diserta sit futura vita homini nullius amicitiæ cĩcta præsidio, tam necessarium præsidium temere assumi non bebet: semel autem apprehensum, rectè sperni non conuenit. Isocrates orator eximius ad Demonicum effert miris magnisq; laudibus Hipponicum ipsius Demonici patrem quòd magis approbata amicos, quàm propinquitate vlla deuictos, existimabatque ad societatem esse potentiorem natura legem, mores genere, delectu necessitate.

97 ¶ Ex Theologis diuus Ambrosius, qui inter primos statuitur, plerunque, ait, amici se potius beneuolentiæ quisque committit, quàm fratris necessitudini. & diuus Thomas, qui facilè primas inter scholasticos obtinet, disserens in 2. 2. q. 17. de ordine charitatis, censet coniunctos sanguine in iis dũtaxat quæ naturam ipsam concernunt, amicis anteponendos, in cæteris postponẽdos. quem sequitur Anto. Florent. in 4. parte sũme, tit. 6. c. 5. §. 6. At alibi idem diuus Thomas, in eo scilicet opusculo, quod scribit de dilectione Dei & proximi, simpliciter asserit amicitiã plerunque consanguinitati præponderare. At quem non immerito theologis, & fortè etiam diuis annumerabo, Salomõ Prouerb. 18. c. Vir, ait, amicabilis ad societatem magis amicus erit, quàm frater.

98 ¶ Sed ne nostros iurisconsultos, & legumlatores silenter prætereamus, Leges nostrę pluris existimant amicitiam, quàm illam fraternitatẽ quæ cæteris necessitudinibus, vt suprà diximus pręponitur, vt quæ sanxerunt magis amicitiæ atque consortij rationem esse habendam, quàm

fraternitatis, ad metiendam iudicandamq; qualitatem rerum à fratre, eodemque commilitone donatarum. in l.cum allegas. C. de castren.pecu. lib. 12. vbi si frater ex commilitio amicior factus fratri commilitoni quippiam donauerit: id in peculio castrensi habendum est, considerata potius qualitate amicitiæ quæ ex commilitio processit, quàm fraternitatis. eâque in eandem rem text. similis, nisi quòd generaliter de agnatis loquitur, in l.pen.in princ.ff eo.tit. Quarum legũ authoritate suffultus Alberic. in l. sed & hæ personæ.ff.de in ius vocan. dicit amicitiam plus habere ponderis, quàm fraternitatem. Cui planè cõcinens Homerus ille omnis virtutis parens Iustiniano in procemio. ff. dictus, censet fidum amicũ non esse fratri postponendum.

Si quis forsan amicus sit gratusque bonusque.
Quandoquidẽ is non inferior vel frater putandus.

Sunt enim versus illius huiusmodi in fin. lib. 8. Odysseæ.

ἤτις που καὶ ἑταῖρος ἀνὴρ κεχαρισμένα εἰδὼς
Ἐσθλὸς, ἐπεὶ οὐ μέν τοι κασιγνήτοιο χερείων
Γίνεται ὅσκεν ἑταῖρος ἐὼν πεπνυμένα ἄδη.

99 ¶ Et hæc quoque ex eo fulciuntur, quòd licet id quod interest, ob affectionem coniunctionis sanguinis aut alias, non tanti sit, vt quis pro altero stipulari possit, per id quod voluit glos. in l.fideiussoris, in verbo, neq; enim; & ibi Bart. [& alij.ff.de pac.]. & idem Bart. in l.quod dicitur. ff.eo.tit. & in l. 1. col. 7. versic. vidimus suprà triplex interesse. C. de sent. quæ pro eo quod inter. [Nicol. Neapo. qui eam glos. dicit singularem, in l.stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig.] & est bonus text. [in l.quod dictum, vbi Angel. & Raph. Fulgos. not. ff. de pact. &] in l. 3. §. sed & si fortè. ff. indic. sol. Tamen habemus glos. quæ id negat procedere in eo quod interest ob amicitiã. id enim satis esse, vt pro altero stipulari possit, ea est in l.si vnius. §. 1. in verbo, videamus. ff. de pact. & ibi Bald. Angel. [Paul. Cast. & Alex. & Iason consi. 41. in duobus, col. penul. versicu. vel aliter & secundò, libr. 3. Ex quo & ipse.] Ias. id animaduertens in l. 1. col. 2. versic. capio glos. ff. de iureiuran. illud not. quod dicit mirabile, id quod interest ratione amicitiæ, esse fortius eo ꝙ interest ratione coniunctionis sanguinis. Sed tu tamen illum vide in d.l.si vnus. §. 1.

100 ¶ Portò videmus apud nostros iurisconsultos, qui ordinem scripturæ inspiciendum iubẽt, in l.generaliter. ff. de fideicom. liber. cùm si. ferme semper amicitiam consanguinitati in ordine scripturæ prelatam. l.sed si plures. §. in arrogato, in fi. ibi, amicus vel cognatus. ff. de vul. & pupil. & l.si seruus plurium. §. vlt. ibi, legatarij charitas & necessitudo. ff. de leg. 1. & l. Theopõpus, ibi, amici mei & cognati. ff. de dot. præleg. & l.affectionis, ibi, amicos vel necessarios. ff. de do. Quod & fecit Esdras ille Propheta & Scriba Hebræus. c. 4. Non meminerunt, inquit, cum biberunt, charitatem, nec fraternitatem. & Dauid Ode. 37. Amici mei & ꝓximi mei aduersus me appropinquauerunt, &c. [& Tullius in oratione pro Sexto Roscio Amerino. Quod is simul atque sensit de amicorum cognatorumque sentẽtia, Romam confugit. & Salustius in bello Iugurthino de Micipsa loquẽs, cũ sibi finem vitæ adesse intelligeret, coram amicis & cognatis huiusce modi verba fertur habuisse.]

101 ¶ Quid, quod ex sententia nostrorũ doc. amicitia superat parẽtum affectionem? quæ causa est nostræ. l.quod ex hoc clarè liquet, quod scribit Bart. in l.alimenta. §. 1. ff. de ali. & cib. legat. per text. ibi. quòd licet appellatione filiorũ non veniant filij filiorum, id est, nepotes. l.quod si nepotes. ff. de testa. tutel. & l. filij. & l. iusta. ff. de verbor. signi. cùm si. fallit tamen in nepotibus quos testator præ singulari amore vt filios nominabat atq; tractabat, habita scilicet potius ratione amicitiæ, quã sanguinis. & hoc sequitur Alexand. ibi in addit. Bart. & Roman. in repet. l.si verò. §. de viro, in 35. fal. ff. solut. matri.

102 ¶ Vt iam non mirum sit, quod pleriq; ex nostris censuerunt, quicquid in iure statuitur inter coniunctos & necessarios ratione affectionis sanguinis, id quoque obtinere inter amicos. ita enim dicit Panor. in c.requisisti. per glos. ibi, extrà de testa. & Alex. in l.exigendi, colum. 2. versi. & id quod dicitur, & ibi etiam Iason colu. 2. & iterum col. 5. C. de procur. Barb. in l. sciendũ, col. 33. versic. ego tetigi istũ passum. ff. de verb. oblig. & in c.cum. M. Ferra. de constit. & in c.ex parte decani, & in c.nonnulli, de rescrip. & in c. coram. de offi. delega. & in repet. ca. Raynaldus, colum. 118. versi. vndecimò limita, extrà de testa. & consi. 75. sapienter scribitur, colum. 4. lib. 3. Fely. in c. quoniam ab. col. 3. versi. capio illud, ext. de offic. deleg. & Ias. in l.Titia, col. 6. ver. vltimò circa istam partem. ff. de verb. oblig & consi. 70. constat ex instrumento, col. vl. lib. 1. & in l. si res obligata, col. 2. versi. adde aliud. ff. de lega. 1. Alciat. in l.latæ. §. amicos. ff. de verb. sign. Hip. Marsi. in repe. rub. ff. de fideius. nu. 234. Io. Montefer. in repe. l.frater à fratre, col. 6. in 4. not. ff. de cõd. indeb. quod & probatur ex multis quæ abũdanter collegimus in iam. di. causa. 22. minuendæ pœnæ. vbi & inter cætera omnium abundantissimè tractauimus vtrum amicus pro amico admittatur sine mandato.

103 ¶ Sed illud hìc non omittemus, quod ad hunc locum maximè pertinet, ꝙ quemadmodũ liberi non etiam extranei capiunt legata ex testamento minus solenni. l. vlt. C. fami. her. & l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. Nempe quia in huiusmodi testamento condito inter liberos, semper intelligitur clausula codicillaris, vt voluit glos. not. in l.cohæredi. §. cum filiæ, in verbo, non valuit, in fi. & ibi Imol. & alij recentiores. ff. de vulg. & pupill. subst. Idẽ Imol. in c.Raynutius, col. 28. ext. de test. & Alex. huic rei hanc rationem assignans in d. §. ex imperfecto.

cto. Ita etiam amici veluti ius liberorum obtinentes, ex testamento quoq; minus solenni lega ta capiunt: vt voluit glos. no. in l. in testamento. ff. de fideic. liber. quam sequuntur & sing. dicūt Bal. in l. si iure. C. de testa. manu. Mathes. no. 41. nota mirabilem doctrinam, & Barb. cons. 3. illud referam in medium, colu. 3. lib. 3. Ias. in d. l. cùm alienam, col. 2. in 3. limitatione. C. de leg. & in l. 1. col. 5. versi. & clarum est. C. de sum. tri. in lec. Ticinensi, & in l. non dubium, col. vlt. versi. ideo tu respondeas. C. de testa. & sequitur simpliciter ipse Barb. in repe. l. cum acutissimi, colu. 11. & consi. 22. clementissimum Deum oro, colu. 3. versic. primò dicitur, lib. 4. vbi & dicit aliam esse similem, licèt prior illa reputetur sing. in d. l. si inre. C. de testa. manu. & pro ijs esse text. in d. l. cum alienam. quem negat in d. l. cū acutissimi ab vllo vsq; ad sua tempora fuisse in id expensum. Verùm pace illius dixerim, illum ad hoc lō goantè interuallo citauerat glos. in d. l. in testamento. quo etiam in loco multo melior est tex. in eam rem, in illis verbis, pios tamen filios debuisse manumittere eam, quam pater dilexisset. quem & ad hoc dicit sing. Rom. in repe. l. si verò. §. de viro, in 26. fal. in princ. ff. sol. mat. & cōs. 179. amplissime doctor, col. pen. versi. ad quod dicendum moueor. & Mathes. d. not. 41.

104 ¶ Ex illa autem glos. in d. l. in testamento, dicit Bald. in d. l. si inre. C. de testa. manu. quòd ardor liciti amoris habet vim clausulæ codicilla ris. quod etsi tamen Bald. ipse non audeat constanter asserere, nisi vbi adesset fauor libertatis, id tamen hand cunctanter, ac sine discrimine affirmant & comendant Rom. in duobus locis suprà citatis, & Alex. in d. l. cum alienam, col. 2. & ibi Iason in d. 3. limitatione. & Barb. in d. l. cùm acutissimi, col. 11. & in repe. d. c. Raynaldus, col. 118. versic. vndecimò limita. & in rub. de rescript. in cle. col. 8. & in tract. de præstan. card. in 3. q. 1. partis, col. 1. ad fi. & iterum col. 4. ad fin & d. consi. 3. col. 5. lib. 3. & consi. 77. præclarè scribitur, col. 2. lib. 4. Soc. qui hoc dicit sing. consi. 58. Ioannes, col. 3. versi accedit cum prædicta, lib. 1. Ias. qui hoc propè vbique dicit sing. in d. l. 1. C. de summa tri. & in l. exigendi, in 3. not. versicu. secundo facit. C. de procur. & in d. l. non dubiū. C. de testa. & in l. eamquam, col. 6. versic. prima fallentia, & iterum col. 9. versic. circa decimum casum. C. de fideicom. & in l. verbis ciuilibus, colum. 3. versi. tertius casus. ff. de vulg. & pupil. [& in l. si mihi & tibi. §. in legatis, col. vlt. ff. de lega. 1.] Fely. in c. 1. ad fi. ext. de test. dum simpliciter allegat Bald. in d. l. si iure. Anto. Bauer. in repet. l. cum filio, char. 4. col. vlt. ff. de legat. 1. & Catel. Cotta. in memor. incip. amor licitus. Alciat in d. l. latè. §. amicos. ff. de verbo. signific. Panthal. Calde. in repe. l. 2. colum. 71. versi. secundo loco. C. de rescind. vendit. & Hippo. Marsil. vbi & D. Bened. in repe. cap. Raynutius, in verbo, testamentum, lib. 3. nu. 46. extr. de testa. & ante hos ipse Bald. cuius non meminerunt, in sua marga. in verbo, codicillus, versi. pen. vbi & ad hoc dicit illam glos. sing.

105 ¶ Porrò clausula codicillaris tollit remedium huius. l. vt sentit Bald. in l. vlt. col. vl. ver. itē non obstat, iunctis his quæ prius dixerat. C. de codicil. & expressè tenet Cor. consi. 194. cuius exordium est, in præsenti consultatione, colu. 2. versi. concurrit etiam, lib. 3. Ex quo illud consequens est, vt tandem ad principale propositum redeamus, vt hæc. l. non habeat locum in hoc casu. Id quod etiam confirmatur ex eo, quod sing. voluit Barb. in repe. d. l. cùm acutissimi, colu. 11. & iterum col. 40 & sequen. quòd ea lex loquens in filio hærede instituto & rogato hæreditatem restituere, habet locū in valde amico. quod quidem dictum nuncupatim sequitur & dicit mira bile D. Benedic. in repe. c. Raynutius, in verbo, si absq; liberis moreretur, nu. 4. ext. de testa. sequitur etiam Alcia. in d. §. amicos. Illudq; refert Ias. in d. l. exigendi, col. 5. vers. adde etiam illud, vbi tamen hoc non firmat, & ipse alibi subobscurè reprobat, videlicet in d. l. Titia, in princ. col. 6. ff. de verb. oblig. & apertius Soci. in repe. l. cùm auus, col. 3. versi. secundò infertur. ff. de con dit. & demon. vbi respondet omnibus rationibus Barb.

106 ¶ Et certè etiam in nostro principali casu aduertendum est, quòd Soci. d. consil. 39. lib. 3. non asserit solam amicitiam satis esse, vt cesset huius. l. nostræ præsumptio & dispositio. Neque si asse reret, verum esse crederem, tum per ea quæ suprà in prin. huius. q. diximus, tum quia omnia quæ diximus de æquanda aut præponenda amicitia consanguinitati, intelliguntur in ijs tantū, quæ nihil ad naturam pertinent, vt etiam diximus ex diuo Thoma Aquina. At naturæ simul & parentum votum filios ad bona ipsorum parentum admittit. l. scripto, in fin. ff. vnde liberi. Ideo & hic liberi amicis sunt præferendi. Quod probè intelligens Solon Atheniensium legislator permisit pro voluntate cuiusq;, nisi superessent filij, hæredem constitui: & sic visus est, vt ait Plutarchus, amicitiam propinquitati, & gratiam necessitudini, etiam in successionibus bonorum præferre, præterquam tamen filiorum, quos is nuncupatim excepit.

107 ¶ Quòd si cum magna amicitia alia quoque concurrerent, ex quibus verisimile esset arbitrio boni viri donaturum fuisse qui donauit, et si de futuris liberis cogitasset, vt in casu de quo loquitur Soc ipse. d. cōs. 39. tunc nō dubitarem qui cessaret huius. l. dispositio, per ea quæ suprà diximus in prin. num. 84. incip. nec solum cessat. Ideo & Bal. hic in 2. lec. in addi. & Ang. etiam hic dicunt, quòd si donatio est parua, & donans & donatarius sint magna affectione cōiuncti, ita vt verisimiliter donans hanc donationē fecisset, etiam si cogitasset de liberis, certè non reuocabitur per natiuitatem liberorum. Vides

igitur

igitur Bald.& Ang. cum magna affectione coniungere modicitatem doni, vt non habeat locũ hæc.l. An autem sola modicitas, & qualis sufficeret, dicemus plenè infrà, in verbo, omnia, vel partem aliquam, vbi videbis. Ad id autem quod diximus de clausula codicillari, responde ex ijs quæ diximus suprà in prin. vers. [81. incip. nam soli omnium, & seq. & in nostro tractatu priuilegiorum priuilegio. 85.] piæ causæ. vbi apertè ostendi simplicem, amicitiam non habere vim clausulæ codicillaris.

108 AT LONGE maius dubium est in donatione quam facit vir vxori, aut è diuerso vxor viro. Nam hæc coniunctio atq; amicitia ceteras facilè superat, cum sint vir & vxor vnũ corpus, vna caro, vna penè anima, vt plenè disseruimus in nostris legibus conubialibus; sitque scriptum Relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ, vt suprà diximus in princ. huius l. num. 12. incip. sed ut redeamus. Quibus & illud addiderim, quod Ange. consil. 109. inci. in dicto testamento, colum. 2. sing. asserit, id quod dici solet de vxore relicta domina & massaria, per gl. & doct. in authē. quod locum. C. de secun. nup. cùm si. habere locum & in matre similiter relicta domina & massaria, cùm quis, inquit, magis afficiatur erga vxorem quàm matrem. Si igitur in vxore obtinet, multò magis in matre. Et ante illum in eadem sententia fuit. [Bart. subdubius tamen, & Bald. constanter] in l. Titia cùm testamento. §. vlt. ad fi. ff. de leg. ij.

109 ¶ Ex hoc autem ingenti virorum amore in vxores, proni ipsi sunt ad donandum vxoribus. quod animaduertentes iurisconsulti, huiusmodi donationes inter virum & vxorem prohibuerunt, adiicientes hanc inter alias rationem, ne mutuo amore se spolient. l. 1. & seq. ff. de donat. inter virum & vxorem. Igitur si viri non retrahantur ab his donationibus propter suam ipsorum spoliationem, nec propter filiorum quoq; verisimile est eos retrahi, cùm præsentior, proximior, propior sit ipsorum causa, quàm filiorũ, ar. l. 2. C. de pat. qui fili. distra. præsertim nondũ natorum, de quibus hæc. l. loquitur, & vt est in vetere prouerbio γόνυ κνήμης ἔγγιον id est, genu sura propius. & simpliciùs apertiusq; apud Terentium in Andria.

Heus proximus sum egomet mihi.

Ex quo fit, quòd cùm verisimiliter non desinat pater ob filios donare vxori, non habebat locum hęc. l. ex ijs quæ diximus in pręcedenti. quæst. & alibi sæpe.

110 ¶ Præterea in huiusmodi donationibus nõ tantùm vertitur filiorum pręiudicium, quàm si alijs extraneis esset donatum, cum filij ęquè sint verisimiliter suę matri, cui à patre donatum est, successuri, ac patri ipsi: nam sperandum est ꝙ bona matris ad filios sint peruentura, ar. l. nam & si parentibus, in princ. ff. de inof. test. & l. scripto, in fi. ff. vnde lib. cum si. Ex quo etiam verisimile est, patrem vxori donauisse, vel si de liberis cogitasset. Et licèt possit contingere, ꝙ pater donans prior decedat relicta vxore donataria, & liberis communibus, ita quòd tunc interesset liberorum donationem factam non fuisse, quia confestim post mortem patris, non expectata morte matris, res donatas accepissent tanquam exhæreditate patris: tamẽ id obstare non potest, quoniam attenditur verisimilis mens donantis, quę fuit tempore donationis, & ex ea vel reuocatur, vel non reuocatur donatio tempore natiuitatis liberorum, quicquid postea contingat, vt not. per Bart. & alios in l. Titia Seio. §. imperator. ff. de legat. 2. & dicemus latè infra [in verbo, omnia vel partem aliquam. nu. 34. incip. verum attende lector, &] in verbo, susceperit liberos. nu. 161. incip. sed hoc rursum in dubium vocatur, cum multis seq. Ex quo etiam non obstaret, si diceretur quòd vxor post mortem patris posset alium virum ducere, ex quo & alios pariet liberos, qui sibi sicuti & liberi ex priore matrimonio in re donata succedent fortè ex statuto vel consuetudine, quia de iure communi soli filij patris qui donauit, succederent, per l. fœminę. C. de secun. nupt. quia etiam id quod superuenit, non attenditur sed sola mens quę fuit tempore donationis, vt diximus.

111 ¶ Et per hæc Philip. Corn. consi. 194. videtur in præsenti, col. 2. vers. & maximè hoc dicendum videtur, & col. seq. versi. item secundò valent, libr. 3. negat reuocari huiusmodi donationes factas vxoribus natiuitate liberorum. In qua ẽt sententia est Alex. consi. 162. visis his quæ copiosè. col. 2. versicu. nec obstat, lib. 6. vbi dicit de hoc esse casum in §. dotes, in authen. de nupt. & in l. 1. C. si dos con. mat. vbi si mulier in contractu matrimonij fecit pactum cũ marito, ꝙ ipsa prædecedente, maritus lucretur dotẽ, si ipsa præmoriatur superstitibus ex eo matrimonio liberis, nihilominus tenet pactum, & lucratur maritus dotem. Nam vt dicit ipse Alex. ex hoc verisimiliter non infertur magnum damnum liberis successionem paternam tandem habituris, & ita hac re donata potituris ex pręsumptione. l. vt cauetur in d. l. scripto, in fi. ff. vnde libe. Sed circa hunc casũ vide quę dixi suprà in pręfati. nostrę, n. 69. inci. sed hæc intellige vt videlicet. & quę dicam latiùs infrà in verbo, donatione largitus, in 10. quæst. Sed & hanc eandem oppo. vt videlicet hæc l. nõ procedat in donatione viri & vxoris, tenet Franc. Ripa, qui solum Corn. citat, libr. 3. respon. c. 2. col. vlt. ea quam diximus ratione, quòd filij sunt successuri donatario.

112 ¶ His aũt Corn. & Alex. rationibus, & alia adijci põt, minimè, ni fallor, contemnenda. nam istę donationes inter virum & vxorem, nullius sunt momenti, per totum tit. ff. & C. de dona. inter vi. & vxo. & ff. eo. tit. sed id tantũ habent, ita quidem nullius momenti, vt ipso iure non valeant per tex. expressum in l. 3. §. sciendum

ex morte donantis confirmantur, iuribus vulg. Ar hæc.l. nostra non potest habere locum, nisi in donatione valida, ex qua statim transfertur dominium in donatarium, nullo donāti relicto arbitrio, vt patet ex illis verbis nostræ.l.reuertatur in eiusdem donatoris arbitrio, quæ non possunt adaptari nisi ad ea bona quæ desierunt esse donantis, ab eoque veluti abierunt & in dominium donatarii transierunt, rursumque ac retro ad donantem redeunt, [nam id significat verbum, reuertendi, vt scribit Bart. in l.vt quisque. C. de om.ag. deser.lib. xj. per tex. ibi, [& Lucas Pen.in l.restaurationi. C. de diuers.præd.e. lib.11.] & Soci.& Philip.Deci.in l. 1. ille ad fi. hic.col. 3.versic. quantum verò. C. de pactis. [& ante hos gloss. in l. interdum.§.vltimo.ff.de acquir.possess. &] Rabi Moyses Aegyptius lib. Perplexorum.t.c. 23. in id trahens illud Oseæ. 5. Ibo, & reuertar in locum meum. Cui simile & illud Ezech.1. Animalia ibant, & reuertebantur, nec minus id probat illud [Exodi 4. vadam, & reuertar. & iterum vade, & reuertere, &] Deut. 20. Vadat & reuertatur. & Prouerb. 3. Vade & reuertere, & illud quoque Mat. 12. Reuertar in domum meam, vnde exiui.quod repetitur in c.reuertar.de pœni.dist.4.& illud Tullij Philip.ix.statim post princ.Ser.Sulpitius cū aliqua perueniendi ad M.Anto.spe profectus est nulla reuertendi Et hoc probatur in verbo, redeundi, quod est eiusdem significationis, in c.contra Christianos,& ibi glos. 1. de hæreticis,lib.6. & in l ex facto, ad fi. ibi, ituras & redituras.ff. de hære.insti.[& in d.l.qui mittuntur.§.vlt.ibi, dum eat in castra, & redeat.ff.ex quib.caus.maio.]& apud Ciceronem Philip.2. Celeriter isti & rediti.& Phil.12.Isse & redisse me putatote. Et in oratione pro P.Sestio. Hunc ego reditum repudiarem, qui ita florens fuit, vt vereat, ne quis me studio gloriæ putet idcirco exisse, vt ita reditem. Et Exo. 32. Ite & redite de porta ad portam.Et in verbo, reddendi, quod ut manifestum est, eiusdem est naturæ, in l. 1.§. eleganter. ff.depositi.& in l. cum quidam vxori.ff.de legatis 2. [& in l.3.§. si quis seruum, & iterum] in l. stichum.§.si hæres.ff.de statulib. & in l. verbū reddendi.ff.de verb. sign. & quod scribit Alex. in l.si vel metus. co. 1.C.de his quæ vi met.cau. fiunt. [& consi.92. perspectis, col. 2. versi. hoc etiam facit,lib.1.] & Socin. consi.253. in causa domini. col. 5. versi. sed præmissis non ob. lib. 2. Ex quo est illud Tullij in 2. in Verrem actione. Idem iste prætor monumenta antiquissima partim regum locupletissimorum, quæ illi ornamento vrbibus esse voluerunt, partim etiam nostrorum imperatorum, quæ victores ciuitatibus Siculis aut dederunt, aut reddiderunt, spoliauit. [& in 3. in eundem acti. Cogita, quo loco sis: quod dare populo Rom. quid reddere maioribus tuis debeas.]& lib. 1.Officiorum. Duo inquit, sunt genera liberalitatis: vnum dandi beneficium, alterum reddendi. [& in oratione ad Equites Rom.antequam iret in exilium. Neque enim peto, vt mihi detis vitam, sed datam repeto, vt reddatis. Et Plinius Iunior lib. epist. 8. ad Rufinum, epistola cuius exordium est, Falsum est. Neque reliquisse opes filiæ, sed reddidisse quibus auctus per filiam fuerat. Et in Panegyrico. Ille illi imperium dedit, tu illi reddidisti?] Et idem de verbo redhibendi.l. redhibere, in princ.ff.de ædi.edic.Atque etiam de verbo repetendi,in rub.ff.si cer.pet.& in rubr.ff. sol. matr. & ibi doct. [Et apud Liuium libr. 3.secundi belli Punici. Appius magno conatu nulla re gesta Messanam repetit, nam hinc paulò antè digressus fuerat.] Atque etiam de verbo restituendi, gloss.not.in l.mancipia,in verbo. aduocandum. [C. de ser.fug.quæ dicit eam. l. non habere locū nisi mancipium cum effectu aduocatum fuerit, scilicet si re vera iuerit, propter verbum restituē di, quo ea lex vtitur. Cuius glos.authoritate doct. Iac.But.Franc, Rampo.Angel. Salyc. Rapha. Fulg.& Alex.in addi. Bal.ibi dicunt, quòd statutum vt turbans aliquem in possessione puniatur certa pœna,& restituat possessionem, non habet locum, nisi in eo casu quo potest fieri restitutio, vt quia ablata est possessio. Et id sequitur Rom. qui eam gloss. sing.dicit consi.491.statutum puniens. & Philip. Dec.in l. 1.col.4.num. 14.C.de eden.& consi.259. visis his,col.pen.in fi. & consil. 540. quæritur,col. 1.& consil. 591. tex.in l.j. col.1.versi. & prædicta, & Hier. Gratus consil. 63.ex themate,col.2. versic. quintò confirmatur, lib. 1. Quamuis aliud dicant Bald. & Pau. Cast.in d.l.mancipia. Sed tamen illam gloss. dicit valde no.Soc.in l.de diuisione,col.2.versi.ex quibus infertur. ff.solu.matr.& ex ea dicit quòd statutum quo maritus debet lucrari partem dotis,& partem restituere, non habet locum in dote promissa tantùm,& non tradita.De quo tamē vide Salyc.in l.si costante,colu.2. versic. nota ad quæstionem.C.de dona.ante nupt. Ang. consil. 158. viso puncto prædicto,& consi.180.ad euidentiam,col.j.in fi.& Alcia.in l.restituere. ff. de verb. signif.& quæ nos diximus in tracta.Retractuum,in fi.nu.36.imò verò, seq. & iterū n.57. ideo sunt.] Quibus succinit illud Ter. in Andr.

Restitue in quem me accepisti locum.

Et de verbo rehabendi.Dom.consi.122. quia reuerende pater,ante fi.Et de verbo reuendendi, Bal. consil. 495. punctus super quo sunt infrascripta statura,col.3, versi.tertius casus. lib.1. & Domi. d.consi.122.& Corn.consi.338.videtur primo aspectu. col.vlt.ante fin.lib.1. [Et de verbo, recipiendi, habes tex. in l.cùm vir vxori.§. mulier. ff. de dot. præle.cum dicitur, dotem enim recepisse eam magis, quàm accepisse. & in l.qui sic soluit. ff. de soluti, vbi ita scribitur, non alienantur nummi, qui sic dātur vt recipiātur. Et apud Tullium in Catone maiore, cùm Salinator, qui amisso Tarenti oppido gloriare-

tur,

tur,& diceret,mea opera Q. Fabi Tarentum re cepisti,certè, inquit ridens, nisi tu amisisses, nunquam recepissem.] Ideo illa verba huc congruere non possunt, cũ res donata semper manserit in arbitrio,dominio ac voluntate ipsius donantis, vt est text.expressus in l.sed interim,in prin.ibi,dominium apud eum remanet qui donauit.ff.de dona.inter vi.& vxo.& in l.quæ iam nuptę, eod.tit.vbi ita scribitur, quæ iam nuptæ maritus donauit,viri manet.& in l.si id,in prin. eo.tit.vbi & similis est tex.[& in l. à marito.C. eo.tit.]& in l.si liqueat,ibi,de cuius substantia prohibente matrimonio non potuit exire.C.de inoffic.donat.Et id quidem hinc clarè apparet, quia eam rem potest maritus non obstante tali donatione quibuslibet obligare, vendere, & aliàs alienare.l.si maritus tuus. C. eod.& l. cùm hic status.§.si maritus.ff.eod.& not.in c.vlt.ext. eo.quoque tit.Et hoc argumenti genere vtitur Soc.in alio tamẽ casu loquẽs,in d.l.j.in fi.C.de pactis, vt scilicet necesse sit vt res donata facta fuerit ipsius donatarij, vt hæc l.habeat locum, propter verbum reuertatur,quo ea vtitur,quod & similiter facit Aut.Rub.consil.99. viso casu, colu.1.versi.secundò videtur. & Ia1.consi.154. in casu mota,col.antepe.versi. nono principaliter,lib.2. Et generale est, vt quibus verba legis non conueniunt, lex ipsa locum non habeat.l. 4.§. toties.ff.de dam.infect. cum si. a me suprà adductis in princip.huius glos. [Quanquam cõtra hanc rationem videtur esse text.in l.si inter. ff.de reb.dubi.quæ vtitur verbo, redeundi,in donatione viri & vxoris,cum ibi dicitur, si inter virum & vxorem donatio facta fuerit,priore defuncto,cui donatum est, ad eum res redit, qui donauerat.Et tex.qui loquitur in nostro verbo, reuertendi, in l.si postulauerit,§.pen.& ibi glo. in verbo, reuersum.ff. de adult. vbi reuersuros pro remansuros ponitur, nisi dicas in illis locis vtrunq; impropriè poni, vt aliquando de verbo reddendi scribitur in l.verbum reddendi. ff.de verbor. significati.vbi glos. & cæteri, & præcipuè Alciat.]

113 § Illam tamẽ rationem ita confirmabimus quod nullum est iam ab initio, cuiusmodi est hæc donatio, amplius annullari, reuocari, rumpi, infringi, rescindi non potest.l.nam, & si sub cõditione ff.de iniust.rup.& irri. testa.Igitur hæc.l.quæ reuocat,retractat, infringit donationes,non potest procedere in istis donationibus ex se nullis.Ideo & in simili Pau.Cast.consi. 82.in ista donatione, in 2. dubio, libr.2.hac eadem ratione consuluit, quòd statutum requirens consensum propinquorum in contractibus minorum aut mulierum, non habet locum in donatione viri & vxoris, vtpote quæ sit nulla, & inutilis.de quo nos latius diximus in nostris commentariis consuetudinum, in eo.§.in quo leges connubiales conscripsimus, in glos. 3.in 1.q.ad fin.Et hoc quoque confirmatur, quod sẽ per aliàs vbi fit mẽtio de re quapiã, videlicet cõtractu, instrumento, sententia, testamento,& id genus aliis, intelligitur de validis & vtilibus. l.4.§.condemnatum.& ibi doct.ff.de re iudic.& l.2.§.1.ff.quemad.test.ap.cum multis si.& concor.à me adductis in nostris illis commentariis consuetud.tit.2.§.1.in glos.1.in 2.q.& iterum tit.29.in §.1.in glos.2.in 2.decla.

114 § Superioribus quoq; rationibus addi & hæc potest.Nam donatio inter vir.& vxor.liberè potest reuocari & tacitè & expressè.d.c.vlt.de donat.& l.à marito.C.de don.inter vir.& vxor. cum si.cum igitur donans munitus sit communi auxilio,& mero iure atque ordinario,cum libitum fuerit, non debet ei tribui auxilium huius.l.extraordinarium, aut (si mauis loqui cum Tullio,li.5.epistolarũ ad Atticum) extraordinarium, quanquam & extraordinarium etiam sit verbum ipsius Tullij in actione in Verrem 3.nõ semel, & iterum in 4.& 7.& in oratione ad Põtifices pro domo sua, & in epistola ad Brutum, & in Phil.3.iterumq;in 11.sæpissime,& in oratione pro P.Sestio,& pro Roscio Comœdo. Sequitur, inquam, non competere hoc remediũ extraordinarium quidem & exorbitans à iure communi, vt suprà plenè probauimus. l.in causæ,la 2.in prin.ff.de minor.cum si.nam & videmus remedium inofficiosæ donationis aut testamenti, quod huic est admodum confine, & cognatum, non tamen adeo extraordinarium, nec exorbitans, non competere, vbi alio remedio consulitur.l.Papinianus.§.si quis impubes.ff.de inofficio.testamen.& §.tam autem,Institut.eod.tit.Idq;etiam si aliud quoq; extraordinarium remedium competit, videlicet restitutio in integrum propter improbabilem donationis enormitatem, aut donantis ætatem non legitimam.l.si filius, & ibi Bald.& l.cùm donationibus.C.de inoffic.donat.Adeo hæc remedia sunt extraordinaria, vt aliis etiam extraordinariis cedant. Nam, & Bald.ex d.l.si filius,not.remedium magis extraordinariũ cessare ob minùs extraordinarium.Ad quod etiam illum text.expendit Soc.consi.177.suprascripti,col.3.versic. confirmatur ista op.lib.2.& Iason qui eum text. dicit ad hoc no.in l.in prouinciali.§. sed si in loco, col.pen.versicu.vltra Bar.ff.de no.op.nunti. quanquam id non admittit Zasius in suis singularibus intellectibus iuris,quo loco ordinariorũ & extraordinariorum naturã explicat. Sed ego prioribus acceddo.Idq; præsertim obtinet,cum non pleniùs siue vberiùs,non breuiùs siue expeditiùs,non aliàs vtilius aut commodiùs huius.l. remedio succuratur, quã illo ordinario, si pater ipse voluerit, in cuius voluntate & arbitrio est vtrunq; remedium. Quam ob rem non obtinet q̃ scribitur in l.3.§. ex hoc edicto.ff. nau.caup. stab.& in c.2.& ibi glo.[in verbo confessione.] de in integ.rest.lib.6.& in glos.l.vlt.C.si aduer. rẽ ind.& apud.Paul.Cast.in d.l. si filius, loquentem

tem in casu illius.l.[Pan,in c. ex parte, colu.vlt. de rescript.]

115 ¶ Denique si pater susceptis liberis non expressè reuocet, quod liberè facere potest etiã non susceptis, euidenter ostendit, eo semper animo vel à principio donationis fuisse, vt si de liberis cogitasset, nihilominus donauisset, ar.l.3. C.de inoffi.testa. Super quo vide quæ dicam latiùs infrà, in verb. donatione largitus, quo loco differemus de donatione causa mortis, quæ similiter est reuocabilis. Sed hæ postremæ rationes tunc tantùm locum haberent, si liberi nascerentur patri viuenti, non etiam si mortuo, aut ignoranti vxorem se prægnantem relinquere.

116 ¶ Hæc omnia eo spectant, vt non habeat hæc.l.locum in donationibus viri & vxoris, quę fuit Cor. Alexã.& Frã.Ripę vbi suprà, sententia, vt iam diximus. Tamen Frã.& Soc. viri maximæ inter recẽtiores scriptores authoritatis, dũ aliud agunt, possent plerisq; videri fuisse diuersę sentẽtiæ, vt scilicet hæc l.obtineat etiam in donatione facta vxori. Nam in l.moribus, quæ est.2. vterq; col.pe.citant in ar. hanc nostram l.ad exclusionẽ matris ob liberos, in casu de quo loquũtur. Verũ ne quis in hoc erret, non in id aduocant hanc.l. vt filij præferantur vxori ob illum parentum in filios amorẽ & affectum, quo l.nostra innititur, sed ad alium finem, vt ibi videre licet, ne hic frustra immoremur. Sed quod minimè ambiguum est, ipse Fran.Ripa sibi cõtrarius in hac ipsa l.in 48.q.apertè tenet hanc l.obtinere in huiusmodi donationibus, ea ratione motus, quod vxor donataria, vt est sexus vitio ac natura mobilis, poterit conuolare ad secundas nuptias, & ita filij defraudabuntur. Cui tamen rationi supra respõdimus ex Corn. sententia. Sed & in hac sententia videtur fuisse Ant.Rub.cons.112.viso instrumento. vbi nuncupatiui loquitur de donatione facta vxori, & præsupponit eam reuocari, nisi aliud obstet, quanquam hanc rem speciatim non disputat.

117 ¶ Et pro hac op.facit vltra rationem Ripę quod scribit Ang. legũ interpres celeberrimus consi.144.ad primum dico, col.1.non esse verisimile quod quis diligat vxorem magis quàm liberos, per l.cùm acutissimi.C.de fideic.& l.generaliter.C.de insti.& subst. ita sentiens eas leges ex quibus gl.hic, & oẽs vbiq; assumũt depromũtque rationem & animam huius nostræ l.habere locum etiam in vxore substituta filio, vt videlicet non sit locus substitutioni vxoris, si filio instituto nascantur liberi. In qua sententia ante Ang.fuit glos.in l.Lucius, & ibi Bar.col.1.ff.de vulg.& pupil. vbi dicunt non præsumendum patrem præferre vxorem filio, sed potius filiũ vxori.& allegat etiam Bart.d.l. cum acutissimi, & l. cum auus.ff.de cond.& demon.& idem quoq; voluit etiam glos.in l.precibus, in glos.vlti.in fi. & ibi item.[& Alberic.col.3.nu.67.in fi.& Bal. etiã in fin.]C.de impu.& ali.subst.& Bar.in l.2. in prin.col.vl.ver.quarto dixi, & ibi etiã recẽtiores.ff.de vulg.& pupil. Calca. cons.28.viso dicto casu, col.2.ver.quartò idẽ dicit. Alex.cons.68.viso testamẽto, col.3.versi.& pro hoc etiam, lib.2. Frã.Are.cons.40.præsupponitur in facto, col.2. ver.in contrarium.& iterum con.167.eodemq; vltimo, eleganter & subtiliter, col.j.quibus locis etiã allegat.d.l.cùm acutissimi.& ipse Cor.cons. 239.incip.videtur prima facie, col.2.li.2. vbi & citat d.l.cùm acutissimi. & Ias.in l.si pater, ante fi.ff.de vulg.pup.subst.& Step. Bert.consil.379. ponitur in facto, colum.vlt.lib.1.& consi.40.cuius est simile initium, nume.3.lib.2. Ex quo fit quod non absimili ratione hæc l.quæ ex illis legibus deducta est, locum etiam, vt illæ, obtineat in huiusmodi donationibus.

118 ¶ Verùm illæ leges, quæ ilorum sunt vnũ aut præcipuum fundamentum, nihil omnino loquuntur de marito & vxore, & contra ea quę dicunt, *ἐκ διαμέτρου* pugnat id quod dicit Bar. sibi in hoc contrarius, in l. pater Seuerinam.§. Socrus.ff.de cõd.& demõ. coniuges se inuicem plus diligere, quã proprios filios. Cui subscribit tex.in l.lex quę tutores, ver.lex enim non solũ. C.de admi.tut.& quod per illũ tex.dicit Bal.in d.l. precibus, col.5.ver.quid ergo si petijt non idoneos.C.de impub.& ali. subst. Et quod apud Quintilianũ iuniorẽ, si is est, decla.6.præter quispiã dicit. Filiũ & virũ habere non poteras, reddidit tibi quẽ magis amabas, scilicet virũ. Nã subdit. Siste iam lachrymas, maritũ reducẽ & incolumen accipe. Et quæ suprà diximus in princi.huius q. Ideoq; & Frã.Ripa.qui vtrãq; op.diuersis in locis secutus est, vt suprà diximus: alicubi tamen de hoc dubitauit, videlicet in hac ipsa.l.in 14.q in fi. Adeo sibi malè constat in hac re.

119 ¶ Nec omiserim quosdam, vt audio, esse maximi in Gallia nominis, qui de hac re consulti respondere id esse superuacuum quęrere, quoniã huiusmodi donationes quæ morte cõfirmantur, habeãt vim relicti siue donationis causa mortis [aut vltimæ volũtatis,] per not.per gl.& doc. in authẽ.ex testamẽto.C.de colla.& in l.filiæ cuius.C.fa.hercis.& in l.vl.C.de vsucap.pro dona.& in l.2.§.filiũ, in verbo, pro hærede, & ibi Ang.ff.de vsucap.pro hęred.[& Bal.cõ.29.casus vit donauit, colu.2.versic.solutio istam quęstionẽ, libr.1.] In quibus negant locum esse huic.l. Quos satis refellit ea ratio, si nulla alia esset, quòd donationes factę in vltima voluntate aut causas mortis inter virum, & vxorem, iam ab initio valent, vt quęuis alia donatio facta causa mortis inter extraneos: vt de vltima voluntate est text.in l.vl.ff.si quis ali.testa.prohi.& in l.2. & ibi glos.Bart.& alij.ff.de dot.prælegat.& in l.1. §.pe.ff.de hære.insti.& in l.vxori vsumfructum, & l.vxori meæ.ff.de vsufruc.leg.& in l.vxori, in princip.& in §.1.ff.de leg.3.& in l.si ita scriptũ, in princ.ff.de liber.& posthu.& in l.vlti.C.de instit.& substit.[& authen.præterea, in fi.C.vnde vir

de vir.& vxor.& l. 1. §. sciendum. C. de rei vxor. actio.] & in c. si pater, & ibi Pet. Anc. in 4. not. de testa. lib. 6. & voluit Bald. in l. 1. col. 10. versi. viso de essentia. C. de sum. trinit. & Rom. consil. 59. in proposita [quæstione, colu. 1. versic. quin tò quia video, Soc. consi. 79. difficultatem, col. j. lib. 3. & Philip. Dec. 440. quæritur in effectu, in princ. & doc. vbique.]

120 § De donatione autem causa mortis, est tex. in l. sed interim. §. 1. & in l. vxori suæ, & in l. [si eum seruum. § vlt. & l.] si enim qui. §. ex quibus, & in l. quod autem. §. vlti. & duæ ll. seq. ff. de dona. inter vir. & vxo. & in l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mot. [& in l. si mulier, in princ. ff. de leg. 3.] & voluit Paul. Cast. consi. 6 t. no tandū est primò quòd licèt, post princ. lib. 2. & iterum consil. 75. notandum est quòd præfatum, in fin. eod. lib. 2. & Alex. qui hoc asserit indubitanter procedere, cons. 152. in causa & lite, col. 3. versic. etiam si rectè, lib. 6. & Cornel. consi. 124. licèt in hac consultatione, colum. 1. lib. 4. Franc. Aret. consil. 74. diligenter & maturè, colum. 2. versicu. secundò quia si ista, & colum. sequen. versic. non ob. præmissis. & Philip. Deci. consi. 196. in casu proposito, colum. 1. versi. sed tamē his non obstantibus. Quanquam in hoc vltimo fuerunt qui diuersam censuerunt, vt plenè tetigimus in nostris commentariis in consuetudines Pictonum. tit. 14 §. 10. in gloss. 1. in 8. fal. Sed ij quidem errant toto cælo, quādo pro priori sententia inter alios text. vnus sit omni luce clarior in d. l. quod autem, §. vlt. cuius hæc verba sunt, inter virum & vxorem mortis causa donationes receptæ sunt. Et si hoc esset dubium, quod minime est, tamen satis constat donationem inter virum & vxorem non semper habere vim, quam habet donatio causa mortis: nam illa per solam rei donatæ obligationem reuocatur. l. cum hic status, §. si maritus. ff. de dona. inter vir. & vxo. & l. si maritus tuus, C. eod. & l. Menius. §. fundo. ff. de legat. 2. Hæc autem minimè secundum Ioan. Fab. in §. rescripserunt, Instit. de legat.

121 § Non negauerim tamen hāc donationem inter virum & vxorem in quibusdā habere vim legati aut fideicommissi, quod iam supra diximus, vt quoniam morte confirmantur, in ea sit locus falcidiæ, sicuti in legato. l. cum hic status, in princip. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. in donationibus. C. ad l. falcid. Sed hoc sanè non trahendum est ad omnes casus, ut etiam ex iam dictis constat. Et quia etiam videmus quòd licèt tex. in d. l. in donationibus, nuncupatim dicat, quòd hæ donationes funguntur vice fideicommissi, ta men non veniunt in fideicommissum vniuersale, nisi sint in testamento nominatæ, vel id nominatim fit dictum, l. sequens quæstio, & ibi Bart. qui eum text. dicit sing. & alij. ff. de legat. 2. & voluit Bald. in l. 1 in 2. lect. colū. 3. eodem titulo, & in d. l. in donationibus, & ibi quoque Barb. in addi. illius, qui etiam dicit singu. ad hoc. d. l. sequens quæstio, & ibi item Corne. qui ex hoc dicit id quod suprà diximus, videlicet eum text. in d. l. in donationibus, non procedere quantum ad omnia. & idem Bald. post. Dyn. in l. filium, colum. 8. versic. secundò op. C. famil. hercis. & Angel. qui etiam illum text. dicit sing. in l vlt. ff. de vsucap. pro hæred. & ante hos Ioan. And. in addi. Specul. tit. de dona. § j. col. 2.

122 § Nam & in aliis multis casibus differunt huiusmodi donationes à relicto siue legato aut fideicommisso. Nam primò, hæ donationes (quod iam diximus) reuocantur per solam rei donatæ obligationem, non etiam legata. l. 3. C. de legat. §. si tem. institut. eo. Secundò, in his donationibus requiritur traditio aut vera aut ficta. l. Papinianus. ff. de donatione inter vir. & vxor. De qua tamen latè diximus in nostro tractatu constituti, in 1. parte, nume. 48. hinc etiam fit, & nume. 52. nec interim, non item in legato aut relicto aut alia vltima voluntate. [l. à Titio, ff. de furt. & l. si tibi homo. §. cùm seruus. ff. de legat. primo, & l. 1. in fin. cum l. sequenti, iuncta gloss. ff. de public. in rem actio. & l. si mortis causa donatio, in verbo, vendicare, & ibi gloss. ff. de dona. causa. mort. cum alijs concordant. adductis ab Alexan. in l. 2. ff. de legat. j. & voluit etiam] Specul. titu. de donat. §. 5. colum. vlti. versicul. donatarius. Bald. in l. si mortis. C. ad legem falcidiam, & in l. vt hæredibus. ff. de legat. 3. [& in l. si emancipatis. C. si quis alteri vel sibi.] & Angel. in l. 1. colum. 3. in authenti. de hęredi. & falcid. & Francis. Aret. consil. 74. diligenter & maturè. columna penultima, versiculo venio ad quartum. & satis declaratur ex not. per Bartol. & alios in l. 2. ff. de donat. caus. mort. cum similibus. Tertiò hæ donationes non requirunt aditionem hæreditatis, gloss. in d. l. filiæ cuius, in gloss. 1. in fi. C. famil. hercis. & ibi doct. ex quibus Angel. negat esse meliorem in iure, sed & eam dicit not. & singul. quanquam alia est in l. post legatum, §. qui mortis, in uerbo, legatario, in fin. ff. de his quib. vt indig. & voluerunt etiam doctor. in dicta authentica ex testamento. C. de collat. Barto. & Bald. in l. 1. per illum text. C. de donat. inter virum & vxorē, & Bald. [in l. 2. §. si quid. ff. de condit. indebit. &] in l. 1. in 2. lectu. colum. 3. ff. de lega. 1. & Pet. Iaco. sit. de in inte. resti. vt pos. agi. rescis. perso. acti. char. pen. versic. secundò differunt. Et sit bonus tex. in d. l. sequens quæstio, vbi hoc not. Bar. & Bal. ff. de leg. 2. Legata autem necessario requirunt aditionē. l. eam quam, & ibi no. C. de fidei com. & l. si tibi homo. §. cùm seruus. ff. de lega. 1. cum si. Quartò, huiusmodi donationes requirunt insinuationem, si excedunt quingentos aureos. l. donationes, quæ est antepenul. C. de donatio. inter vir. & vxor. & tenet Pet. Iaco.

vbi suprà. & Bald. in d.authen. ex testamento, col.2.versic, conclude ergo quòd simplex. C.de collatio.& Saly.in l.illud,circa medium, eo. tit. Non etiam legata,vt per Bald.in d.authen. ex testamento,vbi suprà.& Pet.Iaco.tit. de condi. ex leg.quæ pro re dona,compe,col.3.versic. itẽ nec in vltima,sicuti nec donatio causa mortis.l. vlt. & ibi Bar.Bal Salyce,& Ang.C.de don.cau.mor. Quintò,ex his donationibus non oriuntur tres illæ donationes quæ dantur pro legato ex l.1.C. commu,de lega.secundum Bald.in d.authen. ex testamento, vbi suprà. Sextò, in confiscatione bonorum donatoris non veniunt res donatæ inter vir.& vxor.sicut res legatæ.l. sed si mors, in prin.ff.de donat.inter vir. & vxor. quem ad hoc dicit vnicum in iure Bald.in l.executorem, col. 10.vers.quæro,quidam timens,C. de excus. rei iud.& in sua marga.in verbo,donatio, colum.2. versic. donatio quæ morte confirmatur. & Pan. Cast.in l.post contractum,in vlt.verbis.ff.de donat. & Iason in l.si stipulatus fuerim.§.1.col. pe. in princ.ff.de verb. oblig. Est tamen illi similis in l.res vxoris,& ibi not. Angel.C.de don, inter vir.& vxo.& in l.3.§.sed vtrùm,vers. nec eo mouemur.& ibi not.ff. de minor. & voluit ẽt Bart. in d,l.post contractum,col, 3. versicu. & prædicta vera,& ibi recentiores.& Bald.in d. authen. ex testamento,vbi suprà. Septimò,quia quando hæ donationes confirmãtur morte,retrotrahuntur ad tempus donationis.d.l.antepe.C.de don. inter vir. & vxor. & l.si mortis causa inter.ff.de dona.cau,mor.& l.si is seruus, & ibi Barr. ff. de donatio,inter vir,& vxor, Non item legata.d.l, antepe.& iterum.l.ex verbis,& ibi Bal.in princ. C.eod.tit.Quod tamen intelligas, vt illa donatio retrotrahatur quò ad dominum, sed nõ quò ad fructus,vt not.in d.l.antepe.& in l. talis scriptura.§.vlt,per gl.& doct.ff.de leg.j.& per [Bal. in l.si eum seruum.§.inter virum.ff.de dona. inter vir.& vxor.] Paul. Cast.in d.l. si mortis causa. Licèt sit secus in donatione causa mortis. l.si mulier, quæ est iij.§. sed si habenti, & ibi Bald. ff.de leg.3. Ex quo etiam vides aliud discrimen intèr huiusmodi donationes. Sed tu tamen hic vide Bar.in l.1.§.1.ff.de vsuca.pro dona.Bald.in l.vlt.col.1.versi.modò quæritur.C.eod.tit.Ang. in l.sub conditione,circa medium.ff.de solut.& Franc.Aret.consi.17.consideratis,col.8.versi.venio nunc ad secundum. Octauò, hæ donationes confirmantur morte ciuili donantis.d.l. res vxoris,& ibi Ange.& d.l. sed si mors,in princip. ff. eod.& Ioan.And.in c. vlt.& ibi quoque alij præsertim.Iacob.Zoch.qui hoc plenè disputat,extr. de dona.inter vir.& vxo.& Bartho. Cepol. hæc sunt magna ex parte,in l. vlt. col. 23. in paruis, versicu.& huiusmodi donator, cum multis seq. C.de vsucap.pro don,& omnes propè,quos citauimus in vj. differentia. Aliud in legatis. l. eius qui.ff.de resta. Nonò, in huiusmodi donationibus nec traditio quidem valet, vt scilicet ex ea transferatur dominium.l.3. §. sciendum, & ibi Bal.ff.de donat.inter vir.& vxo.At in legato secus,per l.Lucius,le.1.ff.de legat.2. [& latè diximus in d.tracta.constitut.in 2.parte ampli. x3.] Et idem de donatione causa mortis tradit Bald. in l.si eum.§.inter virum.ff. de donat. inter vir. & vxor.Decimò,quia in istis donationibus sufficiunt duo testes; in legatis autẽ aut septem aut quinque,iuribus vulgatis; & hanc differentiam ponit Pet.Iacob.vbi suprà,de in integ.resti.& c. Ex quibus plane constat quod suprà diximus, non rectè inferri ex legato siue relicto ad donationem inter virum & vxorem.Nec tamen tam certum atque indubitatum est, quàm illi existimant,id videlicet,non esse locum huic l. in donatione cã mortis aut legatis, vt patebit ex his quæ dicemus in verbo, donatione largitus, in 13.q.& seq.in quibus hæc latè tractabimus.

123 ET HIC huius glosæ finis esto,dũ priùs aliquid de huiusmodi libertorum appellatione dixerimus, quod ad multorum in iure nostro locorum interpretationẽ pertinet. Caius, si is est, lib.j.Institutionum. c. j. tria libertorum genera fuisse tradit. Nam aut ciues Romani sunt, aut Latini:aut Deditícij,Ciues Romani sunt,qui ijs tribus modis,id est testamento, aut in ecclesia, (ita enim vulgò legitur,id quod de authoris nomine inter alia multa me dubium facit.Alciatus autem æde sacra legit) aut ante consulẽ fuerint manumissi. Latini sunt,qui per epistolam, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione manumittuntur. Dediticij verò sunt,qui post admissa crimina suppliciis dediti, & publicè pro criminibus cæsi sunt, aut in quorum facie vel corpore quæcunque indicia aut igne vel ferro impressa sunt, & ita impressa, vt deleri non possint. Hi si manumissi fuerint, Dediticii appellantur. Sed inter hæc tria genera libertatum, ideo Ciues Romani meliorem statum habent, quia & testamenta facere, & ex testamento quibuscunque personis succedere possunt. Nam & Latini & Dediticii nec testamenta condere, nec sibi ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt vllatenus vendicare. Tamen Latini certis rebus priuilegia Ciuiũ Rom. libertorum consequi possunt. Dediticij verò nulla ratione possunt ad ciuium Rom. libertorum beneficium peruenire. Nam Latini patronorum beneficio, id est si iterum ab ipsis aut testamento, aut in ecclesia, siue vt legit Alc. æde sacra,aut ante consulem manumittuntur: ciuium Romanorũ priuilegia consequuntur.Hæc illæ.Ex quibus est illud Ausonij,

Triplex libertus, capitisque minutio triplex.

Et ex iis quidem datur lumen Cornelio Tacito scribenti lib.13. eos qui vindicta manumissi nõ essent, aliquo velut seruitutis vinculo teneri. Ex quo potes intelligere solos vindicta manumissos, Ciues Romanos fuisse. De qua re etiam scribit Alexander ab Alexandro vir & legum

& literarum

& literarum humanarum doctissimus, in libr. genialium dierum.4.c.10. De his autem tribus libertorum generibus habes in iure nostro. C. de dedi.liber.tol.& tit.seq.de latina liber.tol.& in §.libertinorum,Instit. de liberti. & in §. vlti. Instit.de success. liber. & in authent.vt liber.de caetero.§.j. In quibus locis eas differentias Iustinianus sustulit. Tu autem interim vide Angelũ Politianum,qui Miscellaneorum centuria.1.ca. 84. quaedam adducit ex Graecis institutionibus huc admodum pertinentia.

124 ¶ Nec praetermiserim Orcinos quosdam libertos in nostris legibus memorari, vt in l. tutel la.§.planè,in 2.locis.ff.de legi.tut.& in l.duo socij.ff.de haeredi.instituen.& in l.4 §. hi qui ad li bertatem.& iterum in l.cùm quasi.§.quaerendũ. ff.de fideicom.liber.& in l.si is qui,in 2.locis, e. tit.& in l.2.in princ.ff.de statulib. & in l. dominus seruum,in princ, duobus locis. ff. de pecul. lega.[& in l.2.§.per contrarium.ff.de dot. praelega.] & in l.qui ob necem.ff. qui sine manum. ad libert. per.& in l.cùm testamentum. C.de iuris & fact. ignoran.& in l.directis.C.de testa.manu.& in l.1.§.sed & si sub conditione.C.de lati. liber.tol.& in §.qui autem.Instit. de singu. reb. per fideicom.relict.Nec tamen satis apertè intel ligitur qui ij sunt. Nam gloss. in d.§. hi qui ad libertatem,exponit orcini,id est testatoris.Et similiter gloss. in l.intestato. §. quòd si necem. ff. de suis & legiti.haere.& in l.2.C.de municip.& origi.lib.10.Glos.autem in d.l. dominus seruũ. & in d.§.planè,& rursum in d. l. qui ob necem, itemque in l.cùm verò.§.subuentum, in verbo, directò.ff.de fideicōmiss.liber.dicit eos esse Orcinos,qui directò manumissi sunt. id quod etiã voluit gloss.in §.1.in verbo,adim,& in gloss. sequen.Instit.de eo cui liber.caus.bon.addi.vbi & illud quoque dicit quod glos. superior. Sed & gloss.in d.l.cùm testamentum,dicit orcinum sic dictum ab orco,id est manumissum ab eo qui tẽ dit ad orcum,siue ad mortẽ.vel ab orthos quod est rectum,quia directè est manumissus. Quod & idem dicit glo.in d.l.directis.C. de testamen. man. vbi subdit hinc orthodoxum dici.& etiam gloss.in d.§.qui autem, vbi praeterea dicit quòd potest dici ab orce, id est capio, quia multa capiunt manumissi in testamento. Alexander ab Alexandro in opere nuper citato lib.3.capit.25. scribit quosdam arbitrari Orcinos libertos esse, quos testator post obitum liberos esse iussit, ita vt haeres patronatus ius haberet, non ipse testator.nec aliud dicit. quod est contra primam illã gloss.& tex.in d.§.qui autem,quẽ post ea subijciemus.Alciatus lib.Praetermissorum primo tra dit orcinum libertum dici,qui directam libertatem accipit,& quosdam ita dici idcirco tradidisse,quòd ab his manumittatur, qui ad orcũ tendunt. Sibi autem placere vt orthinum legamus, quoniam ὀρθὸς directum significat. hinc orthodoxi, qui rectae sunt opinionis in diuinis. Tametsi in Graecis scholiis iuris ciuilis etiã ὀρκ᾽νος ἀπ λεύθερος legatur, id est orcinus libertus, non orthinus. Caelius Rhodiginus lib. antiquarum lectionum.6.cap.108.[prioris editionis, & lib.x.capi.quoque 108.posterioris.] Orcinos inquit,libertos Iureconsulti ipsius testatoris interpretantur,qui iam fit in Orci familiam ascriptus, & in peculio Proserpinae connumeratus, [quod iisdem prope verbis ante eum scripserat Beroal. in commentariis Apuleianis li.3.& nouissime quoque voluit vir eruditissimus Gyraldus de Diis Gentium,lib.6.vbi de Plutone disserit,qui Orcus quoque dictus est.] Nostri legũ interpretes passim videntur intelligere orcinos dictos qui directam libertatem nanciscuntur; vt praeter gloss. vbi suprà, voluit Benedict. de Plumbi. in l.si is cui.ff. de fideicommiss.liber.& in d.l.2.ff. de statulibe.dum trahit text. illos loquentes in orcino ad libertatem directam. Et Alber. in suo Lexico, in verbo. orcinus, dum allegat illas gloss. [Ioan.Fab. in d. l. directis.C. de testamen. manumiss.] Pau. Cast. in d.l. cùm testamentum. C. de iuris & fact. ignoran. & ante hos Azo in summa titu. testa. manumiss.post princip. Cuius haec propemodum verba sunt: Directò quis videtur relinquere libertatẽ, cùm non ab alio seruum manumitti rogat, sed velut ex suo testamento ei libertatem vult competere. Et dicitur talis seruus Orcinus, quia manumissus est ab eo qui tendit ad orcum, uel ab orthos, quod est rectum, quod est melius. Haec ille. quae apertè videtur probare text.in d. §. hi qui ad libertatem, cùm dicitur, vt qui directam libertatem acceperunt, orcini fiunt liberti. Et in d. §. qui autem, vbi ita scribitur, qui ex fideicommissi causa manumittitur, non testatoris fit libertus, etiam si testatoris fit seruus, sed eius qui manumittit. At is qui directò testamento liber esse iubetur, ipsius testatoris libertus fit, qui et iam Orcinus appellatur. Et in d. §. quaerendum, sic quoque scribitur, Erit igitur libertus Orcinus, non eius qui fideicommissariam libertatem debebat. Quinetiam scri bitur in l. hi quibus. C. de fideicommiss. liber. quòd hi quibus per fideicommissum libertas supremis iudiciis relinquitur, eorum liberti efficiuntur, à quibus manumittuntur. Caeterùm in d. l. cùm testamentum. C. de iuris & fact. ignorantia, fit discrimen inter libertum orcinum, & proprium ipsius haeredis. vbi & hoc annotat Paul. Castr. Et haec quoque satis declarat, d. l. directis. Ex quibus constat Orcinum dici libertum testatoris, quoniam ei ex ipsius testatoris sola dispositione ipso iure libertas competat, non expectato aliquo facto, aut etiam voluntate haeredis; licèt secus sit in fideicommissaria: vt etiam probatur in d. §. subuentum, atque etiam in l. si seruus, & l. si ancillam. C. de fideicomm.libert. & in §. directò, Institu.de singu. reb.per fideicom.relict. vbi ita scri-

ſcribitur. Directò libertas tũc dari videtur, cùm non ab alio ſeruum manumitti, ſed velut ex ſuo teſtamento libertatem ei competere vult. [Cęterùm paucis ante diebus in lucem editus libellus, cuius titulus hic eſt, Tituli ex corpore Vlpiani, in quo & titul. eiuſdem ij. hæc ſcripta ſunt, Is qui directò liber eſſe iuſſus eſt, Orcinus fit liberto: is autem qui cui per fideicommiſſum data eſt libertas, non teſtatoris ſed manumiſſoris fit libertus.] Ex quibus planum fit non eſſe veram illam ſententiam quam Alexander ab Alexand. retulit. Sed ex iis omnibus propè iuribus de Orcino loquentibus vides Orcinum fieri ex teſtamento, vt nõ abs re dici poſſit vel Orcinus ab Orco, uel Orthinus à directo. Porrò Petrus Crinitus in quadam epiſtola ad Alexandrũ Sartium, cuius initium eſt, nimis tu mihi, ſcribit inter capita ſecundæ Centuriæ Angeli Politiani, quàm in lucem morte præuentus non edidit, vnũ fuiſſe de ſeruis Orcinis, nec aliud addit,

PATRONVS.

HÆC L. igitur loquitur in maſculino genere, cum dicit, patronus. Ex quo videri poſſet non habere locum in fœmina donante, cùm ſit exorbitans, vt ſatis ſuprà poſt prin. glo. præcedentis diximus & probauimus. Ideoq; in ea maſculinum non concipit fœmininum, iuxta doctrinam gloſſ. in l. ſi ita ſcriptum ſit. ff. de leg. 2. Bar. & aliorum in l. 1. ff. de verbo. ſig. cum multis concord. à me congeſtis in trac. primogenituræ in, x. qu. [& latiùs in tracta. retractuum, tit. 1. §. j. glo. 9. in verbo, *ou lignagier*, nu. 186. ad hęc iſtud, & aliis multis ibi deſignatis.] Tu dic tamen contrarium, quia licèt hæc. l. ſit exorbitans, eſt tamen fauorabilis, & nõ odioſa, vt etiam in præcedenti gloſſ. diximus, verſic. 61. incip. igitur vt repetamus. Ideoque in ea maſculinum comprehendit fœmininum, quando ẽt in odioſis. modò non ſint contra rationẽ, id procedat, vt per Bar. vbi ſuprà, cum multis ac prope infinitis ſi. quæ in d. locis aggregauimus. Et quia etiam videmus, quòd alia lex in caſu non longè ab hoc diſtanti, & ex qua & ſimilibus hæc l. deriuatur, vt iam ſuprà ſæpius diximus, videlicet. l. generaliter. §. cùm autem. C. de inſti. & ſubſtit. quæ de patre tantùm loquitur, ad matrem quoque trahitur per glo. Odoſ. Cy. Ang. Fulgo. Corne. Guid. Pap. Iaſon, Philip. Deciſ. & omnes præter Chriſto. Caſtel. in ea ipſa. l. & Bar. Imo. & Raph. Co. in l. cùm auus. ff. de cõd. & demonſtr. Saly. in l. cùm acutiſſimi, & ibi etiam Barb. in repet. colum. 40. verſic. ſextò iſtud ſummarium. C. de fideicom. Per. Iaco. in ſua practica titu. de materia decre. ſi pater, de teſtamen. lib. 6. char. vlt. verſi. nunc extra materiam. Cornel. conſil. 197. non alienam. colu. pen. verſicu. & quòd ab identitate, lib. 3.] Franc. Aret. in l. 2. in fi. C. de inoffic. teſtam. Guid. Pap. conſil. 51. factum tale eſt, colu. 2. verſi. & licet.] Socin. in repet. d. l. cùm auus. col. 29. verſic. ex quibus infero vnam nouam. ff. de condit. & demon. & Philip. Deci. conſi. 391. in caſu propoſito, col. 2. & conſi. 416. in teſtamento illuſtris, colu. 1. ideo paſſim videmus doct. in caſu l. noſtræ conſulentes ſæpiſſime ponere caſum in donatione facta à muliere, nec aliquid de ea re diſputant, tanquam ad illis nullo modo ſit dubium. Habemus autem tex expreſſum, appellatione patroni & patronam contineri, in l. patroni. ff. de verbo. ſignificatio.

2 § Non prætermiſerim tamen patroni appellationem non tantum eum ſignificare, qui ſeruum manumiſerit, qui poſtea libertus eius dicitur. In qua ſignificatione hic ponitur, quæ admodum in noſtro iure vulgaris eſt, & vnde eſt titulus de iure patronat. & de quo Plautus in Aſinaria,

Magis decorum eſt,
Libertum potius quàm patronum onus in uia
portare.

Text. autem in. l. vlt. verſi. ſi verò quidam. C. de teſtamen. manu. apertè oſtendit hoc intereſſe inter appellationem domini & patroni, quod inter ſeruum & libertum, dum dicit, & quem patronũ fallere noluerint, dominum ſuum & forſitam acerbum ſẽtiant. Sed & in noſtris legibus patronus aduocatus dicitur. l. velamẽto, & l. quiſquis, in princ. C. de poſtulan. & l. 1. C. de aduoc. diuer. iudic. & l. ſancimus, eod. tit. vbi aduocatus fiſci dicitur patronus fiſci, & alibi ſæpe. Quã quam Aſconius Pædianus in diuinationem Tullij, hoc dicit intereſſe inter patronum & aduocatum, quòd qui alterum defendit iudicio, aut patronus dicitur, ſi orator eſt: aut aduocatus, ſi aut ius ſuggerit, aut præſentiam ſuam commendat amico. Et quòd ſi quoddam diſcrimen inter patronum & aduocatum, apertè oſtendit cap. in quibuſdam, extrà de pœnis. [& c. ſingulis, colum. fi. extrà de ſtatu monach. & illud Tullij. in 2. in Verrem actione. Nunc quòd eiuſmodi iudicia ſint, tantum vnumque mque conferre quãtùm ſibi patronis, aduocatis, prætoribus, iudicibus futurum ſit, &c.] Erant apud veteres Romanos patroni. in quorum fidem tutelamque ac clientelam ſeſe cõferebãt prouinciales ſociique populi Romani, & ciues quoque ipſi, qui ob id clientes dicebantur. De qua re longè lateque diximus in noſtris commentariis conſuetudinũ tit. 4. §. 1. in gloſ. 1. vbi & nos ipſi apertè oſtendimus, hinc feudorum, quæ vocamus, iura orta eſſe. Ex quo & vaſſalli, quos appellant, alicubi cliẽtes dicuntur in ipſis feudorum conſtitutionibus vt in cap. 1. in princ. & iterum in. §. inde poteſt, titu. de ali. feud. & in c. 1. titul. de conten. inter dom. & fid. de inueſ. feud. Vnde ẽt in noſtris legibus clientes dñr reſpectu aduocatorum, in l. properandum,

petrandum, ad fin. C. de iudic. quoniam ex Plutarchi authoritate in Romulo, patroni illi suis clientibus litigantibus in obtinẽdo iure suo & causæ authores & patronos sese præbebant. Tu autem omnino vide quæ scripsimus vbi suprà si gnauimus, ne hìc iterum repetamus. Dicuntur & patroni à Canoni. qui beneficia (quæ qui purius loquuntur, sacerdotia appellant) vel fundãt, vt nostri loquuntur, vel augent, de quibus est titulus in decret. de iure patro. Sed & denique dicebantur patroni respectu colonorum, vt patet ex l. Valent. & Valentis imper. in Codice Theodosiano, sub tit. Ne colonus inscio domino. &c. Cuius hæc verba sunt. Non dubium est, colonis arua quæ subigunt, vsqueadeo alienandi ius non esse, vt si qua propria habeant, inconsultis atq; ignorantibus patronis in alteros transferre non liceat.

FILIOS NON habens.

1 IGITVR si cum donat, filios habet, non reuocatur donatio ex aliorum natiuitate, arg. huius l. à contrario sensu, quod in iure fortissimum est. l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui mandata. est iurisd. & quia etiam si filios habet qui donat, sumus extra terminos huius. l. exorbitantis quidem in suo casu à iure communi, vt suprà sæpius dictũ est. propterea & hic casus ab ea omissus habetur pro omisso, & reuocandus est ad ius commune. l. si verò. §. de viro. ff. solu. matrimo. cum simili. quod quidem ius commune alias statuit donationes fore perpetuas, & irreuocabiles vt latè diximus in glos. in verbo, libertis, versic. 19. incipien. tum secundo. Et ad idem facit text. in c. vltim. 17. quæstio. 4. vbi sunt similia verba. Et est optima vtriusque ratio differentiæ. Nam & cum quis habens filios nihilominus donat, quemadmodum voluit præferre extraneum filijs iam natis, quos non ignorabat, ita & verisimile est quòd etiam prætulisset nascituris, si de eis cogitasset, quia maior solet esse affectio erga filios, qui iam sunt in rerum natura, quàm in nascituros, vt nos docet experientia optima rerum magistra. l. legatis. §. ornatricibus. ff. de lega. 3. & l. 2. C. vt in posses. lega. & cap. quàm sit. in principio, de elect. lib. 6. & asserit Barba. in repetitio. l. cùm acutissimi, colum. 2. & iterum colum. 25. C. de fideicommiss. & consi. 60. illud afferam in medium, colum. 3. lib. 1. & inter consi. Alex. consi. 52. circa hanc dubitationem, colu. 2. lib. 4. & Maria. consi. 23. circa prædictam consultationem, colum. 3. vterque per not. per Bartol. in l. Lucius. ff. de hæredi. instituen. Et de hoc est bonus text. quem neuter allegat, in l. qui filiabus, in princip. iuncta glos. & ratione ibi reddita per Dyn. & approbata per Bald. Imol. Rapha. & Pau. Cast. & Alex. ff. de lega. primo. & in l. qui quartam. §. 1. ff. eod. titu. Et hoc quoque affirmat Bartol. in l. si cum dotem, in princip. colum. vlti. ff. solu. matrimo. & consi. 227. mater dedit dotem, circa mediũ, per d. l. qui filiabus, & in l. Publius. §. vlti. ff. de condi. & demonst. & Bald. in l. si quis filiabus. ff. de testamen. tute. & in l. Titius, in fin. princ. & ibi quoque Ange. ff. de lib. & posthu. & idem Bald. consi. 156. clausula codicillaris, colum. 1 lib. 2. & Imol. consi. 113. in causa quæ vertitur, colum. 1. in fin. Roma. [consi. 231. præmissorum, &] consi. 408. in proposita quæstione, colum. 1. versic. quintò an idem. Alexand. consil. 29. præclarè subtiliter, colum. 3. versic. non obstat etiam prædictis, lib. 3. & consi. 103. circa primam dubitationem, colum. 3. versi. secundò respondeo, lib. 3. & Corne. consi. 239. videtur prima facie, colum. 3. lib. 2. Stepha. Bertrand. consi. 328. quia tẽpore, n. 3 lib. 3. & Francis. Curt. senior consi. 45. statuto seu consuetudine, colu. 5. versi. octauò. [& Iason. consi. 140. colum. 8. vers. tertiò facit, lib. 2. & consi. sequen. in ista difficillima, col. 6. versi. quartò facit, & consi. 154. testator habens, col. 4. versi. tertiò quia testator, lib. 4.] & Anto. Rubeus consi. 31. præsupponitur in facto, col. 1.

2 ¶ Quod & hinc liquidò apparet, quòd non est tantus parentum amor, non tanta affectio in liberos recens natos, quàm in paulò ætate maiores: nec in hos, quàm in prouectiores: crescit enim cum ætate liberorum, & amor parentum, vt quò sunt annis maiores, eò impensius diligãtur, vt scribit ille Rabi Moyses Aegyptius, vir in rebus naturalibus & sacris Bibliorum libris peritissimus, in libro qui dux dubitantium inscribitur, tertio capitu. quinquagesimo, vbi hanc inter cęteras rationem reddit, cur antiqua lege Hebræorum præceptum est, infantes statim, id est octauo die circuncidi, vt patet Genes. 17. & Leuiti. 12. quoniam scilicet amor parentum adhuc leuis est & debilis. Quod si infans ad multum tempus cresceret, parẽtes non tam facilè eos circuncidi ac mutilari permitterent, crescente scilicet eorum amore cũ ætate liberorum. Ex quo consentaneum est, & in eos qui nondum nati sunt, non adeò parentes affici.

3 ¶ Et ita, videlicet. l. nostram, vt tandem ad eam redeamus, non habere locum cùm quis donat iam habens liberos, tenet Iacob. Butr. vir nõ infimæ apud nostros authoritatis in l. 1. C. de in offic. dona. quem sequi videtur, dum illum simpliciter allegat, Philip. Corne. cons. 11. cuius hoc principium est, in præsenti, consultatione, colu. 3. versi. ideo videtur velle, lib. 3. Et idem quoq; voluisse videtur Pau. Cast. consi. 435. incipi. super hoc puncto plura videntur, colum. 2. versic. tertiò facit, lib. 1. & ante illum Ioan. Fab. quem vnum, si opus sit, multis non verebor opponere in hac ipsa. l. vbi & hoc dicit expressum videri

in

in d.c.vlti.17.quæsti.4.& nouissimè Philip.Deci.in l.posthumo,in addi.col.eiusdem addi.2.C. de bono.possessio.contr.tabn.vbi & hoc dicit se consuluisse.& Steph.Bertran.cons.227.in re sua colum.3.versi.etiam donationi,lib.2.dum dicit quod licet testamentum sit nullum propter præteritionem filij iam nati,non tamen idem reperitur de donatione, imò potius contrarium, in authen.vnde si parens.C.de inoffi.testa.& d.l.1.& l.2.& l.si totas,& l.si liqueat.C.de inofficios. donat.Quibus patet hoc casu donationē, si immensa sit,rescindi vsque ad legitimam.

4 ¶ Et simile quippiam voluit Bald.in d.l.Titius,in fi.princ.& ibi quoq; Angel.& Frāc.Are. col.3.ff.de libe.& posthu.vbi tractantes, an per authen.ex causa.C.de liber.præter. conseruantur legata rupto testamento natiuitate posthumi ignoranter præteriti: Aut testator,inquiunt, nullum habebat filium,nec habere sperabat, & non conseruantur.quia non est verisimile quòd testator voluerit præferre legatarios filijs.l.cùm acutissimi.C.de fideicom. Aut testator habebat filios,& nihilominus legauit, tunc licet postea nascantur alij filij,conseruantur tamen legata: quia ex quo testator grauauit iam natos, idē videtur sensisse de nasciturìs, ad quos minor solet esse affectio: & si de his testator fuisset interrogatus,aut cogitasset,idem certè verisimiliter disposuisset.l.tale pactum.§.vlt.ff.de pactis. Et hoc quoque voluit ipse Bald.in l.filio præterito,colum.2.ff.de iniust. testamen. & sequitur Alexan.in d.authen.ex causa.& consil.142: circa primam dubitationem, colum.4.versicu.pro quo adde,lib.2.& consi.50. circa primam dubitationem, colum.3. versicul. secundò respondeo, lib.6. & Corne. consil.158. pro decisione,colum.10.ver.secundò limitatur,lib. 2.& consi.244.videtur prima facie dicendum, colum.6.versic.præterea quando quis legat, eo, lib.2.[& consi.54.duo in puncto,col.2. versi.tamen passus,lib.3.]& consi.133.in hac consultatione,colum.3,lib.3.& Stepha.Bertr.cons.225: ponitur in facto,col.2.versi.& supposito, lib.2.

5 [¶ Similiterq́ue.l.cùm auus.ff.de condi.& demon.& similes, ex quarū visceribus hæc lex deprompta est,vt sæpe diximus, non habet locum in filijs natis tempore testamenti, vt voluit Ro.consi.370.in proposita consultatione, ad fi. per l.sicut certi,& l.si cùm in vtero. C. de testa. milit.& idem tenuit & latè probauit Barb.in d. l.cùm acutissimi, col.2.& 15.seq.C.de fideicō. Idem quoq; tradit Soc.latè in repet.d.l.cū auus col.35.versi.extra Bar.& multis seq.per 5.colu. vbi ita dicit consuluisse,vti fecit etiam latè consi.191.licet difficultates,lib.2.& Caro.Ruin.cōsi.77.in facto,col.5.nu.14.lib.2.vbi ita dicit tenuisse modernos Perusinos & Senenses in l.generaliter.§.cum autem.C.de inst.& subst. Sed aduerte quantum ad hanc rationem, multi tenuere contrarium,& inter cæteros Raph.Co.in d.l.cùm auus,& latè Ioan.Bapti.Cacia. in l.generaliter.§.cùm autem.C.de insti.& substitu. vbi dicit etiam in hanc partem consuluisse ipsum Rapha.Com.Maria. Socin. & Thomam nescio quem,& ita certè consuluit ipse Maria.cons.23. circa prædicta,& Corne.etiam latè consi.197. non alienam,lib.3.]

6 ¶ VERVM contrarium in casu.l.nostræ, apertè voluit Bal.hìc in 2. lec. cuius hæc verba sunt. Quid si pater vnicam filiam viuentem haberet,& donauit extraneo substantiam aut partem eius,deinde postea filij sibi nascuntur:an talis donatio reuocatur?Ista quæstio fuit pridie de facto,Et videtur quòd non,quia hìc litera loquitur quando donatio fit per patrē cum filios nullos habebat, hic autem habebat filium vnum. Tu dic quòd ob identitatis rationem habet locum dispositio huius legis eo casu, quo est verisimile patrem non donasse,si sciuisset filios sibi nascituros. Fortè enim non cogitauit de filia, quia satis ei remāsit pro ea dotanda: sed filij masculi superuenientes egestate laborarent:tertius autem paterna substantia gauderet.Hæc ibi Bal. qui & ipse in d.l.1.col.4.versi.sed quid si tempore donationis.C.de inoffi.donatio.tenet, quòd si donans qui iam tempore donationis habebat filios,postea & alios quoque suscipiat, hi qui nati sunt post donationem,eam reuocant pro virili sua quisque portione;per id quod in simili dicitur in l.pen.ff.de iur.codic.& idem voluit Angel.ipsius frater hìc & Raph Cu.in l.Titia Seio, §.imperator.ff.de leg.2.& Card.Flor. consil.20. cùm in testamentis, iuncto casu illius consil.& Barb.in c.vlt.col.vlti.extra de dona. & Soci. in repe.rub.ff.de lib.& posth. col.vlt.& cons.215. hoc exordio,visa prædicta facti contingentia,colum.2.versi.solum ergo restat,lib.2.quod & iterum repetitur in cōsi.22.lib.4.[& Carol. Ruin. consi.98.visa renuntiatione,col.9.nu.21.lib.6. & d.consi.62.col.6.nu.15 lib.2.]& ante hos,licet non allegent,Oldr.cons.175.quidam habēs vnicum filium,tenuit simpliciter reuocari donationem factam ab habente filium, per natiuitatem aliorum.

7 ¶ Et facit quod in simili voluit ipse Bal.con. 127.cuius caput est,quidam Ser.Petrus,lib.5.quòd si pater nō cogitans de posthumis, filium quem habebat,instituit,& posthumum præterijt, valent legata pro parte instituti,sed pro parte posthumi non valent, nec conseruantur ex d.authent.ex causa.C.de liber.præteri.Quinimo idē Bald.in d.l.filio præterito,col.2.ff.de iniust.test. idem videtur generaliter dixisse in casu.d.auth. ex causa,dicit enim quòd si pater habens filios legata relinquit,non cogitans de alijs futuris liberis,debentur legata pro portione iam natorū, sed non debentur nec conseruantur ex d.auth. pro portione eorum,qui postea nati sunt,per d. l.pen.ff.de iure codicil.& hoc quoque sequitur Roma.consi.181.pro decisione propositi, in 3. dubio.

dubio.& bene facit tex.quem ipsi non allegant, in l.qui grani,& duabus sequ.ff.de iure codicil.

8 ¶ Pau.autem Cast.in d.l.1.col.3.C.de inoffi. don.volẽs has contrarias op. concordes efficere, vt sæpe alias,ita dicit,quòd si iam nati tempore donationis erant odio patri donanti, nec is putabat se posthac alios habiturum, vera est postrema Bald.in d.l.1.op. cum sit eadem per omnia ratio,quæ esset si nullum habuisset:quoniam verisimile est,quòd si cogitasset se habiturũ alios gratos liberos,non donauisset.d.l.pactum.§.vlt. & ibi glos.Sed si non habebat odio iam natos, & tamen donauit,sicut eos re donata priuare voluit,ita & nascituros voluisse verisimiliter credendũ est: & ita,inquit,procedere op. Iac.Butr. Quæ Paul.Cast.distinctio videtur placuisse Anto.Rube.consi.99.viso casu,col.1.Eaq; ex eo cõfirmatur,quod scribit Cardi. Flor. consi.20.hoc initio,Iacobus testator,paria esse in casu nostræ.l.de qua ibi loquitur,non habere filium, aut habere odiosum.

9 ¶ Denique Corne. consil.15. ex quo dictus Franciscus,col.4.versi.nec obstat quòd tempore primæ donationis,iunctis his ijs quæ prius dixerat,col.1.lib.1. aliter videtur distinguere. Nam aut donans nihil reseruauit filijs iã natis,& tunc qui postea nascentur, reuocabunt ex hac.l. nam cùm filijs natis reseruauerit,verisimile est quòd etiam reseruasset nasciturus,si de illis cogitasset. Incertum autem est quid illis reseruasset: ideo propter incertitudinẽ totum reuocatur,arg. (licet nihil alleget.) l.duo sunt Titij.ff.de testa.tutel.& l.2.ff.de libe.& posth.& l.in tẽpus.§.quoties.ff.de hæredib. instit. cum simi. Postea verò idem Corne.in eadem col.4.versi. & licet.d.l.si vnquam,videtur indistinctè arbitrari nihil prodesse filios natos tempore donationis, quin nati postea reuocent,cùm sit eadem ratio: idque potissimum,si ex natiuitate posteriorum deterior esset natorum tempore donationis conditio,nisi reuocaretur donatio, vt in casu, in quo illud consi.edidit. Nam donator omnium bonorum reseruauerat legitimam filio nato,quæ quidem erat tertia omnium bonorum, nato autem altero filio post donationẽ minuitur legitima prioris.nam ea erit tantùm tertia dimidiæ. Et hinc quoque melior efficietur conditio donatoris deteriore facta conditione prioris,quod est absurdùm,& contra mentem & affectionem donantis, qui putabat illi reseruasse tertiam partem,

10 ¶ Vides lector ex supractis rem hanc esse admodum ancipitem atque dubiam. Facilè tamen est harum sententiarum discordiam huiusmodi distinctione componere. Nam aut iam nati tempore donationis erant odiosi patri, aut nõ odiosi. Si odiosi,certè ij qui nascuntur postea, de quibus pater donando non cogitauit, reuocabunt.Si autem erant non odiosi, & tunc aut pater aliquid eis reseruauit,aut nihil. Si primùm, postea nati,quibus nihil fuit reseruatum, reuocabunt,aut pro virili eorum portione tantùm,si ex natiuitate posteriorum non sit effecta deterior conditio priorum in re illis reseruata: aut in totũ,si deterior facta est. At si nasciturus fuit & aliquid reseruatum, nihil reuocabunt: cũ de illis hinc appareat fuisse cogitatum. Aut denique nihil fuit reseruatum liberis natis tempore donationis: & tunc postea nati non reuocabũt, nam qua ratione priuauit iam natos sibi gratos, eadem verisimile est voluisse priuare nascituros etiam si de illis cogitasset.

11 ¶ Sed & vltimum membrum intelligas velim secundum præcedentia,quod vt facilius apprehendas,pone quòd quispiam habens in bonis trecenta,ex illis centum donauit iam habẽs vnicum filium,nec cogitans de alijs futuris liberis,& ita putans reliqua ducenta satis esse vnico illi filio,vt honestè possit viuere,postea autem illi nihil tale speranti nati sunt multi alij filij,verbi gratia tres,certè detractis illis centum donatis,supersunt vnicuique liberorum tam nato ante donationem,quàm tribus illis postea natis, quinquaginta tantum, ex quibus non poterunt honestè vitam transigere,considerata eorum cõditione, profectò si id pater cogitasset, aut præuidisset, non ea centum verisimiliter donasset. Ideo putarem eam donationem reuocari ex ratione nostræ.l. Proinde hoc totum reijcio in arbitrium boni viri,æstimaturi, quid, quãtum ve pater habens filios vnum aut plures, donaturus aut non donaturus fuisset,si de tot filiis nasciturus cogitasset,iuxta ea quæ plenius dicam infra, in verbo,omnia,vel partem aliquam, nume.28. in huius autem rei. Nec tamen omiserim Anto. Rub.super hoc dubio respondisse.d.consi.99.viso casu,[atque etiam D.Boer.hanc rem tractasse,deci.159 donatio iuris, in quo me ex hac l.sæpius citat,]sed ita obscurè vtrumque, vt non intelligam,quid intelligant.

12 HIS AVTEM nõ intempestiuè illud subijciemus. Quid enim si tempore donationis habeo filium,ex quo postea nepos nascitur? nunquid & huius natiuitate reuocabitur donatio,sicuti & natiuitate alterius filij? Nam appellatione liberorum,de quibus.l. nostra loquitur, veniunt & nepotes.l.liberorum,in princ.ff.de verbo.significa.Imò & filiorum quoque appellatione,cùm in fauorem illorum aliquid statuitur,vt ibi not.Bar.licet alias sit dubium, de quo multa diximus in nostro tractatu primogenituræ [in 40.quæstio.in 15.ratione pro nepote contra patruum. Ideoque Pau. Cast. consi. 448.tria sunt quæ videntur,colum.1.lib.2.consuluit quòd statutum prohibens donare cùm quis habet filios, habet locum & in habẽte nepotes.quæ res huic nostro casui multum congruit,quia & hìc fauore liberorum reuocatur donatio, quemadmodum illic prohibetur.

13 ¶ Ego tamen in ea sum sententia, vt in hoc casu nepotes non reuocent, quia si filius donan-

tis

tis illorum pater non reuocat, multò minus & nepos ex eo natus, argu.l.1.§.si dominus, & ibi not.ff.si quis aliq.testa.prohib.& l.si viua, C. de bonis mater.cum alijs multis & text.& doct.cócordan.à me latè collectis in dicto tractatu primo genituræ.quæstio.t 2.& sequen.Et cum nepotes habeant patrem in medio, ij non sunt hæredes, & propterea non possunt ex huiusmodi. l.reuocare rem donatam, quam habituri nô sût, per ea quæ latè dicemus infrà in verbo, susceperit, liberos, numero 105 incipien.item si huiusmodi.

14 ¶ Fateor tamen quòd si post mortem filij quis donat, ignorans vxorem illius, nurum scilicet suam, esse prægnátem, postea verò ipsa vxor filij pariat filium, hic certè reuocabit, ac si filius post donationem esset natus, vt qui successurus sit in locum & gradum patris & præteritus æq; reuocet testamentum, sicut & filius pater ipsius fecisset, per l.posthumorũ.ff.de iniust.testamen. & l.si auus.C.de libet.prætet.Sed & si auus donat, quia desperat filium suum liberos habiturũ quoniam fortè existimabatur filius esse maleficiatus, aut vxor illius sterilis: tamẽ auo nihil minus spetanti gignir postea nepotes, putat Franc. Ripa.hic in 36.quæstio.locum esse huic l.Et ego illi assentior ex ratione.l.nostræ. Cęterum Guid. Papæ, sing.57 t.incip.iuxta.l.si vnquá, hác quæstionem de nepote nato post donationem nuncupatim mouet, nihil tamen diffinit.

15 SED ET ILLVD in quæstioné vocat. Si quis cùm donat, habet filios, sed ignorat eos se habere, quia fortè putat eos esse mortuos, vel nescit vxorem peperisse, vtrum sit locus huic l? Et nemo, vt opinor, negabit re comperta irritam fore hanc donationem, ex mête & sententia huius l.nostræ, quæ verbis est anteponenda, sicut animus corpori.c.sedulo.38.dist.& diximus suprà in verbo, libertis, versi.46.incip.nec id quidem mirum est, & seq. Nam si donatio reuocetur per susceptos postea liberos ex præsumpta mente donantis, qui videlicet si cogitasset de liberis futuris, verisimiliter non donasset, eadem certè ratione aut etiam maiore videtur irrita fore donatio quam quis facit ignorans se habere filios, verisimiliter etiam non facturus, si eos nô ignoraret.l.qui iure militari.ff.de mili.testa.Per quá dicit Ang.consi.108.ista quæst.in 3.dubio, quòd nihil refert, non habeas liberos, an habeas sed habere ignores, id quod etiam probatur in l.sicut certi, & in l.si cum vel in vtero.C.eod.de testa.milit.& in l.pen.C.de iure cod. & optimè in l.Titius.[in princip.& iterũ in].§.Lucius, & ibi bona glo.ff.de libe.& posthu. & in l.3.ff.de condi.indeb.[& in l.vlt.ff.de hæred.insti.]Et ita voluit idem Ang.in §.siue igitur, col.4. versi.finaliter dici potest, in authen. vt cùm de appel. cog.Fran.Are.in l.ex facto, in prin. col.6. versic. confirmatur ista conclusio.ff. de vulg. & pupil. substi.& consi.157, quod est postremũ omniũ, colum.2.Hincque glo.in l.solemus. ff. de conditio.& demonstratio.intelligit text.ibi, qui eá conditionem, si liberos habuerit, interpretatur de liberis nascituris, non de natis, vt procedat si liberos natos esse sciebat, qui conditionem apposuit: quòd si nesciebat, etiam nati ipsi sub ea conditione comprehenduntur, per l.iam facta, eod.titu.quod & voluerunt Saly.Rapha.& Corne.in l.cum vxori.C.quando dies lega.ced.

16 ¶ Et ita in casu nostro expressim voluisse videtur Barto.dum hanc l.allegat in legatis factis prætetito filio, quem testator ignorabat se habere, in rep.l.1.in 2.quæstio.prin. C.de sacro. eccle.Nam tunc, inquit, deficit voluntas relinquentis, per tex.in hac l.Si ergo reuocatur donatio, multò magis legata. Ex quibus planè vides quòd Bart.intelligit hoc casu donationem vitiari. Et id quoque dicit ipse Bart.in l.filio præterito.ff.de iniust.testa.& in authen. ex causa. C.de libe.præte.cum concordan.illic addnctis per recẽt.Nam & in hac opin.esse videntur & qui tenent cum Bart.in casu.d.authen.& qui côtrà tenent.Illi quidem, dum post ipsum Bart. hac.l.innituntur, isti autem, dum fatentur hoc sine dubio procedere in casu nostræ.l. loquentis de donatione, non etiam in legatis, de quibus loquitur ea authen.& conantur omnibus viribus reddere rationem differentiæ vtorumque, vt illic omnibus videre licet, & fortè alibi postea dicemus. Et idem etiam voluisse videtur Bal.in l.1. col.3.ver.quinta op.C.de inof.donat. & expressissimè omnium Steph.Bertran.consi.190.Christi &c.viso casu, in primo dub. lib.1. & iterum consi.193.si verum sit, post princ. lib.3. Et facit quod in simili scribit Io.And.in addi.Specul.ti. de instru.edi.§.nunc autem, in vlt.addi.de rege, qui putans filium suum mortuum, alium instituit. Et quod ex Plauto vetere Comico adferemus infra in verbo, donatione largitus.nu. 264. incip.& hanc quoqne sententiam.

17 ¶ Illud autem certum est, quòd filij existentes tempore donationis, quos pater donans minimè ignorabat, non reuocant donationem, ex hac l.nostra, vtpote cessantibus & verbis, & mente, id est, ratione ipsius. Quæ res quâuis sit adeo aperta & manifesta, vt testimonio aut authoritate non indigeat, tamen vt omnibus satisfaciam, approbatur à Pau.Cast.consi.434.cuius exordiũ est, respondeo per ordinem, in 2.dubio, lib.2.& Socin.consi.226.quæstio præsentis consultationis, col.pen.lib.2.& Philip.Deci.consi. 366.pro declaratione, col.3.versicu.secundò præmittendum.& omnibus ferè de hac re loquentibus, ne nimius sim in re minimè dubia. Quod tamen intelligas secundum ea quæ diximus supra in eadem glo.in versi.11.incip.sed & vltimum, iunctis duobus præced.

18 ¶ Sicuti nec l.cum acutissimi.C.de fideicô. & alia similia iura huic l.nostræ admodum confinia non habent locum in liberis iam natis tempore

pore testamenti, sed tantùm in nascituris, vt aperte videtur probari in l. generaliter. §. cùm autem, ibi liberorum ex iis procreandorũ, & iterum in illis verbis, pater efficiatur, & liberos sustulerit, rursumque in verbis, si de nepotibus cogitauerit. C. de insti. & subst. & in l. sicuti, C. de testa. milit. Et expressè uoluit & consuluit Rom. con. 370. in proposita consultatione. & Barb. in repe. d. l. cùm acutissimi, col. 2. & seq. vbi ad hoc multa allegat, & in repet. c. Raynaldus, col. 6. versic. faciat etiam, extrà de testa. & latissimè Socin. in repe. l. cum auus, colum. 39. versi. extra Barto. ff. de conditio. & demon. vbi post multa hincinde adducta tandem stat ab hac sententia, & secundum eam dicit se consuluisse, & suo consi. Bald. nouellum subscripsisse, & idem quoque respondisse Ioan. Petrucium, & Bened. Capra. Et ita verè consuluit ipse Soci. consil. 191. licèt difficultates, colum. 1. & multis sequen. lib. 2. & Philipp. Dec. in d. l. generaliter, col. 4. versicu. nunc regula. & consi. 365. viso consilio, colum. 2. versic. 4. & vltimò, & consi. sequen. colo. 3. quibus locis solum Roma. allegat. Et hanc partem confirmat, quòd iure antiquo filia præterita iam nata non rumpebat testamentum: posthuma verò non secus ac masculus rumpebat, vt scribit Caius iurisconsultus, si is est (quod arbitrantur Zasius & Alciatus) lib. posteriore Institutionum cap. 4 Ex quibus planius intelliges quod scribitur in §. 1. versic. sed non ita, & iterum in §. fœminini, Inst. de exhæ. libe.

19 ¶ Quanquam contrarium in casu d. l. cùm acutissimi, & similium simpliciter tenuisse videtur Raph. Com. in d. l. cùm auus. ff. de condit. & demon. & apertè tenuit Corn. io d. l. generaliter. §. cùm autem, colum. 2. vbi & Iason colum. 3. dubitat, & idem Corne. latè consi. 197. non alienã, lib. 3. & latissimè omnium idem, & 23. rationibus secundum eam consuluit Maria. consil. 23. circa prædictam consultationem, vbi etiam dicit audiuisse se à fide dignis ita consuluisse Rapha. Com. cum hæc quæstio Paduę de facto contigisset. Quamuis id à nullo ex suis maioribus in propriis, vt ipse loquitur, terminis & in indiuiduo tractatum vidisse se negat. quod vehementer admiratur. Ex quo potes intelligere, quòd illud consi. Ro. qui ante illum fuit, aut non legerat, aut non recordabatur.

B O N A.

1 FESTVS, aut vt alij appellant, Sextus Pompeius hinc bona dici putat, quòd digna sit bonis: sed elegantiùs mea sententia atq; conuenientiùs Vlpianus noster in l. bonorũ. la j. ff. de verb. sign. bona, inquit, ex eo dicuntur, quòd beant, id est beatos faciunt. Nam & apud Græcos verbum ὀλβίζω, beo significat, & olio, & ὄλβιος felix, & diues, & ὄλβος beatitudo, & diuitiæ. Ex quo & apud Latinos diuites beatos appellant probatissimi scriptores, Nam Cic. in oratione pro Annio Milone, fini florentes, ait, sino beati, Et alibi ita exorditur, lib. 2. de inuentione: Crotoniatæ quondã, cùm florerent omnibus copiis, & in Italia cum in primis beati nominarentur. Et Philippica 13 Te beatũ & florentem esse cupiebant. Et in oratione pro M. Cœlio, Primũ lautos iuuenes mulieris beatæ ac nobilis familiares. Et in Salust. Vnde, qui modò ne paternã quidem domũ retinere potueris, repente tanquàm somno beatus, preciosissimos ortos, villã Tyberinã Caij Cæsaris, reliquasque possessiones parareris? & paulò infra: Quibus rationibus repente factus es tã affluẽs, tã beatus? Et Sene. epist. ad Lucilium. 27. Caluisius, inquit, Sabinus memoria nostra fuit diues, & patrimonium habebat libertum & ingenium: nũquam vidi hominem beatum indecentiùs. Et in vi. controuersia, lib. ij. Insolens malũ est beata vxor, cùm imensum pódus auri orba attulerit. Et Iuuen. saty. j.

Vetulæ vesica beata.

Et è diuerso miseros pauperes passim vocamus, quando, vt scribit ex nostris Bal. ex alio, vt teor, authore, in l. vlt post princ. C. qui bon. ced. poss. Summa miseria est esse mendicum. Ob idque, vt ille dicit, bonorum cessio in ea. l. miserabile remedium vocatur, quòd homines miseros faciat. Et certè cum tria sint bonorum genera, animi, corporis, & fortunæ, hæc quidem felici adesse oportet, ex sententia Aristo. lib. j. Ethic. & iterũ lib. 7. Politicorũ, quod & Plato illius preceptor astruebat, teste Laertio. Felicibus. n. & beatitudo augetur ex plenitudine horum bonorum, quæ quantò fuerint cumulatoria, tãtò fiet homo beatior. repugnantibus tamen Stoicis, qui ad beatitudinem solam virtutem satis esse maxima authoritate affirmabant. Aristotelem autem è nostris sequitur Soci. consi. 26. incipiẽ. cùm super, col. vlt. lib. 4. vbi etiam citat illud Iuuenalis.

Haud facilè emergunt quorum virtutibus obstat
Res angusta domi.

Nos de cæteris bonis posthac nihil hoc loco dicemus, sed de illis tantum quæ diuitiis constãt, de quibus lex nostra loquitur; quæ quidem tũ beãt. i. prosunt, vt interpretatur Vlpianus in d. l. bonorum, quantum è diuerso obest paupertas, quam inter mala & quidem ingenti enumerat Esdras ille diuinus Scriba, libro quarto, capit. decimoquinto, quo loco Deum Opt Max. ita loquentem facit. Immittam tibi mala, viduitatem, paupertatem, famem, gladium, & pestem Et alibi quoq; Dominus ipse, [Leuitici. & iterum] Malachiæ. 2, minatur se egestatem improbis, [& qui ipsius mandata non obseruarint] daturum. [Hincque illud Prouerb. 3. c. Egestas à domino

mino in domo impii. Et eiusdem operis.cap.14. Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinā.] Contra autem alibi diuitias probis promittit. Nam scribitur.Psa.111.Gloria & diuitię in domo eius.[& Prouerbio 3.cap.longitudo dierum in dextera eius.& in sinistra illius diuitiæ.& in c.10.benedictio domini diuites facit.] vt hinc facilè intelligas, non omnino cæcutisse cæcum illum Homerum, cum diuitias Iouis donum esse cecinit,lib.6.Odysseæ.

Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει ὄλβον ὀλύμπιος ἀνθρώποισι.

Et rursus lib.2.Illiados in Catalogo ducum.

Καί σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε κρονίων,

[Et iterum lib.13.eiusdem operis,

-Μέγα γάρ οἱ ἔδωκε

Ζεὺς αἰγίοχος.

-Magnas enim ei dederat

Iuppiter diuitias.].

Nam & diuus Augustinus in enarratione Psal. 66.nō obscurè asserit diuitias domum esse Dei. Et sancta illa mulier Anna, sancti Samuelis mater, in suo cantico, quod scribitur in 2. capite libri primi Regum, Dominus, inquit, pauperem facit, & ditat.

2 ¶ Neque his aduersatur, quod scribit Ambrosius, & repetitur in ca.illa.15.quæst.j. paupertatem & ignobilitatem, ægritudinem & mortem nemo sapiens mala dixerit, nec in malorum sorte numerarit. Aliò enim respicit Ambrosius, cuius in eo loco tota dissertatio eò tendit, vt ea dūtaxat veluti mala nobis imputanda esse ostēdat, quæ voluntaria sunt; cætera verò, quæ vel nolentibus eueniunt, vt paupertatem, & alia, quæ ex eo diximus, non esse tanquam mala nobis adscribenda. Mala enim, inquit, non sunt, nisi quæ crimine mentem implent, & conscientiam ligāt. Inibi ergo mala vocat scelera, quibus haud dubiè paupertas non est annumeranda. Illi autē sententiæ Ambrosii omnino similis est. & illa Aeneæ Platonici in Theophrasto, In hunc sensum (nam is Grecè scripsit) Neque enim ignarus es, aut immemor, paupertatem, & ęgritudinem, & mortem neque turpia neque mala esse. Et sub dit. Socrates enim in paupertate gloriatur, ipsam que diuitias appellat, & philosophiæ tutissimū præsidium.

3 ¶ Cæterùm Christus beatus pauperes pronūtiat Matthæi quinto capite, & alibi Lucæ sexto. Væ vobis, inquit, diuitibus. Rursumque Matth. decimonono, Marci decimo, & Lucæ decimooctauo, interroganti cuipiam quid faceret, vt uitam æternam obtineret, dicentique se illa decalogi præcepta à iuuentute obseruasse, respōdit, Vnum tibi deest, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thęsaurum in cœlo. Moxq; conuersus ad discipulos, Diues, in quit, difficile intrabit in regnum cœlorum. Facilius est camelum per foramen acus transire, q̄ diuitem intrare in regnum Dei. Nam etiam, vt scribit Ecclesiasticus capite vndecimo, Si diues fueris, non eris immunis à delicto. Vetus est sententia, Diues aut Iniquus, aut iniqui hæres. quā aduocat Hieronymus ad Hebidiā in prima quęstione, & rursus in commentariis Hieremię capite quinto. At Saturnus apud Lucianum in epistolis Saturnalibus, multis ostendit diuites infeliciores esse pauperibus. Timocreontis est scholium in Plutum diuitiarum Deū, hoc exordio, [ὤφελέ σ' ὦ τυφλὲ πλοῦτε, μήτε ἐν γῇ, μήτε ἐν θαλάττῃ, μήτε ἐν ἠπείρῳ φανῆμεναι, ἀλλὰ τάρταρόν τε ναίειν κ' ἀχέροντα, διὰ σὲ γὰρ πάντ' ἀνθρώποις κακά.] Vtinam ò cęce Plute, nec in terra, nec in mari, nec in continente apparuisses vnquam, sed Tartari [& Acherontis] fuisses incola perpetuus. Ex te enim omnia hominibus mala sunt. Ex nostris autem Ioānes Fab. ex authoritate Senecæ in §.primo, Institut. quib. & ex quibus causis manumit.non post. Beatissima, inquit, res est voluntaria paupertas. Et qui cum paupertate bene conuenit, diues est. & alia quæ sequuntur. Hucque spectant duo Aristotelis problemata, si eius sunt, alterum quidem in quarto capite vigesiminoni libri, quo quærit, Cur paupertas apud homines bonos potiùs quàm apud prauos esse soleat. Alterum eiusdem libri, capite octauo, quo sciscitatur, Cur diuitię magna ex parte ab hominibus prauis potiùs quàm bonis habeantur. In quam etiam sententiam est illud Theognidis.

Παύροις ἀνθρώποις ἀρετὴ καὶ κάλλος ὀπηδεῖ·

ὄλβιος ὃς τούτων ἀμφοτέρων ἔλαχεν.

id est, vt traducit Erasmus,

Sūt pauci, quibus iisdē & virtus suppetit, & res.

Felix, cui simul hęc sunt data forte Deum.

Philostratus in vita Apollonij non multò pòst initium lib.5.atque etiam Aelianus in li.de prouidentia, tradunt apud Gades aras fuisse paupertati & artibus, quòd illa quidem, vt dicit Aelianus, in bonis moribus homines detineat: hæ verò industrios faciant, vt iam paupertatis id proprium esse noris, quòd homines bonos reddat, vt & Aristophanes hinc potissimum laudes huius deę non tam multas quàm veras dederit. Cæterum diuus Chrysostomus homilia secunda, earum quas ad populum de rebus diuersis habuit, multa cōgessit in laudem paupertatis, ex quibus illud occurrit, Magna possessio paupertas, sapienter ipsam ferētibus, thesaurus, qui nequat auferri, baculus firmissimus, inculpabilis possessio, diuersorium ab insidiis tutum. Idem multas item laudes multaque cōmoda paupertatis adscribit Homilia.74.quo loco Annæ orationem interpretatur. Et diuus Cyprianus in sermone de nati.Christ. Sed multò plura Apuleius Madaurensis in 1.apologia, & Senecatum epistola. 86. & latiùs epistola. 99.tum in libel. de paupertate, & alibi sæpe, [& quisquis is fuit qui apud Sallustium elegantissimā habuit oratio nem ad Cæsarem de repub. ordinanda, cuius initium est, Scio ego, & Theoph.Alexā. lib.paschali.

ſchali.3.] & è noſtris Zaſius in commentarijs.l. 2.ff.de origine iuris,in illis verbis,Huic nec am plæ facultates fuerunt.

4 ¶ Poſsét & alia ꝓpè infinita ex diuinis ethnicisque ſcriptoribus aduerſus & diuitias & paupertatem aduocari,quæ hìc breuitatis cauſa de industria prætermittimus,in alio fortè loco copioſius hanc rem tractaturi. Animus enim nobis eſt librum edere de paupertate,& diuitijs legalibus,quem iam magna ex parte confecimus. Illud tantum hic dicemus,iſtas pugnantes, quæ videntur,ſententias ita in vno coire , ſi dixeris bona bonis bona eſſe: malis mala,id eſt,diuitias viris bonis bonas eſſe , eaſdē malis malas.Bonis inquam,qui illis bene vtuntur, malis qui malè . Nam Ambroſius in Lucam libro octauo.Diſcāt inquit,non in facultatibus crimē hærere, ſed in his qui vti neſciant facultatibus.Nam diuitiæ vt impedimenta improbis,ita bonis ſunt adiumenta virtutum.Et in ijſdem cōmentarijs libro quinto,explanans illud à nobis ſupra citatum,Væ vobis diuitibus,hæc quoque ſcribit. Licèt in pecuniarijs copijs multa ſint lenocinia delictorum, pleraque tamen ſunt etiam incentiua virtutum. Quanquam virtus ſubſidia non requirat , & cōmendatior ſit collatio pauperis, quàm diuitis liberalitas. Tamen non eos qui habeant diuitias, ſed eos qui vti his neſciat,ſententiæ cæleſtis auctoritas condemnat. Et paulopòſt . Non cenſus igitur,ſed affectus in crimine eſt, Sed & in epiſtola 82.Non cenſus,inquit, diuitem , ſed animus facit.Et paulò inferius,Sed nec ipſæ diuitię vituperabiles.Denique redemptio animæ viri, diuitiæ eius: quoniam qui pauperi donat, redimit animam ſuam. Eſt ergo & in his materialibus diuitijs virtuti locus . Hieronymus quoque ad Saluiam de viduitate ſeruanda, Vnuſquiſque non hominum ſed rerum pondere iudicandus eſt,nec diuiti obſūt opes,ſi eis bene vtatur, nec pauperem egeſtas commendabiliorem facit, ſi inter ſordes & inopiam peccata non caueat. Ad vtrunſque nobis rei teſtimonium & Abrahā patriarcha,& quotidiana exēpla ſuppeditant, quorum alter in ſummis diuitijs amicus Dei fuit , alij quotidie in ſceleribus depræhenſi pœnas legibus ſoluūt.Ante hos Plato libro primo de Republica ſcribit,pecunię poſſeſſionem plurimi faciendam eſſe,non cuiuis hominis, ſed modeſto & æquo.Sed & Pindarus Pythiorum ode.2.aſſerit diuitias,ſi cum ſapientia coniunctæ ſunt,præſtantiſſimas eſſe.Hinc ſcribitur in decretis canonicis,capi.hæc autem.30.diſtinctio. Diuitias cū iuſtitia & operibus bonis non abijcimus. vbi & gloſ.quædam in eam ſententiam dicit , reſpondetque ad illud quod ſuprà citauimus , Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire &c. Sed & tu vide gloſ. in capit.clericus.12.quæſtio.prima.& in capi.primo,in verbo,neceſſitatem.21. quæſtio.prima,& præterea Origenem , Hilariū, Hieronymum etiam interpretantes illum de camelo locum,videlicet Origenē homilia in Matthæum octaua,& iterum lib.6.aduerſus Celſum Hos autem in ſuis commentarijs in Matthæum cap.decimonono,& eundem quoque Hieronymum quibus locis ſuprà citauimus , atq; etiam in libro aduerſus Pelagium , itemque ad Hebidiam in prima quæſtione,& Auguſtinum lib.ſecundo quæſtionum euangeliorum, quæſtio.47. & in enarratione illius loci.Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum.Pſal.51.Bald.in ca. nam & concupiſcentiam,ad finem,de conſtitutio.vbi diſſerit,vtrùm appetere diuitias ſit peccatum.Barba.in l.iscui bonis,col.3.verſic.& pōdero,& colum.ſeq.verſi & adde vnum.ff.de verbo.oblig.& conſi.46.ſcripſit præclarè, colum.1. lib.2.

5 ¶ Sed nec illud omittendum dicimus , non ſolùm non laudandos eos eſſe qui ſuo vitio aut culpa paupertatem ſibi adſciſcunt,ſed & admodum vituperandos, omnium teſtimonio . Nam primum gloſ.vt à noſtris incipiam,in ca.quæ in eccleſiarum,in verbo,ad inopiam,extrà de conſtitutionibus , aſſerit indignum eſſe ei ſubueniri,qui ſua culpa aut vitio in egeſtatem incidit, per l.bona fides.ff.depoſi.& argu.cap.non ſatis, octogeſimaſexta diſtinctio. & idem dicit gloſ. in cap.[ad ſupplicationem,in verbo,ad ſuſtentationem,de renuntiatio.& in capit.] ex parte, in verbo,prodigalitatis, de conſuetudini. quæ etiā allegat.l.ſi mulier.ff.quod metus cau.vbi metus nihil ei auxiliatur, qui ſibi eum ſua culpa intulit.Ex quo Bald.in dicto cap.quæ in eccleſiarū, colum.1.per illum textum in verbo, probabiliter,not.quòd non dicitur quis ad inopiam vergere,vt ſibi proſit,& alij noceat , niſi duo probet,ſcilicet ſe vergere,& ſine culpa ſua vergere ad inopiam. Et iterum colum. 3. verſicu.quæro nunquid ſi propter, dicit , quòd qui ob maleficium etiam aduerſus tertium commiſſum deductus eſt ad inopiam,perdit beneficium ne cōueniatur,niſi quantum facere poteſt,per l.bona fides.& l.penult,ff.de iure doti.quam ad hoc dicit not.& l.Titius.ff.de procura. & l. ſiue hæreditaria.ff.de nego.geſt.& idem voluit ipſe Bald. in d.c.ex parte,per textum,ibi,in verbo, diſſipauerit,de conſuetudi.& per d. l. penult. quam & ibi dicit nota.& ſenſit idem Bald. in capi.ſedes, colum.2.verſi.ſed nunquid per iſtam clauſulam de reſcriptis, cùm per dictam l. penult. dicit ꝙ ea paupertas nocet,quæ captioſe prouenit.& ſequitur Iaſon in authenti.res quæ,colum.6.verſ. tene communem.C.cōmu.de lega.& Ioan.Montefer.in repeti.l.frater à fratre,col.vlt,ff.de conditio.indebi.& Ferdinan.Loaz.in repeti.§.diui. l.filiusfamilias.num.164.ff. de legat.primo , [& Ioan.Lup.in repeti.cap.per veſtras,§.24. colum. penult.verſic.ad idem , extrà de donatio. inter virum & vxorem,] & idem etiam voluit aperte Bartol.diſtinguens tamen inter dolum,& culpā in l.etiam.§.licet,per text.ibi. ff. ſolu. matrimo.

& ibi quoque alij latè tractátes, an & hoc in cul pa obtineat. de qua & per] Pet. A ret. in cap. 1. colum. 2. versi. quid dices si maritus, de don. inter virum & vxo.] Fely. & Philip. Deci. latè in dicto cap. quæ in ecclesiarum, & Iason, in l. quo nomine, circa medium. ff. de conditio. indebi. & Baptist. à sancto Blasio in tractatu priuilegio. dotalium, in 182. priuilegio. Et hoc confirmat text. in l. vlti §. vltimo. ff. quæ in fraud. credi. vbi bene ficiũ cedẽdi bonis ad carcerem euitandum, nõ ei competit qui fraudulenter bona sua dissipauit. quem ad hoc notant & cõmendant [Barto.] Bald. & Angel. qui dicit singula. ibi, & idẽ Bald. in l. 1. col. 2. versic. quæro vtrùm ille, & ibi quoque Angel. C. qui bonis ced. poss. & in l. is qui bonis, la prima. ff. de cessio. bon. & in l. 1. colu. 4. versi. in ead. glos. ibi, maritus. ff. de iure doti. & consi. 29. beneficium inuentarij, in quibus etiã locis dicit singula. [& consi. 400. quòd Iacobus, in fin. lib. 1.] & etiam not. Dyn. in §. item si quis in fraudem. Instit. de actioni. & ibi Ioannes Platea. colum. 1. qui & illum text. dicit singularem, sicuti etiam facit in l. 1. in fin. C. de iur. fisci, lib. 10. & not. etiam Bart. in l. alia. §. eleganter, ad fi. ff. solu. matrimo. & Bald. in l. 1. in §. quæstio. C. si quid in fraud. patron. & in §. vltimo, ante finem, & ibi etiam Ioannes Fab. Institu. de actio. & idẽ Bald. consi. [249. lib. 1. repetito, consi.] 400. in libris Thesaurariæ, colum. 2. lib. 5. vbi dicit quòd falliti (ita enim [à verbo fallendi, vt apertè declarat ipse Bald.] vocant, qui decoctis consumptisque patrimoniis solum vertunt, quod est verbũ imperatoris in l. super. C. de manc. & colo. pat. lib. 11. aut, vt etiam vtar verbis iurisconsulti in l. si hominem. §. quoties. ff. depositi, & in l. vltima. ff. de cura. bonis dan.) foro cedunt, id est, vt vulgò nostri dicunt, *bancque route* faciunt. vtrunque iungit Iuuenalis satyra secunda.

Qui vertere solum, Baias, & ad ostia currunt.
Cedere namque foro, iam non est deterius, quàm.
Exquilias à feruenti migrare suburra.

[Quanquam solum vertere latius pateat, significetque quacunque de causa sedem locumq; mutare, vt tradit Tullius paulò ante finem orationis pro Cecinna.] Isti igitur falliti, vt dicit Bald. non habent beneficium cessionis, per d. l. vlt. §. vlt. & argumen. d. l. penult. ff. de iure dot. Illum quoque textum ad hoc not. [Angel. consi. 219. testator, colum. 2.] Barba. in dicto capit. quæ in ecclesiarum, colum. 5. & Soc. si is est, in tractatu fallen. regula. 46. incipien. cedens bonis, in 5. fallen. & iterũ regula. 47. quod est eiusdem initij, in prima fallen. quibus locis dicit illum textum notabi. & Vitalis Camba. in tracta. clausularum, titulo, an possit renuntiari beneficio cessionis bonorum, char. penult. versic. secundò quia renuntiatio, & Baldus Nouel. in tractatu doti. in 7. parte principali, in 14. priuilegio. [& Ioan. Bapti. Sanseuerinas in tract. de debitoribus suspectis, quæstio. 1. col. vlt. versi. illud scio. Illud autem certum est obligatum ex dolo vel delicto non gaudere hoc priuilegio, vt per Canoni. in ca. Odoardus, de solutio. cum alijs prope infinitis concordan. collectis à Cepo. consi. causarum criminalium. 9. quidam ex delicti.] Quin & dicit Bald. in dicta l. 1. colum. vlti. versi. ista autem renuntiatio. C. qui bon. ced. poss. quòd qui bona sua indo cõsumpserit, caret priuilegio cessionis bonorum. [Nouella autem Iustiniani constitutione. 135. sancitũ est, eos qui non suprema negligentia aut luxu, sed casu fortuito lapsi facultatibus essent, non debere ad eam bonorum cessionem cogi, quæ cum vlla contumelia fiat, quod & antè non ab simili casu constitutum fuit Codice Theodosiano tit. qui bo. ex lege Iulia ced. poss. l. 1.] Facit item quod scribit ipse Bald. in cap. si qui testium col. 2. extra de testib. quòd qui suo vitio incidit in paupertatem, nõ est testis idoneus, quia non solum rerum. sed & famæ suæ est prodigus. Ideo cùm in se sit vitiosus, multò magis & in alios esse præsumitur, per not. in l. vlt. C. de senten. pas. licet alias pauper, vt ipse subdit, non repellatur [& idem Bald. consi. 178. quædam sunt res. lib. 5. scribit vxorem non teneri alere maritum, qui sua culpa incidit in paupertatem, per d. c. ex parte. Et facit quod à multis dicitur, captiuũ ob delictum non gaudere priui legijs datis ob redemptionem captiuorum. de quo tu vide quæ latè scripsimus in nostris legibus connubialibus in glos. 6. nume. 278. sed quæstionis est, & 2. seq.]

6 ¶ Nec in hanc rem deest externorum sententia, nam Plutarchus in comparatione Aristidis & Catonis, multis verbis in istiusmodi homines agit: inter quæ illud grauiter pronuntiat. Paupertas quidem per seipsam nulli turpitudini coniungitur. Quòd si negligentiæ, intemperantiæ, luxus, impudentiæ spẽm præ se ferat, probro ac vituperatione non vacat. [Apollyci sentẽtia est, apud Stobæũ ser. 93. τὸ πένεσθαι κατὰ φύσιν αἰσχρὸν, ἀλλά τὶ δὲ αἰσχρὰν αἰτίαν πένεσθαι. Quã candẽ adscripsit Ant. Monach sed ex Apollonio to. 1. Melissæ. c. 33. Eius aũt sensus est huiusmodi, paupertas secundum naturã non turpis est. Sed ea quæ ob turpem causam accidit, dedecori est. Cornelius Tacitus libro secũdo historiæ Augustæ laudat Tiberium Cæsarẽ, quòd vt honestam innocentium paupertatẽ leuauit, ita prodigos, & ob flagitia egentes Vibidium Vartonem, Marium Nepotẽ, & alios quos nominat, senatu mouit. Suetonius autem in Galba tradit eundem Tiberium prohibuisse Caium Galbam fratrem Sergij Galbæ imperatoris sortiri anno suo proconsulatũ, quòd facultates suas attriuisset. idem Tacius libr. 13. Neronem veluti clanculũ taxat, quòd Antelio Cottæ, & Atherio Antonio annuam pecuniam statuit, quamuis per luxum habitas opes dissipassent. Sed & eundem Neronem arguit Suetonius, quòd diuitiarum & pecuniæ fructum non alium putabat, q̃ profusionem: sordidos ac deparcos esse, quibus

ratio

ratio impensarum constatet; prælautos vereque magnificos, qui abuterentur ac perderēt. Aelius autem Spartianus tradit Hadrianum Imperatorem, cuius rescripta sępius à nostris iurisconsultis citantur, senatoribus, qui non suo vitio decoxerant, patrimonium pro liberorum modo senatoriæ professionis expleuisse. Et paulò post eūdem decoctores bonorum suorum iussisse catamidari in amphitheatro, & dimitti, id est, vt omnes intelligant, deridendos exibilandosq; omnibus in amphitheatro exhiberi, vt hodie obseruatur in polygamis, qui.s. multis simul vxoribus, abutūtur, à κατὰ quidem præpositione, & μειδάω verbo, quod derideo significat. [Quanquam Ioan. Baptista Plantius in commentariis Persij Saty. v. illic esse mendum contendit, & ita legendū, Doctores bonorum suorum si suæ authoritatis essent, Cato nudari in amphitheatro, & dimitti iussit. sed nescio quid sibi velit. Eam autem] pœnam exprimit Suetonius in Augusto, cùm scribit, Pro cætero delictorum genere variis ignominiis affecit, vt stare per totum diem iuberet ante prætorium interdū tunicatos discinctosq; nonnunquam cum decempedis, vel etiam cespitem portantes. Et hæc pœna, vt id obiter dicam, continet corporis correctionem, vt dicit Cardi. Florent. consi. 94. respondeo q.b. in princ. Sed vt redeamus, Aelius quoque Lāpridius scribit Alexandrum Seuerum illum, cuius in iure nostro tā multas leges habemus, honoratos, quos pauperes verè & non per luxuriam vidit, semper multis commodis auxisse. Similiter tradit Iulius Capitolinus Antoninum philosophum multis senatoribus vel pauperibus sine crimine, dignitates tribunitias ædilitiasque concessisse. Tullius lib. 2. Officiorum, Habenda est, inquit, ratio rei familiaris, quam quidem delabi sinere, flagitiosum est. Quam sententiam è nostris citant & approbant Ioan. And. & Panor. in d. cap. ex parte, de consuetu. & ipse Panor. in cap. 1. in 2. not. extra de donat. Apud eundem Tulliū lib. 3. eiusdem operis Hecaton Rhodius disserit sapientis esse, habere rationem rei familiaris. Neq; enim solùm nobis diuites esse volumus, sed liberis, propinquis, amicis, maximeque reipublicæ. Singulorum.n. facultates & copiæ, diuitiæ sunt ciuitatis. Ex quo profectum videri potest, quod nostris legibus traditur, interesse reipublicę suos ipsius ciues esse locupletes. §. 1. in authent. vt iudi. sine quo. suffrag. Sed vt redeamus ad Tulliū, is in secunda Philippica illud obiicit Antonio. Tenesne memoria prętextatum te decoxisse? Patris, inquies, ista culpa est, cōcedo, etenim est pietatis plena defensio. Illud tamen audaciæ tuæ, quòd sedisti in quatuordecim ordinibus, cùm esset lege Rhoscia decoctoribus certus locus cōstitutus: qui.s. fortunæ vitio, non suo decoxissēt. Idem in oratione pro Publio Sylla multis nititur C. Cincium ab ea nota vindicare, quę ei iactebatur, quòd patrimonium suum ęris alieni dissoluendi causa vendidisset, nempe quòd non libidine, sed negotij gerendi studio æs illud alienum contraxisset. Idem in oratione pro P. Sestio Gellium quempiam pro magno conuitio gurgitem ac voraginē patrimonii appellat. Apud Dionysium Halicarnaseum libr. 3. originum Romanorum, Martius quartus Romanorum rex obiurgat malos præsides possessionum suarū, tanquā non firmos ciues. Et libro quinto eiusdem operis Appius Claudius plebeius veluti magnū probrum obiicit, quòd cùm ex facultatibus tyrannorum contingentem eis partem fortuiti fuissent, turpissimis indulgendo voluptatibus, censu excidissent. Tradit Asconius Pędianus Gelliū & Lentulum Censores C. Antonium Antonii oratoris filium senatu mouisse ob æris alieni magnitudinem. Sed & Macrobius lib. 2. cap. 4. tradit Augustum & ipsum Censorem equitem quendā Romanum corripuisse, quòd facultates suas minuisset. Plautus in Truculento scribit piaculum esse misereri nos hominum rem malè gerentium. Apud Nabatheos qui opes suas imminuisset, publicè multabatur; qui verò auxisset, honore afficiebatur, teste Strabone lib. 16. Similiter apud Abderitas qui patrimonium consumpsisset, sepulchro patris non dignabatur, teste Laertio in Democrito. Ex Solonis legibus hæc vna erat; Qui patrimonii versurā fecerit, is ignobilis obscurusque esto, vt prodit idem Laertius in vita illius. Cui concinēs Athenæus lib. 4. hæc scribit. ὅτι δὲ τοὺς ἀσώτους, ἢ τοὺς μὴ ἔκ τινος περιουσίας ζῶντας, πάλαι μὲν ἐκάλουν οἱ Ἀρεοπαγῖται καὶ ἐκόλαζον, ἱστόρησαν Φανόδημος καὶ Φιλόχορος, ἄλλοι τε πλείους. id est, Quod autem prodigos, siue, vt vertit Budæus seculi nostri decus, patrimoniorum profligatores, eosque qui nullis facultatibus victitarent, Areopagitæ olim in ius vocabant, multabantque, narrauerūt Phęnodemus, & Philochorus, pluresque alii. Sed & ex legibus Græcorum, ei nec publicè cōcionari, nec aliquo modo cum populo agere licebat, qui matrimonium turpiter consumpserat: vt videre licet ex accusatione Aeschinus aduersus Timarchum. Locrorum autem legibus cautum erat, nequis patrimonium alienare posset, nisi euidentem calamitatē ostenderet superuenisse, vt testis est Aristoteles libr. Politicon. 2. cap. 1. Quibus adde & alia multa, quæ in hanc ferme sententiam cōgessimus in nostris commentariis in Pictonum consuetudines, titu. decimo, §. 42. in gloss. v. Nec tamen velim intelligas istis denegandam fore elemosynam, per cap. quiescamus. 22. distinct. & ibi glo. quæ adducit concord. & Ioan. And. Imol. & plerique omnes in dicto capitu. quę in ecclesiarum, de cōstitu. Fely. in capit. si qui, colum. vlti. extra de testib. Quibus succinunt & quę nos latè diximus de incarceratis ob sua ipsorum maleficia in [nostris legibus connubia. vbi suprà citauimus.] Porrò & de paupertate nos alibi multa diximus, quæ si scire desideras, vide in iisdem

commentariis titulo primo. §. sexto. in gloss. prima.

7 ¶ Ex multis autem quæ suprà diximus, satis constat quid sit decoquere &c, decoctor. Nam decoquere est bona sua prodigere consumere, abligurire, profundere, eisque decedere. Et decoctor, patrimonii consumptor. Id quod obiter dicere volui, quo intelligeres. l. quilibet, C. de decurio. libr. decimo, quæ loquitur de decoctore publicę pecuniæ, & l. si aliquid. C. de suscept. præpo. & arca. eodem libr. vbi ita scribitur, Nemo id rursus officium gerat, in quo ante decoxit. [& ibi Luc. Pen. qui eam significationem probè intellexit.] & in l. iure, ad fin. C. de fabric. lib. vndecimo. & in l. 2. in fin. C. de fund. rei priua. In quibus omnibus propè locis Accursius id pro nomine officij, & administrationis intellexit, deceptus fortè errore ac mendo prioris illius. l. in qua sic vulgò legebamr; quilibet principalium, vel decurionū, vel decoctor publicæ pecunię si fraudulentus in asscriptionibus illicitis, &c. Cum sic ex antiquis codicibus sit legendum, quilibet principalium, vel decurionum, si decoctor pecuniæ publicæ, vel fraudulentus, &c. vt etiam monuit Andrę. Alciat. vir nunquam satis laudatus, in annotationibus trium posteriorum libr. C. & non nihil quoque meminit Antonius Nebrissensis in lexico iuris ciuilis. Sed præter eos vide Budęum in prioribus annotationibus Pandectarum in dicta leg. si hominem. §. quoties. ff. depo.

8 SED ANTEQVAM hinc discedamus, occurrit quæstio huic loco non parum conueniens: Vtrùm videlicet appellatione bonorum, de quibus. l. nostra loquitur, nomina & actiones & alia huiusmodi iura contineantur? vt proinde sciamus an hæc l. habeat locum in donatione nominum. Certum est quòd ea non veniunt appellatione bonorum mobilium vel immobilium, sed constituunt tertiam quandam speciem, per l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de iudica. & l. quam Tuberonis. §. vltim. ff. de pecul. & latè hanc rem tractauimus in [nostro tractatu Retractuum. titulo primo. §. primo. gloss. septima, in verbo, *ou autres choses censees pour immeubles*, numero primo, & multis sequent.] Sed nunc quærimus an veniant appellatione bonorum simpliciter sine illa adiectione mobilium aut immobilium. Quod certè planum est ex l. nomen. C. quę res pignori obliga. possunt. vbi in generali obligatione bonorum veniunt nomina debitorum. quem text. ad hoc expendit Baldus consil. 25. in quæstione vertente, in vj. dubio. libr. primo. Nec minùs id probat. text. in l. bonorum. §. vltim. ff. de verborum significatio. vbi scribitur bonis annumerari, si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus, quem text. etiam ad hoc [expendit Alber. ibi. numero quinto, &c.] Panormit. in capitu. relatum, le second. post princip. de testa. & in capitulo vltimo column. quinta, versicul. nunc verò cum scriberem, extrà de præscrip. & consil. quadragesimotertio, videtur primo dicto, col. secūda. versiculo tertiò principaliter, lib. primo, & Ioan. Anan. in capi. vltim. in princip. de hæret. & ante hoc Signor. consil. trigesimoquinto casus talis est, quidam Iacob. colum. penult. versicu. redeo ad sextam, vbi & ad hoc citat. l. si legatus. §. si quis bona. ff. ad Trebellian. Sed & hoc probat text. in l. princeps. ff. eodem titu. de verborum signific. vbi ita scribitur, princeps bona concedendo, videtur etiam obligationes concedere. & in l. 1. §. vtrùm autem, versicu. quòd si noluit. ff. si quid in frau. patr. vbi actionem de bonis diminuisse dicitur, qui obtinere noluit. cùm peteret, [& in l. vlti. ff. de vsu & vsufruct. legat. vbi si bonorum vsufructus legatur, & quod in nominibus est computabitur. & in l. vsufructu. ff. ad legem falcid. ex quo. Alberi. ibi not. quòd qui tenetur excutere bona debitoris, intra & actiones eius excutere tenetur.] & in l. si constante. §. vlti. ff. solu. mat. vbi publicatis bonis simpliciter, publicatur actio quę ad dotem competebat. & illū text. ad hoc not. Bald. Ang. Imol. Roman. & Alexander ibi, Imò est text. generalis in l. si ademptis. C. de sent. pas. quo publicatis bonis publicantur omnes actones; quem & ad hoc expendit Alber. in l. 1. in fi. ff. de stat. ho. Facit & text. in l. j. C. de vsu fruct. vbi si quis legauerit vsumfructum suorum bonorum, intelligitur legare vsumfructū nominum. quem et tex. ad id quod principaliter probare intendimus, [annotat Bald. ibi, & dicit not. idem.] Bald. cōsilio 234. statuto cauetur quòd mariti, lib. secundo, vbi tamen intelligit, hoc procedere, cùm actiones iam natę sunt, vt quia iam cessit dies soluendę pecunię. Aliàs enim, inquit, non dicerentur esse in bonis sed tantùm spes agendi, per l. spem. C. de donat. & §. ex conditionali, Insti. de verborum obli. Cui adde optimum tex. in l. substitutio. ff. de acquir. rer. dom. vbi substitutio quę nondum competit, extra bona nostra est, Ideoque si eam quis repudiat, non videtur aliquid alienasse, vt dicit gloss. ibi, per l. qui autem, circa princip. ff. quæ in fraud. credit. sed est text. expressior in l. alienationis. §. qui occasione. ff. de verborum significat. Ex quo posset videri, quòd si quis donaret aut remitteret debitum conditionale, non esset locus huic. l. loquenti de bonis. Quod vix crederem. Super quo tamen vide quæ dicam in gloss. donatione largitur, in 2. q. versi. sed hoc tamen primo loco intelligas.

9 ¶ Sed vt redeam, quòd appellatione bonorum veniant iura & nomina, voluerunt prǽter eos quos suprà aduocauimus, Arch. in c. 2. in verbo, bonis. de test. lib. 6. per l. mulier bona. ff. de iure dot. And. Isern. in consti. Neap. incip. non fine, tit. de orig. iuris. Bartol. in l. vlt. versicu. quæro quid si legatur

ſi legatur, iúncto verſi.ſeq.ff.de vſufru. legat. & Batt.in l.Quintus,la 2.§.argento, & ibi Alberi. ff.de aur.& argen.leg. [& idem Alberi.in l.ſcribit, in princ.ff.eo.tit.& in l.vxori.poſt princ.ff. de vſufr.leg.] Pet.Anca.conſi.3.non eſt dubiũ, circa medium.[& conſ.101.ex prædicto, col.2. verſi.ſecundo poſito.]Imol.loquens de confiſcatione bonorum, conſil.25.in caſu præmiſſo,colum.antepe.verſi.nec obſtat prædictis,& multis ſeq & Cardi.Flor.conſi 53.reuerendiſſimus, in fi vbi etiam loquitur de confiſcatione bonorum Paul.Caſtr. conſi.198. notandum primo ad euidentiam, in prin.lib. 1.vbi reſpondit in generali obligatinne bonorum venire nomina debitorum, per multa quæ allegat.& Domi. in c.1. in verſi.contra natos,per illum text.de ſchiſma. lib.6.& in c.vlt.§ laici etiam.per illum text.de reb.eccleſ.non alienan. eod.lib.6. [Pet. Ferrar. in ti.forma libel.in acti. hypothecã.in verbo ſub eadem obligatione bonorum, col. 1. verſic. ſed an in generali.]:& Benedic. Capr. conſi 45.punctus teſtator inter cætera,in 4.dubio, vbi & ad hoc allegat.l. pupillus.ff.de auct. tut. quæ nihil mihi hnc facere videtur.& Fran.Aret.in l.1.C. ſi aduer.trãſact & latè Maria.Soc.in tracta.oblationum,in 8 libello q.2. & tribus ſequent.Bartho Soci. eiuſdem filius. conſil.101.viſo teſtamento, col.2. verſi.non videtur,li. 1.quod repetitur conſi 175.lib.3.Alexan. conſi.lix.viſis verbis,poſt princ.lib.6.&conſi.136.viſo inſtrumento abſolutionis,colum.2.eod.lib.6.Cornel.cõſi. 9 præmittendum eſt, colum.penult. verſicu.iura & actiones,lib.1.& conſi.187.circa hanc conſultationem,col.vlti.verſi.teſtat.lib.2.& Angel. Aret.in capit.1.Inſtitut.de inutil.ſtipul.[Felyn. in c.omnes, column.antepenult. 1. diſtinct.] & Philipp.Deci.in l.qui actionem,verſic.ſecundo iſta regula.ff.de reg.iur. & conſi. 381. viſis his quæ accuratè, colum.vlti.& conſi.462. in cauſa in qua moleſtatur,colũ. 1.verſi. & primo motu. & col.2.verſi.non obſtat ergo. & D. Benedic.in repe.c.Raynutius,in verbo,cætera bona in prin. extra de teſta.

10 ¶ Et id quidem omnes vbique concedunt, præter [paucos, ſcilicet Paul.Eliaz. poſt Abb. anti.in cle.1.de reb.eccleſ.non alien. Collec. in c.nulli,col.2.verſi.ſed nunquid iura extrà,eod.] in multis locis,vt proinde intelligas id eum ſerio opinari, videlicet ſing.481. ſi vir & vxor, verſi.in donatione. & conſil.52.factum tale eſt, Ioanneta, colum. 2. verſicu. nec præmiſſo. & conſil. 60. dubia elicita, in ſecundo dubio, in fin.& conſilio 214.circa materiam, columna tertia verſicu. addo aliam rationem, & iterum colum.6.verſi. & non mirum, & iterum conſi. 218.indubitanter,in 8.dubio.Et tamen ipſe alicubi eſt in diuerſa ſententia nẽpe in.q.[delph.] 341.ſuper quæſtione,col.2.verſ.ſed an publicatione.& rurſus.q.499.teſtator quidam, verſi.& præmiſſa vera.& ſing.855.verſi.appellatione bonorum. Quanquam pro illa Guid.ſententia poſſit videri facere text.in cap.1.verſi.contra natos ibi, bonis & iuribus publicatis,de ſchiſma.lib. 6 & ſimilis tex.in cle.1.col.vlt.nam ea eſt admodum longa,de iureiuran.& in cle.paſtoralis, verſicu.præhabiti, de ſentent.& re iudic.& in cle. quia cõtingit tum in princip. tum in §.vt autem. de ſtatu monacho. In quibus locis bona & iura vt ſeparata nominantur.Ideo Imol. in poſteriori loco no.in 7.not.quod appellatione bonorum non comprehenduntur nomina. Sed his potes reſpõdere,vt dicam poſtea in verbo,reuertatur, nume. 26.incipien.ſed quod his reſpondeatur. Tamen poſtea comperi Domi.fuiſſe huius ſententiæ, in c.hoc conſultiſſimo, in princip.in 4. not.de reb.eccleſ.non alienand. Nam is ibi notat.ex eo text.iura non comprehendi appellatione bonorum. verùm is text.non id probat.Nam primùm hęc verba adſcribit bona immobilia ſeu iura,tanquam ſcilicet iura non comprehendantur ſub bonis immobilibus. quod not.gloſ.ibi, & id planè fateor eſſe verum, vt ſuprà diximus, At paulò poſt in eodem c.ponuntur hæc verba, bona ipſa vel iura, quibus videtur Domi.fuiſſe innixus, ſed non is videt his verbis bona ipſa, intelligi tantum bona immobilia: de quibus ante text.ille fuerat locutus: & ideo dicit, ipſa [ea tantum comprehendens ac demonſtrans, de quibus antè locutus fuerat.]

11 ¶ An autem veniant appellatione bonorum meorum, nam illud pronomen meorum, quod eſt poſſeſſiuum, facit rem dubiam, vide [Guil. Cu.] Bart. & Bal.in vtraque lect. & Petr.Anch. in ſuis reportatis in l.1.ff.de ſtat. homi. & Bartho.conſi.50.Gilius Petri, poſt princip. & Bald. in l.vlti.colum.penult.verſic.item ſi dono.C.de edic.di.ad.tol.[& cõſi.113.Andreas,per totum lib.3.& Angel.Aretin.in §.vlti.circa medium, Inſtitu.de iur.nat.gen. & ciuil. & in tracta. maleficiorum in verſiculo, & eius bona publicamus, columna ſecunda,verſiculo, & not. quòd facta, ibi, & diligenter aduertas, & Barba. latè conſil. trigeſimoſexto, illud in medium,columna prima. & ſequent. lib. primo, & Catellian. Cota. in memor. incipien. bonis publicatis. & iterum memor. incipien. nomina debitorum. & Iaſon. in l. Gallus. §. videndum, ad fin. ff. de liber. & poſthum. & Alciat. in l. nominis. in verbo, rei. ff. de verborum ſignificationibus, & in l. vltim. in gloſſ.vlti. C. de pact. quibus quidem omnibus videtur non comprehendi. [de quibus ſtat text. in l. Quintus, la ſecunda §. argento, & iterum in d. l. ſcribit, in princip. ff. de aur. & argen. lega. ubi appellatione ſuorum bonorum non veniunt quæ in credito, ſunt, ſiue quæ in actione habemus. Cui accedens Tullius in Topicis. Non ſi uxori, ait, vir legauit argentum omne, quod ſuum eſſet, idcirco quæ in nominibus fuere, legata ſunt: multum enim differt

in arcanè positum sit argentum, an in tabulis debeatur.]

12 ¶ Sed illis palàm aduersatur. l. meorum.ff. de verb.signi. vbi ita scribitur, meorum & tuorum appellatione actiones quoque contineri dicendum est. vbi & ipse Alcia. secum pugnans id dicit obtinere, siue omnia mea dixerim simpliciter, siue cum adiectione vniuersalis substantiui, omnia bona mea seu omnes res meas. Quæ sententia omnino vera est, vt etiam apertè probat text. in l. si legatus. §. 1. ff. ad Trebell. cuius hæc verba sunt. Si quis bona sua vel omnia sua rogauerit restituere, fideicommissariam restitutionem esse intelligendum est. nam meorum & tuorum appellatione actiones quoque cōtineri dicēdum est. Ex quibus planè constat appellatione bonorum suorum actiones contineri. Et ita etiam voluit Cy. & Ange. in d. l. 1. ff. de stat. hom. Bald. etiam sibi cōtrarius in d. l. 1. C. de vsufruct. Bart. sibi item contrarius, qui ad hoc multa allegat, in d. l. Quintus, la 2. §. argento. ff. de aur. & argē. leg. & Pet. Iaco. tit. de acti. ex testa. col. 8. versic. item omnia bona. [Bald. etiam sibi contrarius contra Guil. & Cy. in l. 2. in 2. lect. circa medium. ff. de constit. princ. & consi. 136. viso testamento, col. 2. versi. item quod dixit, lib. 3.] & Fran. Are. in d. l. vlt. C. de pact. qua in re acerrimo certamine pugnauerunt D. Stella Consiliator in Senatu Parisiensi regius, & Zasius, viri nostræ ætatis doctissimi, dū antinomiam. l. si pœnæ. §. 1. & l. repetitio. ff. de cond. indeb. variis modis & sensibus amoliri contendunt. Guid. autem Pap. d. consi. 52. colum. 2. versi. nec prætermisso, fuit in noua & mirabili sententia, scilicet quòd appellatione bonorum simpliciter non veniant nomina, quod iam suprà ex eo diximus, sed bonorum meorum appellatione veniant, quod omnibus ex diametro contradicit.

13 ¶ Quid autem si quis donat omnia bona sua quæ habet in tali loco, an veniant iura & actiones quarū forte instrumenta vel debitores sunt in eo loco, vel aliter? Dic breuiter quòd non, vt per Bald. in d. l. 1. ff. de stat. homi. & cons. 232. super infrascriptis, in fi. lib. 2. [& consil. 483. qui legat. lib. 4.] & Cardin. Floren. consil. 51. Titius condidit testamentum, in fi. vbi ad hoc dicit esse text. not. in l. Caius Seius. ff. de leg. 2. & [Fran. Aret. consi. 54. in causa magistri Blasij col. vlti. & Alex. consil. 31. viso titulo quæstionis, col. 3. versi. confirmo, per ea, lib. 1. quod reperit consi. 3. lib. 9. nisi quòd huius initium est, viso themate quæstionis. &] latè per Corne. qui multos text. & doc. citat, quos videre poteris, ne hic diutius immoremur, cons. 49. in præsenti consultatione, per totum, lib. 3. & Soci. d. consi. 101. viso testamento, lib. 1. repetitio consi. 175. lib. 2. col. 2. & Iason [in l. cunctos populos, in 2. lect. col. penn. in fi. C. de sum. trin. &] consi. 5. strenui colum. 3. versic. secundò pro ista parte, lib. 3. [Steph. Bertran. consi. 162. visa & sæpius reuisa. lib. 1. & consi. 136. ponitur in facto quod Titius in 3. dubio, eo. lib. 1. & consi. 124. ponitur in facto, nu. 3. lib. 2. & Carol. Ruin. consil. 155. viso testamento, in fi. lib. 3.] & abunde etiam diximus in nostro tractatu primigeniorum. [quæst. 49.] Nec tamen omittendus est optimus tex. in l. vxorē. §. legauerat. ff. de lega. 3. & in l. quæsitum est. §. 1. ff. eod. titu. & l. si mihi Meuia. eod. quoque tit. & l. cùm de lanionis. §. vlt. ff. de fund. instr. Quod tamen intelligit Bened. in c. Raynutius, in verbo, cætera bona. nu. 8. de testa. nisi postquam quis disposuisset de aliquibus suis bonis, tandem hæc subiungeret. cætera autem bona hic & vbiq; sita relinquo. nam tunc nomina & actiones continerentur, & nihil allegat. Sed tu super hoc vide quę scripsi in tractatu Retractuū, glo. 7. nu. 25. & 30.

14 ¶ Sed vtrùm veniat emphyteusis aut feudum ea bonorum appellatione? Et certè venit, vt de priore voluit Specul. tit. de loca. §. nunc aliqua, chart. pen. versi. 156. inci. quæritur vtrum filius, & Bal. qui ex hoc in pulchra quæstione consuluit, consi. 184. præmissis verbis cuiusdam statuti, lib. 1. & Iason, qui hoc admodum commendat, in authen. vnde si parens, col. 3. versi. limita prædicta, C. de inof. testa. & in l. si non fortem. §. libertus, col. pen versi. ego limito. ff. de cond. indeb. vbi hoc dicit sing. & à nemine animaduersum. & in l. Gallus, §. quidam rectè, col. pen. prioris lect. versi. limita prædicta, vbi hoc dicit sing. ff. de liber. & posthu. & iterum in posteriori lect. colum. vlti. versi. limita tamen, vbi dicit esse not. quia sæpius habuit de facto. [& consi. 152. super feudo, col. 3. versi. tertio principaliter, lib. 2. vbi id dicit sing.] & consi. 207. verba instrumenti, col. 4. versi. tertiò bene facit, eod. lib. 2. vbi etiam dicit singul. & Carol. Cotta memor. incip. bonorum appellatione. & iterū memor. incip. emphyteusis non venit, quibus locis id reputat sing. & Philipp. Deci. consil. 389. visa longa serie, in fi.

15 ¶ Et de feudo voluit And. Iserni. in c. 1. ad fi. ti. de capit. qui cur. vendi. & Cot. vbi suprà. & iterum in memor. incip. filius renuntians hæreditati, vbi & id dicit singul. & Iason in prælu. feud. col. 15. versi. limita tamen sing. vbi id quoque reputat singul. & d. consi. [152. vbi suprà, lib. 2. & d. quoque consil.] 207. vbi suprà eo. li. 2. Sed in hoc posteriore contradicit ipse Iason in d. §. quidam rectè, in vtraque lect. per text. quem in priore allegat. [qui tamen id mihi non probat] in c. in generali, tit. si de feu. fuer. contro. inter do. & agn. & idem voluit [ipse Ias. d. con. 207. vbi suprà, lib. 2. & Deci. d. consi. 389. in fin. &] Matthæ. Afflict. in deci. Neapo. 14. Ioannellus, col. vlti. [& in consti. Siciliæ, incip. apostatantes, col. 2. in 4. not. & in constitut. si quando fortè, columna secunda. in 2. not. & in constitu. si quis in posterum, colum. 8. in 6. not. & in constitu. comes, col. penult. in 4. not. quibus duobus postremis locis limitat, nisi fiat mentio omnium

bonorum

bonorum, vt ibi per eum, quanquam & in hoc vltimo tenet contrarium ipse Afflict. in constit. incip. cùm iustitiæ, colu. 2. in 5. not. vbi & omnium bonorum appellatione negat comprehendi feuda, vt etiam facit in constitut. hac edictali, col. penult. Sed pro priore sententia est glos. in cap. 1. versi. noui, in verbo, suorum bonorum, in princip. titu. per quos fiat inue. quę dicit feudum esse in bonis vasalli, argum. l. bonorum. ff. de verbo. signific. & eam gloss. sequuntur Bal. Marti. Laud. & Card. Alexand. ibi, & Ias. consil. 57. visis literis, colum. 3. versic. sextò facit, lib. 3. & Philip. Deci. in l. quod euincitur. ff. de regu. iur. Et idem voluit Bald. ipse consil. 352. materia feudorum, col. 2. lib. 1.] Sed tu tamen, quia id non admodum certum est, vide eundem Matth. [in d. cap. 1. col. 2. num. 15. titu. de capit. qui curi. vend.] & Guid. Pap. consil. 215. vertitur quæstio. & Philip. Dec. in l. 1. colum. 2. versi. ad prædicta. ff. si cert. peta. in 2. lect. Ex quibus intelliges an l. nostra habeat locum in feudo & emphyteusi.

16 ¶ Denique quid hæc bonorum appellatio contineat, vide latissimè text. & Andre. Alci. in l. bonorum. ff. de verbo. significa. & in l. 3. & ibi doctο. ff. de bonor. possess. titu. generali. & in l. is cui. §. bonorum. ff. vt in poss. leg. & latissimè Phil. Corne. consi. 260. ad euidentiam huius consultationis, lib. 1. & omnino Firmian. in suo Lexico, in verbo, bonorum appellatio, neque enim hîc diutius immorandũ decreuimus.

OMNIA, VEL partem aliquam.

SVNT qui hinc trahunt tum demum locum esse huic l. si donantur omnia bona, aut quarta pars bonorum, non etiam si donetur res quæpiã certa aut singularis, veluti castrum, domus, fundus, & cætera id genus. In qua sententia videtur fuisse Sal. hîc, dum hanc l. ita summat, donatio quotæ bonorum propter carentiam liberorum, illis susceptis reuocatur. Sed id apertius voluit Bald. in authen. ex causa, colum. 3. versi. item non obstat. C. de libe. præte. & in l. si cùm vel in vtero, colum. 2. C. de testam. milit. Albet. Rosat. in l. cùm acutissimi. C. de fideicom. vbi & hoc dicit voluisse Mart. Sili. Adducitque etiam d. l. cùm acutissimi, non obtinere etiam in re singulari, vt dicit probari per eum text. loquentem de hæreditate tantùm. quod & tradit Bald. consil. 461. punctus talis est, quidam reliquit, ante fin. lib. 5. [& Philip. Deci. in l. generaliter, col. 4. vers. quartò limitatur, de inst. & subst. & consi. 58. viso puncto, colum. 1. vbi tamen id declarat. Et] hoc quoque in casu l. nostræ tenet [Corne. consil. 195. in hac consultatione, col. 6. lib. 1. &] Franc. Cur. senior consi. 1. circa primum prima fronte, colum. 6. & Socin. consil. 191. licèt difficultates, colum. 6. versic. sed quo ad superiora, lib. 2. [Car. Rui. consi. 140. circa casum. col. 3. num. 5. lib. 4.] & subobscurè Steph. Bertr. consil. 190. Christi, &c. viso casu, in 1. dubio. lib. 1. & con. 259. adhęrendo, in fin. eo. lib. 5. Et aliàs quoque videmus (vt hoc illis addas) interesse, vtrum res certa, an verò quota pars relinquatur, vt patet ex l. quoties. C. de hæred. instit. Quin & propriè pars in vna aliqua re propriè non intelligitur. l. quamuis. ff. si quis omis. cau. testa.

2 ¶ Contrarium tamen, videlicet quòd hæc l. habeat locum etiam in donatione rei particularis, tenent Alber. & Bald. sibi contrarij in hac l. ille quidem, post princ. hic autem paulò ante fi. in 1. lect. & iterum in 2. lect. col. 2. & Bart. in l. Titia Seio. §. imperator, col. vlti. versi. quæro. l. si vnquam loquitur, & ibi quoque Bald. ff. de lega. 2. idem Bald. in l. 1. col. pen. vers. secundo quæro. C. de inoffi. dona. Imo. in c. vlt. col. 5. versi. circa prædicta tamen. extrà de dona. Ro. in d. l. si cùm vel in vtero, & ibi quoque Corne. qui eam legit cum l. sicut certi, in fin. C. de testamen. mili. Pan. Ca. consi. 435. super hoc puncto, col. 2. versi. secundo facere videtur, lib. 2. Ioan. Plate. in l. 1. post medium. C. de reis postul. lib. 10. Alexand. consi 41. viso tenore, col. pen. lib. 1. & consi. 47. abunde, lib. 2. vbi dicit quòd esset periculosum tenere contrarium, propter auctoritatem eorũ qui hanc partem tenent. & consil. 71. considераris his, post princ. lib. 4. & cõsi. 162. visis his quæ copiosè, in princ. lib. 6. Corn. [sibi contrarius in d. authen. ex causa, col. 9. versicu. nec obst. d. l. si vnquam, & ibi etiam Iason, col. 4. versi. tertium dubium. C. de libe. præte. idem Corn. consi. 158. pro decisione, col. vlt. versi. nec obst. d. lib. 2. [& consil. 4. dubia, col. 2. in princip. lib. 3.] & consi. 11. in præsenti consultatione, col. 9. versic nam ex quo. lib. 3. & consi. 196. non alienam, col. pen. e. lib. 3. & consi. 225. antequam aggrediar, col. v. versic. nec ob. d. l. eo. lib. 3. & consi. 30. in hac cõsultatione. col. 3. versi. nec obstat quod non donauit, lib. 4. Franc. Aret. in l. Titius, in princi. col. 4. ff. de lib. & posth. & consil. 92. viso legato, col. 3. versic. quod autem, & col. sequ. versi. quid enim si hæreditas. Socin. sibi contrarius in l. cùm auus, col. 19. versi. & pro hac opin. ff. de conditio. & demonst. [& consil. 147. visa, colum. penult. versicu. secũdò principaliter, lib. 5.] & consil. 215. visa prædicta, col. 2. versic. fortiùs etiam, libr. 2. vbi ita dicit fuisse consultum per Ioan. à Monte Sperello, & alios viros solẽnes in ciuitate Senarum & iterum consilio. 20. in facto præsupponitur, colum. vlt. lib. 3. & consilio 53. viso instrumento, colum. 4. versic. tertiò respondetur, lib. 4. & consi. 93. testamentum præmissum, col. 4. [versic. secundò respondetur, eo. lib. 4. & Iason in d. l. generaliter. §. cùm autem,]

versi.quintò limita.C.de insti.& subst.[& in l.1.colum.2.in 3.not. & ibi quoq; Clau. Aquen. col.2.versi. nota quod donatio, & Phili.Deci. col.2.nu.9.& seq.& Franc.Ripa. col.item 2.nu.6.C.de pactis.] Stepha. Bertran. sibi contrarius cõsi.86.Christi,&c.visis tribus,col.2.versi.si vero teneremus,lib.2.& consi.cccxij. difficultas, post princip,lib.3.[Carol.Rui. consi.xcviij.visa renuntiatione,col.8.nu.19.libr.1.& cõsi.107. Iesu,colum.vlti. ad fin.eod.lib.1.& consil.124. videtur,colum.2. nume.5.eodem lib.1.& consil.clxx.de tribus,colum.2.nume,6.eod.lib.1.& consil. 173.quæritur primò,colum.6. versi.non obstat insuper,eod.lib.1.]

3 ¶ Et similiter eius quod Alber.& Bald.dicũt de casu.d.l. cùm acutissimi, vt suprà diximus, contrarium,vt videlicet ea.l.& similes obtineãt in legatis particularibus,sicut in fideicommissis vniuersalibus probat tex.in l.generaliter.§.cùm autem,in vltimis verbis.C.de inst.& substi. vbi ita nuncupatim scribitur,quæ omnia & in legatis & fideicommissis specialibus locum habere sancimus. quem tex.ad hoc expendunt ibi Pau. Cast.Ioan. Bapt.à san.Seuer.Cornel.post princ. Alex. qui dicit singul.& Ias. tum col.1.tum 4. vbi suprà.sed & illum ad hoc commendat,& dicit sing.Bal.qui hoc quoque tenet, sibi, vt aliàs sæpe,contrarius.in d.l.cùm acutissimi,colum.1. versi.quæro si post mortẽ,& ibi quoque Barbat, in repe.col.xlij.versi.& ampliat ista.l,vbi etiam dicit illum text.sing & idem Bald.in c.in præsentia, col.4. versic. sed certè testator, extrà de proba.& Franc.Aret.qui etiam dicit singu.illum text.in d.l.si Titius,colum.4.versi.oro opinione.ff.de libe.& posth.& d.consi.xcij.colum.3.versi.tertiò hoc videtur probari.& consi.156. diligenter visis, colum.5.versic.ex his infertur, Et hoc quoque voluit Imol.in d.l.cùm auus, & ibi latè Soci.colu.13. vers.ex tertia conclusione & idem Soci.d.consi.xciij.col.4.versi.& pro ista conclusione,lib.4.& Corne.consi.197.non alienam,col.7.versi.& est aduertendum, & multis seq.lib.3.D.Guil.Bene.in repetit. c.Raynutius, in verbo,si absque liberis moreretur, le.1.nu.2. ext.de testamen.

4 ¶ Et hæc posterior op.probabilior est & verior. Quid enim interest quantum ad præiudicium donatoris siue testatoris,& liberorũ ipsius, donetur siue relinquatur quota pars, an aliqua res certa maioris fortè æstimationis? Certè nihil. Ideo & in vtroque idem ius seruari debet.l. illud.ff.ad leg.Aquil.nã & alias dispositio facta super quota trahitur ad certam rem, quando est eadẽ ratio vtriusq; l.nomen debitoris.§.si filio. ff.de legat.3. vbi & not.Bart.in fi.quòd quemadmodum dum presumitur fraus ex donatione vel alienatione generali omnium bonorum,aut maioris partis siue quotæ, ita & ex alienatione rei particularis,in qua totum patrimonium,aut maior ipsius pars consistit. quod & voluit idem Bart. consil.lxviij. proponitur quod Ioanellus, colum.1.& Bald. [in l.1.colum.4.in 4.quæstio. in fin.C.de inoffic.donat.& in l.sicut.§.superuacuum, ad fin.ff.quib.mod.pign.vel hypoth.sol. & in l.qui testamentum.ff.de probat.&] in l.1. C.si quid in fraud.patro.& in l.2.C.de repud. hæred.[& consi.cxlix. proponitur quod ex causa, colum.1.lib.v.& Pet.Anca.consi.251.ex his colum.1.]& Imol.in l.2.ff.de donat. Et sicut in donatione certæ portionis non continentur debita & credita.l.non amplius.§.vlt.ff.de legat.2. & l.mulier bona, in princ.ff.de iure dot.ita nec in concessione rei particularis.l.1.§.si hæres.ff. ad Treb.& l.vlt.§.vlt.ff.de contrah. empt.Nihilque refert,quantum ad insinuationem pertinet donet quis rem certam, aut quotam bonorum vt latè respondit Domi.consi.xiij.punctus quæstionis talis est,Anton. [Nec similiter in casu.l.vlti.C.de bon.vac.lib.10.nec item in casu.authen.ex causa.C.de lib.præt.& voluit Bar.ibi & Petr.Anca.consi.144.præfatis, post princip,nec item in casu.l.& si non totam.ff.si quis omis. caus.testa.]Et si aliter diceremus in casu.l. nostræ, esset imponere legem verbis, non rebus, contra l.2.C.com.de legat.& c.commissa de ele. lib.6.

5 ET HANC quoque partem confirmat quod dictio aliqua, qua vtitur lex nostra hoc in loco,cùm dicit, partem aliquam, significare videtur rem quampiam singularem vel particularem, ex propria ipsius vi ac natura, vt probatur in §. præterea intestatus, institut. de fideicommiss. liber. cùm scribitur, vt hæreditatem suam totam, partèmve eius, aut rem aliquam veluti fundum, hominem, pecuniam alicui restituat. Et paulo pòst, Potest rogare vt id rursum alij, aut totum, aut partem vel etiam aliquid aliud restituat. Ex quibus verbis planè intelligis post mentionem vniuersitatis aut partis ipsius, hanc dictionem adiici ad significationem rei cuiuspiam particularis. Et in idem text. est in. §. 1. in princip, Institut. de societ. cùm scribitur, societatem coire solemus aut totorum bonorum, quam Greci specialiter κοινοπραξίαν appellant,aut vnius alicuius negotiationis, veluti mancipiorum vendendorum, emendorumque, aut olei, vini, &c. Nam & Tullius ea locutione, qua is text. sæpius vtitur, vt scilicet hanc dictionem iungat cum dictione vnus, vt in 10. Philipp. Cur nunquam tam frequens senatus fuit, quòd vnus aliquis tuam sententiam secutus fuit? Et pro Cluentio Habito. Vnum aliquem nominate. Et de prouinciis consularibus. Tanquam vnum aliquem portũ tutum & clausum tueri. Et in oratione pro P. Sextio. Vnum aliquem te ex barbatis illis,exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis, columen reip.diceres intueri.Et in 3.in Verrem actione, Vnum aliquod de nefariis istius factis eligam.Et actione.4.in eũdem. Sideniq; vno ali

quo

quo in genere peccasset.Et iterū.§.Vnū hoc aliquod incōsulto reprehensū.Et de finibus bonorum & malorum.Vtilitati hominum plus quàm vnius alicuius aut fuæ consulit, & eum secutus Plinius iunior lib.ix.epistolarū ad Rusticum.Satius est, inquit, vnū aliquid insigniter facere, quā plurima mediocriter.Et apud nos quoque alio in loco, videlicet [in l.ex iis,& l.nam, vt ait, & l.inciuile.ff.de leg.& l.quæsitum est.§.pe.ibi, vna aliqua re.ff.de fund.instruc.& in l.cnius bonis, in fi.ff.de cur.furio.cùm dicit, vnus aliquis. & in l.& si non totam.ff.si quis omis.cau.testa. vbi dicit, vnam aliquam rem.& in §.si qnis vna aliqna re.Insti.de fideicom.libert.&]in authen. de armis, versi.hoc autem obseruare, ibi, vnum aliquod armorum. Sed vt ad nostros redeamus, alius est optimus text.id quod diximus, aperte insinuans, in l.si debitor.C.de senten.pas.cum primo loco dicitur, non totam substantiam, sed aliquid &c. Deinde paulò post subiungitur. Si verò partem bonorum accepit. [& in l.hæc stipulatio, ibi, sine res aliqua, siue hæreditas.ff.vt leg.no.cau.]Ex quib⁹ planè illud cōficitur, quod diximus, dictionem illam aliquid, poni ad differentiam totius vel quotæ bonorum.Quod intelligens glos.ibi exponit dictionem aliqnid, scilicet singulare, vt prædinm.Nec huic rei contradicit, qnod nonnulli ex nostris dicunt hanc dictionem esse vniuersalem, & omnia comprehendere, vt dicemus postea numero. 14. incip. mouentur. Nam qui id dicunt, non eò respiciunt, vt hæc dictio denotet vniuersitatem, sed vt comprehendat quascunque res singulares, quæ sunt sub vniuersitate, vt ibi declarabitur.Quib⁹ accedit & illud ipsius Tullij Philipp.8.Vt membrorum aliquod potius, quàm totum corpus intereat.[Verū ne erres lector hæc ratio nō admodum tuta est, qui vt hic ea dictio iungitur cum dictione partis, non dum tamen piget eam hic ad scripsisse, cùm pertineat ad rationem & intellectum & significationem huius dictionis de qna, & alia dicemus postea.]

6 SED ILLVD in dubium venit, vtrùm hæc lex habeat etiam locum in donatione cuius liber rei etiam modicæ.In qua re nō admodum consentiunt nostri doct. Sunt enim qni asserūt hanc legem tum demum procedere, cùm donatio est excessiua, vt dicit Bald. hic in 2.lect.post ptinc.id est vt alij dicūt tam magna vt exhauriat vires patrimonij. Cuiusmodi sententiæ haud dubiè fuerunt Bald. Angel.[& Fran.Aret.]in d. l.Titius, ad fi.princ.ff.de liber.& posth.dum dicunt, quòd per authen.ex causa.C.de liber.præter.rupto testamento natiuitate posthumi præteriti, quem testator nullo pacto sperabat, non conseruantur legata, si ea sint, quæ exhauriant vires patrimonij, per hanc.l.nostram, quam hinc facile ostendunt esse intelligendam in donatione, quæ talis est, vt exhauriat vires patrimonij. Et idem penè in eodem casu voluit idem Bald. in l.Titia, col.2.versi.secundò quæritur.ff.de in offic.testa.& cōsi.239.quia vltimus passus, col. 2.versi.item est ponderandū, lib.3.& Ang.in authen.vt cū de appel.cog.§.siue igitur, colum.4. vbi & hoc dicit expresè quòd hæc.l.habet locū in donatione immensa tantum & Paul.Cast.in l.sicut, post princ.C.de testa.milit.& Franc.Aretin.d.con.xcij.colum.4.versi.modò cum præterito.& cōsi.vlt.elegāter in primo dubio & Soc. consi.xciij.testamētum præmissum, col.8. versi. ex quibus omnibus, lib.4.& Steph.Bertran.cōs. 215.ponitur in facto, ante fi.li.2.Et idem ferme ante hos voluit Bart.in l.filio præterito, colum. 4.versi.præterea hoc persuadet æquitas, ff.de inoff. testator.

7 ¶ Et huc sanè vergit eorum sententia, qni dicunt hanc.l.non aliter obtinere, quàm si donentur omnia bona, aut eorū certè maior pars, aut ad minimum dimidia.Id qnod voluerunt hic Ray.& Bald.in vtraqne lect. qui ita etiam dicit consuluisse Richar.Saly.Quanquā in contrariū, inquit, aliquid facit quod hic dicit, aliquam. & Guil.Cu.in l.1.col.vlt.& ibi Cy.in fi.1.q.& ipse Bald.col.pen.versic.secundo quæro, & Ioan. à monte Sperello, C.de inoffic.dona.idē Bald.in l. si cùm vel in vtero ad fi.C.de testa.milit. vbi ita dicit vidisse se consultum à qnibusdam doc.Bonō.& iterum in l.Titia Seio, §.imperator, & ibi etiam Dionysius Bartianus, & Ang.Perigl.ff.de legat.2.& idem quoque Bald.in l.propter litem ff.de excus.tutor.vbi dicit eam.l.facere ad materiam huius nostræ.l.vt scilicet habeat locum in donatione omnium bonorū, vel maioris partis. & in l.1.colum.1.versi.4.tertiò quid si libertus. C.si in fraud.patr.dum loquens de alienatione omnium bonorum vel maioris partis, hanc.l.citat.[& in l.militis codicillis.§.miles i supremis, ff.de milit.testa.vbi nuncupatim loquitur de dimidia parte.]& Pet. Iaco.in sua practica, tit.de condi.ex lege quę pro re donat. compet.in fi.& Pet.Anc.in c.frequens, in vij.not.de restit.spol. lib. 6. Paul.Cast. in l.2. ante fi.C.si in fraud.patro.Rom.in repe.authen.similiter, in 8.priuilegio piæ causę inter contractus.C.ad leg.Falcid. Anto.ab Alex.& Franc.Aret.in l.1.ille in vlt.nota.hic autem in 1.not.& iterum colum.vlt.versic.pręterea non haberet.C.de pactis.idem Francis.Aret.d.consi.xcij.col.4.ver.quid enim si hęreditas.Alex.qui in hanc sententiam inclinare videtur, licèt non omnino constanter asserat, cōsil.xl.super primo dubio, colū.4.lib.4.& clariùs in l.ex facto, in princ.col.5.versi.ex prędictis mihi videtur.ff.de vulg.& pupil.Bened.Capra. consil.157.fuit dispensatum, col..2 versic. quod & tertiò deducitur. Corn.consi.4.dubia satis, col.5.versi.& licet, lib.3.& consi.194. videtur in pręsenti, col.1.lib.3.Barb.in c.vlt.col.vlt.extra de donat. Soc. consi.226. quęstio pręsentis consultationis, col.2.lib.item.2.& consi.55.viso instrumento, col.4.versi.tertio respondet cū

multis sequent.lib.4.& d.consi.93.col. 8. versi. & secundum hanc distinctioné,eod.lib.4.Ioan. Igne.in repe.d.authen.ex causa,col.89.versi. & per hæc non obstabunt,C.de liber.præter. Corse.in suis singul.in verbo,donatio, singu. incip. licet donatio.& Iac.à sancto Georgio. in l. tale pactum.§.vlti.in fin.ff.de pactis.Steph. Bertran. d.consi.312.difficultas,col.1.lib.3.[& Ioan.Roger.Mota.in repetit.l.hæres.absens.§.siquis rutelam,nu.10.ff.de iud,] Quin Bald.in l.1.ff.de iure cod.affirmat hanc.l.habere locum in donatione inofficiosa tantum,

8 ¶ Horum præcipuum est fundamentum tex. hic in istis verbis,quæ nunc commentamur, videlicet bona omnia,vel partem. Nam partis appellatio de dimidia intelligitur.l.nomen filiarū. §.portionis,& l.rectè.§.vlt.ff.de verb.signifi.& l. si stipulatio.§.qui in decē.ff.de solu.& l.de ætate.§.si interrogatus.ff.de interro. act. quæ.l. loquitur de cōfessione partis.& l.planè.§.si ita Titio,iuncta glos.ff.de legat.1.vbi etiam intelligitur id procedere in dispositione testatoris, id q́ expressè annotant Franc.Aret.& Ias.ibi quod & probat apertius text.in l.etiam.ff.de vsufruc.[& in l.testator.§ Lucius,& ibi Iac.& Alber.ff.de legat.2.& in l.cum quis decedens.§.nuptura.ff.de leg.3.]Facit & text.in l.si pœnæ. §. si falsa.ff.de cond.inde.& in l.permittendum.ff.si pars hęre.pet.& in l.non intelligitur.§.deferre, qui est vl. iuncto.§.præcedenti.ff.de iure fis.& in l.edicto, in princ.eod.tit.& in l.inter.§. vlt. ff. famil.hercis.& c.2.§.1.iuncto princ,c.de deci.lib.6. & in c.1.in princ.tit.de ali.feu. vbi Bald. colum.1.in 2.not.asserit per eum text.hoc procedere etiam in statuto & consuetudine,quod monet tenendū menti,& sequitur Barb.ibi, & [Franc. Aret. &] Iason in d.§ si ita Titio,& rursum [idem Iason] in l.de pupillo.§.qui renunciat,col.1. ff.de nou.opet.nuntia.In quibus locis id etiā dicit [ipse Iason] procedere,si de certa parte fit mentio.nam & de dimidia peræquè intelligitur, ac si de parte simpliciter diceretur,per l. si qui advocatorum,in verbo,certæ partis, cum glos.ibi. C.de postulan.quod & idem dicit Iason ipse in l.qui filiabus.§.si quis ita,colum.1.ff. de lega.1. [& idem voluerunt ante eum,licet non alleget, Dy.& Alber.in l.1.per eū tex ff.de bon. liber.] Quibus adde & quod voluit glos.in l.si rem aliquis,in verbo,totam. ff. de rei vendi. quòd qui in libello partem alicuius rei petit, dimidiam petere videtur,quam sequuntur Bart.Alberic.Angel.& alij ibi.& quod voluit glos.in c.priusquā in princ.18.distinct.Ex qua cognosces hoc quoque procedere,cùm fit mentio de parte vniuersitatis.& ad hoc eam expendunt & dicunt not. [Frāc.Are. &] Iason in d. §.si ita Titio.Et quod etiam dicit Bald.conf.54.casus breuis & arduus colum.vlti.lib.1.quòd si testis simpliciter testificetur de parte,intelligitur de dimidia,& ita dicit consuluisse Bart.cuius tamen in eam rem cōsi.non repeti.Et idem voluit neutrius mentione facta Matthæus Afflic.deci Neap. 44. de tribus,colum.vlt.versi·sed in hoc est. Et quod præterea dicit Paul.Cast.cōsi.360.incip. Bar.in quo dā consi.lib.1.Bart.ipsum consuluisse in consil. incipien.domina P.quòd si quis confitetur precium alicuius rei ad se pro parte peruenisse, intelligitur de dimidia.Tamen Bart.in consi.124. incipien.punctus quęstionis talis est,domina P. quod haud dubiè Paul.voluit allegare,vt vtrobique videre licet,nullam facit mentionem huius modi appellationis partis,licet subobscurè sensit,& ita illum simpliciter sine mentione partis allegat idem Paul.consi.296.visis actis & actitatis coram domino Astorgio, colum.1. libr.1.Et quod denique consuluit Ludo. Bolo. consi.42. Ser.Alberto,colu.vlt.quòd si dictum sit, quòd solutio facta fuit pro parte vtriusque pignoris, intelligitur de dimidia parte vtriusq;. [pro quo vide glos.quæ vult & id quod diximus,procedere in contractibus in l.tale pactum.§.vlt. in verbo,portio.ff.de pactis. quam & ad hoc annotat Franc.Aret.in d.§.si ita Titio. Et idem quoque in sententijs,vt si iudex condemnet partē restituere,intelligitur de dimidia,vt nūcupatim voluit Angel.in l.defuncta.ff.de vsufruct.& reprehendit Bart.aliud dicentem.] Ex quibus vides, vt summatim colligam,appellatione partis venire dimidiam & in legibus,& in statutis,& cōsuetudinibus,& in testamentis,in libellis & confessionibus,testium depositionibus, contractibus,& sentētijs.Id quod ēt apud oratores obseruatum esse video. Nam Fabius Quintilianus, aut quisquis is fuit,orator tamen eximius, in 2. declamatione,cui titulus est,Cæcus in limine, quam primùm partem dimidiam bonorum appellauit, eandem postea simpliciter partem nominauit,tanquam nihil intersit, partem dimidiam,an partem simpliciter dicas. Vides inquā & id procedere,etiam si de certa parte fit mentio,atque etiam si de parte vniuersitatis: tanquā id vbique obtineat.

9 ¶ Ex quo & illud manasse videtur, quòd cū principium sit dimidium totius,ex antiquo Grecorum prouerbio, cuius meminit Plato lib.de legi.6.Aristot.lib.Moralium primo,[c.7.& Lucianus in somnio.] & ex Latinis scriptoribus Horatius in epistolis,cùm dicit,

Dimidium facti qui cœpit habet.

quem corruptè allegat glos.in l.1.ff. de orig.iur. & Ausonius in epigrammate ad Cupidinem, q́ ex Græco traduxit.Certè etiam partis appellatio quę suapte natura dimidium significat, vt diximus,etiam pro principio plerunque à viris doctissimis vsurpatur.Virgilius lib.7.Aeneidos.

Pars mihi pacis erat dextram tetigisse tyranni.

Et Cornelius Celsus lib.medicinę.4.c.11.Parsque sanitatis est vomitū esse suppressum.Id quod etiam annotauit,& ex Græcorum imitatione in sua dictione,μέρος,ortum probauit Budęus vir

cum

cum cæteris in rebus, tum maximè in huiusmodi obseruationibus admirabilis, in suis commentarijs Græcæ linguæ.

10 ¶ Præterea, vt ad alias rationes nostrorum doc. pergamus, Imperator hic in nostra l. facit mentionem omnium bonorum, vt intelligamus eam loqui & intelligere de donatione immodica. Alias enim quorsum pertinerent tot verba, bona omnia, vel partem aliquam facultatum, si reuocaretur quælibet pars? Sufficiebat enim generatim aut simpliciter dicere, si aliquid donatum fuerit. Et ita debemus legem interpretari, vt quodlibet verbum aliquid operetur, nec videatur fuisse frustrà positum. l. ait prætor, la. 1. & ibi Paul. Castr. Alexand. & Iason. ff. de iureiurand. & l. postliminium. §. vlt. ff. de capti. & post limin. reuers. & c. pastoralis, & ibi not. ext. de appel. cum simil.

11 ¶ Adde & his verbum, largitus, quod postea in duobus locis sequitur in l. nostra. quod quidem propriè significat profusam quandã & abundantem donationem, quæ videlicet larga est admodum & liberalis, ac prepenodnm prodiga. Nam vt scribit Tullius lib. 2. Officiorum, Omnino sunt duo genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Et hinc quoque largitio, de qua est & illud ipsius Ciceronis in eodem lib. Prouerbium, Largitionem fundum nõ habere. Quo significatur stulta & immodica liberalitate quãtaslibet facultates effluere: vt hinc possis apertè cognoscere quid largior, largus, & largitio significent. Ideo & Ausonius in æcloga de vita humana, largitorem vsurpauit pro prodigo, & illum parco veluti opposuit.

Vitam parcus agas, auidi lacerabere fama.

Et largitorem grauius censura notabit.

[& Terentius opponit largitatem parsimoniæ in Heautontim.

Vehemẽs in vtrãq; partem Menedeme es nimis,

Aut largitate nimia, aut parsimonia.]

Et Virgilius copiæ vocabulo, quod per se abundantiã ac multitudinẽ significat, adiecit & largi vocabulum, vt augeret significatum. Itam enim scribit lib. 2. Æneidos.

Larga quidem semper Drance tibi copia fandi.

Hinc quoque largiter aduerbium pro multum & abundanter ponitur, vt patet in l. vlt. C. de fal. caus. adiec. legat. Et apud Suetonium in Augusto, cùm scribit, ne Græcarum quidem disciplinarũ leuiore studio tenebatur, in qbus & ipsis præstabat largiter. & M. Brutũ in epistola ad Atticum, quæ est inter epistolas Tullij ad ipsum Brutum, Sed persuade tibi de volũtate propria mea nihil esse remissũ, de iudicio largiter. [Et apud ipsum Tullium in oratione ad Equites Romanos, antequam iret in exilium, Tamen in animis & memoria vnam largiter relinquam.] & apud Plautum in Epidico, Mostellaria, Rudente, non semel, & Truculento. Et Iulium Cæsarem lib. 1. commentariorum belli Gallici, Neque solum domi, sed etiam apud finitimas gentes largiter posse. Sed & largè in eadem significatione scribit Tullius in oratione pro Sexto Roscio Amerino. Nõ pauca suis adiutoribus largè effuseque donabat. Et Lucretius lib. 5.

Quando omnibus omnia largè. Tellus ipsa parit.

[Et similiter largitus eodem quoq; sensu apud Afranium Poetam antiquum apud Noniũ Marcellum. Quid lacbrymas largitus pro loquente, & Apuleium antiquitatis veluti renouatorem ad fi. lib. 11. eiusdemq; vlt. asini aurei, instructũ teletæ comparo, largitus. Cæterum] tex. in authen. vnde si parens. C. de inoffi. testa. quam primò immensam donationem vocauerat, mox largitatem appellat. Et animaduertendum est l. nostram (quod iam diximus) eo verbo vsam fuisse in duobus locis, & ita quidem, vt simplicius ac breuius loqui potuisset per vnum verbum donãdi, verbi gratia, cùm primo loco dicit, fuerit donatione largitus, dicere potuisset, donauerit: & cùm postea dicit, largitus fuerat, donauerat: vt non obscurè intelligas, non abs re bis largiendi verbo longiori verborum circuitu vsum fuisse, vt in simili tradit glos. in cle. 1. in verbo, diœcesanis, de iure patro. & Domi. consi. 34. graduatus, col. 2. versic. nec sine ministerio.

12 ¶ Nec prætermittenda est & alia ratio, quæ est Pet. An. in d. c. frequens, de restitu. spolia. lib. 6. Nam accidentia non curantur, nisi adsint in toto, vel in maiori parte, vt dicunt Io. Mon. & Io. An. in d. c. frequens, per text. in l. seruus legatus. ff. de legat. 3. Ex quo dicunt interpretationẽ d. c. frequens, æquam esse, cùm negat renm criminis posse vti exceptione spoliationis, nisi q̃ tota sua substantia aut maiori parte illins eſt spoliatus, Sicuti in simili non excusatur quis à tutela, ratione litis aut controuersię nisi ea sit de omnibns bonis, aut maiore eorum parte l. propter litẽ. ff. de excus. tut. & §. propter litem, Instit. eod. Nec excusatur emphyteuta aut conductor à solutione pensionis, nisi qui amisit omnes vel maiorem partem fructuum, vt not. glos. in l. 1. in verbo, particulare, & ibi doct. C. de iure emphyteu. & doct. in c. potuit, extrà de loca. Nec dicitnr iustus metus, nisi omnium bonorum, aut maioris partis, ca. abbas, iunctis no. per Ioan. Andrea. & alios ibi, extrà, quod met. caus. Nec præsumitur alienatio facta in fraudem nisi omnium bonorum sit, aut maioris partis, l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credit. cum si.

13 CONTRARIVM tamen, videlicet q̃ hæc l. habeat locum in donatione quæ est infra dimidiam bonorum, tenent & alij non infimæ authoritatis, & ex ijs quidem multi, qui priorẽ partem tenuerunt. ij autem sunt Bald. & Raph. Co. in l. Titia Seio. §. imperator. ff. de legat. 2. Imol. in c. vlti. col. 5. versi. sed circa prædicta, extrà de donat. Roma. in l. si cùm in vtero. [quam legit cum. l. sicut certi, colu. vlt.] & ibi quoque Corne. ad fi. C. de testa. milit. Paul. Cast. cõs. 435. super

ſuper hoc puncto,col.2. verſi.ſecundò ſacere videtur,lib.2.Alex.ſibi con trarius conſi.71.conſideratis his,col.2.verſic.nec ob. etiam, lib.4. & conſi.162.viſis quæ copioſè,colu.1.lib.6. Franc. Aret.in d.l.Titius, colum.4.ff.de liber.& poſth. Corn.conſi.11.in præſenti, col. 9.verſi. nam ex quo.lib.3.& conſi. 30.in hac conſultatione.colum.3.verſ.nam verbum,lib.4.Barb. in l.2.§.& harum,col.2.ff.de verb. oblig. & in repe. rubr. C.qui admit.char.vlt.Soc.conſi.225.viſa prædicta facti contingentia,col.3.verſi. ſtante ergo dicta quantitate.lib.2.quod & iterum repetitur in conſi.22.lib.4.Fran.Cur.ſenior, ſubobſcurè tamen,conſi.50.memoriæ recolendæ dux, col.pe. verſi.ſecundò ponderatis,Iaſon in l.1. colu.2.in 3.not.& ibi Philip.Dec.col. 2. verſi. ſecundò ad l.[& Franc.Ripa,col.2.nu.5.& 6.]C. de pact.& idem Iaſ.in d.authen.ex cauſa, colum.4.verſ.tertium dubium eſt.C.de liber.præter.& conſi.29. nunquã putaui,col.2.lib.1.& Steph.Bertran. [ſibi contrarius.]conſi.86.Chriſti &c. viſis tribus col.2.verſi.ſi verò,lib 2.[Carol.Ruin.cõſi.140. circa caſum,colum.3.n.5.libr.4. Claud.Aquen. in l.1.col.2.verſ.nota quòd donatio.C.de pact.]

14 ¶ Mouentur maxima ex parte, quia hæc.l. non dicit ſimpliciter partem,ſed cum illa adiectione, aliquam.Ideo in qualibet parte etiam infra dimidiam poteſt intelligi, ſecũdum glo. quã ſing.omnes penè aſſerunt, in cle.1.in verbo, aut earum parte,ext. de ſor. cõpet. Quã præter eos, quos nũc citauimus,annotat,& dicit ſing.Card. ibi,in 9.quæſt.& etiam idem voluit. Laur.Pau. Liaz.& Genz.& Innoc.col.3.ibi.& Bal.in c. quoniam,quod eſt.3.& ibi etiam Philip.Dec.col.1. de teſti.vbi tamen Bald.eam gloſ.non allegat,dicunque vterque per illum text.vtentem his verbis.quibus de cauſa ſcire aliquid ſenſeris.Quod ſatis eſt quantumcunque modicum ad cautam conferre.& idem Bald.[in l.antiquæ,in princip. verſi.ſecundò quæro ff.ad S.C. Velleian. vbi tamen nihil allegat,&] in c.1.§.cùm autem,colu. 2.verſi.quæro vtrùm ſit differentia,& ibi quoq; Marti.Laud.& Card.Alex.poſt.princ.ti.de contro.inue.ſiue,vt in alijs codicibus ſcribitur,ſi de inue.feu.contro.fuer.vbi & ad hoc Bald. allegat text.ibi,& in l.cùm filius.§.pater. ff. de legat.2. Pet.Anc.qui ex hoc conſuluit in pulchro caſu, conſi.160.præſupponitur in themate,colum.2. Imol.in l.plures.ff.de dã.infect.& in l. filio præterito,col.8.verſic. & pro hoc facit. ff. de iniuſt. teſt.vbi per hoc dicit, quòd licet alias verbum circumſcriptio,ſimpliciter prolatum intelligatur de ea,quæ eſt ex propoſito, per gloſ. ſing.in l.item ſi precio.§.vlti.ff.locat. quod & probatur vt hoc illi addas,in l.exceptiones quæ perſonæ, in fi.vbi id nuncupatim not.Soc. colum. vlti.in 4.not.ff.de excep.& in l.1.cum gloſ. in verbo, circumſcriptis.ff.de reſti. in integ. & voluit etiã Card.Flor.conſi. 20. cùm in teſtamentis, circa medium, Tamen cùm text. in §. ſin autem hac obſeruata fuerint,in authen.vt cũ de appel.cog. vtatur ijs verbis, vel aliquam circũſcriptionem in parentum ſubſtantijs patiantur: intelligitur de omni circumſcriptione,ſiue ex propoſito, ſiue ex reipſa,propter illam dictionem, aliquam, per gloſ.ſuprà alleg.& idem Imol.conſi.omniũ. 1.col.3.verſic.ſed certè poteſt dici.vbi ex hoc facit diſcrimen,cùm quis ſimpliciter iurat nõ contrauenire,& cùm addit hæc verba, aliqua ratione.Domi.in d.c.1.§.2.in fi. & ibi quoque Philip.Franc.qui illam gloſ. in d. cle. dicit ſing. de deci.lib.6.& vterque in c.indemnitatibus. §.cæterum,in princip.per illum text.de elec. eo. lib. & ipſe Domi.conſi.6.quia diffusè, colum.2.vbi etiam ad hoc allegat gloſ.in cap.auaritiæ,in verbo,pro parte,de elec.lib.6. quæ tamen nihil facit.& iterum conſi.65.Ieſu Chriſti &c.diſcutiã, col.pen.verſi.item ſub iſtis,vbi per eam gloſ.dicit,quòd dictio aliquis, ſignificat diſtributionẽ & ſingularitatẽ.& Pano.in c.paſtoralis,in princ. paulò ante fi.de offic.deleg. vbi & Hoſtien. ante eã gloſ.idem dixerat, & ibi quoq; Feli. & idem Panorm.qui eam gloſ.iubet menti tenendam,in c.ſuper eo,in 2.not.& ibi Cardi.Alex.colum.1. de eo qui cogno.con. vxor. ſuæ. & idem quoq; Panorm.in ſua diſputa.incip. Augerio, colu.7. verſi.puto tamen in caſu noſtro, vbi hoc trahit ad caſum.c.præterea,de iure patron. vbi hæc verba adſcribuntur, vim aliquam decernimus non habere.ex quibus dicit apertè innui,nullius penitus eſſe roboris, nec habere aliquam particulam virium,per d.gloſ.[Rom. in l.plures, poſt princip. ff. de damn. infecto.] & Alex. in addi. Bart.in l.ſi quis in ſuo.C.de inoffic. teſtamen.& conſi.102.viſo themate ſuprascripto,col.2. verſic.ſic etiam videmus,lib.6. Barb.in l.4.§. Cato, colum.21.verſic.mihi autem videtur.ff.de verb. oblig.vbi per hoc dicit, quòd qui feudi partem etiam minorem dimidia alienat, cadit toto feudo,propter text.in l.imperialem, poſt princ. tit. de prohi.feud.alienan.per Feder. vbi dicitur,ꝙ qui aliquam partem alienat, cadit feudo. quod & idem tradit ipſe Barb. cõſ.36.ſapiẽter ſcripſit colum.pe.lib.2.vbi & illam glo.dicit ſingul. [de quo tamen vide quæ ſcripſi in tractatu de vtroque retractu.tit.1.§.23.gloſ.1,num.21. & 22.] Sed & eam gloſ.quoque ſequitur ipſe Barb. qui & eam dicit valde ſing.conſi. 51. ſcripſit ſapientiæ fons,colum.14.verſi. præterea præfatum ſtatutũ,lib.1.vbi ex hoc dicit quòd ſtatutum italoquens,aliquo modo alienauerit,intelligitur etiã de impropria alienatione, propter illam dictionem aliquo modo, quæ diminuit de proprio ſignificato.Benedi.Cap.conſ.38. & ſi viſo & conſiderato.Corne.conſi. 41.videtur in hac conſultatione,in princ.colum.2.lib.1.vbi & hoc dicit, quòd licet appellatione donationis ſimpliciter non veniat donatio cauſa mortis, tamen ſi cum adiectione dictionis,alicuius,proferatur, ita ampliatur donatio,vt quancunque comprehendat,

etiam

etiam causa mortis.& idem Corn.consi.9t. visa narratione,colum.7.versi.potest etiam pondera ri,eod.lib.1.& consi.195.in hac consultatione, colum. 5.versic.ideo licet quando,eod.lib.1.[& consi.158.pro decisione,colum.8. versicul.non ob.prima ratio,lib.2.] & consi. 225. antequam aggrediar,col.5.lib.3.& consi.253. circa primū, colum. 2.vers.nec obstant allegata, eo.lib. 3. vbi & per hoc dicit, quòd si sit prohibitum, ne fiat aliqua alienatio,intelligitur prohibita quæcunque alienatio,etiam ad non longum tempus.[& consi.33.visa inquisitione,colu.vlt. lib.4,vbi ex hoc dicit quòd statutum puniens certo modo facientem vim aliquam,intelligitur de vi etiā impropria, propter illam dictionem aliquam.] & consi.107.videtur in hac consultatione, colu.2. lib.4.vbi & illud quoque de donatione dicit.& Philip.Franc.in c.indemnitatibus.§.cæterùm,in prin.per illum text.de elec.lib.6 [& Franc. Are. in l.planè,quam legit cum l. si pluribus. §. si ita Titio,in fin.ff.de legat.1.vbi eā glos. dicit not.] & Soc.consi.112.multum abundè,colum.6.lib. 1.quod & repetitur in consi.172.lib.2. & idem Soc.consi.272.non prosequendo,col.5.versi.septimò ista conclusio,eo.lib.vbi ad hoc dicit eam glos.not.& consi.3.in causa domini Guidi, col. 3.versi.vnde respondeo,lib.3.vbi ex hoc dicit,q̄ hæc dictio est vniuersalis,& comprehendit omnia.& consi.117.in facto proponitur,col.5.vers. secundò dicit,eod.lib.3.vbi ex hoc dicit, quòd illa verba,aliquid impedimenti, verificantur in quolibet vel minimo impedimēto.& consi.113. in causa Vbertini,post medium,lib.4. [Fel.in c. cum illorum,col. 3. versic.sextò potest limitari, ext.de senten.excommunic.vbi ex ea glos. dicit quòd licet digitus nōn sit, nec dicatur membrū secundum Panor.ibi cum simi. hoc tamen fallit si statutum ita loqueretur aliquod membrum: quia intelligeretur de quolibet. Subdit tamen quod id non affirmat.]Iason in l.eum qui, circa medium,in versicu. tertiò pondera.ff.de iurisd. omn,iud.vbi ex hoc dicit,quod cùm text. in ea. l.asserat eum delegare posse, qui in potestate aliqua est: satis constat,quòd qui minimam potestatem habet,potest delegare, propter illam dictionem,aliquam,per glo.supradictam,quam dicit not.& approbatam,reprobatque Fulgo, illic contrarium dicentem.idem Iason in l.legitima, col.3.versic.secundò pondera text.ff. de pactis, vbi ex hoc declarat text.ibi his verbis vtentem, aliqua lege, vt comprehendat etiam legem impropriè dictam. Idem quoque Iason in l. qui filiabus.§.si quis ita,colu.1.ff.de legat.1.& in d.l. planè.§.si ita Titio,in 7.not.eo.tit. & in l.cæterа.§.sed si quis ad opus, colu.3.versi.item circa, eod.tit.[& in l.si stipulatus fuerim.§.cùm stipulamur, colum.2.versi. tertiò principaliter. ff. de verbor.obligat.& consi.53.in quæstione vertentе inter filios, colum.1. quòd licet cùm quis renuntiat alicui iuri suo,intelligitur tantū de præsenti,per iura ibi allegata. Tamen si statutū prohibeat renuntiari alicui iuri suo, intelligitur de omni iure, etiam futuro, propter illam dictionem,alicui per d.glos.quam dicit singul.& hanc dicit esse rationem marmoream.]& consi.224. principale dubium,colu.2.versi.tertiò istud statutū, lib.2. vbi ex hoc dicit quòd terminus cui hæc dictio adiungitur, latè & contra propriam eius naturam intelligitur. & consil.130.institutio sancta,colum.3.vers.vnde aduertendum,lib. 4.& Steph.Bertrand.consi.77.viso processu causæ,ad fin.lib.1.& consi.c.vitis propositis, num.8. lib.1.& consi.13.licet & olim,nume.6. lib.2.& Philip Dec in l.1.§.si quis, in 2.not.ff. q̄ quisque iuris.& in authen.qui rem.col.vlt.C. de sacrosanct.eccles.& in c.2.in 4.not. [& iterum colum.3.num.91.]ext.de fide instru. vbi ex hoc dicit quod scriptura priuata non tantùm non facit probationem,sed nec præsumptionem quidem [aut coniecturam,] per illum text. qui dicit,nō videtur nobis alicuius firmitatis robur habere. nam illud verbum, alicuius, etiam in minimo procedit.& idem Deci.in l.1.colum.[5.versi.vis tota in hoc consistit.] & ibi etiam Franc. Purp. colum.51.versi.primò quòd minore.ff. de offic. eius cui man.est iurisdi.& idem Deci.in c.cæterùm,colu.2.ext.de rescript.[& in ca. quoniam, in 1.not.de testib.vbi ex hoc dicit in casu eius. c.etiam eos admittendos, qui solùm facerent indicium.]& consi.11.quoniam iudicantium,colum.2.& versic.secundò principaliter.& consil. 301.in causa quæ Ferrariæ agitatur, colum.2. versi.sed tamen his non obstantibus, & versicu. seq.& consi.373.viso consilio,col.2. vbi ex hoc quoque dicit,quòd illa verba,in aliquo officere etiam in minimo præiudicio intelliguntur. & consi.406.licet à præclarissimis,col.1.[& consi. 455.placet conclusio,col.1. versi.secundò prædictum statutum.& consi.sequ.consului alias,col. 1.Carol.Ruinus consi.133.quia iterum, colum. 1.lib.1.vbi dicit hæc verba,aliquo modo operatur,vt de dispensatione motu proprio facta intelligatur facta promissio.] & Matthæ. Afflic.in constit.Siciliæ,incip.fratribus, colu. 5.in 5.not. & in constit. incip. cultus iustitiæ, in 7.not.& Purp.in d.l.1.C.de pat.& omnium,vt reor, primus Innocent.in c.quod nonnullis,in fi. de priuil.& Ludo.Gomesius in §.pœnales,col.2.Insti. de actio.[& Paul.Paris.consi.56. nulla, colum. 1.nu.8.lib.1.& Hiero.Gratus consi. 112. prima fronte,colum.3.nume. 20. lib.1.] Quibus adde quæ dicam infrà in eadem glo.in versi.40.incip. adde præterea,& in verbo,reuertatur, nu.224. incip.nisi dicas illud.

15 ¶ Et de hoc est bonus text. quem pauci ad hoc expenderunt, in l. hanc legem.ff. de contra. empti.vbi si in venditione dictum fuerit, si aliquid sacri vel religiosi est,in venditione non cōprehendi,id ad modica loca pertinet, nam si totum sacrū sit vel religiosum, nulla est venditio, verùm

verùm vendi tor tenetur quanti interest emptoris, vt dicit gloss.ibi. Et per illum tex.dicit Old, consi. 226. quidam episcopus,colum.4. versic. secundò vbi donatio,quòd dictio aliqua, arctat significationem orationem ad rem modicam. Est & alius bonus text. quem etiam nullus illorum præter Deci. allegat.in l.si seruum.§.ait prætor.ff.de acquiren. hæred. Ex quo not. Bar. Angel.& recentiores hanc huius dictionis,aliquid, esse naturam,vt in qualibet rei particula, & ita in minimo verificetur,quem text. etiam ad hoc expendit ipse Philip.Deci.in cap.de appellationibus,colum.2. versicul. primus est quando dispositio,de appellat.vbi per hoc dicit semper minimum esse considerandum, vbi dispositio loquitur per hanc dictionē aliquid.& ex hoc quoque dicit in sequ,colum,versicu. vnde pro conclusione, quòd pro minimo damno datur minori restitutio in integrum, per text, in l. minoribus.25.annis.ff.de min.ubi dicitur quòd minoribus succurritur, cùm de bonis eorum aliquid minuitur.quod & idem asserit in ca.maioribus, colum.1.ext.de præbend. Quanquam plerique omnes tenent contrarium,per.l.scio.ff. de in in teg. restit.& in c.1.iuncta gloss.in verbo, detrimentum,ex.eo.tit.& in iis Bart.& alij,in l.si proprietarius,in fi.ff.de dam.infe.Panor.& communiter omnes in d.cap.de appellationibus, & ipse met.Deci.in cap. quoniam,post princip.de testi. & in l.cùm quid,in princip.ff.si cert.pet.& in d. l.1.§.si quis.ff.quod quisque iuris,vbi hoc dicit esse propter subiectam materiam,Et Ideo Inno. in c.coram,in verbo, interlocuti, post princip. ext. de in integ. rest. dicit quòd minor vel ecclesia non restituitur aduersus interlocutoria, per quam perimitur exceptio dilatoria & sequitur Bald.in d.l.scio,& in l.peremptorias, colum. 3. C.senten.rescind, non poss.Sed d,l,scio . procedit, si maiori summæ uel rei præiudicetur,vt il lic etiam dicitur. Secus autem in alio minimo damno , propter quod non infertur præiudiciū maiori summæ vel rei,puta in re quæ per se minima sit. nam tunc restitutio cōpetit, vt voluisse dicitur glos.& Alberic.ibi,qui tamen non allegant tex.in d.l.minoribus. Sed vt reuertamur, alius item tex. est id probans quod diximus hāc dictionem in minimo procedere, in l. eorum.§. 1. cùm dicitur, damni aliquid.ff.de damn.infec. iuncta.d.l.si proprietarius,in fi.princip.eod. tit. cùm dicitur,eadem erunt & minimum damnū detur . qui quidem tex.à nullo hactenus ad hoc sunt animaduersi. Et alius quoque in l.2.§. merito.ff.ne quid in loco public. qui verba prætoris quę sunt huiusmodi , qua ex re quid illi damni detur, ita interpretatur,vt habeat locum qualequale damnum detur. Et similis text. in l. 2. in princip.iuncto.§.si quis igitur.ff.vi bonor. rapt. nam quod primùm dixerat,si cui dolo malo hominibus coactis damni quid factum esse dicetur,postea ita interpretatur, vt si quis interesse sua vel modicè docebit, sit locus illi edicto, [& tex.in l.Gallus.§.in omnibus. ibi ex aliqua re. ff. de liber. posthu.quem ibi ad hoc expendit Frā. Aretin.colum.4.in 1.not. iuncta. l.Papinianus. §. quoniam autem,ff.de inofficio.testa.]Et facit tex.in cap.non potest.ibi, aliquod quantumcunque modicum beneficium. de præbend.lib. 6. quanuis & in contrarium sententiam possit aliquo pacto trahi.& gloss.in l.mulier.§.vlt.in fi.ff. de cond,inst.quæ ad tex.qui dicit,quid legatum sit,addit,etiam modicum.

16 ¶ Et hanc significationem non obscurè insinuauit Fabius Quintilianus vir proprietatum ac naturæ verborum doctissimus, cùm scribit in procemio oratoriarum institutionum. Quare in his quoque libris erūt eadem aliqua, multa mutata, plurima adiecta. Nam vides illic aliqua, multa, & plurima, veluti per gradus posita, vt scilicet aliqua pauca significet,ad differentiam multorum & plurimorum, quæ mox sequuntur. declarat enim Fabius panca quędam eadem fore,multa autem mutata, sed plurima adiecta. Et Tullius Phili.13.Proximo bello si aliquid de summa grauitate pompeius, multum de cupiditate Cæsar dimisisset,&c.Nam & hic, aliquid & multum veluti opposita ponuntur. Sed & idem antè, Philip.scilicet,2.Sed cùm mihi,inquit, P. C.& pro me aliquid, & in Antonium multa dicenda sint,&c.[Et lib.1. Officior.nō multò post princi. Sed cùm statuissem scribere aliquid hoc tempore multa posthac, &c.] Et Plinius iunior lib.8.epistolarum in 2.eius lib. epistola. Præterea cùm reputarem quosdam ex debito aliquantum, quosdam aliquid quosdam nihil reposuisse.vbi planè constat illud aliquid, significare minus quippiam, quod non longè à nihilo distat. [Quin Donatus quoque & ipse obseruantissimus proprietatis verborum super eum locum Terentij in Eunucho,

Perfice hoc precibus,pretio, vt hæream in parte aliqua tandem apud,Thaidem. hæc scribit : non enim parte dicit, vt æqua intelligatur.]

17 ¶ Et huc spectat,quòd hæc dictio, quicquā, quæ eandem,vt omnes intelligunt, significationem habet,quam dictio aliquid, in quantumlibet modico habet locum.id quod planè ac dilucidè intelligitur ex iis quæ de ea scribit Guil.à monte Laud.in extrauag. suscepti regiminis, in verbo,& si quicquam, ne sed. vacan. Nota, inquit, verbum quicquam , legitur in Euangelio Ioan.14.in fine.In me non habet quicquam. & in cap.quia sæpe,de electio.lib.6.ibi.Quicquam de bonis perceperint, &c. Et sic nihil excipitur, imò quantumcunque modicū fuerit quod vsurpatur per istos, contra ordinationem prædictā vsurpans, iuxta conditionem suam pœnas inscriptas incurrit,ar. c. solitæ . in fine, de maior. & obedien. Hæc ille. Et facit etiam quod de dictione,aliquandiu,scribunt doctor.in capitu. 2. de restitu.spoliator.lib.6. & Lapus & Domi. in capi.

capit. commissa. §. annus, de elect. eod. lib. & Domi. consi. 78. formantur ista. colum. vlti. [Et de dictione, quippiam, quæ est ijs similis, tradit Donatus enarrans illud Terentij in Andria.

Num illi molestæ quippiam hæ sunt nuptiæ?

Quippiam (inquit) significationem minimæ rei habet.]

18 ¶ Tamen aduertendum est, lector, circa huiusmodi appellationem partis simpliciter, aut cũ illa adiectione alicuius, nõ omnino esse perpetuũ, vt partis appellatione simpliciter veniat dimidia, & appellatione alicuius partis veniat pars minor dimidia. Nam quantum ad primum pertinet, videmus nonnunquam appellatione partis totum contineri, vt in l. cohæredi. §. non videri, vbi id no. Alex. ff. de vulg. & pup. subst. & in l. Lucius. §. si filiam, & ibi glos. in verbo, dimidio, ff. de legat. 2. & in l. vxori, in princip. ff. de legat. 3. vbi glos. dicit illud procedere propter incertitudinem. quod & not. glos. in d. cap. 2. §. 1. de decl. [& ibi Domi. ad fi.] lib. 6. Paul. autem Castr. consi. 180, super eo quod primo loco quæritur, col. 2. lib. 1. dicit hoc procedere, cùm eadẽ est ratio. & facit etiam text. in l. 2. & ibi Alexan. Corn. & Iason. C. de hæred. insti. Nonnunquam etiam maior pars dimidia ea appellatione intelligitur, vt in l. 1. iuncta glos. in verbo, particulare, quam omnes sequũtur. C. de iur. emphyteu. Nonnunquam denique minor dimidia, atque etiam minima portio: vt in d. c. auaritiæ, iuncta glos. in verbo, pro parte, & Domi. ibi, de elect. lib. 6. & in cap. 1. versi. denique, de censi. eo. lib. 6. vbi & hoc not. Domi. in 3. not. dicitque hoc esse, quia ita de mente loquentis constat. quod & idem dicit ipse Domi. in c. 2. §. 1. in fin. de deci. lib. 6. Et in idẽ est text. in l. si qui, iuncta glos. in verbo, immensa, quam sequuntur doc. ibi. C. de postulan. & in ca. cùm autem, titu. de controuer. inue. vbi Card. Alex. dicit in eo text. ob id minimam partem appellatione partis simpliciter intelligi, quia iam fuerat facta mẽtio mediæ partis. ad quod etiam allegat. l. filius. §. pater. ff. de legat. 2. At Philip. Dec. in l. creditori, in prin. C. de pactis, asserit, quòd si necesse sit hanc partis appellationem de certa quadam parte intelligi, de dimidia intelligitur. Sed si non vrget necessitas, tunc de qualiber parte intelligitur, per text. ibi cum simil. Idem in l. 1. in 3. nota. C. de Carbo. edic. dicit hanc partis appellationem de dimidia suapte natura intelligi, sed tamen interdum aliter accipi ob subiectã materiam, per d. l. nomen. §. patronus. ff. de verbor. signific. & d. c. 2. in prin. & §. 1. de dec. lib. 6. Quod & idẽ dicit Iason in l. planè. §. si ita Titio, col. 2. versi. septimò no. ff. de legat. 1.

19 ¶ Cæterum in hac re Raph. Co. in l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de nou. oper. nunt. subtiliter admodum, vt alias semper, ita voluit distinguere, vt cùm agitur de parte intellectuali, & sic inuisibili, tũc appellatione partis venit dimidia. Secus cum agitur de parte visibili. tunc enim nõ magis accipitur pro dimidia, quã pro alia. Ideo ratione incertitudinis debet fieri clarior, declaratio de qua parte intelligatur, per text. ibi. Quã distinctionẽ corruptè & inuersè retulerunt Iac. Put. & Hier. Tott. ibi, sed eã verè adscripsit Iasõ, qui pro illa posteriori parte distinctionis allegat. l. domum. ff. de contrahen. empt. Sed contra priorem allegat alium text. in §. vl. in verbo, partem, iuncta glos. Instit. de vulg. substitu. & tandem relinquit cogitandum: vt iam nõ mirum sit quod scribat Bal. consi. 326. acturus petitione hæreditatis, col. 1. lib. 2. quod nomen partis in iudicio prolatum simpliciter est obscurum, & dicit id scripsisse glos. in l. Pomponius. §. sed criminis. ff. de procur. quam tamen glos. inuenire non potui, nec etiam ibi est. §. qui sic incipiat, sed credo illum voluisse allegare glos. in §. sed & is qui. in eadem l. quæ voluit quòd appellatio rei meæ est incerta, nisi adijciatur pro quota parte. quod parum aut nihil huc facit. Sed pro Bal. sunt multi text. videlicet in l. is qui seruum. ff. ad leg. Corn. de falsis, ibi, parte dimidia bonorum, quasi scilicet obscurum & ambiguum fuisset, de qua parte intellexisset, nisi adiecisset dimidia. & similis text. in l. sed & si lege. §. adeo, in fi. ff. de petit. hære. & in l. Iulianus. ff. de bo. liber. & in l. 1. §. vlt. ff. si tab. testa. & in l. 1. §. 1. in 2. locis. ff. de Salui. interd. & in l. 1. §. communis. ff. de stip. ser. & in l. senatus. §. senatus. ff. de iur. fisci. & in cle. 2. §. illi verò qui dignitates, de æta. & qualit. vbi tamẽ ex hoc no. Car. Flo. in 9. no. quòd quandoq; exprimitur id quod subintelligitur non expressum idemq; reperitur & in alijs sexcentis locis. Quibus concinens Suetonius in Iulio Cæsare; Comitia, inquit, cum populo partitus est, vt exceptis consulatus competitoribus, de cętero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus vellet, pronuntiaretur, pro parte altera quos ipse dedisset. Et Tullius in oratione pro Q. Roscio Comœdo sæpius partem dimidiam dicit. & Quintilianus, si is est, decla. 2. Vt sibi, inquit, crederetur promissam dimidiam partem bonorũ. Nisi diceres his in locis & similibus adiectam fuisse dimidiæ mentionem ad certiorem rei expressionẽ, vt plerunq; fit ex sentẽtia glos. in c. licet canõ, in glos. 1. de elect. lib. sexto, & dicemus latius infra in verbo, reuertatur, n. 26. incipiẽte, sed quòd his respõdeatur. Nã & videmus quoq; nõ nunquam ad partem aliquam adijci paruulam, vt in l. habitatores, in princip. ff. locati. vbi ita scribitur, aliquam partem paruulam incommodi sustineret.

20 ¶ Quòd si plura scire uelis de huiusmodi partis appellatione, vide text. & glo. & doc. in l. rectè dicimus. §. quod Quintus Mutius, & ibi glos. & doc. ff. de verb. signifi. glo. in §. adeo, in verbo, particularis, Instit. de loca. glos. in ca. 1. in verbo, de portione, tit. de cõten. inter me. & do. & Alberi. in suo dictio. in 2. locis. Barto. & Bald.

in

in l.si plures.ff.de dam.infect.Lucam Pen.in l.2.col.2.in verbo,partes.C.de metat.libr.12.[vbi dicit ex Isidori auctoritate partem dici à pari.] & Imol.Alexand,& Iason in l.cohæredi.§.nõ videri.ff.de vulga. & pupilla. substitu. Pau. Castr. consi.430.si quæritur,colu.vlti lib.1. Ioan.Plat. in l.meminimus,colum.1.C.quan.& qui.quarta pars,vbi etiam differunt quid veniat appellatione particulæ.Alexan.in l.si quis in suo. C.de inoffi.testamen.& in l.2.in prin.post Barto.ibi. in j.nota.C.de hæred.institu.Iason in l. & si post tres,colum.2.versi.limita conclusionẽ. ff.si quis cautio.& in l.pater,quæ est.2. totius tit. colu.1. versi.adde & fortius.C.de hæred.institu. & Philip.Dec.in l.1.in 3.not.C.de Carbo.edic.[& cõsi.69.visis duobus consilijs,col. pen. post prin.& iterum colum.2.versi.non obst.allegata.] & Philip.Fran.in d.c.2.§.primo,in vlti.notab.de deci. lib.6.& Alciat.in l.appellatione rei.ff.de verbo. signifi.Quid autem veniat appellatione duarum vel trium partium,videbis per Bart. in l.interdum.§.1.ff.de hære.insti.& in l.codicillis. §.vlt. ff.de vsufru.lega.& Pet.An.& Domi.in d.ca.indemnitatibus.§.si verò, de elec. lib.6: & Pan.in c.cùm homines,in 1.not. ext. de dec. De verbo autem partiri,vide Luc.Pen.vbi suprà. & Domi. consi.20.Christi nomine inuocato mihi videtur,colum.vlti.

21 ¶ Sed vt redeamus,quantum ad secundum videlicet appellationẽ alicuius partis, videmus etiam eam appellationem non posse interdum intelligi de modica parte,vt in l.Gallus.§.in omnibus,in verbo,ex aliqua parte.ff.de liber.& posthu.vbi dicitur,quòd filiusfami.ex aliqua parte institui debet,quod ad minimum de tota legitima intelligitur,ex iure.ff.de quo ea.l. loquitur, per l.Papinianus.§ quoniam autem quarta.ff.de inoffi. testa.licet hodie per noua iura aliud sit statutum.l.omnimodo.C.eod. titu. Sed Iason in d.§.in omnibus,in 3.not.post Fran.Are.ibi. quẽ tamẽ ipse subticet,dicit quòd illud ideo est propter subiectam materiam,argu.l.si vno in prin. ff.loca.& nihil præterea dicit. Sed ille ipse in l. 1.in 3.not.C.de pactis,de eadem re loquens, posteaquam & hoc quoque subiectæ materiæ assignauit, confestim subdit id non esse realiter respondere.tamen Corne.loquens in casu nostræ. l.consi.15.quo dictus Franciscus,colum.4. vers. quod verbum,lib.1.dicit in hac re respiciendá esse subiectam materiam,vt secundum illam dictio aliqua,vel addat & ampliet,vt videlicet intelligatur de minima quoque parte vel etiam nihil addat,sed relinquat partis appellationem in sua propria significatione. Et idẽ dicit ipse Cor. consi.4.dubia satis,colum.3.& 4.lib.3.& Socin. consi.54.viso instrumento,colum.4. versi.secundo loco,lib.4.vbi ex hac distinctione respondét ad dictionem,aliquam,hîc in nostra.l.positam, vt videlicet propter subiectam materiam non ampliet,sed relinquat dictionem,partem,in suo sensu proprio. Et ijs concinit quod tradit Card. in d.clemen.1.in 9.q.de for.compet.intelligens quod dictum est, dictionem hanc aliquam, de quocunque minimo intelligi,dummodo sit aptum illud minimum ad effectum, de quo quæritur,& sequitur Soc.in repe.l.quod dicitur, col. 4.versi.sextò contra istam conclusionem.ff quis & à quo appel. Et si plura scire velis de natura huius dictionis,vide inferius versi. 37.incip.finem huic glo.cũ seq.vsque ad fi.[Sed ita vt non omittas text.in l.si post.pubertatem.ff. de tut.& ratio.distra.vbi ita scribitur,aliquo tempore, licet breuissimo.] Sed quantum ad hunc locum pertinet, ego non video quamobrem materia huius l.sit subiecta huiusmodi interpretationi, sed potius contrariæ ex verisimili mente donantis,quam semper veluti scopum.l.nostræ intueri debemus.

22 ¶ Ideo vlterius progrediendo ad defensionem posterioris op.quæ dicit hanc l.procedere in donatione minoris partis,quàm dimidiæ, nõ obstat verbum largiendi,quo bis vsa est.l. nostra quia non semper significat ingentem effusamq; donationem,non magis quàm verbum donandi,quippe cùm vtroque verbo leges nostræ promiscuè pro eodem vtuntur, vt in l. & si de tua, & in l. si filij tui. C. de donat. inter vir. & vxor. quæ primùm donandi verbo vtuntur,deinde & largiendi,in eodem casu.Id quod sæpissimè facit Constantius,cuius hæc.l.est,in alijs ipsius legibus,vt in l.res vxoris.C eod.tit.& in l.cùm veterum,& in l.si à spõsa.C.de don.ante nup. in quibus eandem liberalitatem nunc donandi aut donationis appellatione,nunc largiendi aut largitionis vsurpat.& in l.1.C.de quad. præscrip. vbi donationem vocat largitatem.Et plerunq; idem imperator ea loquendi forma peculiariter vtitur,vt pro donare largiri dicat, etiam in re modica: ꝙ videre licet in l.si à sponso.C.eo. de dona.ante nupt.Alibi autẽ, videlicet in l.si mater. C.de inof.donat.Dioclet.& Maximianus Impp. qui ipsum Constant.præcesserunt, hoc verbum vsurparunt in donatione, quæ dimidio quartæ partis totius minor est. Quin in l. matre. C. de natura.li.Arcad. & Hono. Impp. qui paulò post Constantium imperarunt, eo verbo vtuntur,cũ de semuncia loquerentur,quę pars est 24.totius assis: vt hinc facilè intelligas id verbũ de re modica vsurpari,cùm & quarta pars totius dicatur minuscula.l.si quis in suo in prin.[& ibi Bald.in princip.] C.de inoffi.testamen. [& minima, in l.vl.C.quãdo & quib.quarta pars.]Neque enim imperatores semper propriè loquuntur,vt dicemus in verbo,susceperit liberos,in princi. Quin & Tullius proprietatis verborum obseruator diligentissimus,nonnunquàm eo verbo in simplici significatione donandi aut munerandi vsus est,vt cùm scribit lib.2.de Inuentione.Itaque tã quam cæteris non sit habitura quod largiatur, si vni cuncta concesserit, aliud alij commodi

aliquo

aliquo adiũcto incómodo muneratur. Idẽ in oratione pro Cornelio Balbo, Nimiũ, inquit, parcus in largienda ciuitate. In quibus verbis duo sunt in hunc locum maximè annotanda. Primum, ꝙ largiri ciuitatem vocat donare ciuitatem, id est, donare aliquem ciuitate, siue eum ciuem efficere. Nam de ea re in rota illa oratione agit. Quę verba ex sua natura habẽt simpliciter vim donandi, deinde quòd dicit parcum in largiendo, quod dici non posset, si largiri effusè donare significaret. Nam ea verba alioqui malè cohærerent, secumque pugnarent. Quin & iurisconsulti nostri largiri pro concedere simpliciter dixerunt, vt largiri tempus, in l. si filius. ff. de minor. Et Tullius in Catone maiore. Quòd si quis, Deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repuerascam. Quin idem in 5. in Verrem actione vtrunque iunxit: tamẽ ego, ait, hoc quod ferri nego posse, Verri iudices concedo & largior. Et in l. 1. C. de impo. lucra. descrip. quod primo loco per verbum largiendi dixerat. secundo loco verbo concedendi expressit. Sed & in priore loco notandum est, quod bis verbis vtitur, quicquã de suis opibus largitur. At suprà nu. 17. docuimus eam dictionem, quicquã, etiã de minimo dici. Et vt nonnihil adferam ex promptuario iuris Canonici. tex. habemus hoc verbo, largiendi, vtentem in centesima parte totius, in c. apostolicæ, extr. de donat. aduocatq; is tex. canonem, qui de eadem re loquens non eo verbo largiendi, sed donandi vtitur, videlicet in c. bonæ rei. 12. q. 2. vt hinc quoque intelligas nihil apud nos hæc verba differre. Et alibi sæpe videmus in eo iure largiri pro conferre siue concedere simpliciter intelligi: vt in c. quia nónulli, in fi. ext. de cleri. non resid. & in c. de multa, ext. de præb. & in c. abbates, de priuileg. lib. 6. vbi dicitur elargiri benedictione, & in cle. dudum. verfic. verum, de sepult. vbi non solũm id verbũ de quarta eius rei de qua loquitur, sed & de re necessaria dicitur, quã scilicet quis velit, nolit, dare debet: vt hinc posse intelligas id verbum pro dandi verbo accipi, & rem quamcũque comprehẽdere. [Ex hisque fit, vt largiri idem quod permittere siue pati significet. l. si cui legata, ibi, si largiatur portio. ff. de fideicõmis. liber. & in l. accusationis, ibi, si tempora largiantur. ff. de adult. & in hac eadem significatione verbum pati ponitur in l. generaliter. §. quid ergo si plures, ibi, pretium patiatur, eo. tit.]

23 ¶ Denique non desunt qui tantã inter nostros legũ interpretes controuersiam in hac donationis ingentis aut modicæ differentia, hoc modo componere conantur, vt videlicet donatio facta liberto, etiam infra dimidiam partem bonorum, reuocetur susceptis postea liberis: extraneo autem, nõ reuocetur, nisi quæ æquat aut superat dimidiam partem. Et ita refert Cor. dicto consil. 15. colum. 4. libro 1. reperisse se quendam præclarum doct. distinxisse, prout etiam certè distinxit Ang. Perig. in l. Titia Seio. §. imperator. ff. de legatis secundo, quẽ nũncupatim refert ipse Cornel. d. consil. 4. colum. 3. lib. item 3. vbi præterea dicit hoc se non absonum reputare. Et ita quoque dicit fuisse responsum à doctissimis viris & Socin. d. consil. 53. column. 4. versicu. & ad text. lib. 4. vbi etiam dicit hoc posse defendi, licèt nõ sit de mente doc. cõmuniter.

24 SI EAM OP. teneas, quę pluribus visa est communior, vt videlicet hęc l. habeat locum in donatione infra dimidiam, ita etiam intelligas procedere, modo res donata non adeo sit vilis æstimationis, vt verisimiliter donans non destitisset à donatione propter cogitationem liberorũ, vt subobscurè voluit Pau. Cast. in l. 1. C. de posthu. hæredit. instituτ. iungendo locum in quo allegat hanc legem, ei quod antè dixerat, & expressè ante eum Angel. in §. siue igitur, colu. 6. versicu. secundo casu, in authent. vt cum de appella. cog. [& Imol. in d. c. vlt. colum. 5, versic. circa prædicta tamẽ, extra de donation. & voluit quoque] Ioan. Bapti. Cacia. in l. si cùm vel in vtero, & in l. sicut certi. C. de testamento. militar. vbi ita dicit vidisse iudicatum in ciuitate Senarum, & Cornel. consil. 206. viso suprascripto themate, column. 8. versicu. concurrit etiam, libro 3. vbi ita dicit se pluries consuluisse cum aliis doc. egregię famæ Senis, & Socin. in l. cùm auus, tum alibi, tum column. 56. in 8. quæstio. ff. de conditionibus, & demonstrationibus, & consi. 147. visa facti contingentia, colum. penul. versiculo principaliter, libr. 1. & consil. 215. visa prædicta facti contingentia, colum. 3. versiculo stante ergo, libr. 2. quod, & repetitur in consil. 21. libro 4. vbi etiam dicit ita fuisse conclusum, cum quæstio verteretur in ciuitate Senarum, & hoc esse de mente Angel. in hac l. idem Socin. consil. 29. in facto præsupponitur, column. vlti. lib. 3. & consi 93. testamentum præmissum, colum. penulti. versiculo, & secundum hanc, libr. 4. vbi ita dicit fuisse consultum per omnes doc. Perusin. & per quosdam Senenses, & fuisse in hanc ipsam sententiam. Senis iudicatum. & Philipp. Deci. & Alciat. in l. 1. ille, colum. 2. hic in verbo, sustulerat, in fin. C. de pact. & ibi quoque Francisc. Curt. iunior colum. 2. & sequent. num. 8. & 9. vbi refert Curt. seniorem patruum suũ consuluisse hanc. l. non habere locũ, nisi ad minimum donetur quarta pars. [& Carol. Ruin. consil. 94. visa renuntiatione, colum. 8. nume. 19. libr. 1. & consil. 173. quęritur primò, colum. 6. versicu. nec obstat insuper, eodem lib. primò, & d. consi. 140. colum. 3. lib. 4.]

25 ¶ Et in simili licèt per authẽ. ex causa. C. de liber. præteri. non conseruantur legata facta in testamento, in quo posthumus aut etiam iam natus fuerit ignoranter præteritus, secundum opi. Bar. & esse clarum: tamen hoc tantum procedit in legatis tam magnis, vt verisimiliter testator nõ fecisset, si de posthumis aut iam natis cogitasset.

gitasset. Secus in paruis, quæ etiam fecisset cogitás de illis, vt sentit ipse Bar. in l. filio prçterito, colom. 4. aetticulo præterea hoc persuadet. ff. de iniust. testa. & apertiùs Bald. in d. authent. ex cau sa, colum. 3. versi. item non obstat. & ibi etiam Paul. Castren. colum. 2. & Cornel. colum. 11. versicu. quinto fortè fallit. idem Bal. in l. Titius, in princip. & ibi etiam Francisc. Aretin. colum. vlti. ff. de libet. & posthu. Ang. hic, & io d. §. fine igitur, colum. 4. versicu. finaliter dici potest, io authenti. vt cùm de appel. cog. Paul. Castren. io d. l. 1. C. de postho. hæred. institut. & consil. 20. clarum est testamentum, in fin. libr. 1. & Alexá. consil. 50. circa primam dubitationem, columm. 4. in fin. & columm. sequent. libr. 6. Francisc. Aret. consi. 92. viso legato, col. 4. & iterum consi. vlt. In primo dubio. Barba. io repeti. l. cùm acutissimi, colum. 45. versicu. pone testatot. C. de fideicommisc. Socio. consil. 93. testamentum præmissum, col. vlt. versi. ex quibus omnibus, libr. 4.

26 § Id q haud dubiè verum est io casu. l. nostræ, quia, vt suprà diximus in præfatione. l. nostræ, in versicu. 188. incipien. nec solùm cessat, non habet locum hæc lex, cùm verisimiliter do oans, si cogitasset de liberis, nihilominus donauisset, vtpote cessáte tatione huius l. Et ideo sût & præter eos, quos nuper citauimus, qui simpliciter tenent hanc l. nô habere locû in re quapiá modica. Ita enim tenent Io. Fab. & Angel. hic, Imol. in c. vlt. col. 5. versi. sed circa prædicta, & ibi etiam Bened. Cap. extra de dona. & Alexan. consi. 71. consideratis his, colû. 2. lib. 4. & consil. 162. visis quæ copiosè, col. 1. lib. 6. Cotne. consi. 15. ex quo dictus Franciscus, col. 4. versicu. quia quando fecisset, libr. 1. & consil. 194. videtur io prçsenti, consultatione, in multis locis, lib. 3. & consi. 206. viso suprascripto themate, colum. 8. versicu. itaque est aduertendum, & col. seq. vet. concurrit etiam, eo. lib. 3. vbi ita dicit se Senis consuluisse, vnà cum aliis egregiæ famę doct. Socin. in d. l. 1. colum. 2. versi. & sic colligitur. C. de pactis. & consil. 215. visa prædicta, colum. 2. lib. 2. Philip Franc. in c. frequens. §. illum, in primo notab. vbi non obscurè sentit hanc legem tû demum procedere, si donata fuerit non taotùm maior pars bonorum, sed etiam si magna pars. & Iason in l. generaliter. §. 1. columm. 4. in fin. §. limitationis. C. de institut. & substitut. Philipp. Deci. consi. 366. pro declaratione, colum. 4. versiculo in secuodo dubio. [& consil. 581. viso puncto, colum. 2. versicu. non obstat.] Stephan. Bertrand. consi. 183. Christi &c. visis tribus, columm. 1. libr. 3. Quod non ob aliud fit, quàm quòd præsumitur donans rem paruam verisimiliter eam etiam donauisse, si cogitasset de liberis, vt in simili quoque dicit Bar. in l. demonstratio. §. quod autem, io quæstio. 4. & ibi post eum Imo. ff. de cond. & demonstrat.

27 § Et hoc ita nonnulli intelligunt, & iotetpretátur, vt saltem donatio fit vsque ad quartam partem bonorum donantis, ex mente Bal. io l. Titia Seio. §. imperator. ff. de legat. 2. & eius [discipuli.] Imol. in d. c. vlt. de dona. & id partè expresséque voluit Fráciscus Curtius senior, vir noo infimæ apud nostros auctoritatis, consilio omnium prima, circa primum prima fronte, colum. 6. versicu. & saltem fine dubio. Quibus vt noo assentior omnino, dum tam exactè, & anxiè rem ipsam circuoscribunt: sic nec probo sententiam Franciscus Aretinus non leuis etiá iuris interpretis, in l. Titius, in principio col. 4. ff. de liber. & posthumis asserentis simpliciter hanc legé nostram habere locum io donatione rei modicæ, sine vllo modicitatis discrimine.

28 § In huius autem rei consideratione, vtrum videlicet res donata dicenda sit modica, vt hac lege locum non habeat, aot habeat, id certè relinquitur arbitrio iudicis, qui considerabit quantitatem rei, & qualitatem personarum, donantis scilicet, & donatarij, & an sint coniuncti, necne, & io quo grado, vt voluit Angelus hic, & expressiùs in d. §. fine igitut, colum. 4. in aothenti. vt cùm de appel. cog. per oot. io l. cùm alienam. C. de leg. Et in simili casu Paul. Castren. & Iasoo in authenti. ex causa. C. de liber. præte. & Barb. in repetit. l. cùm acutissimi, colum. 45. C. de fideicommis. Considerabit item iudax ex sententia Cornel. consil. 4. dubia satis, colû. 4. versi. cùm igitur in casu nostro, lib. 3. vtrùm scilicet donans vnum tantùm, an plures liberos susceperit, ac vtrùm masculos, an fœminas. Nam verisimiliter quis ita non retraheretur à donando propter vnicum filium, quàm propter multos, vt est bonus text. quem tamen ipse non allegat, in l. si filiæ. ff. de legat. 3. quem in hoc caso nostro expendit Francisc. Aretin. consil. 92. viso legato facto, colum. 4. versicu. quid enim si hæreditas. Igitur vt redeamus ad Cornel. magis dissuadent à donan do plures filij, quàm vnus tantùm, & mascu lus quàm fœmina. Nam filiæ solet sufficere dos congrua, ex qua potest honorabiliter, vt ipse Cornelius loquitur, viuere secundum statum suæ personæ, vt docet experientia. c. quàm sit, de elect. lib. 6. Et congrua dos in dubio ea di citut, quæ legitimæ respondet, vt voluit Saly. in authenti. res quæ. C. commu. de leg. cû aliis coocordan. quas tibi nûcupatim adscribemus infra in verbo, susceperit liberos, ver. 91. incipie. q̃ au tê filia. Igitur si ex reliquis facultatibus, quæ sûe præter res donatas, filia congruè fit dotata, vt hinc possit honestè viuere, debilitatur illa præsumptio, quòd noluisset pater donare, si cogitasset de liberis. Et idem in hoc casu postremo de filia consuluit Pau. Cast. cuius Cor. oo meminit, consil. 15. incipiendo à secundo quæsito, col. 4. versic. facit etiam multum, lib. 2. & ante vtrunque Ang. hic, cuius tamen neuter mentionem facit. [& nouissimè Carol. Rin. consi. 134. videtur. ad fin. lib. 1.]

29 § Et

29 ¶ Et id quidem generale est & perpetuum, vt id relinquatur arbitrio iudicis, sitne tanti res donata, vt verisimiliter ipse donans eam rē nō donauisset si de liberis cogitasset, an verò contrà non tanti 1 vt præter eos quos suprà citauimus, voluit etiam Soc.d.consi. 215. visa prædicta facti contingentia, col. 2. vers. stare ergo dicta quātitate, lib. 2. quod & errore librariorum iterum repetitur in consi. 22. lib. 4. rursumque idē Soc. consi. 20. cuius caput est, in facto præsupponitur in fin. lib. 3 & Alciat. in l. 1. in verbo, sustulerat, in fin. C. de pactis.

30 ¶ Sed & idem in casu. d. auth. ex causa. C. de liber. præter. cū videlicet quæritur iuxta sententiam Barto. & sequacium, si testator non cogitans de posthumis, aut ignorans sibi liberos, esse, legata quędam reliquerit, vtrum legata sint eiusmodi, vt ea nihilominus reliquisset, etiam si cogitasset de posthumo, aut sciset sibi esse filiū, an verò contrà verisimiliter non reliquisset, id etiam committitur arbitrio iudicis, vt præter & ante Pau. Cast. & Iason in d. auth. ex causa, quos suprà aduocauimus, voluit etiam expresse Angel. in d. §. siue igitur, colu. 5. versi. sed posses dubitare, in auth. vt cum de appella. cog.

31 ¶ Quin & alias quoq; uidemus in cęteris rebus id genus locū esse arbitrio iudicis, vt cū q̄ritur, quod dicatur paruum & leue, aut magnū & graue incōmodum, siue damnū. l. 1. cum glo. & ibi etiam [Alberic. &] Bald. C. si aduers. vendi. pigno. & Ioan. And. in c. vlt. col. vlt. in 6. q. & ibi quoque Collect. paulò ante fi. Imo. col. 9. versic. sextò tangit, & Barb. col. 2. ext. de don. [Alexan. consi. 67. videretur stantibus, col. 1. lib. 5.] Quæ item læsio enormis aut modica, secundum glos. in §. pretium. in verbo, diffiniuit, Instit. de emp. & vendi. [Cyn. in auth. qui rem. C. de sacrosanc. eccle.] & Saly. in l. vlt. in 1. oppo. vers. sed adhuc stat dubium. C. de contra. empt. Imo. in c. quinta uallis, col. 24. versi. idem si mandatum, & iterū col. 32. versi. qualiter autem dolus, & ibi etiam Panor. col. 17. versi. venio ad secundum, ext. de iureiur. Alex. in l. si arbitratu, col. vlt. ff. de verb. oblig. & consi. 102. super primò, col. 3. vers. nam læsio, lib. 2. [& con. 150. viso themate, col. 2. versi. secundò potest responderi, lib. 7.] & Barb. in ca. propter sterilitatem, extra de loca. & cōsi. 51. scripsit sapientiæ fons, col. 2. lib. 1. & consil. 21. præclarè dixit, col. pe. lib. 2. vbi dicit ad hoc esse singul. text. in d. l. 1. C. si aduer. vendi. pigno. Corne. consi. 9. præmittendum est, col. 3. lib. 1. & cōsi. 189. in præsenti consultatione, col. 4. vers. præter ea licet, eod. lib. & iterum cōsi. 133. quod est eiusdem initij, col. pen. versi. nec obstat responsioni, lib. 3. Philip. Deci. consi. 180. visa renuntiatione, col. 1. & Anto. Burg. in c. cùm dilecti, col. 12. versi. venio ad secundum, extra de empt. & vendit. Quæ impensa sit magna aut modica. gl. in l. hactenus, in verbo, pertinet, & ibi doct. ff. de vsuf. & in l. omnino, in verbo, modicas, in princ. & ibi Bart. in fin. ff. de impen. in reb. dot. fac. [& Io. Fab. in l. 3. C. de rei vxor. actio. Angel. in l. vlt. §. in cōputatione, col. 1. C. de iure delib. & Corne. consi. 81. quanquā in hac, ad fin. lib. 4.] Vtrū debitum sit paruum, an magnū, glos. in §. 1. vers. sed & si quis, in princi. & ibi Bar. col. 1. versi. an quis propter, & Ange. col. etiam. 1. versicu. item oppo. quod debitor, in authen. vt hi qui obl. se hab. perhi. Bart. in authen. minoris debitor, col. 1. vers. sed quæro quæ dicatur, & ibi etiam Bal. & alij. C. qui. dat. tut. pos. Quæ quantitas sit magna, quæque parua, Bal. in l. 1. col. 4. vers. quæ autem sit magna. C. de confes. & latè consi. 181. primò quæro ad quid, col. 1. lib. 3. & Collec. in ca. cæterùm, in prin. ext. de donat. [Ang. in l. sed & si susceperit. §. 1. ff. de iud.] Alex. [consi. 32. viso puncto & dubijs, col. 2. versi. ergo apparet, lib. 1. &] consi. 47. circa primum, col. 3. versi. & nimis magna, eod. lib. 1. & consi. 131. in causa vertente coram prætore, col. vlti. ver. nimis autem magna lib. 1. & Anto. Corse. in tracta. de minimis, colu. 9. versi. decimosextò. [& facit quod scribit Bal. in l. cùm contra, col. 1. versi. item est considerandum. C. de arbit.] Quod pretium dicatur paruū siue vile, aut iniustū respectu rei, aut iustum, vt ex d. glo. in d. §. pretium. Insti. de empt. & vendi. voluit expressè [Cyn. post Pet. in l. per diuersas, col. 2. vers. secundò quęritur. C. mand. Guido Papæ sing. 938. quando dicatur modicum.] Cepo. qui eam dicit sing. in tract. de simulatione cōtractuum, char. pen. vers. sexta & vlt. opin. vbi & ad hoc alia multa allegat. & idē quoq; voluit Barb. d. consi. 51. lib. 1. & Steph. Bertr. consi. 339. non puto, n. 3. lib. 1. & cons. 236. viso processu, nu. 3. & sequen. lib. 2. & consi. 77. si non sine grandi, num. 4. lib. 3. Quæ dos magna est, quæ parua, vt not. in authen. quod locum. C. de colla. & Bald. in auth. præterea, in fi. C. vnde vir & vxor. Quæ beneficia dicantur maiora, quæve minora, secundum Guil. à mōte Laud. in extraua. Io. 22. incip. suscepti, versi. & hoc in beneficijs. & Domi. consi. 85. super primo dubio, colu. pen. versi. de habentibus. [Fran. Ripa, in c. ad aures, col. 1. de rescr.] Quæ lis siue causa dicatur magna, aut parua, glo. Bar. & Bald. in authen. nisi breuiores. C. de senten. ex peri. recit. & glo. in c. vlti. in verbo, illustrium, post prin. extr. de re iudi. [lib. 6. Bart. in §. si tibi quoque, ad fin. in authen. de manda. prin.] Bal. in c. edoceri, col. 2. versicu. aduerte inquantum, ext. de rescrip. & in cap. ex ratione, circa medium, ext. de appel. & in c. de appellationibus, in fi. [& ibi Card. Alex. col. 1. vers. vltimò habetis, eod. tit. Saly. in l. admonendi, col. pen. versi. quando autem magna sit. ff. de iureiur.] Panor. in c. 1. colum. 2. versi. tertia causa est, ext. de dilat. Alexan. consi. 32. viso puncto, col. 2. versi. si ergo apparet, lib. 1. [Guid. Pap. dec. 465. vtrum iudex, in fin.]. Corse. in tracta. de minimis, vbi suprà, cum alijs concord. adductis per Iaso. in repe. l. admonendi nu. 231. incip. quæ au-

tem dicatur.ff.de iureiur.& Philip.Deci.in d.c. de appellationibus,col.vlt.[Quæ bona alicuius dicãtur tã magna aut modica, vt excusent vel nõ excusẽt à satisdatione.Bal.post alios in l. secũdũ, in prin.col.3.vet.tertiò qrit gl.ff.q satisd.cogan. Et in vniuersum quis dicatur pauper quisue diues in illis casibus, in quibus id determinatum non est,glo.in d.authen.præterea,& ibi Bal. Alberi.Io.Fab.] Saly.Alex.Corne.& alij recentiores.C.vnde vir & vxor.& glos.in §. hinc nobis, versi.si verò absunt,in verbo,substantiam,& ibi Angel.col.1.in authen.de hære.& falci. & Bart. in l.si constante,in prin.col.3.in 2.q.1.partis,& ibi etiam recentiores.ff. sol. matr. [Alber.in l.si quis ad declinandam,col.vlt.C.de epis. & cleri. & in l.paupertas.ff.de excus.tut.] Ang.in l. si verò.§.qui pro rei qualitate.ff.qui satisd.cog.[Pet. Anc.in c.per vestras,colu.5.versi.secundò iuxta prædicta, de donatio, inter vir. & vxor.] Raph. Co.consi.131.duo fratres,in princ.Panor. in ca. 1.col.vlt.versi.vltimò facit,[& ibi etiam Felyn, de accus.& vterq; item in c.si qui testium, de testib.Card.Alex.in c.quo iure.8.dis.Phi. Deci.in c.de causis,de offi.deleg.& consi.120.cuius superscriptio incipit presbyter,col.2.versi. & breuiter,& consi.145.in causa matrimoniali,col.4. versi.secundò principaliter. Carol. Ruin.consil. 55.Iesu Christi,col.1.nu.4. lib. 1.Franc. Rip.in l.si cõstante,col.8.n.29.ff.sol.mat. And. Alcia.] in l.quos non hostes.§. locuples.ff. de verbo. signifi.Proindeque etiam quæ miserabilis persona dicatur,quæ minimè,secundũ Pet.à bel.pert. Bart.& Bald.in l.1.C.quando inter pupil.& vid. & Firmia.in trac.de gabellis,parte 7.q.27.[Frã. Rip.in d.l.si constante,vbi suprà.]Quæ ve persona vilis,quæ honesta,secundum Cyn & Bal.in l.Gracchus. C. de adulte. [& Ripa. vbi suprà.] Quæ item persona dicatur maior, quæ minor, ex sententia glos.in c.sedes apostolica,in verbo, maiores,& ibi etiam Inno. super eodem verbo, Bal.Imo.& Panor.ext.de rescrip.Specul. in ti.de rescrip.præsen.§.vlt,col.1.vers.sed quæ sunt personæ. Proindeque etiam quæ sunt illustres personæ,quæ non sunt,ex glo.in c.vlt.in verbo, illustrium,statim post prin.de re iud.lib.6. Quod tẽpus sit magnum, quod modicum.l. si ita quis promiserit.§.Seia,in fi.& ibi glo.in verbo, tempore,Bald.& Ias.col.5.in 7.not.ff.de verb.oblig. glo.in l.vlti.ff.si ag.vecti.& in d.l.si constante,§, si vxor,vbi etiam est bonus tex.ff.sol.mat.& glo. in l.&. si post tres,in princi. & ibi Bart.Bald.in vtraque lect. Angel.non semel,col.1. & alij.ff.si quis cau.& in l.1.§.quod autem,in verbo,actio & ibi Barto.& Alex.ff.de superfi.& l.3.§.emansor.[& in.§ desertor.]ff.de re milit.& in c. 2.in verbo,non modicum,& ibi Archi.& alij, de rebus eccle.non ali.lib.6.& in cle.1.in glo.vlti.& ibi Lanr.Pau.Genz.Mathe.Guil.& Imo.eod.tit. [Bart.in l.1.ff.de iur.delib.]Bal.[in l.non enim. ff.quib.ex cau.maio.&] consi. 379. punctus talis est,col.2.lib.4.Floria.in l.1.§.habitare. ff. de his qui deie.vel effu.Card.Flor.consi.95.ad primum videtur,col.2.versi. quod autem tempus. Pet.Anch.consi.57.quædam ex prædictis, colu. 2.& consi.116.secundũ ordinem,col.2.[Barb. in cle.causam,col.46.in paruis,versi. & pro certo,de elect.& consi.44.sapienter scripsit, colu. 3.lib.2.& Alexand. consi.17.viso instrumento, col.1.lib.4. Quodque sit magnum, aut paruum interuallum,quod non longè distat à superiori, Bart.in l.1.§.qui præsens, ad fi.& ibi etiam Ro. ff de verbo.oblig.Pau.Cast.in l.quo enim. §. Iulianus,per illum text.ff.rem rat.hab.] deoque & quid dicatur incontinenti factum, vt quis dicatur iustè se defendisse,aut possessionem recuperasse,ex sententia ipsius Bart.in l.3. §. cùm igitur.ff.de vi & vi arma.Salyc. in l.1.col.7.versicu. quæro secundò,& iterum colu.2. versi.nunc videamus.C.vnde vi.Panor.in c.cùm venisset, in fi.& iterum in c.olim,le 1.col.4.versic.dubium tamen est,de testi.spolia.Similiter quando dicatur nullitas,aut alia exceptio incontinenti probari,vt impediat executioné sententiæ, aut aliud iudiciũ sũmariũ,glos. in l.si is à quo, in prin. in ver.hodie,& ibi et Bart.ff.vt in pos.leg.& Inno. in c.veniẽs,le ij.post.prin.& ibi et Bal.q id dicit notã col.1.ver.sed an ista.& Panor.col.5. ver.vlterius quærimr,extrà de testi.Bal.in l.3.§.idẽ.ff. ad exhib.& in l.si ex falsis,col.3. C. de transact. & in l.vlt.circa mediũ.C.de ordi.cogn.& in l.2. C.de edict.diui Adr.tol.& in l.1.C. vt in pos.lega.& in c.cõstitutus,in fi.extra de appel. & Pet. Iac.tit.super l.fi.C.de edict.diui Adr.tol.in 2.libello,col.2.]& Guid.Pap.decisi.delph. 132.sed probato,col.1 versi. sed nunc insurgit. Et quid incontinenti dicatur,vt in fraudem factum fuisse dicatur, Ang.in l.si ventri.§.vlt.ff.de priuileg. credi.Roma.in l.1.§.1.ff.de verb.oblig.Cepol.in tract.de simulatione contractuũ,in secundo casu,post medium,versi.quando autem dicatur,& Philip.Deci.cons.235.in causa magnifici,col.2. ver.quintò præsum itur.Et quid quàm citius fieri dicatur, glos.in cle.causam, in prin. in verbo, cõmodè,& ibi Cardi Flor.in 20.quæst.de elect. Franc.Rip.in l.si insulam,col.7.n.35.ff.de verb. obl.Et quod sit tempus,intra quod debet executio terminari Pet.Ferra.in forma, execut.sent. diffi.in gl.1.col.2.vers.quid aũt si illud.[Et alias semper quãdo quid dicatur incõtinenti siue statim factũ,vt p gl.Bald.Panor.& Philip.Franc.in c.an sit,extrà de app.Bart.Ang.& Imo.in l. q dicimus,per illũ tex.ff.de solut. Bal. in] l. nam & postea,in lect.antiq.ff.de iureiur. & in[ca.quia propter,col.vlt.versi.in alia glos.& ibi etiam Panor.in fin.princ.ext. de elect.& idem Panor.in c.1.col.6.versi.glo.in verbo, incontinenti, extra de mutu. pet.& in c.potuit,col.3, extra de loca. Iason in l.lecta,colum.4.versi.in glos. ibi.l. hæredes.ff.si cert.pet.Et intra quod tẽpus post interpellationem quis constituatur in mora, ex glo.

glo. in l. Aemilius, in princ. in verbo, restitui. ff. de minor. quam dicit singu. Bald. in cap. 1. colu. 2. in verbo, quamcitius, titu. de no. for. fideli. & in cap. cùm olim, colum. 2. versic. considera ipse debet, extra de testi. Sed & est alia similis in l. donatio, in verbo, si nō protinus. ff. de neg. gest. quā ēr expendit Iason in l. si ex legati causa, col. 2. in 4. oot. ff. de verbo. oblig. & in l. quoties in diem, colum. 3. eod. ti. Imò & eius rei tex. est in l. si quis filium. §. vlt. ff. de colla. bon. quem anno tat Raph. Co. in d. l. quoties, & Alexan. post Iac. Are. in l. 1 §. item si ita. ff. ad legem Falci. & voluit etiam Barto. in l. si pretium. ff. quando dies lega. cedit. & Iason qui illam priorem glos. dicit nor. in l. eum qui calendis. §. quoties. in fin. ff. de verbo. obli. Et alias semper ex quo tempore mora ipsa contrahitur, vt voluit Ioan. And. in c. vlt. in verbo, mora, & ibi quoque Bald. colum. 2. versicu. nota hic dicit, ext. de elect. Idem Bald. post Iaco. Pu. in l. tutor si petitus, paulò ante fi. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. Et cùm semel mora contracta fuerit, intra quod tempus purgari pos sit, vt tradit glos. in d. l. & si post tres, in prin. & ibi omnes doc. ff. si quis cau. & glo. in ca. potuit, in verbo, celeri, ad fin. & ibi Cardi. Flo. Imol. colum. 12. Panor. & alij, extrà de loca. Bart. in l. si insulam, in 2. oppo. ff. de verbo. oblig. & Bal. in l. magnam, tum colum. 1. versi. op. ad hanc l. tum colum. 6. versi. quæritur primò. C. de contra. & commit. stipul. [& in l. sancimus, colum. 1. C. de fideiusso.] Aoge. consi. 312. prout patet ex themate, colum. 3. versicul. præterea si consideratur, & subobscurè Pet. Anch. cons. 42. quidam Ser. Aotonius, colum. 2. versicul. tertiò reuocatur. Alexand. consi. 14. viso & coosiderato, vers. præterea mora, lib. 2. quod repetitur consi. 40. lib. 6. Corne. consi. 102. visis in causa, colum. vlt. lib. 2. [Ias. consi. 82. visis, colum. 2. versi. & si tenemus, lib. 1.] Steph. Bertr. consi. 1. etiam si ve nerabilis, nume. 3. lib. 2. Philip. Deci. in authen. qui rem, colum. 3. C. de sacro. eccle. & cons. 138. cuius superscriptio incipit, verba ista ipso facto colum. 3. vbi hanc dicit esse commuoem opin. Lancel. Gal. in d. l. 1. §. qui præsens, colum. vlt. ver si. hinc dicitur. ff. de verb. oblig. Et est optimus tex. in d. l. si ita quis promiserit. §. Seia, in fin. ff. eod. tit. Et quid antiquum dicatur, si credimus Anto. in cap. illud, extr. de præsumpt. & Alex. consi. 79. circa primum de quo quæritur, colu. 4. versicul. fortificatur per id, lib. 1. & consi. [4. vi detur, colum. 7. versi. faciant quæ dixi, lib. 2.] consi. 187. in hac causa, colum. 2. vers. quis enim Iudex, eo. lib. 2. [& consi. 9. viso themate, colu. vlti. versicul. nec ob. id quod habetur, lib. 3. Et quid diuturnum, glos. in l. pen. C. cōmoda. Bart. & alij in l. si pœnam, in fin. ff. de verb. oblig. Et quantum tempus requiratur, emptorem pati vē ditorem possidere post venditionem vt fraus vel simulatio præsumatur, Bart. in l. post contractum col. 3. vers. sed quanto tempore. ff. de dona. & in l. sicut. §. superuacuum, col. 2. ver. sed hic quæro. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. solui Bald. consi. 70. apparent quædam instrumenta, col. 2. ver. super secūdo, lib. 1.] Et in vniuersum quoties quę ritur de tempore & interuallo, per text. in l. ab hostibus. §. vlt. cum l. seq. ff. ex quib cau. maior. & in l. continuus. §. cum ita, in prin. ff. de verbo. oblig. & in l. de die, in princ. ff. qui satisda. cog. & in c. cùm personæ, de priui. lib. 6. & per glos. in l. si finita. §. non autem, & ibi doc. ff. de dam. infect. & in l. furtum. §. fundi, & ibi Iacob. Rau. & Ang. ff. de vsuca. & glos. in l. Lucius. ff. mandat. & in §. quod autem ad eas, in verbo, propter absentiam, Insti. eod. in c. inter quatuor, ext. de. cleri. non resid. & in c. constitutionem, in verbo competēt a, de sent. excom. lib. 6. Inno. in c. querelam, col. 1. in verbo, de nouo, & ibi quoq; Ioā. And. extra de elect. Archi. Ioan. And. Domi. & Philip. Fran. in c. ad decimas, de resti. spol. lib. 6. Host. in c. quoniam frequenter, extra, vt lit. non cōte. Cy. in l. 1. in 1. q. prin. C. vbi cau. stat. Rot. dec. 54. not. ꝙ vbi dicit aliquis, in antiquis. Bart. in l. aut facta. §. tempus. ff. de pœn. Bald. & Aog. in l. licet, ad fi. C. de acqui. posses. Bald. in l. si pro ea, in 10. q. C. manda. & in l. ordo, col. 1. ver. quæ ro nūquid istud diu. C. de exec. rei iud. & in l. 2. col. 7. ver. sed quęritur an per negligētiā animi. C. de seruit. & aqua. & in c. oblatæ, col. 2. ver. q̄ro ēt ꝑ intellectu, extra de appel. & in c. 1. §. firmi ter, & ibi recētiores, ti. de ꝓhib. feud. ali. ꝑ Fede. & in c. ad hæc, & ibi Marti. Laud. & Card. Alex. tit. hic finit lex Corra. & in l. capite quioto. ff. de adult. & Ang. in l. 1. colu. 2. C. de ser. fugi. in l. ꝙ dictum, in prin. ff. de solu. & Aog. & recentiores in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acqui. hære. Pet. Anc. consi. 92. tria in fauorem. Ro. in l. si de eo. §. si fortè. ff. de acquir. pos. Domi. in c. pootificis. 7. q. 1. Raph. Fulgo. consi. 7. iam pluribus annis, colu. 2. ver. ad secundum. Panot. post alios in c. a. cū in veteri, col. 2. in 5. not. extr. de elect. & in ca. 1. col. 6. qued met. cau. Io. Ana. consi. 17. visa relatione, col. 1. vers. quartò præmitto. Pau. Cast. con si. 265. in primo articulo, post medium, lib. 2. Si militerq; cùm tractatur de locorum interuallo, vtrùm videlicet locus sit tam vicinus aut remo tus, vt absentes sint citandi, aut alias, per gl. in c. filius. §. præsenti, in verbo, vicinarum, & ibi Phil. Franc. qui eam dicit not. de pœn. lib. 6. & glos. in cle. causam, in verbo, in remotis, & ibi etiam Pau. Liaz, Imo. colum. 10. versicul. glos. remotis, & Cardi. in versi. quòd si forsan, in 6. q. de elect. Iono. in cap. calumniam, colum. 2. extr. de pœnis. Iaco. Are. & Bart. in l. 4. §. si tam vicinam. ff. de dam. infect. Bald. in l. si vicinis, in fin. C. de nupt. & in c. cùm inter, circa medium, versi. quæro à quo loco. Pet. An. in c. præsenti, in 4. no. de præben. lib. 6. Alex. consi. 57. pooderatis verbis, colu. 2. versic. locus autem vicinus, lib. 3. Itē ꝙ negotiū siue ministeriū cōmisū dicatur paruū, siue magnum, gl. in c. sedes, in gl. magna,

ext. de rescrip.Inno.in cap.vlti. post princip.in verbo,eligere,& ibi etiã Card. & cæteri, ext. de offic.deleg. Ang. in Authen. nisi breuiores. C. de senten.ex peri,reci. Quis locus vel ciuitas sit insignis,ant non insignis,gloss.in c.statutum, in princ.in verbo,copia,& ibi doct.de rescrip. lib. 6.Quod crimen dicatur paruũ aut leue, quodq; magnum ac graue.[Hosti.Bald.Imo. & Cardin. Alex]in cap.proposuit,ext.de appel.Panor.post Anto.in c.at si clerici.§. de adulteriis,col.3.ver. & quæ dicantur,extr.de iud.& ibi Feli. & Phil. Deci.qui adfert concord.ille in prin.col.penul. hic in d.§.de adulterijs, colum.20.versic. secunda conclusio. [Et qnod proinde furtum dicatur leue ant magnũ,Alber.post Iacob.in l. respiciendum.§.3.ff.de pœn.] Quæ seuitia viri in vxoré sit magna aut parua, vt possit prouideri remedio cautionis,aut secus,Panor.in c.literas,colu. 2.in vlt.not.extr.de restit.spolia. Quis metus tã magnus aut paruus,vt iustus vel iniustus dici debeat,glos.in c.consultationi,in fin.ext.de spon. & mat.Inno.in c.cum dilectus,in verbo,mortis extra de his quæ vi met.ve can.fi.& Bald. in c.1. col.1.in fi.&.in c.Abbas,eo.ti.[& cõs.176.Cecilia,col.1.li.1.]Guil. Archi.Lap.Pe.An.Domi.& Phil.Fran.in c.1.eo.quoque tit.lib.6. Bal. in l.2. in princ.C.de his qui per me.iud. non ap. & in rub.C.de rescin.vend.[& cõsi.364.quæstio. ista col.2.lib.3.] Quæ leuis siue modica iniuria,quæ atrox aut enormis,vt sumitur ex c.peruenit.ext. de sent.excom.& not.Hosti.in summa eo. tit.§. quis possit, vers.septimus,& seq. [Quis item excessus leuis,quiue enormis,idem Hosti, & alij in c.cùm illorum,extr.de senten. excom. & ante illum glos.in c.cùm illorum, in verbo,sanguinis effusionem,& ibi Felin.col.pen.extra de senten.excom. Quæ deterioratio rei parua aut magna,Cyn.in authe.qui rem, statim post princip. C.de sacrosan.eccles.Ias.consi. 17.in primo dubio,col.1.lib.1.Quæ indicia sufficiant ad torturam,Bartol.in l.vlt.col.2.versi.,veniemus ad indicia.ff.de quæstio.& Bald. consi. 95. regula iuris est,colum.2.lib.1. & consi.101. qnidam testis,post medium, eo. lib.1.] Quando dicantur esse multi,vel pauci, vt dicantur facere multitudinem,vel non facere,secũdum qualitatem causæ vel personarum,ex Bald.sententia in ca. cùm causam,col.vlt.versi.quæro quid contineatur,& seq.ext.de testi.per glo.ibi,in verbo , effrenata, quam dicit singul. Et generaliter quid multum dicatur,quid modicum,secundum Bald.post Nicol.Mathe.in l.ædem,colum.vlti.versicu.sequitur in litera,aut cũ mali.C.loca.Ex quibus multa potes addere ad Barb. qui nonnulla ex ijs & alia quædam allegat in d.capit.propter sterilitatem,extra de loca.[& plenius in c.vlti.col.2.extra de dona.] & d.cõs.51.scripsit sapientiæ fons colum.2.lib.1.& consi.21.præclarè dixit, colu. penul.& seq.lib.2.& consi.37.scribitur sapienter,colum.15.eod.lib.2.& consi.21. Deum innocent,colum.3.lib.3.& consi. 70. illud in medium referam,col.vlti.eod.lib.3.& consi. 80. illud referam,ad fin,eod.lib.3.& latius consi. 45. illud in medium,colum,penulti.lib.4.& Philip. Deci.in d.c. sedes,colum.3.versicu.in glos.3.extrà de rescript.& Stepha. Bertran.d. consi.236. lib.2.& Panthal.Calde.in repeti.l.2. colum.63. versicu.& quòd æstimatio.C.de rescind. vendi. [& Hippolit.Marsil.in l.quæstionis,in 3. primis colum.ff.de quæstio.Ioan.Lup.in repe. Rubr.de donatio.inter vir.& vxor.§.2.col.4.& seq. Matth.Afflict.in c.1,colum.5.versic. cui adde quòd in multis,cum multis sequẽti.titu.ex quib. caus. feud.amitta.] Nam sunt alia infinita quæ iudicis arbitrio committuntur,[vt ex illis videre poteris:] sed ea tantùm persequi voluimus, quæ nonnihil ad casum nostrum pertinent, vbi scilicet agitur de modico aut magno, siue quid plus minusve dicatur ;

32 ¶ Igitur vt redeamus ad casum l.nostræ,est in arbitrio iudicantis, quæ donatio magna aut parua dicat. vt ea locũ habeat aut nõ habeat. Tñ illud nõ intẽpestinè dixerim, ꝙ per id non impedietur appellatio, si is perperam ac non rectè arbitratus fuérit,per glos.not. in l. si qua pœna, in verbo,de pœna,paulò ante finem, & ibi Bart. in fin.& latè Alexand.in additio.ipsius.ff.de verborum significationib.& glos. in cap. super his, in verbo,arbitrium,& ibi Anto.Imol.& Panormita.extra de accusatio.Io.And.in additio.Specu.titu. de citat. §. sequitur, versicu. sed nunquid creditur, [Bald.in cap.1 .colum. 5. versic. & scias quod si ista, tit.de mili. vasal. qui contu. est.] Lap.& Domi.in c.2.de iuramen.calum.li. 6.Imol.in l.2.ff.de pub.iud.& Per.Anch.in ca. cupientes, in priucip. colum.2.versicu. quæro dicitur hic, de electio. lib.6.[& consi.421. quidam Ser Antonius, lib.4.] Anto.in cap. cùm parati, colum.3. & ibi etiam alij, extra de appellatio. Panormi.in cap.cùm venissent, colum.3. versicu. hinc est quod à iudice, extra de iudi. & in cap.1. colum. 2. versicu. venio ad glos. extra de dilatio. Alexand.in l.& si seuerior,ad fin, C.ex quib. can. infa. & in l. 1. colum. penult. versicul. item tertiò. ff. de leg. 2. vbi hoc limitat. [& Philip. Franc. in cap. cùm speciali, colum.2.versicul.intellige quod ipse iudex, extra de appellatio.] & Fely.qui dicit illam posteriorem glos. singu. in capit.exceptionem , colum. 1. & 2.extra de exceptio. vbi etiam distinguit Iason in l. qnod insit , colum. 10. versicul.secundò quærit Barto.ff. de re iudi. & in 1. additi. consi. 9. venerabilis, colum. 3. eiusdem additio. lib.1. Philip. Deci. in d. cap. sedes, vbi supra, de rescript. [cum alijs multis concordan. latè congestis à Fely.in d.cap. super his, colum. 4. & sequen. de accusa. vbi & hoc sex modis limitat, & alia multa huc pertinentia adducit, vt ibi videre poteris.] Et hoc apertè probatur ex eo, quòd dilationes suapte natura sunt arbitrariæ.

bitrariæ.l.1.C.de dila.veruntamẽ si malè iudex eas arbitretur,potest appellari cap.1.extra eod. titu.[Nam & in huiusmodi arbitraijs potest iudex dolum committere,Ioan.Andre.in ca. cum æterni,de re iudicata,lib.sextò,& Bald.in l.si fugitiuo,col.vlt.C.de ser.fugiti.]

33 SED QVÆSTIONIS EST, si teneas priorem illam op.quæ hanc l.dicit tantum procedere in donatione omnium bonorum, aut dimidiæ partis,quid si quis fecit plures donatio nes,quæ quidem singu æ non veniunt ad dimidiam partem bonorũ, at vniuersæ simul veniũt ad ipsam dimidiam,aut etiam ad eam partem siue æsti mationem, quam quis simul non donauisset,si de filijs cogitasset, vt etiam loquamur de posteriori op.Vtrùm omnes reuocabuntur, an nulla,vel quæ,prioresne,an posteriores? Corne.con.11.in præsenti consultatione,col.9. ver. si teneamus,lib.3.tenet quòd omnes reuocabũtur,cùm eadem sit ratio in omnibus, quæ in vnica,quæ ad dimidiam ascenderet. Ergo inquit, idem ius est l.illud.ff.ad legem Aquiliam. Alias, vt subdit,daretur de facili via fraudandæ huius l.Fraudibus autem obuiandum est l.in fuodo,ff. de rei vendi.& capit. quantò, de diuor. cum similib.Et ad hoc quoque dicit facere quod in simili not.glo.& doct.in l.1.C.de inoff. donatio. quòd redditur inofficiosa donatio siue ea sit inofficiosa sola,siue iuncta cum alijs.& hoc nuncu patim sequitur Francisc. Ripa. hic in 8.quæstio. colum.3.versi.sed hic suboritur.

34 ¶ Verùm attende lector,quia,vt suprà dixi mus non semel,hæc l.introducta est in fauorem parentum, & propter verisimilem eorum mentem: ideoque ei possunt derogare & tacitè & expressè,ex communi op.quæ si tenenda est,nõ valet ea ratio fraudis,quam Corne. addocit, quia fraus in sese committeretur,si qua esset, sed nulla esse posset,quia volenti non fit fraus. l. nemo videtur fraudare.ff.de regu.iur.Ideo ego ita dice rem,quòd priores donationes, quæ non ascendunt ad dimidiam,secundum vnam op.aut quæ non tanti sunt,vt donans si cogitasset de liberis, verisimiliter ab illis retractus fuisset,secundum alteram op.non reuocantur per natiuitatem liberorum.Nihil enim illis obesse possunt posteriores donationes,vt in simili dicitur in l.sancimos §.si quis autem per diuersa.C.de donat.Nam cũ ab initio eiusmodi donationes sint perfectæ, & irreuocabiles etiam ex natiuitate liberorum,nõ debent irritari fierique reuocabiles ob sequentes donationes.l.si vt proponis.C. de cõfir. tuto. & l.sancimus.C.de admin.tut.Illæ ergo tantum reuocabuntur,quas post priores donans ipse facturus non erat,si cogitasset de liberis. Estque inspicienda ipsius præsumpta ac verisimilis mẽs quam habuit tempore singularum donationum non quam postea habere posset: vt not. Bartol. in l.Titia Seio.§. imperator. ff. de lega.2. & voluit ipse Corne.consi.194. videtur in præsenti, colum.2.& seq. lib. 3. & diximus suprà in verbo,liberis,vers.110.incip.præterea in huiusmodi donationibus.& dicemus postea latius,in ver bo,susceperit liberos, versi. 161. incip. sed hoc rursum in dubium vocatur, & multis sequen. [Quin in casu inofficiosæ donationis communiter tenetur,quòd si priores donationes ab initio sunt validæ, posteriores tamen reuocantur, ita enim voluit Cyn.in d.l.1.tum in 3.tum in 5. & ibi quoque Barto.paolò ante fin. Bald.colum. 4,in 4. quæstio. Ange. colum. 2. & Paul. Castr. col.4.versi.in glo.1.& prope omnes.C.de reuocan.dona.Et facit quod in simili respondit Philip.Dec.consi.30.cuius suprascriptio incipit, donatio omnium,ad fin.]Sed tu tamen vide interim quod scribit glos.in cap. bonæ rei,in verbo quinquagesimam,ante fin.12.quæstio.2.& in c. apostolicæ,in verbo,reuocari,extra de donatio, & vtrobique docto.

35 [¶ ILLVD QVOQVE hic non intempestiuè quæri potest,quid si quis donat tantum suorum bonorum, vt pro portione eorum quæ tunc possidet, ea non fuisset donaturus, si cogitasset de liberis futuris,tamen postea tantũ bonorum acquisiuit, vt si ea tempore donationis habuisset, non destitisset ab ea donatione, etiam cogitans de liberis. An natiuitate liberorum post huiusmodi donationem & acquisitionem susceptorum reuocetur ea donatio? Et videtur quòd non,ex eo quod in similis diximus, quòd si quis ab initio donauit totum suum patrimonium,sed postea locupletius acquisiuit, & totum filio relinquit,non datur ei filio querela inofficiosæ donationis, vt voluit glos. in l. 1.in verbo ex duabus vncijs, in 8. quæst. & ibi Cyn. colum.5.vel si quartò quæritur, Bart.in fi. Bald. col.5.versi.sextò quæro,Ang.col.2.versi.ea glos. ibi authen.vnde,Pau.Cast.col.4.vers.in glos.ibi item contra, & omnes.C.de inoffi.test. Ang. in authen.de immen.dona.§.vlti.versi. item quæro patet donat, & omnes propè, ar. §. quia verò hactenus, in authenti.de nupt. vbi in arguendis donationibus inspicitur tempus mortis donatoris. & Alex.consi.14.circa primum,col.3.ver si.non obstant prædicta, lib.1.

36 ¶ Ego verò in nostro casu aliter censeo, vt scilicet reuocetur ea donatio ex nostra l.natis liberis.nam vt diximus in præcedentibus, quæst. nu.ab hinc 2.& dicendum est quoque sæpius, inspicitur hoc in casu nostræ.l.mens, & voluntas præsumpta donantis, qualis fuerit tempore donationis, scilicet an eo tempore donaturus fuisset, an non fuisset, si cogitasset de liberis, quicquid postea contigerit, quod eius voluntatem mutare potuisset. Sed si eo tempore cogitasset de liberis, verisimiliter non donasset. Igitur aduentitij illi casus non sunt considerandi, vt etiam in simili dicitur in l. Iulianus.ff. qui & à quibus & in l. insulam. ff. de verb. oblig. vbi primus rei status, qui

in exordio fuit inspicitur, nec is ex post facto mutatur, Et quod dicitur in l.in ratione, ff. ad leg. Falc.quod si semel fuerit locus falcidiæ eo tempore, quo falcidia locum habet, ea quidem non tollitur, licet postea bona aucta fuerint. Igitur non obstat quod de inofficiosa donatione diximus, quia in ea tēpus mortis inspicitur, vt not. omnes in d.l. 1. ideo etiam & in eadem si post mortem bona superuenerint nihil obstabunt reuocationi. Hic autem ipspicitur tempus donationis. Ergo & similiter nihil facit quod postea superuenit.]

37 FINEM HVIC GLO. facerem: sed illud nolui tacitus prætermittere, quod ad vim huius dictionis, aliquam q̄ nunc comentamur, pertinet, vltra ea quæ supra diximus, eam videlicet supponere pluralitatem eius rei cui adijcitur, verbi gratia, si Papa scribat pro Titio, vt ei de aliquo beneficio in tali ecclesia prouideatur, si non sit nisi vnum beneficiū in ea ecclesia, non debebitur ex dicta prouisione, propter illam dictionem, aliquo, quæ denotat, vt diximus, pluralitatem: ita nuncupatim voluit glo. in cle. 1.§.ad hoc, in verbo, merito, versi, dicit etiā, & ibi quoque Imo.col. penul. versi. nota etiam quòd verbum.& Cardi.Flo.qui illam dicit sing.in 8.q.& Panor.in fi.de præben.& Io.Mo, in c.pe. in glo. 2.de offi.leg.lib.6.& Archi.qui ita dicit Bonifacium octauum diffinisse in ca.si pro clericis, de præben.lib.6 Licet quidam, inquit, magni viri tenuerent contrarium, per c.quanuis, eod.ti.& li. & c.nulla, ext.de concess.præben.& c. scire.7.q. 1.Et huius quoque sententiæ est Ioan. And.dum d.glo.allegat, in c.in generali, de regu.iur.lib.6. & Do.à Rot deci.216.incip.voluerunt & ordinauerunt, in nouis.& Collect.in c.vlt.col.2. ver si.quid si canonici, ext.de sortileg. & iterum in c.1.col.10.versi.sed quid mandatur.ext. de reg. iur.& Felin.in c.in nostra, col.17.versi.24. correlarium, extra.de rescript.Et illa glo.& sequacium sententia optimè probatur ex illo Terentij loco in Adelphis.

Aperite aliquis actutum ostium. quo in loco Aelius Donatus vir naturæ ac proprietatis verborum peritissimus, Vim pluralem, inquit, habet dictio aliquis, quanuis singulariter dicatur, non est enim aliquis, nisi de multis: rectè ergo pluraliter dicit Terentius, *Aperite aliquis.* Cui simile est illud Plauti in Meuechmo.

Aperite, atq; Erotiū aliquis euocate ante hostiū,
[Et rursus in Mercatore.
Aperite hoc aliquis.]

38 ¶ Sed quanuis de multis dicatur, tamen in vno tantum ex illis multis intelligitur, vt patet ex eo quod pulchrè consuluit Archi. Spalatensis consi.26.cuius exordium est. Ser. Michael, quòd si testator ita statuerit, Si Titius voluerit emere aliquam ex meis possessionibus, volo vt si vendant hæredes mei, & Titius voluerit duas aut plures emere, non audietur, nec tenebuntur hæredes mei nisi vnam vendere, propter illam dictionem, aliquam. Ita illum refert, & sequitur Feli.in ca.omnes, col.3, versi.& istis adde. 1. dist. & Matth. Afflic.in constit. Siciliæ, quæ incipit, quamplurimum, col.4.versi.quartò in capitulis, vbi etiam dicit quòd si est statuto aut consuetudine possit dominus petere à vassallis subuentionem pro maritanda aliqua ex filiabus ipsius, poterit pro vnica tantum id petere. Quanquam in illo priori casu facultatis emendi aliquam possessionum, contrarium latè consuluit Rapha. Fulgo.cons.47.quod similiter incipit, Ser. Michael, per text.in l.qui filiabus.§.si quis ita. ff. de lega. 1.Cui adde text, optimum in l.si seruum.§.an prætor.ff.de acquiren.hæredita.[& quod voluit Raph.Com.in d.§.si quis ita.]Sed pro priori op. facit illa loquendi formula. Ciceronis propria, vnus aliquis, vnum aliquid, de qua diximus suprà in eadem glos.versi.5.incip.& hanc partem. Nisi dicas & id facere pro op. Fulg.quasi de multis intelligi posset, nisi vnius adiectio fieret. [& inde hic Signor.consi.188.casus continens, colum.penul.nu.14.]

39 ¶ At Barto.consi.17.Vnnacellus, ante fin. tradit, quòd licet hæc dictio aliquis, sit distributiua plurium, tamen effectum dispositiuum attribuit in quolibet particulari. vnde si dico, si aliquis mihi hæres erit, ista verba verificantur siue vnus tantum hæres extiterit, siue omnes, per l. qui filiabus.§.primo.ff.de legatis primo, & alia quædam iura.ex hocque consulit in pulchro casu, vt ibi videre licet. Et idem propè dicit consil. 245.eodemque vlti.dominus Cato. Nempe dictionem hanc, licet sit numeri singularis, ad omnes tamen referri, per d.l.filiabus.§.1.quod multum facit ad ea quæ diximus in præcedēti versi.

40 ¶ Adde præterea & aliam huius dictionis naturam, ex eo quod scribit Signo.consi.115.in quæstione Petri, col.1.quòd si statuto cautū sit, quòd si per inquisitionem proceditur, debet assignari terminus vnius diei vtilis ad deliberandum, antequam procedatur aliquo modo contra inquisitum; ex quo, inquit Signo.inhibet statutum aliquo modo vltra procedi, planū est omnem processum vlterius factum esse nullius momenti, per l.ambiguitatem.C. de testa. & q voluit Dy.in l.relegatorum.§.sicut.ff. de interd.& releg.& Guid.Suz.in materia consuetudinis.de quo & tu vide quæ dicemus infra, in verbo, reuertatur. in 70. fal. futuri temporis, n.224.inci. nisi dicas.Idē quoq; Signo.conf. 171. incip.Ser Antonius, col.pe.scribit, q si sit statutū, q si appareat instrumētū, in quo q̄s donationē aliquā fecerit de suis bonis immobilibus, illud non credatur esse verū, nec vires habeat, nisi ille cui facta est, fuerit in possessione viuente donatore, hoc statutū cōprehendit omnē donationē, & inter viuos, & causa mortis, cū dicat, aliq̄ donationem, quemadmodū etiam, si quis, comprehendit distributiuè omnes terminos, per d.l.qui filiabus.

habus.§.1.ff.de le.1.& l.si necessarias.§.si annua ff.de pign.actio. quod & in iisdem terminis cõsuluit Corn.consil.41. videtur in hac consultatione, in princ.col.2.lib.1. quem supra adduximus in versi.14.incip.monentur maxima ex parte, de quo tamen vide Phil.Deci. in l.si tibi pecuniam, in 2.no.ff.si cert.per.

41 ¶ Et alibi quoque videmus hanc dictionem, aliquis, veluti vniuersalem comprehendere omnes species eius rei cui adiicitur, ex sententia gl.in c.quod clericis,in princ.ext.de fo.comp.& expressius in c.si propter,in glo.vlt. in princi. de rescrip.lib.6.Host.in c.cùm satis, de offic.Archi. Io.An.in c.quisquis,de elect.Domi.consi.29.Iesu Christi nomine repetito, licèt subtiliter, col. 4.& iterum consi.35.attendente,col. 2. versicu. vnde ex quo, dum allegat glo.in cle.1.de fo.compe. rursumque consi.65.Iesu Christi,& c. discu tiam, col,3.Socin.in repe.l.si filius, col.antepen. ff.de vulg & pupil. [& consil.3. in causa domini Guidi,colum.5.lib.5.]. Quę mirum in modum confirmant quæ diximus in illo versi.14.mouentur,nuper allegato,& quæ dicemus infra in verbo,reuertatur.d.nu.224.incip.nisi dicas. Sed tamen vide tex.in l.2.§.damni quid.ff.vi bon.rap. & Pau.Cast.qui videtur voluisse contrarium, cõsil.211.viso puncto.circa medium,versi.eodem modo respondetur, lib.1.

42 ¶ Denique & aliam huius verbi vim adscribit Pau.in c.relatum,le.2.col.2.versi.nota ibi, in versi.licèt, extrà de testa. Nam ex eo quòd text. ibi dicit, quòd clericus ęgrotus potest aliqua ecclesię suæ bona mobilia pauperibus & illis qui viuenti ipsi seruierunt, conferre:notat non omnia eius ecclesiæ bona mobilia posse ab ipso clerico conferri.nam illud verbum, aliqua, denotat quandam moderationem. Ex quo amplia qd suprà diximus,hanc dictionem,aliqua, verificari in re modica,vt.s.non tantum de re ipsa modica dici possit, sed necessariò de re moderata intelligi debeat.

43 [¶ Sed quod ad externos scriptores pertinet, sæpe videmus eam dictionem, aliquid, maximum & eximium quippiam significare. Terétius in Andria, cum Charinus dixisset.

Interea fiet aliquid spero. subiunxit Byrrhia.
Id aliquid nihil est. Et in Adelphis.
Profectò euadet in aliquod magnum malum.

Virgilius lib.2. Aeneidos.

Et nos aliquid nomenque decusque
Gessimus. Ouid.lib.Tristium.j.eleg ij.
Est aliquid fatoque suo,ferroque cadentem
Insolita moriens ponere corpus humo.

Et Persius saty.j.ad fi.

Sese aliquam credens

Et Iuuenalis saty.j.

Aude aliquid,Breuibus, Gyaris,et carcere dignũ
Si vis esse aliquid.

Et satyrã ij.

Est aliquid quocunque loco,quocunque recessu

Vnius sese dominum fecisse lacertę.

Et ex oratoribus, is qui primum locum inter latinos obtinet Tullius in prima actione in Verré. Vt tu tũ aliquid esse videare. Et rursum, Cæcilius denique se aliquid futurum putat, si Halienus minùs vehemens sit. Et epistolarum ad Atticum lib.3.epi.56.ad fi. Itaque fac, vt me velis esse aliquem. Quod & in sacris literis obseruauimus D.Ioannis.j.cap. A Nazareth potest aliquid boni esse?& D.Paulus.j. ad Corinth. 3. Nec.n. qui plantat,nec qui rigat, est aliquid. Et ad Gal. 6.Si quis existimat se esse aliquid, cùm nihil sit, ipse se seducit. Et ex veteri testamento Iudicum v. Est aliquid iniquitas eorum. Sunt & qui hæc verba, quid rerũ, nescio quid, & similia, magnas quasdã res significare, de quo videre poteris Nanium Alemarianum Miscellaneorũ lib. 1. Quãquam id scio in nostris legibus, nonnunquã hęc duo copulari.s. modicum aliquid, & modicum quid, vt in l.sed & si §.item si plures.ff. de insti. actio.& in l.qui bonis,in prin.ff.de cess.bono.& in l.sacrilegii.§.j.ff.ad legem Iul.pecu.vti & è diuerso Tullius magnum aliquid etiam copulauit lib.2.epistolarum familiarium epist.6. Graue est enim homini pudenti petere aliquid magnũ ab eo, de quo se bene meritum putet. quem vt & insigne aliquid dicitur Terentio in Eunucho,

Et grande aliquid.

Persio saty. j.

Hic pede liber
Grande aliquid quod pulmo animæ prælargus anhelet.]

44 ¶ Nec tamen prætermiserim illud à Grammaticis annotatum, quod satis conuenit cum iis quæ diximus, aliquid, rem ambiguam & incertã significare, quod probatur ex illo Plauti loco in Curculione. Phæ. Iam edes aliquid. Curc. Nolo hercle aliquid, certum quàm aliquid mauolo. [Donatus in Andriam Terentii illud enarrans.

Saltem aliquot dies
Profer, dum proficiscor aliquò, ne uid.am.

Aliquò, ait, dixit, vt exilium esset incertum.] Cùm econtrario quiddam, rem certam & singularem demonstrat, auctore Boetio. Id quod affertir Laurentius Vallensis, tum li.2. aduersus Bartpholemæum Facium, [tum in annotationibus in Antonium Raudensem, non semel; tum libr. Elegantium.3.c.16. tum denique in Dialecticis lib.2.cap.25, atque etiam Nicolaus Sipontinus in Martialem.

45 ¶ Quanquam in contrarium] facere videtur tex.in l.si debitor. C.de sent.pas.& in §. præterea, Institut.de fideicom. liber. prout illos declaraui suprà versi.5.incipien.& hanc quoq; partem [& text.in l.3.§.vlt.ff.de annu.lega. vbi hęc duo certum aliquid, simul. inunguntur. & illud Tullij libr.de Inuentione. Demonstratiuum genus est, quod tribuitur in alicuius certę personæ laudem aut vituperium. Et rursum lib. 1. Rhetoricorum ad Herennium, si is est, statim pòst ini-

tium, vbi differit de Oratoris officio, vbi illa eadem verba adſcripſit. Sed & ſine ea adiectione certi, videmus ſępe ipſum Tullium hac noſtra dictione vti in re certa: nam libr. 4. epiſtola ad Titum Fabium. Idque vna, ait, ſententia, eaque dubia potentia alicuius condonatum exiſtimetur. Alicuius ſcilicet Cæſaris, vt ſatis eadem epiſtola indicat, & omnes intelligunt. Ideo vnus ex interpretibus Valla, inquit, dixiſſet, cuiuſdam. Idem lib. primo eatundem, ad Lentulum. Cùm de certis quibuſdā hominibus loqueretur, vnū ait, illud audeo, quod antea tibi ſignificās, nunc quoque re perfecta & cognita ſcribere, vehemēter quoſdam homines & eos maximè, qui & te maximè debuerūt, & iuuare potuerunt, inuidiſſe dignitati tuæ.

46 ¶ Eſt aliud quoque diſcrimen, ne & illud prætermittamus, inter has dictiones aliquid & quoddam, quòd ſcilicet] aliquid intelligitur de re modica, vt ſuprà latiſſimè diximus: quoddam verò non item, niſi addatur: vt in l. ſi cùm dies. §. vlti. cùm dicitur, quoddam modicum tēpus. ff. de arbitr.

FACVLTATVM.

1 VIDES, vt quæ bona prius vocauerat, nunc facultates appellat. Nam & aliàs videmus facultates pro bonis vſurpari, non ſolùm à iuriſconſultis, quod frequēter videre licet, vt in l. nec ei. §. j. ff. de adopt. & in l. ſi quis crediderit. ff. de pact. & in l. ſi plures. §. r. ff. de admi. tut. & in l. cū plures. §. tutor. & l. ſeq. eo. tit. & in l. quæſitum eſt. §. 1. ff. de leg. 3. & in l. 3. ff. de annu. lega. & in aliis propè infinitis locis. Sed & ab aliis orationibus pręcipuis, quorum facilè princeps Tullius lib. 2. officiorū, Modus, inquit, largitioni adhibeatur, iſque referatur ad facultates. Et paulopòſt, Liberales autē ſunt, qui ſuis facultatibus captos à prædonibus redimunt. Et iterum lib. 3. eiuſdem operis. Singulorum facultates, & copiæ, diuitiæ ſunt ciuitatis. Facultates igitur bona dicuntur, vt etiam nuncupatim tradit gloſ. in l. conſtante, in princ. in verbo, non ſufficere, & ibi quoq; Bartol. in 2. oppo. ff. ſolu. mat. [& Lucas Pen. in l. omnes, col. 7. in verbo, facultatem. C. de decuri. libr. 10. & in l. ſi quis procurationem, poſt princi. eo. tit.] & è recentioribus Philip. Deci. qui, & alia iura allegat, in l. qui ſe patris, colum. 4. verſicu. not. ibi facultates. C. vnde libr. Quod hinc manauit, vt nonnullis placuit, quoniam antiqui facul, & faculter dicebāt, quod poſterior ætas facile & faciliter vocauit, vt annotat. [Feſtus Pompeius, atq; etiā.] Nonius Marcellus auctoritate Pacuuij Africani, Lucilij, & aliorū. Vnde & facultas nomen ad noſtrā ętatē permanauit, veluti facilitas agēdi quippiā, vt etiam è noſtris aſſeruit Accurſ. in d. l. ſi quis crediderit. ff. de pact. & in d. l. ſi cōſtante, vbi ſuprà. & iterum in l. ſi quis poſthumos. ff. de lib. & poſth. Cuius contrarium nomē eſt difficultas: ſicuti & huius. quod faciliter dicitur, contrarium eſt difficulter, quo vſus eſt Columella. lib. 8. c. x. Ex quo & Varro in Bimargo, quod vtrùm ſit magnum, an paruum: facul, an difficul: & quoniam qui diues eſt, cuive abunde ſuppetunt opes ac diuitiæ, facilè agit quod vult, iuxta illud Arbitri Petronij.

Quiſquis habet nummos, ſecura nauiget aura,
Fortunamque ſuo temperet arbitrio.
Multa loquor, quoduis nūmis præſentibus opta,
Et veniet, clauſum poſſidet arca Iouem.

Cui cōcinens Horatius auctor grauiſſimus, lib. 1. epiſtolarum ad Numicium ait,

Scilicet vxorem cum dote, fidemque, & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia donat.

Et lib. 2. ſermonum Saty. 3.

Omnis enim res
Diuitijs paret: quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, etiam rex.

Et hinc quoque Apuleius li. Aſini aurei 9. ſcribit pecuniæ, difficultates omnes eſſe peruias, auroque adamantinas perſtringi fores. Ex quo & Statius li. Syluarum. 5. non inſcitè diuitias potētes appellat, cum dicit.

Arabumque potentes. Diuitias mallet.

Et vt ex Græcis auctoribus aliquid quoq; adferamus, Ariſtoph. in Pluto multa in eam ſētētiā effūdit, ex quibus hos verſus huc ad ſcripſimus.

Καὶ νὴ Δί᾽ εἴ τι γ᾽ ἔστι λαμπρὸν καὶ καλὸν,
ἢ χάριεν ἀνθρώποισι, διὰ σὲ γίγνεται.
ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ᾽ ὑπήκοα, Id eſt,
Et per Iouem, ſi quid magnificum, aut ſplēdidū,
Aut elegans mortalibus, abs te vno venit.
Pecuniæ nanque vniuerſa obtemperant.

Et Menandri ſenarius eſt.

Χρυσὸς δ᾽ ἀνοίγει πάντα, καὶ ᾅδου πύλας

Id eſt ad verbum,

Aurum autē aperit omnia, & inferni (ſiue manis Plutonis) portas. Quin ex Hebræis Salomon ante hos oēs illud grauiter, & veluti cum bile pronuntiat in Eccleſiaſte. cap. x. Pecuniæ obediunt omnia. [Id quod reaſſumit Bald. in l. ſingularia, col. 4. ver. t 1. eſt ſpeciale. ff. ſi cer. pet. & Salyc. in l. receptitia, col. 3. ver. itē. no. ibi. C. de cōſt. pecu. & ante eos] Hoſt. & Io. An. in c. ſignificantibus, vterq; poſt prin. extr. de offi. dele. [vbi eius loci authoritate] negant viduam diuitem eſſe annumerandam inter miſerabiles perſonas. Quod & aſtruit tex ibi Cui tamen aduerſatur tex. in c. ex parte, de for. cōpe. vbi vidua regina Angliæ gaudet priuilegio miſerabilium perſonarum. Sed id nihil obeſt, quando & rex. & regina poſſunt eſſe pauperes reſpectu ſuæ conditionis, vt dixi latè in noſtro tractatu nobilitatis. His autē quæ diximus, aſtipulatur, quòd leges noſtræ aſſerunt pecuniæ appellatione res omnes contineri. c. totum. 1. q. 4. & l. pecuniæ. ff. de verb. ſigni. & l. receptitia, verſi. & neminem moueat. C. de conſti.

pec.

pec. Tanquam scilicet omnes res habere videatur, qui pecunias habet, vt etiam in postremo lo co not. Bal. qui ad hoc retulit quod voluit glos. in l. aduocati, in verbo, vitam. C. de aduo. diuer. iudi. videlicet diuitias esse vitam hominis. de qua re latissimè disseruimus in trac. nobilitatis, in comparatione aduocati & medici, vbi id quisque legere poterit. Proinde, vt repetamus, cum diuitiæ tantum habeant vitium, potentiæ, facultatum, non abs re latinis facultates dicuntur, tanquam scilicet rerum omnium facultatem ac veluti facilitatē præbētes. In qua re Latini ipsi Græcos, vt sæpe aliàs, imitantur, quibus facilitas dicitur εὐπορία, quo etiam vocabulo abundantia & opulentia significatur. Demosthenes, ἐὰν πλάζοντι τούτους δι' εὐπορίας πονηρὰς Ex quo & εὔπορος diues & abundans, & verbum, εὐπορέω, habeo facultatem, ditor, abundo. De quo & idem Demosthenes ἀλλ' ὅθεν τὰ χρήματα εὐπορήσας, καὶ ἐκ μισθωτῆς παρὰ τοῦ οἰκου λαβὼν τριακοσίους στατῆρας. [Antiqui autem pecuniam deam esse existimāt. vt videre licet ex D. Augustino de ciui. Dei lib. 4. c. 21. & 24. vt magis mirum sit quod Iuuena. cecinit Saty. j.

-Et si funesta pecunia templo
Nondum habitas nullas nummorū ereximus aras]

2 ¶ Verùm è nostris Alberi. in suo vberrimo Lexico tradit opes dici facultates, tāquā facilitates, q. f. facilè labuntur, per no. in l. si cùm dotē, in fi. ff. sol. mat. Cui rationi concinit illud Val. Maxi. in fine lib. vj. Caduca nimiùm & fragilia, puerilibusq; consentanea crepūdiis ista, quæ vires & opes humanæ vocantur, affluunt subitò, repente dilabuntur: nullo in loco, nulla in persona stabilibus nixa radicibus consistunt; sed incertissimo flatu fortunæ huc atque illud acta, quos in sublime extulerunt, improuiso recursu destitutos in profundo cladium miserabiliter immergunt. Hæc ille. Cui adstipulatur illud Salustii in Catilinario, Diuitiarum & formæ gloria fluxa atque fragilis est. Et rursus in Iugur. statim post prin. Præclara, inquit, facies, magnę diuitię, ad hoc vis corporis, & alia huiuscemodi breui dilabuntur [Plutarchi in oration. consolatoria ad Apollonium tradit quod cum Demetrius Phalereus dicente Euripide diuitias esse instabiles; vnāq; diē hæc ad ima deprimere, hęc vero ad sūma tollere. Alia quidē rectè eū dicere inquit, melius vero fuisset, si non vnā diem, sed temporis punctum dixisset. Et] optimè facit tex. in l. etiā, ibi, si idoneus subito lapsus est. ff. de admin. tuto. [& in l. venum. §. si locupleti, ibi, & subito lapsus est. ff. de minorib.] Et ex Christianis scriptoribus Hieronymus ad Pammachiū de obitu Paulinæ vxoris, scribit opes, & momento perdi, & inueniri posse. Cuius rei exemplum insigne ac memorabile nobis suggerūt sacræ literæ, in quibus Iob ille simplex & rectus, & timens Deū derepētè ex ditissimo factus est pauperrimus: ex pauperrimo ditissimus. Et aliud quoque Myron Atheniēsis orator apud P. Rutilium Lupum ex Georgia de figuris sētētiarū lib. 2. Hæc mulier, ait, nuper fuit locuples, potēs in amore atq; deliciis necessariorū, ornatus eius opibus abūdabat, magnus ancillarum quæ sequebantur, comitatus appellabatur. Nunc contrà subito, & graui casu afflicta vix mediocris ancillulæ dignitatē retinet. Ob idq; cōfestim subinnxit. O fortuna, quā vehemēter te rerum varietas oblectat, & quā magno odio est tibi beatę vitæ perpetuus & cōstans fructus. Hæc ille. Ex quo fit quod scribit Barto. in l. in confirmādo. ff. de confir. tuto. quod qui antea diues erat, propterea non præsumitur nunc diues esse: quoniam in facili est, vt facultatum fiat diminutio, per illum text. quanuis glos. teneat contrarium in §. quia verò iam, in verbo, à patre, in authen. de æqual. doti. [& Hostien. Ioan. And. Aegid. Bellemer. Ant. & Imo. in c. 1. ext. de scrut. in ordin. faci. per tex. in l. si creditores, in fin. ff. de priuileg. creditor. Archi. & Domi. in c. vlt. 6. quęstio. 5. Alberic. Rosa. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisda. cogā. Sed tu vide Alciat. has contrarias sententias cōcordantem, in tractatu præsumptio. regula 2. præsumpt. 27. num. 1. & 2. post Alex. ibi ab eo allegatum.] Sed & Bal. in c. dudum. colum. 1. versicu. quæro quæ qualitates, ext. de iureiur. inter ea quæ facile corrumpuntur, diuitias reposuit.

3 ¶ Vides igitur opes ac diuitias maximam nobis omnium rerum facultatem siue facilitatem suppeditare, easdemque facillimè labi & effluere (vt sic vtranque rationem coniungam) vt nō immerito facultates id est facilitates dicantur. Sed prior ratio multo conuenientior est ac peculiarior. nihil enim omnium rerum illud, scilicet facultatem rerum agendarum, magis efficit quàm diuitię: hoc autem, scilicet facilè labi, cōmune est cum multis. Quælibet autem res ab eo potius denominari debet, quod sibi specialis est quàm quod cū aliis commune habet. Ex quo videmus stipulationem potiùs à verborum firmitate, quæ propriæ ac peculiariter ad stipulationem pertinet, quàm à cōsensu, qui omnium pactorum ac conuentionum communis est, nomen accipere. l. 1. in princip. & ibi Paul. Castrē. Alexā. Soc. & cęteri recētiores. ff. de verb. oblig. Sic hominem negat Fab. Quintilianus lib. oratoriarum institutionum. 1. c. 10. ab humo dictū, cùm id omnibus animantibus commune sit. Id quod & Alciatus noster scientissimè colligit in l. tugurij. ff. de verbor. signi. Quanquam ea hominis etymologia auctorem habeat Varronem illum togatorum doctissimum.

4 ¶ Quid aūt intersit inter facultatē & facilitatē, Tradit Cornelius Frōto in libello de nominum verborūq; differētiis. Facultas, inquit, locupletis; facilitas artificis est. Itaque diues facultatem habet vel emendi vel redimendi: artifex opera per ficiendi facilitatem. [At Festus Pompeius in verbo, facul, facilitas (ait) morum est: facultas rerum.

tum. Sed & de significatione facultatis, quid nostri sentiant, videbis apud Accursium in §.si verò absunt, in verbo, substantiam, in authen. de hæred.& falcid.& Luc.Pen.in locis in principio alleg.]

5 ¶ Postremò in hac mentione facultatem noluimus prætermittere nostrates ponere differentiam inter facultates & prouentus, vt videre licet ex cle.2.in prin.vbi id not.Paul.Liaz.& Cardin.Flor.in 16.not.de religi.domi.quos videas. neque enim in hac re diutius immorari statuimus, vt pote nihil ad nostrum, quod agimus, negotium pertinente.

DONATIONE *Largitus.*

EX HIS verbis satis constat hanc l.locum habere tantum in donatione, & ea quidem propria, simplici, mera, gratuita, liberali, vt & tradit Bald.in 2.lect.& Ange.hic & Ro.consi.26.pro decisione, col.v.vers.concludo ergo.& Iason consil.171.viso instrumento dotis, col.3.versi.sed præmissis, lib.4.& doc.vbique, vt videbimus ex seq. Nam & ea propriè etiam dicitur donatio.l.1.in prin.ff.de donat & largitio quoque ea propriè est quæ fit gratis, & liberaliter, vt diximus & probauimus suprà in verbo, omnia, vel partem aliquam.num.11.in cip.adde & his verbum largitus. Et cum hæc.l. loquatur in speciali ac singulari casu, sitq; exorbitans, vt latè diximus in verbo libertis, nu.19. & sequent.consequens est, vt dicunt Ro.& Ias. vbi suprà, eam debere intelligi propriè ac strictè de vera ac propria donatione.l.filiusfam.in prin. ff.de donat.cum simil.

2 EX QVO illud primùm sequitur, hanc.l.non procedere in vẽditione, quod oẽs vbique admittunt. Quod tamen velim intelligas, nisi ea facta fuerit paruo quopiam pretio, habito quidem respectu rei venditæ, quæ scilicet multò pluris valebat. nam huiusmodi [gratiosa] venditio [suam ita possum appellare post imperatorem in l.2.C.de fide instrumen.& iure hastæ fiscal.lib.10.] reuocabitur ex hac.l.peræquè ac donatio, vt voluit Bal.hic ante fi.1.lec.& iterum in 2.lec.col.2.& Cyn.in l.1.in vlt.q. & ibi quoque Bal.col.1.in 3.not.Fulg.& Fran.Aret.col.vl. versi.veruntamen si venditio, & Iacob.à Sanct. Georg.col.j.[Claudius Aquen.col.2.ver.fortius voluit.]C.de pactis & ipse Bald.in rubr.ext.eo. tit.col.2.versic.quæro an venditio.Angel.in l.1. C.inoffic.testa.Rom.in l.si quis cum aliter, col. 5.in 9.quæst.versi.attende tamen.ff.de verbor. oblig.vbi id dicit sing.Pet.Ferra.in sua practica, tit.forma libel.quo agit.pro dona.in verbo, irreuocabiliter.[Barb.in c.cùm dilecti, colũ.vlti.de empt.& vendit.]Soc.consi.215.visa prædicta facti contingentia, colu.1.lib.2.quod reperitur in consi.22.lib.4.& Franc.Curt.senior.consi.1.prima fronte videtur dicendum, col.3.& Philipp. Deci.qui Cyn.& Bald.tantùm memorat, in l. maginaria.ff.de regul.iur.[Carol.Ruin.cons.98. visa renuntiatione, colum.9.num.20.libr.1.& iterum consi.179.de tribus, colu.4.nu.15.lib.1. & consi.40.de re quidem, colum.5.nu.6.libr. 3.& consi.140.circa casum, colum.3.num.6. lib.4.]Pantal.qui & Cyn.& Bald.tantùm citat in repet.l.2.colu.36.versi.duodecimo limita.C. de rescin.venditio.[& D.Boer.deci.143.& quo ad secundam, col.3.in princ.]

3 ¶ Horum ratio est, quia talis venditio facta minori pretio, pro donatione habetur.l.si vir vxori, in princ.ff.ad S.C.Velleian.& l.si quis donationis.ff.de contrahen.empt.& l.j.§.si quis in fraudẽ.cum seq.vsq; ad.§.si mutuam.ff.si quid in fraud.patron.& l.si sponsus.§.circa.ff.de donat.inter vir.& vxo.& l.cum hic status.§.si inter, versicu.planè.& in l.sed si vir.§.si duo.ff.eo. quibus probatur iura loquentia in donatione habere locum in huiusmodi venditionibus: quod & voluit gl.in l.apud Celsum.§.auctoris, in verbo causa.ff.de except.dol.Pet.à Bel.Perti.in suis nota.8.not.incip.si quæratur, in fi.& in l.1.& ibi Cyn.post eum in 7.q.C.de inoffi.donat. Bald. consi.261.primò quæritur, statuto cauetur, col. 3.lib.1.Bart.in l.non vsque.ff.si à par.quis manu.fuer.& consi.161.in nomine domini amen, proponitur, paulò ante fi.Colle.in ca.vlt.col.3. versi.sed quid pater, ext.de donat.Io.Plat.in l.1. col.2.versi.in tertio dicto.C.de impo.lucra.descrip..vbi dicit censeri causam lucratiuam, cùm res magni pretij paruo emitur. & in hoc dicit not.glos.in d.§.auctores.& Alex.cons.55.consideratis verbis, col.2.versi.quod non excedit, li. 1.& Alciat.in l.nominis.§.verbum.ff.de verb.significati.cum aliis multis concord.à me collectis in nostris commentariis in Pictonum consuetudines.tit.14.§.10.in glo.1.in 2.declaratione.2.fal. Quibus adde text.loquentem in condictione vno nummo facta, in l.si quis.ff.locator. vbi & ea instar donationis est. Et quod scribit Suetonius in Iulio Cæsare.c.50. Ante alias dilexit M. Bruti matrem Seruiliam, cui & primo suo consulatu sexagies sestertium margaritã mercatus est, & bello ciuili super alias donationes amplissima prædia ex auctionibus hastæ minimo addixit, aut vt Budæus in tit.de in diẽ addic.& quidam alij, & meliùs meo iudicio, legunt, nummo quod tamen in idem recidit, quantum ad rem de qua loquimur, pertinet. Nam ex ipsius Suetonij sentẽtia, est veluti quædam donatio, rem amplissimam minimo siue nummo vendere vel addicere. Ex quo etiam illud Horatij lib.sermonũ. 2.satyra.5.ad fi.

Seu fundi siue domus sit
Emptor, gaudentem nummo te addicere, &c.

Quo

Quo in loco Porphyrio interpres, Genus inquit erat donationis, in qua quando aliquid donabatur, nummum dabant, vt misse viderentur. Ex nostris autem Accursius scribit hanc venditionem vno nummo factam esse imaginariam, in §. preteterea, Instit. qui. mod. ius patr. potest. sol. & in § j. in ve. bo, libripédi Inst. de testa. [& Philip. Dec. in l. imaginaria. ff. de reg.] Ex quibus magis placet apud Suetonium legi nummo quàm minimo. nihil tamen refert, quod suprà diximus, vtrum horum legas, ad eam rem de qua tractamus Quanquam habemus casum in iure nostro quo huiusmodi venditio habet aliquid momenti, in l. si vsusfructus. ff. de iur. dot. De quo tu vide glos. in l. si quis ante, in verbo, solum teneat & ibi Bart. & alios. ff. de acquir. poss. Sed & tu vide de his venditionibus factis vno nũmo, Cyn. post Petr. in l. maritus. circa medium. C. de procur. [& in l. non Ideo. C. de hæred. instit.] Bart. in l. vsufructu, col. 3. versi. vlterius no. ff. sol. mat. Collec. in c. vt mensurę, quod est. 2. ext. de empt. & vẽdit. cum aliis concord. adductis ab Alex. in d. l. si quis ante. Sed vt redeamus, ex his quæ diximus, fit, vt quod in ea venditione minori pretio facta, de est à vero ac iusto pretio, tanquam donatio debeat insinuari, secundum Pet. Anca. & Imol. in c. cùm causa, ext. de empt. & vẽdit. & Rom. in l. 2. in princ. col. 3. ff. de verbor. oblig. per d. l. si quis donationis. & reprehẽdit Calder. qui contrarium consuluit, consi. 2. tit. de empt. & vendit. De quo & per Alexan. in d. l. si quis cùm aliter, col. 3. versicu. item quæsiuit. ff. de verbor. obligat. & Firmia. in tractatu gabellarum, in 3. parte. 8. partis princ. q. 12. & Soc. d. consil. 215. col. 1. lib. 2.

4 ¶ Id quod primo loco intelligunt Cyn. Bald. & Soc. subdubius tamen, in d. l. 1. C. de pactis, procedere, si ea venditio ita facta, fuerit animo donandi facta, alias secus. quia principale propositum contrahentium est inspiciendum, vt est text. licèt non allegent, in l. rogasti, in princip. & in l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. & apertè declarat text. In d. l. si quis donationis causa. ff. de contrah. emp. & in d. l. si vir vxori. ff. ad S. C. Velleian. & in d. l. si sponsus. §. circa. ff. de donat. inter vir. & vxor. Ex quo etiam voluit. Ioã. And. & post eum Panor. Barb. & alij in cap. ad quæstiones, ext. de re. permu. quòd si pro fundo alterius, ei do alium fundum, & pecuniam, primùm inspiciendum est quid principaliter inter contrahentes actum sit, vt iudicemus, sitne hic contractus permutationis, an venditionis. Id quod etiã voluit Bart. in l. 1. ad fi. ff. eo. ti. & in l. Aristo, & ibi quoque Bald. & Paul. Castr. ff. de donat. & idem Bart. in l. si in emptione, in princ ff. de contrah. empt. Bald. in l. 1. col. 2. versic. quid si data est res, C. de rerũ permut. vbi & ad hoc allegat optimum text. in d. l. si sponsus §. circa, vbi & ipse Bal. tradit auctoritate illjus tex. & l. is qui. C. de his qui propt. met. iudic. q. iudicamus actum secundum animi prævalẽtiam. quæ postrema dictio (ne tu eam repudiandam in hac significatione existimes) est Pauli iurisconsulti in l. in rem act. 10. §. in omnibus. ff. de rei vendicatio. Sed vt redeamus, illud idem quod diximus. voluit ipse Bald. cõsi. 66. inter virum & vxorem. in princip. lib. 1. Panor. consi. 15. quęritur an prædictus contractus, col. 1. lib. 1. cum multis concord. à me congestis in [nostro tractatu Retractuum, tit. 1. §. 30. glos. 1. nu. 2.]

5 ¶ At fortè quis, quantum ad casum l. nostræ pertinet, non simpliciter quid actum sit inter partes, sed primo loco iudicaret eatenus reuocatam esse huiusmodi venditionem minori pretio factam, quatenus res vendita excedit pretium, vt & voluit Franc. Are. illam Cyn. & Bald. restrictionem siue limitationem reprobans in d. l. 1. col. vlti. C de pact. per id quod in simili dicit Bart. in d. l. non vsq; C. si à paren. quis manumi. fuer. quòd vẽditio minori pretio facta, in eo quidem quod pluris valet res vendita. quàm sit pretium donatio est per d. l. 1. ff. si quid in frau. patr. & ideo potest eatenus tantum reuocari per quęrelam inofficiose donationis. & idem tenuit Bal. in d. l. 1. col. antepe. versi. vlterius quæritur. C. de inof. don. & Cano. in c. Raynurius, ext. de testa. Alex. consi. 55. consideratis verbis. col. 2. lib. 1. Et ita quidem loquuntur iura quæ suprà adduximus, versi. 3. & optimè declarat text. in d. l. si sponsus. §. circa vẽditionem. de donat. inter vir. & vxor. Et bene faciunt quæ infra dicemus super donatione facta ob benemerita, num. 77. incip. secunda declaratio, & seq.

6 ¶ Verùm ego, lector amantissime, hic subsisto, vt vtar verbis iurisconsulti in l. seruũ quoq; in prin. ff. de procur. & in l. si & me. ff. si cer. pet. subsisto, inquam, in casu. l. nostræ, quę omnino respicit mentem donantis, eamq; pedetentim sequitur, vt secundum eam locum habeat, vel non habeat, vt ex iis paret quę longè lateque diximus supra in præfati. nume. 63. incipien. ex quo fit, & multis seq. Si ergo hic qui minoris vendit non id facit donationis causa, sed quia putat iusto se pretio vẽdere, & ita quoque facturus etiã si de liberis cogitaret, quanuis donaturus non fuisset si cogitasset, quid causæ est cur locus esse debeat huic. l. etiam si alio respectu & consideratione hæc esset reputãda donatio? cum iste donare se non putat, nec cogitat, nec vult. sed tantùm vendere, id etiam facturus si haberet liberos, aut de futuris cogitaret vt diximus. Nec mouet quod de quęrela inofficiosæ donationis dictum est, quia ea competit, etiam si scienter facta sit vt plenè not. in l. 1. C. de inoffic. testa. & dicemus postea latius in verbo totum, nume. 3. & sequen. & in uerbo reuertatur post princip. Hic autem secus est, cùm sola cogitatio liberorum vim huius. l. impediat, vt dictum est supra in prin. l. d. nu. 63. Ideo cogita, & vide etiam interim Calca. consi. 25. Titius nobilis, col. 6. vers. septimò

septimò facit,& versi.seq.& Rom.in d.l.si quis cum aliter, in 9.q.ff.de verbor. obligat. vbi id videtur sentire quod diximus, vt scilicet hæc.l. habeat locum in huiusmodi venditionibus,cùm scienter quis vendit minoris, & sic animo donandi,vt ipse nuncupatim scribit,quasi si secus alias.

7 ¶ Sed hoc tamen secundo loco intelligendum si modò id quod excedit pretium, tanti sit, vt hinc contractus ex capite læsionis retractari possit. Alias enim frustra tractamus de donatione: quia ex natura contractus licet illud retinere l. item si pretio, in fi.ff.loca.& l.in causæ,in fi.ff. de minor.verbi gratia, fundum pendentem 20. aureos annuos,& qui vera iustaq; ac communi patriæ æstimatione valet quadringentis aureis, vendo ducentis tantum aureis,& ita non est læsio vltra dimidium iusti pretij,ideo ex capite minoris pretij rescindi non potest. propterea cùm ex natura contractus illud quod excedit, retineri possit:nihil est, cur donationem dicere debeamus. Et ita in casu nostræ.l.hanc rem limitat & intelligit Fran.Aret.in d.l.1.C.de pact. Cui adde quod scribit Bald. in rub. C. de contrahen. empt.in 2.quæstio.quòd vilius vendere non est donare, etiam si apponatur clausula donationis, quia est actus consecutiuus naturæ venditionis, in qua licitum est contrahentibus suam vtilitatem procurare, nisi excederet dimidiam iusti pretij,quia tunc,cùm excederet terminos æquitatis,esset vera donatio totius eius quod excedit iustum pretium,per d.l.si quis donationis.Sed tu super hac re vide etiam quæ dicam postea. nu.81.incip.sed super hoc illud est animaduertendum,& duobus seq.

8 ¶ Intellige tertio,vt non solum id tanti sit,vt contractus inde rescindi possit, sed etiam vt sit eiusmodi,vt ascendat ad dimidiam partem omnium bonorū, secundum eam op.quæ id exigit, aut saltem tale sit, & tantæ æstimationis, quòd verisimiliter venditor noluisset donare, si cogitasset de liberis, secundum aliam & communiorem op. Nam si in donatione expressa illud obtinet,multo magis in tacita,imaginaria, adumbrata,ne plus habeat virium tacitum quàm expressum, & imago quàm veritas. l. filio quem pater. ff. de libe. & posthu.cum simil. Et vt intelligas quid intersit inter hoc,& illud quod diximus in præcedenti versicu. Pone quod quis habens in facultatibus ducētos aureos annuos, vendit fundum pendentem decem tantùm aureos annuos, & ita valentem,si iustè ematur,ducentos annos, quinquaginta tātùm aureis. Certè is contractus rescindi potest ex capite læsionis infra dimidiū iusti pretij. Ex capite autem huius.l.nō poterit, quia non tanti est is fundus pro portione omnium bonorum, vt si apertè & expressè donatus fuisset, reuocari deberet ob filios postea susceptos, secundum ea quæ plenè diximus in gl.omnia, vel partem aliquam.

9 ¶ Intellige quartò, quando huiusmodi contractus pro maiori parte esset donatio quàm venditio,verbi gratia, res quæ valet centum aureos, venditur 10. aureis. venditio est vsque ad illos viginti aureos, in reliquis octoginta aureis donatio. Et ita is contractus censetur potiùs esse donationis,quàm venditionis.quòd si è diuerso pretium excedat id quod abest à pretio, est omnino venditio,habita eius tantum ratione,quod pluris est: [vt expressim voluit Guid.Cu.in l. quæritur,per illum tex.ff.de stat.homin.& Bald. in l.vsufructu, eolum. vlt.ff.solut.matr.& facit quod] in simili traditur, quòd si species & pretium dentur pro alia specie, si species pretium excedit,censetur esse permutatio: sin contrà pretium excedit speciem, venditio.Ita enim voluit Bart.& alij,in d.l. Aristo,ad fin.ff.de donat.& Cano.in d.c. ad quæstiones,de rerū permut. cum aliis multis concord.quas ego tibi affatim congessi [in d.tracta.Retractuum,vbi suprà,nume. 9.si autem non constat.] Et ita in casu.l.nostræ nuncupatim voluit Philip. Dec.in d.l.imaginaria.ff.de reg.iur.Et hoc non admodum abest ab eo quod diximus suprà num.7. quanquam non omnino idem est.

10 ¶ Intellige quintò,quando simpliciter venditio facta est minori pretio, nullo alterius rei respectu: secus si certæ rei contemplatione. Nā cùm ea res sit veluti pars pretij,vt est tex.expressus in l.fundi partem.ff.de contrahen. empt. & facit. l. sterilis.§.si tibi.ff.de acti. empr.& l.si seruus.ff. de cond. furt.& cap.cùm Ioannes,extr. de fid. instrum. Certè venit in considerationem, vt venditio non debeat censeri facta tantùm illo exiguo pretio.quod in cōtractu interuenit: sed potiùs rescindi ob eam rem,cuius contemplatione facta ex illo modico pretio,per tex. in l. cùm te.C.de pact.inter emp.& vend.fact. Nam & ob id res ipsa minoris valet,vt per Panor. in c. cùm aliquibus,col.2.ext.de deci. & in c.ad nostram, col.vlt.ext.de empt.& vendit.Maria in d.c.cùm Ioannes,in 7.not.& in c.vlt.in 22.prin.art.q. 9. versic.9. effectus, extrà de dila.cum aliis multis concord.à me adductis in commentariis nostrarum consuetudinum.tit.23.in rubrica. Et facit optimè tex.in l. quinetiam.ff de calumn. vbi accepisse videtur, qui minoris rem emerit calumniæ causa.

11 SECVNDO HINC sequitur, quòd cùm donatio remuneratoria non sit mera, simplex, gratuita,& propria donatio,sed potiùs quædam permutatio, remuneratio, compensatio, & vt titulus onerosus, vt manifestè probat text. in l. Aquilius Regulus.ff.de donat. ibi, defendi non meram donationem esse. verùm officium magistri quadam mercede remuneratum Regulum. & in l.sed & si lege.§.consuluit,in fin.ibi, & velut genus quoddam hoc esse permutationis.ff. de petit.hæred.& voluit per illum text. Bal.ibi, & Bart.in superscript.procemij.ff.col.vlt. & in l.

per

per diuersas col. 2. versicu. iuxta hoc quæro. C. mand. & Ioan. And. in addit. Specul. tit. de instr. edi. § porrò, colum. vlt. Alberic. in 1. parte statutorum. q. 122. prædicta materia. Panor. in rubr. extr. de don. & in c. per tuas, eod. tit. & consil. 3. nitar in præsenti, col. antepen. lib. 2. Alex. in l. in risgentium. §. quinimo, colum. 4. versi. iuxta prædicta. ff. de pactis. & consi. 217. nec arguendi sumus, col. 1. lib. 2. & consil. xliij. visis & ponderaris, col. 6, versi. nec. obstat quod statutum, lib. 4. Franc. Aret. consi. 17. consideratis, colu. v. & omnes vbique.

12 § Cùm igitur, vt repetamus, huiusmodi donatio remuneratoria, non sit propria donatio: certè etiam nostra. l. non habet locum in ea, vt voluit Bald. hic in 2. lec. quam addi. vocant. & Angel. etiam hic. & Imol. in c. vlt. colum. 5. versicu. sed circa prædicta, ext. de donat. & Paul. Cast. consi. 434. respondeo per ordinem, in 4. dubio, lib. 1. & consi. 435. super hoc puncto, colum. vlt. versicul. quartò facit dubiũ, lib. 2. Rom. in repe. l. si vero. §. de viro. in 48. fal. in fin. ff. sol. mat. [& in l. si pater. §. 1. ff. de donat.] & con. 16. pro decisione eorum, col. 2. versic. concludo ergo. & consi. 426. quod indultum Petri, colum. 3. & in l. si pater. §. vlti. per illum tex. ff. de dona. vbi ita dicit consuluisse Bal. con. incip. domina Philippa de assisio, quod reperire non potui. Alexand. consi. 28. præclarè & subtiliter, ad fin. lib. 3. & consil. 40. super primo dubio, colu. v. in 3. dubio, lib. 4. & consi. 162. visis his quæ copiosè, colum. 2. versicu. item respondeo, lib. 6. Corne. consil. 194. videtur in præsenti consultatione, colum. 1. libr. 3. & consi. 206. viso suprascripto themate, colum. 8. versi. concurrit etiam, li. 3. Barbi [in rub. ext. de donat. colum. 1. vbi id dicat singulare, & mirabile. &] in tractat. de præstantiá Card. in 3. q. prin. primæ partis, col. 6. versic. faciat sing. dictum, vbi hoc dicit singul. & consil. 11. illud adferam, col. 4. lib. 2. & consi. 26. sapienter scripsit, col. pe. eo. lib. 2. vbi & hoc dicit multùm singul. & consi. 44. quod est eiusdem initij, col. vlt. eo. lib. 2. & cons. 2. illud adferam in medium, col. 1. lib. 3. & cõs. 28. à Ioue principium, colum. 1. eod. lib. 3. & consil. 41. Deum inuocet, col. 5. in fi. eo. lib. 3. vbi hoc quoque dicit multùm singul. & consil. 61. clementissimũ Deum, col. vlt. lib. 4. & inter consi. Franc. Curt. senioris consi. 67. sapienter optimus, col. 1. Soc. con. 147. visa facti contingentia, col. vlt. lib. 1. & cons. 39. in quæstione quæ vertitur, in fi. lib. 3. Iason in l. ex hoc iure, colu. 12. in 16. effectu obligationis antidotalis. [& ibi quoque Claud. Aquen. colu. antepen. versi. sextus effectus.] ff. de iustit. & iur. vbi Iason & hoc dicit sing. & idem Iason in l. si non sortem. §. libertus, in 15. effectu. ff. de cond. indeb. vbi & hoc commendat. & consil. 154. in causa mota per Iacobũ, col. 2. versi. secundò præsuppono, lib. 2. & consil. 171. viso instrumento dotis, col. 5. versi. sed præmissis, lib. 4. Phili. Dec. in l. si donatione, col. 4. versic. secundus casus. C. de collat. & consi. 20. in causa istorum fratrum, in princip. & consi. 366. pro declaratione, col. 3. versic. venio ad tertium & consi. 675. consuluit, in fi. Anto. Corse. qui & hoc reputat sing. in repet. c. grandi, col. 3. de supplen. negli. prælat. lib. 6. & Catel. Cot. qui & hoc etiam dicit singu. in memor. incip. donatio facta filio. Et Iacob. à Sancto Georg. in l. tale pactum. §. vlt. in fi. ff. de pact. Franc. Ripa. hic in 14. q. & iterum in lib. 3. resp. cap. 13. incip. duo sunt. Andr. Alciat. in l. creditores, in verbo, natura, ante fin. ff. de verbor. signifi. [Carol. Rui. consil. 101. in præsenti, col. 5. nu. 6. lib. 1. & consi. 124. videtur, col. 4. num. 13. e. lib. 1.] Steph. Bertran. consi. 47. attento casu, in 2. dubio, lib. 1. & consi. 23. si est verum, col. vltima versi. etiam videmus, lib. 2. & consi. 312. difficultas, colum. vlt. versi. sed aliud est, lib. 3. [& consil. 20. duo sunt, num. 3. lib. 4. &] consi. 135. thema consultationis tale est, col. 1. eo. lib. 4. [& Lodo. Gozad. consi. 5. an in quæstione, col. 3. num. 10. & Hiero. Gratus consi. 50. reuerendissime, colu. pen. num. 58. lib. 1.] Nec reperi qui diuersum teneret, præter Barb. in d. c. vlt. col. vlt. ext. de don. vt qui semper aliàs magis cõtradicere, quàm ad veritatem scribere studeat. Ideo sequere cõmunem omnium sententiam.

13 § Quam optime fulcit. d. l. si pater. §. vlti. iuncta gloss. in verbo, irreuocabilis. ff. de donat. vbi donatio remuneratoria non reuocatur ob ingratitudinem. Ex quo planè probatur, id quod aliàs est reuocabile, fieri tamen irreuocabile. si factum fuerit ob benemerita. Quem tex. ad hoc expendunt Alberic. Angel. & Rom. ibi. & Bald. in l. si cùm mihi. ff. de dol. mal. & in tractatu de pactis, colu. 12. versic. item quæro an habeat locum. [& in c. 1. §. vlt. circa medium, titu. de his qui feud. dat. poss.] & Panor. in c. vlt. col. vlt. ext. de donat. & d. consi. 3. nitar in præsenti causa, colum. antepen. lib. 2. vbi illum tex. dicit singul. & Rom. sing. 516. donatio reuocatur, vbi illum itẽ dicit singul. & perpetuò menti figendum: & d. consil. 26. vbi illum dicit not. & consil. 298. circa præmissum, ante fin. & d. consil. 436. [Ioan. Berber. in viatorio iuris, tit. de reuoca. dona. col. 2. versi. nota etiam quòd donatio.] Corn. d. con. 194. lib. 3. Barb. qui multum commendat in omnibus consil. supra allegatis, nunc illum valde sing. dicens, nunc literis aureis scribendum & præterea [in rubr. extrà de donat. & in c. 1. col. 4. de constit.] consil. 54. clementissimi Dei patris, col. 3. lib. 2. & consi. 2. à Ioue principium, col. 8. lib. 4. Alex. [& consil. 217. nec arguendi sumus, col. 1. lib. 2. &] consi. 40. super primo. col. 5. li. 4. [Franc. Aret. in l. Iulianus. §. j. colu. 3. ff. de verb. oblig.] & Steph. Bertr. consil. 154. etiam si verũ sit, col. 1. num. 3. lib. v. [Card. Alexan. in c. 1. col. vlt. tit. de feud. guar. vbi eam gloss. dicit singularem.] Soc. consi. 84. accuratissime, col. pen. lib. 3. Felin. in cap. nouit, col. 10. versicu. limita tertiò,

ext.

ext.de iudic.Iason qui glos.illius dicit not.in l. si tibi pecuniam, in fi.ff.si cert.pet.& in d.l.ex hoc iure,in 2.effectu.vbi & illam dicit sing. [& ibi Claud.Syfer.vbi supra.& idem Iason] in d. §.libertus,in j.effectu & ante omnes illum text. expendit glos.in l.vlt.in verbo,inueniatur.C.de reuoc.donat.quam nullus illorum allegat,praeter Rom.in d.§.vlt.[& Ioan.Lup.qui illum text. dicit sing.in repe.rub.de donat.inter vir.& vxo. §.50.col.1. Et idé voluit fine allegati.illius text. & glos.Ange.consi.351.generosus.ad fi.Et nullum reperi, qui huic sententiae contradiceret, praeter ipsum Barb.in d.vlt.col.4.versic.& limita, extra de donat.motum quibusdam rationibus,quas ibi videre poteris.]

14 ¶ Et per illum text.respondit Rom.d.consi. 436. priuilegia concessa à principe ob remunerationem, transire in contractum, & fieri irreuocabilia:ad quod & alia multa adducit.quod & idem asserit ipse Rom.in repet. d.l.si verò.§. de viro,in. 24.fal.ff.solut.matri.& And. Alciat. in lib.1.de verbor.signifi.in quo integram illam Rom. repet.multo aptiùs, ornatiùs, distinctiùs transcripsit & ante Rom.Bal.in d.l.si cùm mihi. ff.de dol. [Et idem quoque voluit Carol.Ruin. consil.209.ponderatis,col.3.nu.3.lib.1.& cõsi. 217.videndum,col.3.nu.7.eod.lib.1.] Et in simili etiam per illum tex.latè consuluit Ale.cõsi. 101.visis testamentis exceptionis, col.1.& seq. lib.1.quòd quanuis priuilegium exemptionis à principe concessum alicui communitati possit per ingratitudinem reuocari,vt nuncupatim voluit Bald.in l.2.in fin.C.de libert.& eor.liber.tamen si talis immunitas fuerit concessa ob benemerita,non potest reuocari per ingratitudinem quod & voluit ipse Alexan.d.consi.209. nec arguendi sumus,col.1.& seq.lib.2.& Barb.in d.c. nonit, & ibi etiam Fel.col.6.& seq. & iterum col.10.versi.limita tertio in priuilegio,ext.de iudic.idem Barb.d.consi.2.à Ioue principium,col. 4.libr.item.4.Socin. consil. 58. visis priuilegiis, col.3.versi.postremo considerandum, lib.1.[& consi.84 accuratissimè, col. pen.lib.3.]& Iason in d l.ex hoc iure,in 2.effectu, vbi limitat,& in d.§.libertus, in primo effectu.& consi.191.immunitas fuit concessa,col.3.versicu.cõfirmatur, quia in generali,lib.4.vbi & ad hoc dicit singu. tex.in d.l.si pater.[& idem Iason consi.121.viso themate,col.4.versi.ego licèt retulerim, eo.lib. 4.] &.Steph.Bertrand.d.consi.254.lib.3.& iterum consi.157. multa sunt dubia, col.3.nu.8. eod.lib.3.Quanquam contrarium voluit Franc. Aret.subdubius tamen,in d.c.nouit,col.4.versi. intellige autem priuilegium,de iudic.& ante illum Bald. cuius non meminit, consil. 483.visa immunitate,in 2.dubio,lib.2.

15 ¶ Sed & per illum text.dicit Iacob.Ardiz. cuius authoritas in materia feudorum est maxima,in sua summa, ti.qui.mo.feu.amit.quod feudum concessum ob benemerita,nulla potest ingratitudine reuocari.sequitur Bald.in c.1.col 3. versi,dicit dominus,tit.si vas.feud.pri.& in c.1. colũ.1.versic.aut quid si tale,& ibi Marti.Laud. post princ.& Cardin.Alexan.col.2.tit.an mutus vel imper. & Panor.d. consil.3.col.7.versi.hinc. dicit dominus, lib.2.& iterum consi.50.cuius principium est,[videtur primò,]ante fin.eo. lib.2.vbi ad hoc dicit esse text.cum glos.in d.l. si patet.§.vlt .& Francisc. Cur. iunior in tractatu feudo.in 5.parte princ.in j.conclu.in fi.[& Ioan. Lup.in repet.rub.de donat.inter vir.& vxor.d. §.50.col.2.& Zazius in epito.feud. parte.x.con clus.4.fallen.itẽ 4.licèt contrarium teneat Caro. Moli.in consuet. Parisi.tit.1.§.30.numer.99.& seq.]

16 ¶ Ex quibus clarè liquet toto caelo errasse Guil.Cu.virum alioqui legum peritissimum, & omnium propè antiquiorum celebratissimum, & Bal.doc.oculatissimum,sed vtrunque de meritis malè meritum, dum in l.si tibi pecuniam. ff.si cert.pet.asserunt contra text.in d.l.si pater, donationem remuneratoriam posse reuocari ob ingratitudinem: quoniam, inquiunt,causa praecedens non est obligatoria, sed potiùs voluntaria,ar.l.generaliter,in 2.responso,C.de secund. nupt. Adeo innatum est omnibus vel in re apertissima interdum errare.Quòd si illi verum dicerét,subuerteretur quicquid vbique scriptum est de remuneratione meritoria.

17 ¶ Est & in priorem sententiam optimus tex. in l.metũ aũt praesenté.§.sed licèt.ff.quod met. caus.vbi donatio remuneratoria nõ rescinditur praetextu metus.quem text.ad hoc not.Rom.in d.l.si.verò.§.de viro,in 48.fal.in fi.ff.sol.matr.& in d.l.si pater.§.vlt.ff.de donat.& d.consi. 206. col.2.versicu.secundò quia video,vbi dicit not. & Barb.in omnibus propè locis suprà alleg. in quibus multùm illum commendat, nunc illum sing.nunc solennem dicens.[& Io.Lup. in repe. rub.de donat.inter vir. & vxor.§.50.col.1. vbi eum tex.dicit valde sing.]Sed aduerte,ne erres, quòd metus illic non fuit in hoc incussus, vt donatio fieret,nec ab eo cui donatũ est: sed qui alium metuebat,alteri donauit,vt ipsum defenderet,& ab eo metu liberaret.

18 ¶ Sunt alia multa remunerationis specialia, ex quibus nonnulla collegit Iason, dum ipsius 18.aut 19.effectus annumerat.tum in d.l.ex hoc iure.[& ibi etiam Claud.Sciffel. col. antepe. & seq.]ff. de iustit.& iur.tum in l.si non sortem.§. libertus.ff.de cond.indeb.Quae & ego huc non adscribam,sed ea duntaxat quae sunt specialia,id est, speciali ipsius fauore contra regulas iuris communis inducta caeteris effectibus relictis,vt nihil ad hunc locũ pertinentibus, & ea quidem cum auctario non contemnendo praesertim aliorum text.& doc. Nam alioqui sola remissione fuissem contentus.Sed & illis multò plura non minùs,si nõ magis,memorãda adiiciam quanuis Ias. ipse in d.locis in hoc omnes neruos intenderit

derit, vt quam plurima colligeret. Iam autem quinque casus ad perpetuam minimeque reuocabilem actus firmitatem spectantes adscripsimus, quæ propius ad materiam. l. nostræ accedunt. Cæteri & actus validitatem contra regulas communes respiciunt, quos inferius subijcio.

19 § VI. ergo casus specialis est, quòd licèt non valeat donatio inter virum & vxorem. ff. & C. de donat. inter vir. & vxor per totum. valet tamen ex causa remunerationis, secundum Bar. & Iason in l. si diuortio. ff. de verb. oblig. Bar. in l. si voluntate. C. de dot. promiss. Bald. in l. 2. §. creditum, in vlt. oppo. ff. si cert. pet. cum aliis multis concordantibus & antiquioribus & recentioribus, quos tibi latè congessimus in commentarijs nostrarum consuetudinum. tit. 14. §. x. in gl. 1. in princ. 2. fal. & in nostro tractatu nobilitatis. c. 18. n. 19 hinc fit primum.

20 § VII. non longè ab illo diuersus, quòd donatio inter patrem & filiumfami. aliàs etiam prohibita. l. donationes quas parentes. C. de donat. inter vir. & vxor. valet tamen causa remunerationis, secundum glo. Bar. Bald. Ange. & alios, in authen. vnde si parens. C. de inoffi. testa. gloss. in l. si donatione, vbi etiam Bar. Bald. & alii. [C. de co la. & in l. filium quem, C. famil. hercisc. & Roffred. Bononien. quęstio. Sabba. 7. donatus in solutione ipsius quæs. & iterum quæstio. 13. examinemus, &c. in solutione.] Bar. in l. frater à fratre, in princ. & rursum col. vlt. versi. sextò quęro. & ibi post eum Ioan. Mōtes. in repet. char. v. col. 1. versic. quartò. ff. de cond. indeb. Idem Bar. in l. si tibi decem. §. si pactus. [& ibi Bald. in §. si quis, post prin.] ff. de pact. & idem Bartol. in l. 1. §. nec castrense, col. pen. ff. de colla. bonor. & in l. si quis pro eo. §. 1. in fin. ff. de fideiussor. & in tracta. de duobus fratribus, col. 6. versicu. deinde quæro quid si pater. & Bald. in l. 2. in 4. oppo. C. de inoffic. donat. & in l. si pater, post prin. C. qui bon. ced. poss. & in authen. ex testamento, & ibi Corne. col. 2. C. de colla. & in l. vlt. colum. 2. versicu. extra oppo. C. de vsuc. pro donat. & in d. l. si mortis, versic. quæro si pater. C. ad l. falc. & in l. cùm de bonis. C. de donat. & in l. cùm virū, col. 3. versic. sed nunquid præsumitur. C. de fideicō. Angel. in §. 1. col. 1. in authen. de immen. donat. Paul. Cast. in l. Aquilius, colū. 2. & in d. l. per diuersas, col. vlt. C. mand. Flori. in l. quæ pater, col. 3. ff. famil. hercis. Panor. in d. c. vlt. in fi. de donat. inter vir. & vxor. [Masuer. tit. de donat. §. itē hoc quod dictum est.] & Alexand. d. consi. 20. col. 1. lib. 3. Franc. Aret. d. consi. 17. col. 3. Corne. consi. 144. licèt dicendum videatur, col. 2. li. 2. & Barb. [in rub. extrà de donat. col. 1. &] d. consi. 11. colum. 4. lib. 2. & consi. 38. à Ioue principium, col. 1. lib. 3. & Socin. d. consi. 66. col. 2. & Cornel. d. consi. 194. col. 1. lib. 3. Philip. Dec. consil. 636. in causa quæ agitatur, col. 1. [Ioan. Lup. in repeti. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 50. col. 1.] & doct. vbique. Et hunc casum ponit Iason in 3. effectu in d. l. ex hoc iure. & in 1. effectu. in d. §. libertus [& etiam Claud. Scysel. in d. l. ex hoc iure, colum. 15. in 3. effectu.] Nā & ipsum Ias. non prætetibo, vbi & ipse meminerit.

21 § Verùm vnus omnium Lancel. Poli. politissimæ vir literaturæ super hoc dubitauit, in repetit. d. l. filium quem, char. 12. colum. 1. uersic. secunda conclusio. C. famil. hercis. Non enim illi videntur posse procedere aliqua merita de filio in patrem, quæ non sint potius ex naturali officio & pietate, & ita ex debito, quam ex liberalitate, & quæ possint patrem obligare, ut per totū rit. ff. de obseq. pa. præstand. Ego certè arbitror vix esse vlla filii in patrem merita, quæ superent debitam parentibus pietatem, vt quibus omnia post Deum. O. M. debemus. Vnde negat Arist. lib. 9. Ethic. cap. 1. parem siue æquiualentem gratiam diis atq; parentibus posse rependi. Si quid tamen sit à filiis impensum ultra debitum parētibus officium, quod ægrè comperies, aut certè vltra id quod pii ex more patriæ filii solent aliàs in parentes conferre, cuiusmodi fortè id fuit qđ fecit Aeneas, qui patrē Anchisem humeris suis imponens, flammam inter & hostes illū à morte liberauit, suam interim mortem contemnens, vt elegantissimè describitur à virgilio. x. Aenidos. Quodque non absimile fecerunt Amphinomus [siue Amphion, vtrumque enim legitur,] & Anapias, aut vt alii appellant, Onapis Emanthias & Criton fratres, Cum Aetnæ incendia in Catinensem agrum se protulissent, ij sublatos parentes humeris per medios ignes euexerunt. Quorum memoriam ita posteritas venerata est, vt sepulchri locus nominaretur campus piorū. authores Aristoteles eius lib. qui de admirandis in natura scriptus est, ca. 3. Virgilius in fine eius libri, quem de Aetna scripsit, si ipsius est, Strabo lib. 6. Ausonius, Ilis versibus:

Quis Catinam sileat &c:

Claudianus in ea elegia quā nuncupatim de piis fratribus inscripsit. Seneca ad fin. libr. 3. & 6. de beneficiis. Solinus cap. 9. & Valerius Maxi. libr. rerum memorabilium. v. cap. 4. quo etiam loco memorat de Plutone quodam Pinense iuuene, qui bello Italico cùm obsessæ vrbis suę claustris præsideret, & Roma. Imperator patrem eius captiuum in conspectu ipsius constitutum districtis militum gladiis circundedisset, occisurum se minitans, nisi irruptioni suæ iter præbuisset, is in hostes qui patrem vinctum tenebant, solus impetum fecit, ex eorumq; manibus patrem rapuit. Suntque & alia huiusmodi multa non vulgaria filiorum in parētes beneficia ab eodem Valerio inibi relata, quæ si aliquando contingat, nihil est quod filios remuneratione prorsus indignos censeamus. de quo tu vide quæ dicam infrà in quarta declaratione huius donationis remuneratoriæ, vbi aduoco Senecam differētem, an filius beneficium patri præstare possit, & text. apertissimè probantem filios etiam parentes ita

suis

ſuis officiis demereri, vt ad remunerationem parentes ipſi adigantur, in §. 1. in princ. in autheo. de non eligen. ſecund. nupt. vbi ita ſcribitur, plurimumque à filio experta faoorem, exiſtimauit oportere, ne relinqueret cum ſine remuneratione. Ex quo etiam no. Ang. ibi, hanc obligationem antidoralem contrahi non inter alios tantùm, ſed & inter parentes & filios. [atq; etiam bonus text. in l. de emancipatis, in princi. ibi hoc à ſuis genitoribus meruerunt. C de legi. hæred. & in l. cùm pater. §. rogo. ff. de leg. ij. cùm dicitur, rogo filia vt bona tua quandoque diſtribuas liberis tuis, vt quiſque de te meruerit, & in l. j. §. toties, ibi ſi etiam iudicium patris meruit. ff. de coll. bonor. & in l. fœminæ, in princip. ibi, cootemplatione meritorum. C. de ſecund. nupt. Pro illa tamen ſententia Lanceloti facit qood ſcribit Bald. in l. ſiqnis filiabus. ff. de teſta. tutel. quòd id quod relioquitur filiò, nō poteſt relinqui ob merita, ſed tanquam filio. ſed credo quod voluit dicere quòd non uidetur relinqui ob merita, quia allegat tex. huc pertinentem, in l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excuſat. tutor. de qoo dicemus infrà in prima declaratione, nom. 74. ſed ij omnes. Et vide etiam quæ dicam infrà nu. 106. quarta declaratio.]

22 § VIII. qui & illi proximus, licet pater non poſſit inſtituere filium ſpurium, aut nepotem ex eo, ſecuodum ſententiam multorum, vt pleoē nota. in l. vlti. C. de nat. libe. & pleniſſimè diximus in tractatu primogenituræ in 12. quæſ. [oum. 14. quod adeo.] poterit tamen id facere ob merita precedentia, vt ſing. voluit Bald. conſ. 66. coius hoc initium eſt, ſi dicta ioſtitutio, col. 2. lib. 1. ar. not. io d. authen. vnde ſi parens. C. de inoffic. teſta. & iterum idem Bald. conſi. 406. caſus talis eſt, qoidam magiſter, colum. 3. lib. 2. oiſi ſit idem conſi. illic repetitum, quod nos credimus: & ante eum Ioan. Andr. qoem non citat, in addi. Specu. tit. de ſucceſſ. ab inte. §. 1. verſi. quid ergo ſi habes. [& ante hos omnes Roffre. Beneuen. quæſt. Sabba. 13. examinemus, in ſolutione illius quæſtio, quem retulit, loco tamen non deſignato, Bar. conſi. 118 Odurios, col. 1. & Salv. qui ſequitur in d. l. vlti. col vlti. C. de natural. libe.] Et huius effectus nullam Iaſon mentionem facit, nec aliorū, in qnibus illom tacebo.

23 § IX. licet noo poſſit clericus donare ſuæ concubinæ, per not. per Bartol. & alios io l. affectionis. ff. de donat. cum ſimil. Poteſt tamen ob merita, vt pulchrè conſuluit Pet. Anca. conſilio 247. dubium facit. hac ratione motus, quòd inter perſonas prohibitas ſibi dooare, alii contractus non reprobantur, ſed valent & tenent, per l. qoi teſtamentum. & ibi not. ff. de probat. & in l. cùm quis decedens. §. penult. ff. de lega. 3. ſed huiuſmodi donatio eſt potiùs cenſenda quædam debiti naturalis reſtitutio, & ſic alius quiuis contractus ſiue diſtractus, quàm donatio, & proptetea non prohibita. Sequitur, numeri tamen illius conſi. noo recordatus, Barb. in d. l. diuortio, colum. antepe. ff de verb. obliga. vbi hoc moltum commendat. & Ferdi. Loaz. in additio. Lancel. Gal. in repe. l. centurio. col. 5. ff. de vulg. & ſubſtit. & Mat. Afflic. in deciſ. Neap. 102. legatum factum, vbi ita dicit fuiſſe iudicatum in ſacro Neap. cooſilio, idque eſſe notatu dignum, [& Aoto. Capyt. in deciſ. item Neapoli. 102. in cauſa Hippolytæ.

24 § X. qui præcedenti omnino ſimilis eſſe videtur. Nam licèt miles quoqoe noo poſſit donare coocubinæ ſuæ. l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. ex quo & illud deptomptum eſt quod de clerico diximus, propterea quòd eum dicuor eſſe militem cæleſtis militiæ. ideo id quod de illo dicitur, ad hunc eſſe trahendum, ſecundum Bar. Bald. & Salyce. ibi cum aliis concord. adductis à Feli. in c. cùm ex officij, colum. 1. de præſcrip. & Philip. Dec. couſi. 132. in caſu propoſito, colum. 1. & à me in tract. Nobilitatis c. 9. oume. 2. & 3. Poteſt tamen ipſe miles donare concubinæ meritorum gratia, vt reſponſum eſt à Bald. quem nullos eorum qoos in præcedenti verſi. citauimus allegat, conſil. 262. recolo me conſoluiſſe. colum. 1. lib. 1. quod iterum repetitur eon. 456. lib. 5. Et idem de doctore, vt ſcilicet ex eadem cauſa poſſit donare ſuæ concubinæ, tenuit. Ioan. Lup. in repe. c. per veſtras, chart. 98. col. 4. verſic. qoinimo quod plus eſt, extrà de dooat. inter virum & vxorē. Et ſic erit pro XI. caſu ſpeciali.]

25 § XII. igitur, licèt tutor aut curator non poſſit donare ſimpliciter. l. vlti. ff. de cura. furi. & l. tutor ad vtilitatem, & l. Lucius. §. vlt. ff. de adminiſt. tutò. & l. pactum curatoris. C. de pactis. cum ſi. poteſt tamen cauſa remonerationis. l. cū plures. §. cùm tutor, & ibi gloſſ. ff. de adminiſtr. tutor, & l. qui filium. ff. vbi pupillus edu. debeat. Qui quidem text. ſunt pulchri, & admodum notandi, & ita ſecundum eos reſpondit cùm ex facto interrogaretor, Raph. Co. conſi. 101. cuios exordium eſt, ducilla Mediolani, [& Rom. con. 50. idem io præfata cooſultatione, verſic. rurſus videtur, & ante eos Alberic. in l. ambitioſa, nu. 2. ff. de decre. ab ordi. faci.]

26 § XIII. licèt etiam procurator generalis donare nou poſſit, vt notat. in l. preſes. C. de trāſactiooibus, & in cap. vlti. de offic. vic. lib. 6. poteſt tamen & ex illa remonerationis cauſa. l. filius, in princip. ff. de procuratoribus, & gloſ. in d. c. vlti. in verbo, nec regulariter, dum loquitur de magiſtro. & Bart. in l. ambitioſa. ff. de decrer. ab ord. fac. & hanc dicit eſſe cōmunem oppinio. Franc. Aret. cōſi. 24. quatuor dubia. in 3. dubio, vbi tamen dicit quòd de ſubtilitate iuris poſſet contrarium dici, & fortè, inquit. eſſet verius.

27 § XIIII. prælatus qui etiam prohibetur res eccleſiæ alienare, poteſt tameo pro remuneratione meritorum in eccleſiam collatorum. l. iubemus nulli. §. ſcientes, ibi, ad viciſſitudinem beneficij colorati, ar. à contrario, & ibi gloſ. in

verbo,

verbo, permissam, Alber. Bart.& [Paul.Castr. &]alij.C.de sacrosf.eccles.vbi magna eorum pars intelligit in bonis mobilibus. & c.quicunq; suffragio, & ibi glos.1 2.q.2.& c. per tuas, ext.de donat. & ibi Panor.in duobus locis, [& Barba.colum. 1.] & cap. relatum, le 2. ibi, iuxta seruitij meritum,& ibi Panor.& alij, ext.de testa.glos.in §. 1.in verbo,sancimus, in authen. de alien.& emphyt.& in c.consensus, in glos. t. & ibi Inno.Hostien.& Panor.ext.de reb.eccles. non alien.Innoc.in c.cùm in officijs,col.1.& ibi quoque Panor.in verbo,remanere,post princip. col.2.versi.4.fallit,extr.de testa.Oldra.cõsi.226. quidam episcopus,col.2.versi. secundò-quia donatio,& iterum col.seq.versi.sed salua reuerentia.Ioan.And.in addit.Specul.in rub. de reb.eccle.non alien.[Alberic. in l.Diuus. ff.si quid in fraud.patro] Bart.in l.iusta causa,per illum text. ff.de mann.vindic.Bald.[in l.cùm multa, col.1. C.de bonis quæ libe.vbi dicit quòd papa potest infeudare castra ecclesiæ bene meritis.] in ca.de priore,extrà de appelat.[& consi.298. hæc materia,col.2.versi.alij dicunt lib.1.] Rom.in d.§. de viro,in.48.fal. in princ. & consi.50. idem in præfata consultatione.Paul.Cast.consi.74. in facto isto,in prin.lib.1.vbi & hoc etiam intelligit de bonis immobilibus.& consi.285.ad primum respondeo,ad fin.lib.2. Panor. in cap. ad hæc.in 2.not.ext.de testa.& in c.consensus, per glos. 1. ibi,ext.de reb.eccles. non alien.Imola. in cle.1. col.5.versi.quæris Guil.[& ibi Petr.Anca. in 3. quæstio.]eod.tit.Alexan.consi. 56. consideratis verbis,colum.3.versi.vnde refert,lib.1. & Soci: d.consi.66.colum.2.in fin. lib. 1. & d.consi.84. colu.pen.lib.3.& Barb.omnibus ferme locis suprà citatis,& præterea in tracta.de præstan.Cardin.in 3.quæstio.1.partis.col.6.versi.limita etiã nisi cardinalis vellet.[Franc.Aret.in l. præses.colum.2.C.de transac.]& Angel.Cla.in verbo, immunitas,versi.53.& Soc.d.consi.8.colu.5.lib.3. & Alciat.in l.creditores,ad fi.ff.de verbor.significati.Iason in d.l.ex hoc iure, & in d.§. libertus.& voluit ẽt idẽ Iasõ.cõ.221.de archiepiscopo, cos. 2.versi.bene facit,lib.2. [& consi. 227. Carolus olim,col.8.versi.octauò facit,eo.lib.2. vbi loquitur etiam de immobilibus,& consi.10. videretur, col.pen.versic.item prædicta, libr.3.] & latè consi.73.dubitatur,col.1.2.3. & 4. libr.3.vbi & concord.adfert.[Philip.Dec. qui id etiam negat procedere in immobilibus,consi.164.cuius superscriptio incipit,res ecclesiæ,colu.1.& Carol. Ruin.consi.3.videtur,post prin.lib.1.Io. Lup.in repe.rub.de donat.inter vir.& vxor.vbi suprà.] Et hoc confirmat quod dicit Ioan.Fab.in authe. hoc ius,col.2.C.de sacrosf.eccles. quòd prælatus potest manumittere seruum propter meritum, licet alias non posset, per iura quæ ibi allegat. [vide tamen Alberic.in l.iubemus nulli,colum. penult.versicul. in glos.an ergo,eo.tit.& Franc. Curt. Iunio. in tracta. feudo. in 2.parte principio in 6.q.colu.1.& 2.versi. secundò moueor.]

28 ¶ XV. qui non adeo dissimilis est, licet prælatus non possit mutare naturam feudi,per text. in c.ex parte,& in c.1.§.1.tit.qui feu. dare poss. potest tamen ex causa remunerationis,& ideo si feudum ecclesiæ erat solitum concedi ad tẽpus tantùm vel in masculos tantùm,potest tamẽ prælatus in longius tempus concedere, & in fœminas,pro remuneratione meritorum, per text.in c.2.§.1.tit.de legib.Corra.& in c.1.tit.quemadmodum feud.ad fili.pert.secundum Iaco.Bel.Nicol Neap.& Iaco. Aluar.in d.c.1.in princ.tit.qui feud.dare poss.Card.Flor.in d.c. ex parte, in 3 col.& [Iason,qui hoc dicit multũ notandũ in d. l.ex hoc iure,in 9.effectu.ff.de iustit.& iure.] in d.l.si nõ fortè.§.libertus,in 7.effectu.ff. de condit.indebit.[& in l.2.ver.illud ẽi bene no. q est in n.172. C.de iure emphy.& d.cõsi.227.vbi suprà,lib.2.] & Philipp.Dec.cõsi.498.viso casu ꝓposito,col.pe.ver.postremo dato,vbi dicit generaliter multa cõcedi ꝓpter remunerationẽ,quæ alias prohibentur.[Et facit quod scribit Bald. in d.l.cùm multa.C.de bonis quæ libe. vbi tamen loquitur de papa.vbi suprà diximus in 9.casu.]

29 ¶ XVI. minor qui sine decreto non potest alienare rem immobilem,per totũ tit.ff. de reb. eorum.& C.de prædi.mino. Potest tamen eam donare causa remunerationis,vt asserit dosse attentari Rom.in l.si ante nuptias. ff. solut. matr. per text.in d.c.quicunque suffragio. quod dictũ sequitur & commendat Soc.d.consil.66. & Alciat.in d.l.creditores.ff.de verbor.signifi. vt minus mirari debeamus quod eleganter scribitur in l.etiã.§.ex præterito.ff. de manu. vind. quòd minor 20.annis potest manumittere seruũ ob illius merita,quia videlicet dominũ in prælio adiuuauerit.contra latrones tuitus sit,quòd eũ sanauerit,ꝙ insidias detexerit, & cętera id genus. [quẽ text.dicit sing.Barb.in d. rub. de donati.] Super hoc tamen,quod dixi de immobilibus,vide [text.in l.2.& ibi Franc. Aret. qui eam legit cũ l.1.C.si aduer.donat.& eundẽ Aret.in l.precibus,in 3.not.C.de inoff.donat.& in l. si ante, col.2.& 3.ff.de solut.matr.&] consi. 24. incip. quatuor dubia.col.vl.& Ias.in d.l.ex hoc iure,in 11.effectu. [& ibi Claud.in 4.effectu,& ipsũ Iason.]in d.§.libertus,in 9.effectu.quibus locis de hoc copiosè disputat,ideo plura dicere supersedimus.

30 ¶ XVII. mulier à statuto ꝓhibita donare sine cõsensu mariti,poterit tñ ex causa remunerationis,vt in pulchro casu respõdit, subdubius tñ Paul.Cast.con.172.in casu præsẽti,in prin. li.2. per l.si verò nõ remunerãdi.§.idẽ Papinianus,in fi.ff.mãdat.& not.in l.si fundũ per fideicõmissũ, in prin.ff.de legat.1.Sed id qualiter intelligatur & ad id verũ sit, videbis infra nu.193. & hic admodũ, & seq. [& in nostris legibus cõnubialibus in verbo.*cõtracter*,num.48. sed hoc sing.& seq.

31 ¶ XVIII. licet etiam mulier nõ possit sibi

vllo pacto in dote præiudicare.l.de die,& l.Attilicinus.ff. de pact.dota.cũ si. nisi tamen ex causa.l.licet manente,eod. tit. Certè huius rei iusta causa esse censetur, si ea donet benemerito, vt sing.respondit Philip.Deci. consi.536. in causa quæ agitatur Mantuæ,col.1.versi.venio ad secũdũ,motus ex his quæ suprà diximus de donatio ne inter virũ & vxorẽ, & inter patrẽ & filiũ fa.]

31 ¶ XIX.decuriones alias prohibiti donare res ciuitatis,possunt tamen & eas donare causa remunerationis:nec propterea decretum est am bitiosum,nec reuocari potest, vt no. voluit Bar. in l.ambitiosa,col.2.versi. quæro vtrum liceat. [& ibi quoque Alberic.nu.2.]ff.de decre.ab or di.faci.per text.in d.l.iubemus nulli.§. scientes. C.de sacrosf.eccles.& d.l.cùm plures.§. penul.ff. de admini.tut.& alia iura. & sequitur Alex.con si.161.viso themate suprascripto, paulò ante fi. lib.2.& con.43.incip.visis & ponderatis, col.1. versi.nec obstat si diceretur,& iterum col.3. ver si.nec obstat quòd donatio,lib.4. & consi.30.põ deratis narratis,in fin.3.dubij, lib.5. vbi ex hoc respondit ciuitatem subditam principi posse ob benemerita immunitatem perpetuam concedere.& Feli.qui & hoc sequitur in ca. accedentes, col.vlt.in 9.conclusione, de præscript. & Ias.in d.§.libertus,in 6.effectu.& d.consi.73. dubitatur,col.4.versi.similiter decuriones, lib.3. & d. consi. 101.immunitas,col.3.versi. quintò & adhuc.lib.4. Et hoc maiorem in modum comprobat,quod pulchrè decidit Alber. in 1. parte statutorum,q.122.quòd stante statuto, quòd donum aliquod non possit fieri de bonis communis,nisi sex partes consilij concordarent, poterunt tamen quatuor partes ex septem donare causa remunerationis,non obstante tali statuto. Et ita dicit fuisse determinatum per collegium iudicum Pergami, vbi est huiusmodi statutum. Et idem in simili casu consuluit Alex.d. consil. 43.col.antepenul.ver.nec obstat quòd statutum communis Rodigij, lib.4. [Sed tu tamen interim vide Bald.consi.383,quando super facto,co lum.2.versi.his præmissis,lib.3.]

33 ¶ XX. potest iudex mulctas reorum aliaque ad fiscum pertinentia donare causa remune rationis,per l.diuus,ibi,vel si quid fortiter.ff.de bon.dam.& in l.in mulctarum.C.de modo mul. per quos text.ita voluit Rom.in repet. l. si verò. §.de viro,in 48.fal.ff.solut.matr. vbi dicit quòd secundum hoc debet intelligi quod not. Guil. Cu.& Bartho.in l.1.in fin. princ. ff. de iustit.& iur.& Bar.in l.illud.C.de præbẽ.sala.li.10.& Bal. in l.programma, colum. 2. versicu. pone quòd præses.C.commi.vel epi.dum dicunt, quòd potestas potest de bonis fisci remunerare illũ qui accepit malefactorem.& id quoq; voluit Barb. in d.tracta.de præstan.Card.in 3.q.2.partis, col. 6.& in rub.ext.de donat.col.1.

34 ¶ XXI. qui non longè abest à præcedenti. Iudex potest ob delinquentis merita & bene ficia in remp. collata, pœnã vel minuere,vel omnino remittere,per tex.in l.2.§.postea cum Appius.ff.de orig.iur.vbi cum Appius scriba librũ legum Appio surripuisset, populoque tradidisset,non solùm impunè tulit quod surripuisset, sed & præmium ob id quòd populo tradidisset, consecutus est text.non minus notãdus in l.nõ omnes.§.vlt.ff.de re mili.vbi scribitur ei parcen dum esse,qui transfugit,& postea multos latrones deprehendit, transfugasque demonstrauit. Et posteriorem text dicit singu.idem Ro. sing. 538.nullus nisi princeps,ex illoque decidit pulchrum casum.Sed & illos text.ad hoc expendit Barb.d.con.11.col.4.li.4.& d.cõs.26.col.pe.eo. lib.2.Et posteriorem quoq; ad hoc annotat Rapha.Fulgo.consi.124.præsuppositis statutis,col. vlt.vbi & ad hoc alleg.l.quinq; summates.C.de decurio.lib.10.Sed & illum text.in d.l.non omnes,ad hoc ponderat Alex.consi.19.circa primũ ad fi.lib.7.ad hoc quoq; citans l.si quis in graui. §.hi quoq;,ff. de Senatuscon.Sylla. qui & mihi non admodum facere videtur,quãuis & ante eũ illum ad hoc expenderit Bald.alicubi, vt paulò post subiiciemus.Annotat etiam ad hoc text. in d.l.non omnes,Soc.si is est,in tractatu fal. regula.229.lex generaliter loquens Et est etiam bonus text.si solerter inspiciatur,in l.1.ad fi.ibi,ob merita indulsit.ff.de constit.prin.& similis text. in §.sed & quod princ. versi. planè ex ijs.Instit, de iure nat.vbi glos.in verbò,ob meritũ, ita illũ text.intellexit,& post eam Io.Plat.& Ang.Aret.

35 ¶ In hanc sententiam locus est apud oratores,quam deprecationem vocãt,de qua Tullius libro veteris Rhetori. secũdo.Deprecatio est, in quit,in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio cõtinetur. Et paulopòst huius rei exẽplum subiicit,vt si pro aliquo claro aut forti viro,cuius in remp.multa sint beneficia, dixeris, possis &c.Et lib.1.artis Rhetoricæ ad Herenniũ si eius sit id opus.Deprecatio est cùm & peccasse,& consultò fecisse confitetur,& tamen postulat,vt sui misereantur.Subditq;, hoc in iudicio nõ ferè vsu posse venire,nisi quãdo pro eo dicimus,cuius multa rectè facta cõstẽt. Additq;,hoc modo in loco communi per amplificationẽ mini ciemus,q̃ si hoc fecisset, tamen ei pro pristinis beneficijs ignosci conuenire.Et eadẽ prope scribit in lib.2.eiusdem operis.Hoc genere depreca tionis vtitur ipse Tullius in oratione pro Annio Milone statim in exordio, deprecans inter cætera, vt Clodij interitus Miloni propter multa illius præclara in rempub. merita condonetur. Idem in oratione pro Lucio Flacco refert Marcum Aquilium multis auaritiæ criminibus testi moniisq; conuictum, quia cum fugitiuis fortiter bellum gesserat, à Romanis iudicio liberatum.Cuius etiam rei meminit idem Tullius in septima,eadẽque vltima actione in verrem, statim post prin.& in li.secũdo de Oratore.Et eius authoritate Liuius libro ab vrbe condita. 60. in

princ.

prin.si verum retulit Florus in epitome. Addit autem Cicero in ea oratione pro Flacco, se consulem. C. Pisonem defendisse, qui quia consul fortis constansque fuerat, incolumis est reipub. reseruatus. Refertque alios ob idipsum quoque absolutos. Et paulò infrà, Semper, ait, graues & sapientes iudices in rebus iudicandis, quid vtilitas ciuitatis, quid communis salus, quid reipub. tempora poscerent, cogitauerunt.

36 ¶ Liuius author grauissimus, cuius nuper meminimus, lib. 1. scriptum reliquit, M. Horatium, qui paulò antè imperium po. Ro. sua virtute peperisset, quippe qui Tergeminos Curiatios interemerat, sororemque suam, dum rediret à victoria, obuiam sibi factam, mortem vnius ex Curiatijs, cui desponsata fuerat, flentem, gladio transfixit, à po. Ro. absolutum fuisse magis admiratione virtutis, quàm iure causæ, vt tamen cædes manifesta aliquo piaculo lueretur, imperatum patri Horatij, vt filium expiaret pecunia publica. Quam historiam etiam conscripsit Aristides Milesius in libr. Italicarum rerum. Et Dionysius Halicarnaseus lib. 3. Et Cicero in illa oratione pro Milone, Valerius Max. rerum memorabilium lib. 6. c. 3. & iterum lib. 8. cap. 1. & Plutarchus in suis Parallelis, vbi & testimonio Demarati rerum Arcadicarum lib. 2. eandem quoque refert historiam accidisse apud Tegeatas. & Festus Pompeius quo loco de sororio Tigillo disserit.

37 ¶ Aliam historiam huic loco maximè congruentem recenset ipse Plutarchus, tum in vita Fabij Maximi, tum in Romanorum apophthegmatis, quòd cum miles quidam Lucanus apud ipsum Maximum esset accusatus, quòd mulieris amore nocte sæpe in castris vagaretur, cæterum mirabili armorum virtute vir esse narraretur, mulierem quam deperibat, deprehendi eo clam iussit, & ad se duci. Vt autem adducta est, accersito homine, quòd contra legem, inquit, per noctes, haud me latuit, ac ne prius quidem latuerat, quòd probitati studeres, quare fortiter tuis ac rectè factis errata condonentur. Reliquũ nobiscum eris. habeo enim sponsorem & adductam mulierculam ei commendauit ac tradidit. Quam rem etiam retulit Plinius, siue is est Suetonius. vt alij contendunt, siue Cornelius Nepos, vt & aliorum est sententia, in libr. de viris illustribus, quo loco de Fabio Maximo scribit, & Valerius Maximus lib. 7. c. 3.

38 ¶ Sed & id quoq; exemplo diuinorum librorum possumus comprobare Ionathas enim contra regis edictum fauum mellis ante vesperum comedit, tamẽ quia illa ipsa die Philisteos deuicerat, salutemque in Israel fecerat, piis populi precibus liberatus est à morte edicto proposita, cuique iam per patrem fuerat destinatus, sicuti scribitur. 1. Reg. 14. & repetitur in decretis canonicis. 22. q. 2. §. vlt. Et hoc quidem ad hoc nostrum propositum ponderauit Ioan. de Lig. in tractatu de bello. cap. 29.

39 ¶ Prædicta confirmantur per id quod pulchrè & eleganter consuluit Bald. consi. 53. item prouiderunt & ordinauerunt, lib. 2. quòd prouisiones generales statutorum recipiunt tacitas exceptiones propter casus emergentes, in quibus oportet specialiter prouideri. vnde suadente causa speciali cessat prouisio generalis. Hinc est q̃ propter singularia merita singularis fit prouisio, quæ secundum generalia statuta non posset fieri, per d. l. si quis graui. §. is quoque, qui legitime cum. §. vtrum, vbi dicit notab. Bartholus, quòd si est prohibitum forẽsi acquirere possessionem in ciuitate, tamen propter singulare meritum, vt quia multũm operatus est in recuperatione alicuius castri rebellantis, potest hoc ei concedi. hæc Bald. qui ad hoc dicit facere. d. l. Aquilius, & l. si pater. ff. de donat.

40 ¶ Quin huic rei tantum tribuere antiquiores, vt non solum propter merita illius propria qui deliquit, sed & maiorum cõiunctorumque ipsius delinquentis, illum mitius punirent, aut impunitum relinquerent. quod hinc constat, q̃ Berenice aliis Pherenice dicta cognomento Calipatera, cùm virum habitu mentita ludis interfuisset, vbi Pisithodum filium coronatum vidit, cognitaq; ac quæstione habita, quòd ad ludos mulieribus interdictos venisset, meritis suorum absoluta est, cum tamen secundum legem ex Typeo prærupto monte præcipitabantur quæ id fecisse essent deprehẽsæ. Authores Pausanias lib. 5. & Aelianus de varia historia. Et apud Liuium libro tertio. Appius dum in vincula duceretur, maiorum merita in rempublicam commemorabat, quò pœnam deprecaretur. Nã & merita parentum ad liberos quoque transeunt, vt eleganter respondit Bald. consi. 355. præmittendum est ad euidentiam quod priuilegium, colu. 2. lib. 1. Quem ita refert & sequitur Soci. consi. 84. accuratissime. colu. 3. versic. ex quibus in proposito, lib. 3. Ideoque & Tullius in eod. lib. 2. de inuentione quo loco de deprecatione disserit, Oportebit, ait, eum qui sibi vt ignoscatur postulabit, cõmemorare si qua sua poterit beneficia, & si poterit, &c. Et paucis interiectis, deinde maiorũ suorum beneficia, si qua extabunt, proferre. Tacitus autem lib. 11. tradit Plautio Laterano mortem quam ex sceleribus meruerat, fuisse remissam ob patrui egregium meritum. [Marius autem in oratione apud Salustiũ in Iugurtha. Ad hoc (ait) alij si deliquere, vetus nobilitas, maiorum facta fortia præsidio adsunt. Quintil. lib. 6. cap. 1. Periclitantem (inquit) commendat dignitas, & studia fortia, & susceptę bello cicatrices, & nobilitas, & merita maiorum. Nam & alias quoque videmus apud nos, filios remunerari ex parentum meritis. l. 3. ff. de priuileg. vetera. & l. nemini, versi. filios autem, & l. petitionem, versi. filijs scilicet. C. de aduoc. diuer. iudicior. & l. iubemus, versi. & filios. C. de aduoc. diuersor. iudic.

quos text. ad hoc citat. Rom. consi. 39. in causa maioriæ.]

41 § Quæ omnia velim intelligas, ne tu erres, nisi quis grauissimũ atrocissimumq́; facinus in remp. cõmisisset. Neque enim magis sua ipsius merita & beneficia à pœna tam scelesti facinoris vindicare debent, quàm olim vindicarũt Mãlium Capitolinum ob defensum Capitolium dictum, qui & si sexdecim annorum voluntarium militem pro repub. se obtulerit, triginta septem militaribus donis à suis ducibus ornatus, viginti tres cicatrices iu pectore habuerit, capta vrbe author in Capitolium fugiendi quadã nocte clãgore anseris excitatus Gallos ascendentes deiecerit, patronus à ciuibus appellatus, & farre donatus fuerit, domum etiam in Capitolio publicè acceperit, tamen quoniam regnum affectare, & ita libertatem reipub. opprimere conuictus est, nulla suorum tantorum in rempublicam meritorium ratione habita, ex sententia Rom. Pop. à quo bonam partem legum nostrarum habuimus (nequis forte contra legem id factum contendat) de saxo Tarpeio præcipitatus est, domus illius diruta, & bona publicata, in eiusq́ne notã factum senatusconsultum, ne cui de Manlia gente Marco cognomen esset. authores Liuius libr. 6. Valerius itẽ lib. 6. c. 3. Plinius, si is fuit, iu libr. de viris illustriss. & Plutarchus in Camillo. [Et de hac re loquens Portius Latro in declamatione in Catilinam. Rectè igitur maiores nostri sũmis laudibus efferendi sunt, qui Spe. Melium, qui Gracchos, qui Manlium Capitolinum, qui Drusum, qui Saturninum fortissimos homines & reipublicæ sæpenumero non mediocriter opitulares, quòd deuenissent iu affectatæ tyrannidis suspicionem, mortem mulctandos esse putauerunt. Nec Spurium Melium fauor amplissimus ciuitatis, nec Gracchos auisui amplissimi viri memoria, nec Manlio celeberrima gloria Capitolij liberati, nec Druso sanctissimi sui penates: nec Saturnino ius sacrosanctæ dignatatis auxiliata est. Hæc ille.] Quod nimirum confirmat quod in simili tradit Cæpola cautela. 3. incipien. propter maximam. & quæ diximus in causis minuendæ pœnæ. in 69. causa. vbi hanc rem latissimè tractauimus.

42 § XXII. casus assumitur ex l. cum nauarchorum. C. de de nauicul. lib. 11. vbi remittitur onus soluendi gabellas propter remunerationẽ, quod aliàs remitti nec debet nec potest, sicuti per illum text. annotauit Ludouic. Ro. iu repetiti. d. l. si vero. §. de viro. in d. 68. fal. ff. soluto matrimonio, & Barb. d. consil. 11. colum. 4. lib. 2. & d. consil. 44. columna vltima. eo. lib. 2. Quod dictum credo esse verũ ex iis quæ diximus in duobus præcedentibus effectibus. Sed an id probetur ex. d. l. cæterorum sit iudicium.

43 § XXIII. ex l. item si verberatum. §. 1. ibi item si forte ager. ff. de rei vendi. & l. Lucius. in princip. ibi, partim veteranis in præmia assignatus. ff. de euictio. Ex quibus probatur quòd potest princeps vel ciuitas rem vnius alteri donare & assignare ex causa remunerationis rei bene gestæ pro republica. & ita p illos text. voluit [Angel. in l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisque iuris] Fulgos. consi. 143. Antonius de crimine. colum. 2. versicu. in oppositum arguitur. Paul. Castrens. consi. 178. donatio prædicta. in fin. libr. 1. Rom. consi. 310. in casu propositæ consultationis. colum. 1. Philipp. Deci. [consi 269. consultus ab illustri, colum. 3. dum allegat Paul. vbi suprà] consi. 271. in casu transmisso. colum. 3. versicu. vlterius etiam. [& rursus in addit. illius consi. colum. vlt.] & consi. 286. in causa communitatis, col. 3. versi. venio ad secundum, [& consi. 356. in casu magnifici, col. 2. versi. considerandũ est.] & consi. 390. quoniam ex facto, col. 5. versi. secũdo est ponderandum. [& Ludo. Gozad. qui alios allegat, consi. 1. Deus scrutator, col. 9. num. 36. & consi. 26. in causa illustrissimorum, nu me. 10.] Et ex illis iuribus passim nostri doct. tradũt posse principem ex causa publicæ vtilitatis rem alterius auferre, vt Bart. in l. quæcunque. in fin. C. de iur. fisc. lib. 10. [Ioan. Fab. in l. bene à Zenone, post princip. C. de quad. præscrip.] & Bald. in l. rescripta. col. vlt. versi. tertio quæritur. C. si con. ius vel vti. publi. & Alexan. latè consi. 94. visis & sæpius recensitis, col. pen. lib. 5. Sed qua ad causam remunerationis etiam priuatim pertinet, est & alius bonus tex. quem citat Rom. vbi supra in l. 2. C. quib. ex caus. ser. pro præ. lib. accip. vbi ex ea causa cogitur dominus seruum manumittere. Et vt scribit Tullius in oratione pro Cornelio Balbo, Seruos bene de rep. meritos persæpe libertate publicè donari videbamus.

44 § XXIIII. erit text. not. in l. viuus libertus. ff. si quid in fraudem patron. restringens omnia iura prohibentia ne libertus donare possit, quo minus legitima patronorũ pars ad eos perueniat, vt l. 1. & per totum. eo. tit. vt videlicet procedat, nisi libertus bene merentibus donauerit quo casu potest patroni partem minuere, vt illic cauetur. & illum text. ad hoc not. Bald. in l. 2. in 4. oppo. C. de inoffi. donat. & Rom. iu repe. §. de viro, in l. si verò, in 48. fal. versi. 6 ff. solut. matri. [Alexand. consi. 55. consideratis verbis dicti statuti, col. 2. vers. & subdit ibi, lib. 2.] Barb. [in d. rub. de donat. vbi eum text. dicit sing. &] d. consi. 2. colum. 1. lib. 3. & Corne. consi. 178. in hac consultatione, colum. vlt. lib. 2. & Iason in authen. vnde si parens, colum. vlt. C. de inoffi. testa. & in d. l. ex hoc iure, in 10. effectu obligationis antidoralis. ff. de iust. & iur. & in d. §. libertus, in 8. effectu. Et vide glos. in l. patronus. ff. de probat. disputantem de intellectu. d. l. viuus.

45 § XXV. [quod tradit Iason, qui id dicit sing. in authen. res quæ, colum. 2. in 5. limitatione. C. commu. de legat, quòd] res subiectæ restitutioni, & quæ propterea alienari prohiben-

prohibentur per[l.vlt.§.sed quia nostra, & seq. C.eo.tit.]possunt tamen alienari ex causa remunerationis,[quia alias phibita alienari, possunt tamen ob hanc causam alienari.] quanquam illud non audet asseueranter asserere, sed cogitā dum relinquit, malens aliorum iudicium expectare, quàm litem suam facere, quoniam id expresse cautum non sit.[Sed & hoc ipsum intrepidè tenet Firmia.in tracta. gabel. in 3. parte.8. partis principa.in 34.quęstio.vbi id dicit singul. idque ipsum voluisse Bart.in 1.cōstit.ff. in prin. col.vlt.qui tamen id non dixit, sed aliud quod dicemus in seq.versi.]

46 ¶ XXVI. casus erit generalis,vt quæ alias à iure alienari prohibentur,possunt tamen ob remunerationem alienari,si credimus Bart. id generaliter affirmanti in suprascriptione proemij .ff.col.vlt.& Panor.in c.per tuas,col. 2.ver.in gl. 1.in fi.ext.de donat.& Ias.in d.l.ex hoc iure,in 8 effectu.[& ibi Claud.Scysel. in 4. effectu, & eundem Ias.]& in d.§.libertus,in 6. effectu. [& consi.227.Caro.olim.col. 8. versi. octauò facit, lib.2. & d.consi.73.col.3.ver.mouet in primis, lib.3.Phi.Dec.consi.232. dura & admodum rigorosa,col.2.versi.accedit etiam Io.Lup.in d.rubri.de dona.inter vir.& vxo.d.§. 50.] Et bene facit quod scribit Bald.in c.edocerit,colum.3.vet sicu.si instrumentum dicit donauit,extra de rescript.quòd vbi merita adsunt, non præsumitur fraus ex aliquo interdicto,per glos.in l.qui testamentum.ff.de probatio.

47 ¶ XXVII. donatio remuneratoria nō indiget insinuatione.l.Aquilius,& ibi glos. in verbo,mora.[Alberic.qui dicit alibi se nō legisse,] Barto.Imo.& omnes.ff.de donatio.[Dyn.& Alberic.in l.si pater.§.vlti.ff.eod.titu.]Oldra.consi. 5.Titius dedit duobus.& consi. 214. ad habendum aliqualem notitiā.& Io.Andr.in addi.Specul.titu.de instr.edi.§.porrò,col.vlti.Guil. Cun. in l.illud,& ibi etiam Bald.col.pen.q. 4. & Sali. C.de sacrosanct.eccle.Albe.& Saly. in l. vlti. C. de pact.Bal.in l.2.ante fi.C.ne lice.potē.& in d. l.si cū mihi.ff. de dolo.& in l.si pater.C.qui bo. ced.pos.& in l.si tibi pecuniam,in lect.antiqua. ff.si cert.pet.& in l.si mortis,vers.quæro an donatio.C. ad legem Falci. & in l.sed & si lege. §. consuluit.ff.de peti.hæred.in vtraque lect.& ibi quoque Ang. qui ad hoc dicit sing. glos. in d.l. Aquilianus.& idem Bald.[in l.idemque.§.vlt.ff. manda.&]in addi.Specul.tit.de donat.ver.quid si pater,& Ang.in l.sancimus.C. de donat. & in l.vlti.in prin.C.de iure doti.& in l.cùm multæ,quæ est vlt.in princ. C. de dona. ante nup.& in l.1.§ si pater. ff. pro don.& consi. 179. visis prædictis instrumentis,col.6.versi.venio ad tertium.Floria.in l.quæ pater,colu. 3.ff. fami.ercisc. & Rom.in d.l.si pater.§.1.ff. de donat. & consi. 26.cuius est initium,pro decisione eorum, col. 2.vers.his tamen non obstantibus,vbi & ad hoc allegat text.in auth.eò decursum. C. manda [& iterum consi.95.viso prius donationis instrumēto,in fi.Ang.Aret.in §.aliæ,col.vlt. Insti. de donat.& iterum in §.in personam,col.7.versi.secūdo & principaliter.Insti.de actio.]& Soc. consi. 65.circa primam quæstionem,col.5.versi. item videtur fuisse facta.& consi.seq.colu.2. lib. 1.& Bath.[in d.rub.de dona.vbi ad hoc dicit singu. glos.in d.l.Aquilius,&] consi. 11.illud afferam, col.4.lib.2.& consi.26.sapienter scripsit,col.pe. eo.lib.2.& d.consi.2.in princ.lib.3.& consi.41. Deum inuocent,col.6.eo.lib.3.& consi.51.clementissimum Deum,colu. vlti. lib. 4. & Philip. Corn.consi.194.videtur in præsenti consultatione,col.1.lib.3.& Alexan.cōsi.30.ponderatis his col.2.lib.3.[Franc.Are.in l.Iulianus.§.1. colu.3. ff.de verb.oblig.]& Guid.Pap. q. 95. dubitabatur,& consi.34.nobilis Catharina,col.2. vers.& si dicatur.& Fortu.Gart.in l.iurisgentium.§.qui nimo,col.32.ver. præterea adde.ff.de pact.Iason consi.149.circa primum consultationis articulum,col.2.versi.nec obst.si diceretur, lib.4.[& Claud.Scysel.in d.l.ex hoc iure.col.2.in 2. effectu,de iust.& iure.

48 ¶ XXVIII. licet donationes quodam respectu sint stricti iuris,vt cæteri cōtractus.l.quicquid.ff. de verbo. obligatio.tametsi alias latissimè sint interpretandæ,per ca.cùm dilecti, extra de donatio.tamen quæ ob remunerationē fiūt. latius prætereà interpretari debent,vt tradit Philip.Deci.consi.468.superiori anno,col.3. n. 14. & iterum consi.498.viso casu proposito,colu.2. nu.11.versi.accedit, & vtrobique per nor. per Alexand.in l.3.in princ.col.1.versic.secundò limita.ff.quod quisque iuris. Et hoc quoque ante hos tenuit Panor.consi.30.videtur primò, colu. 2.versic.quintò & vltimò,col.2.lib.2 Et ita quidem vt potius præsumatur realis & transmissibilis ad hæredes,quàm personalis, vt pulchrè respondit Pet.Ancha.consi.328.discurrit materia col.1.versi.tertiò debet attendi. Nam & Bald. consi.409.quòd dictus,ad fin.lib. 5. dicit q̃ quæ bene merentibus conceduntur, efficacius conceduntur,per l. 3. §.hi quoque.ff.de senatusconsu. Silla.& l.1.§.1.ff.de iustit.& iur.& ibi Guil. Cu. de quo etiam vide quæ dicemus infrà num. 85. & ego.

49 ¶ XXIX. quod pręcedenti congruit,licet alias statuta non comprehendant forenses, sed tantum ciues,& eos quidem habiles, comprehēdunt tamen forenses,& alias inhabiles, propter bene merita, verbi gratia, si ex statuto forenses non possunt acquirere bona, possunt tamen ex causa bene meriti,vt si fiat statutum q̃ quicūq; dederit tale castrum, habeat talem possessionem forensis idipsum faciens acquirit eam possessionem,licet alias incapax.Bar.in d.l.3.§. hi quoq;. quem legit cum §.vtrùm,& ibi quoq; Bal. ff.de S.C.Sil.& dedit præterea ipse Bal.q̃ alias incapaces beneficiorum suæ ciuitatis, ipsum quoque præmium accipere debent.]

50 ¶ XXX. licet alias in dubio non præsumatur donatio, per l.cum de indebito.ff. de probatio.cum multis similib.& concord. à me citatis postea in eadem glos.nume.206.incipien.in dubio autem. Tamen merita præcedentia faciunt, non tantum simpliciter præsumi donationem, sed vt actus gestus alias dubius præsumatur donatio, per text.not.io d.l.si verò oon remunerãdi.§.idem Papin.& ibi glos. Barto. Bald. & alij. & glos.in l.vtrũ.ff.de donatio.inter vir.& vxor. & in l.quæ dotis, & ibi Bald.ff. solu. matrimo.& Bald.in l.2.col.1.& iterum in l. generaliter, in 4.oppo.[C.de non numera.pecu.& in l. 2. io 1. quæstio.]C.de iure doti.& in l.1.col.3,vers.quæro circa hoc,C.de confes.& in l.2.§.creditum,in 1.oppo.ff.si certum peta. & in l.cùm quid,colu. 2.& iterum col.vlt.ff.eod.titu.vbi & ad hoc al legat.l.si testamento.§.1.ff.de fideius. & in ca.si cautio,colum.1.de fide instrumen. & idẽ Bald. [consi.298.hæc materia,in fi.lib.1.&] consi.65. incip.si vnus ex fratribus,in fin.lib.5.& Rom.in repe.d.l.si verò. §. de viro, in 18. fallen.ff.solu. matri.& consi.146.incip.ista quæstio,col.vlt.& Ang.in d.l.sed & si lege §. cõsuluit, in fi.ff.de peritio.hære.Pau.Castr.in l.traditionibus.C. de pactis.Firmia.in tracta.de episcopo,in 4.parte,lib. 4.in 61 quæstio.io fin.Alexan.& Ias.in d.l.si diuortio,ff.de verbo.oblig.Corne.consi.1. io hac consultatione,col.2.versi & licet alias,lib.1.[& consi.219.licet videatur,col.vlt.lib.1.]& d.cõsi.194.col.1.lib.3.Ias.in d.l.ex hoc iure,in quinto effectu,vbi ad hoc dicit sing.text.in d.l.si verò non remunerandi.§.idẽ Papin.[& ibi Claud. Aquen.col.11.in quinto effectu,] & idem Ias. in d.§.libertus,in quarto effectu, & ibi ante eũ Socin.ad fin.& Hiero.Grat.consi.94.in causa excellentissimi,colu.vlt.n.17.lib.1.vbi dicit quòd asserens contrariũ,debet liquidissimæ probare.

51 ¶ XXXI. qui à præcedenti nõ admodum distat; quòd etiam merita faciunt præsumi remissionem iniuriæ præcedentis, per l.in ipsius. C.famil.ercifcun.vbi ex hoc not.Bal.quòd si inimici sibi faciunt inuicem grata seruitia, præsumitur remissa iniuria.Et bene facit quod voluit ipse Bald.in l.liberi.C.de inoffi.testamen. quòd si filius commisit causam ingratitudinis, gratitudo & merita postea secuta tollunt ingratitudinem præcedentem, quod & traditur per recentiores in l.1.ff.solu. matrimo. & in l. fratres.C. de inoffic.testamen.Et huuc casum ponit Ias.in d.l.ex hoc iure, in 12. effectu. & iterum in 19. nã hũc duplicat.& in d.§ libertus,in 11.effectu.

52 [¶ XXXII. Licet in dubio præsumatur rescriptum concessum ad postulationem partis, oon motu proprio,cap.si motu,de prębend.lib. 6.& not.Bartol. & alij in l.si quis iniquum, in princip.ff.quod quisque iuris, cum concordan. ibi adductis à recentioribus. Fallit tameo cùm præcesserunt merita illius, cui rescriptum concessum est.nam ob ea præsumitur fuisse concessum motu proprio concedentis,vt voluit Guillelmus Cum.in d.l.si quis iniquum.§.si procurator,argu.d.l.si verò non remunerandi.§.idem Papin.ff.mãdat.& sequitur Alber.io l.1. in principip.in 5.opposi.ff.eo.quod quisque iur. Alexan. qui dicit menti tenendum,Soc.qui dicit not.& Ias.in d.l.si quis iniquum,in prin.ille col.1.in 2. limita.alter col.item 1.in 2. limita. hic col. 2.in 2.limita.Philip.Deci.col.2.in 2.item limi.& ipse Iason in d.l.ex hoc iure, io 4. effectu, & ibi Claud.Aquen.col.pen.in 8.effectu, & idem Iason in d.§.si libertus, in 3. effectu, & Lud. Gozad.consi.26.in causa illustrissimorum, colu.3. nu.17.dum citat Alex.in d.l.3.quod quisque iuris.Et bene facit quod dicit Bald.in l.quod fauore,in 2.oppo.post Iaco.But.C.de legib.quòd rescriptum motu proprio concessum, præsumitur concessum ob meritum. Et quod scribit idem Bald.cons.483.visa immunitate,circa medium, lib.2.]

53 ¶ XXXIII. qui & oon multum abest à superioribus,licet alias cũ in donatione fit meotio mortis,vt si dono tibi post mortem meam, in dubio præsumatur donatio causa mortis,secũdum Bart.in l.vlt.col.3.versi.tertiò quæro,& ibi quoque recentiores. C. de pact. per l. Seia.ff.de dote prælega.& l.Seia,& l.vbi mortis.ff.de donatio.causa mor. Tamen si merita donatarij præcesserint, præsumetur potius donatio inter viuos,vt ita sit efficacior,vt not.voluit Bald. in l.si mortis,ante mediũ.C.ad legem Falcid. per oot. in d.l.quæ dotis.ff.solu.matri.vbi Alex. col.4.& 5.adscribit,8.limitationes ad eam regulam,qua diximus donationem in qua fit mentio mortis, præsumi factam causâ mortis. Sed hanc tamen prætermisit,noo minus illis omnibus,si nõ magis,notandam.

54 ¶ XXXIIII. Licet cũ quid donatur officiali,vt prælato,legato, aut alteri, dubitetur an id sit dooatũ cõtẽplatione sacerdotij vel muneris,an verò personæ de quo per glo.& doct.in l. qui proprio §.pcurator.ff.de procu.& in l.si verò.§.itẽ quicquid.ff.solu.matri.& Cano.requisisti,extra de testa.cũ simili. Tñ reiectis omoibus aliis causis & distinctionibus si donatum sit officiali aut prælato bene merito de donãte, id semper præsumatur donatũ fauore & respectu personæ,non officij siue sacerdotij, vt sing.respondit Bald.cons.194.pręmissis verbis,col.1.in fi.lib.2. per not.in d.auth.vnde si parens.C.de inoffi.testamen.& in d.l.si donatiooe.C.de collatio.& idem voluit Alber.in l.1.col.1.versi. sed an relictum,ibi idem si suus.C.de sacrosanct.ecclef.& Soc.in l.2.col.3.versi. circa tertiam. ff. de rebus dub.& vide infrà nu.74.

55 ¶ XXXV. Licet in multis casibus sit dubiũ an appellatione filiorũ cõtineãtur nepotes, de quo latè diximus in oostro tracta.primige.in q.40.n.40.incip.15.ratio, & 3. sequ.& iterũ n. 155.incip. 23. licet alias, pręsertim verò in priuilegijs

ni legijs quæ suaprè natura solent esse personalia vt not.in l.priuilegia quidem, & in l.in omnibus causis.ff.de regu.iur.& in c.priuilegium,eo. tit.lib.6.Et quæ item alias sunt strictè interpretanda Bart.in l.vlt.col.2.ff.de constit.ptin. & in l.1.ad fin.C.de iur.& fact.ignoran.Panor. in ca. olim,in fin.extra de verbo. significa. Tamen si fuerit concessum priuilegium cuipiam & eius filijs ob ipsius merita, hauddubiè intelligitur de nepotibus.Ita enim sing. voluit Bald. consi. 33. ad euidentiam præmittendum est,quòd appellatione,col.2.versi.item ista interpretatio, lib.2. Nam & aliàs cùm agitur de remuneratione,debet fieri lata interpretatio,vt dicemus infrà, nu. 85.& ego huic.]

56 ¶ XXXVI. Licet stipulatio sine causa nō valeat,aut certè illi obstet exceptio.l. 2.§. circa. ff.de exceptio.dol.Tamen si sint merita præcedentia,valet,vt voluit Bal.in d.l. generaliter, in 4.oppo.C.de non nu.pecu.[& in l.& si inutiliter,quæ est,2.ad fin.C.de fideicom.]& Feli.in c. si cautiō,colum.5.versi. fallit.14.& iterum ver fi.fallit vltimò,extra de fide instrumē.Iason nullam Bal.nec Feli.mentionē faciens in d.l. ex hoc iure,in 7.effectu.[& ibi Clau.Aquen.col.penu. in 9.effectu,& idem Ias.] in d.l.libertus.in x. effectu.& Lancel.Gali.in rubri.ff.de verbo.obliga.colum.36.versi.item ista obligatio.& Fortu. Gratia.in l.iurisgentium.§.quinimo,col.53. versi.ego verò de tali.ff.de pactis.

57 ¶ XXXVII. Depromitur ex tex. memorabili in d.l.Aquilius.ff.de donati. Ex quo not. Bart.ibi,in 3.oppo.post glos.2. quòd licet iudices non possint à subditis munera accipere, per l.1.§.prouincias.C.de contra.iudi. possunt tamē ex causa remunerationis.Quod & sequitur Ro. ibi,post princ.quid id reputat singul. & Ias.in l. principalibus,col.3.in 6.limitatione [& ibi quoque Philip.Dec.col.vlt.in 4.fall.]ff.si cert.peta.] Quanquam contrarium censuit Alcia.ibi paulò ante fin.& lib. παρέργων. 2.c. 49. Nam vt dicit & quidem verisimè.d.l.Aquilius,non de prætore loquitur sed de Nicostrato ipsius præceptore,an i rhetore cuius meminit Suidas. Et lex id prohibens generalis est,fieretque facilè fraus ei l.si illam priorem opi.admitteremus.]

58 ¶ XXXVIII. Licet donās habeat beneficium ne conueniatur vltra quàm facere possit.l. inter eos.§.is quoque.ff.de re iudi.cum si. fallit tamen in donatione remuneratoria, vt pulchrè voluit Angel.in l.sed hoc ita,quam legit cum l. non tantum.ff.de re iud.quod dictum sequitur Alexan.in l.sunt qui in id,eod.tit.& in ea.l.non tantum,col.vlt,& iterum pro eleganti reassumit Rom.d.consi.26.col.2.versi.tertiò quia licet donans.& sequitur etiam idem Ro. in l. si pater.§. vlt.ff.de donatio.& Ioan.Plate.in §.sed & si,col. vlt.Insti.de actio.& Barb.[in d.rub.de donatio, vbi id elegans dicit,&] in tract.de præstan. Car di.in 3.q.1.partis,colum.6.vbi id dicit not.& d. consi.28.colum.1.lib.3.& d.consi.41.col.6.eo. lib.3.Iason in d.l.ex hoc iure,in 7.effectu[& ibi Claud.Aquen.col.pen.in 7.effectu.] ff. de iusti. & iure,& idem Iason in d.l.si non sortem.§. libertus,in 16.effectu.ff.de condi. indebi. & in l. inter eos,col.1.versi.limita not.cum seq.ff.de re iud.[Io.Lup.in d.rub.de dona.inter vir. & vxo. §.50.colum. 2. Et vide quæ dicam infrà hac eadem glos.nu. 144.nec etiam legem.]

59 ¶ XXXIX. Licet donans quando incipit à traditione,non teneatur de euictione.l. Arist. §.vlt.& ibi glos.& Bart.ff.de donat.secus tamen si donauerit causa remunerationis, vt [per tex. in l.idemque.§.vlt. & l.seq. & l. si verò non remunerandi,in princ.ff.manda.] voluit ipse Bar. post Ray.& Iaco.Are.in l.Iulianus.§. qui fundū, & ibi etiam [Alberi.col.vlt.] Alexan.Fran. Are. [qui ex hoc dicit sing.limitari.d.l.Aristo.]Petr. Bellu.& Ias.ff.de verb. oblig. & idem Bart. in l. idemq;.§.vlt.cum l.seq.per illum tex.ff. manda. & Alexan.consi.47.cuius est initium, visis instrumentis diuisionis, col.2. vers. confirmantur prędicta,lib.3.[Angel.Aret. in §.in personam, col.7.versi.secundò & principaliter, Instit. de actio.]& Ias.in d.l.ex hoc iure, in 18. effectu.& in d.§.libertus,in 17.effectu,& consi.34.ad motiua,col.vlt.lib.1.& Anto.Rubeus consi.95.viso & diligenter considerato instrumento,colu.vlt. vbi & alios allegat qui hoc non dicunt. [Tu tamen hîc vide Philip.Dec.tenentem contrarium in l.si donatione,col.7.versi. postremò ad supra dicta.C.de colla.]

60 ¶ XL. Colligitur ex l.idemque.§.vlt.cum l.sequen.& iterum prin.l.seq.ff.māda.vbi si creditor fideiussori acceptum tulerit causa eum remunerandi,poterit ipse fideiussor agere mandati aduersus debitorem,secus si simpliciter & nō remunerandi causa creditor fideiussori remiserit.Nam & ita per eum text. voluit Bald.in l.vlti.col.3.versi.pone aliquis.C.de fructi.& lit.expāo.Ex quo patet quòd merita præcedentia faciunt competere actionem,quæ alias non competeret.& hunc ponit Ias.in d.l. ex hoc iure, in 10.effectu.& in d.§.libertus.in 12. effectu.

61 ¶ XLI. licet fructus rei pignoratæ computentur in sortem.l.1.& 2.C.de pign.& l.1.C.de distract.pign. c.1.& 2.& c.conquestus, extrà.de vsur. Tamen obligatio ista antidoralis facit, vt in quodam casu non computētur,videlicet cum dominus à suo vassallo fundum accepit in pignus. abstinens interim ab eius seruitio, per ca. 1.extra de feud. Quod licet loquatur in ecclesia, tamen trahitur per doc.ad alios dominos, huiusque rationem reddit Imo.ibi,colum.2.ver sicu.vnde alij dixerunt & quintò. Quoniam vassallus præter id quòd obligatur domino secundum consuetudines, & illis deficientibus ex iure scripto, in capit.1.titu.de forma fideli. Certè etiam obligatur ad antidora,per d.l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de petitio. hæredita. Tan-

K 4 quàm

quàm sentiat Imol. illos fructus esse veluti in cō pensationem remunerationemque illius obligationis, nec ob id censeri vsuram. Tu tamē super intellectu illius cap. 1. de feud. præter doct. ibi, vide & glos. in ca. conquestus, in verbo, de feudo, in princ. extra de vsuris. Marti. Land. & Cardin. Alexand. cui cum Imo. conuenit, in cap. primo. §. item si delator, vtrunque colum. 1. tit. quæ fuit pri. causa benefic. amit. [& Roma. sing. 327. creditor comparat.]

62 ¶ XLII. qui præcedenti proximè accedit, licet alias vsuræ sint prohibitæ, vt not. per Legi. in l. 1. C. de sum. Trinit. & per Cano. per totum tit. extra de vsur. Possunt tamen & alias promitti & exigi causa remunerationis, cum videlicet creditor se ꝓpter illas onerauit ad aliquid æqua le faciendum, vt sentit glo. not. in l. petens, in gl. magna, versi. sed quid si vt aliquid, ibi, sed & si daret vsuras, & ibi clarius Salyc. colum. 1. in 4. quæstio. in fin. & Iason colum. antepenulti. versicu. 3. not. & Philip. Dec. col. 6. versi. & not. glo. hic. C. de pactis.

63 [¶ XLIII. Licet ex multorum sententia pater non possit vni ex liberis feudum relinquere, si credimus And. Iser. in c. 1. tit. an agna. & in c. 1. & ibi quoque Bald. titu. de ali. feud. Oldra. consi. 137 perlectis, in primo dubio, Barto. in l. iurisiurandi. §. si liberi, colum. 2. ff. de oper. libe. cum multis concordan. à me adductis in tracta. Retractuum, tit. 1. §. 11. glos. 5. nu. 22. sunt qui contra. Tamen id nonnulli intelligunt, nisi pater filio benemerito reliquerit, argu. d. l. vinus, ff. si quid in fraud. patr. & l. si Ruffinus. C. de testa. milit. vt videre licet apud Bald. in c. 1. col. 3. versi. quæro vtrùm pater, titu. de prohib. feu. ali. per Fed. vbi videbis an id sit verum.

64 ¶ XLIIII. Si statuto cautum fuerit, vt ex donatione debeatur gabella, cuiusmodi sūt plurima statuta apud Italos, ea certè non debebitur ex donatione remuneratoria, vt intrepidè licet nullo alio antiquiore, si non me fallit memoria, præeunte affirmauit Bartholo Firmia. in tracta. quem priuatim de gabellis edidit, in 3. parte 8. partis principalis, in 34. quæstio. quem non verebor etiam solum sequi.

65 ¶ XLV. Licet donatio absenti fieri nō possit sine epistola aut nuncio, vt est tex. expressus in l. absenti. ff. de donatio. Ac ne ecclesiæ quidē aut alteri pio loco, vt not. glos. in l. illud, in verbo, alia causa, in fin. C. de sacrosanct. eccle. cum aliis concordan. à me collectis in tractatu priuilegiorum causæ piæ, vbi tamen videbis alios cōtrarium tenentes. Sed hæc posterior opi. haud dubiè vincit, cùm fit donatio ob benemerita, vt per Alberi. in l. ambitiosa, num. 3. ff. de decre. ab ordi. fac.]

66 ¶ Cæterùm alios effectus obligationis antidoralis collegit Angel. in d. l. sed & si lege. §. consuluit. & Barb. in cap. cum in officijs, extra de testa. & latissimè omnium Iason tū in d. l. ex hoc iure, tum in d. § libertus. & Philip. Deci. in cap. ad nostram, col. vlt. extra de proba. & Lancel. Galio. in d. rubr. ff. de verbo. obliga. quo loco nuper citauimus, & ante hos glos. in c. cū essent, in verbo, promiserat, & ibi omnes doc. præsertim Ioā. Ana. & Felin. extr. de vsur. & Inno. & Anto. in c. tuam, extr. de æta. & quali. & Ioan. Ana. in c. consuluit, col. vlt. vers. adde prædictis, extra de vsur. Sed quoniam illi nihil speciale habent, proindeque & nihil ad id, de quo tractauimus, pertinēt, ideo eos de industria prætermisimus, quod iam protestati sumus. Sed illis tamen potes addere text. in l. generaliter. §. quis ergo statuet. ff. de fideicom. liber. ibi, aut meritis cuiusque allegatis arbitrari eos oportet.

67 ¶ Illud non omiserim, hanc, quā vocamus obligationem antidoralem, nō solis hominibus conuenire, sed & brutis animalibus, vt sentit gl. in d. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petitio. hæredi. cū dicit quòd ad hoc mouetur omnis creatura, & ibi etiam Bald. qui dicit id procedere ex generali instinctu naturæ. & Barto. in d. l. ex hoc iure, col. 3. versi. oppo. iterum, & ibi clarissimè [Alberi. col. 3. nu. 16.] Iason colum. 10. versic. secunda principalis. [& Claud. Aquen. colum. 14. versi. nē inquantū.] & Nico. Neapo. in §. 1. In stit. de obliga. & Lancel. Galio. in dicta rubr. de verbo. obliga. vbi suprà. Quanquam Socin. ibi colum. 1. sentit contrarium. Sed priori sententiæ adstipulatur, quod à Gellio relatum est lib. 5. noctium Atticarum, cap. 14. ex authoritate Apionis Polyhistoris lib. Aegyptiacorū. v. de Leone qui Androclo ad bestias damnato gratiam beneficij longo post tempore retulit. quod etiam retulit Aelianus lib. 2. historiæ animalium, vbi illum Androclem vocat. Quodque Plinius tradit lib. 8. cap. 16. de alio leone, & Heliade Samio & cap. sequen. de Panthera ex Demetrio Physico, & de Dracone, & Thoante, ex Democrito. Et de alio Dracone, & Pindo Macedonis illius filio, qui nomen ei regno dedit. Aelianus lib. animalium 9. Quod item de elephanto & Indo quopiam tradit ipse Aelianus lib. 1. animalium eiusdem operis. Et de Delphino (vt de piscibus quoque loquar) & Cærono Pario refert idem scriptor, lib. quoque eiusdem tituli. 10. Et de aquila & agricola idem lib. 14. ex authoritate Cratis Pergameni, & Stesichori Poetæ. Et generaliter de cæteris beluis in eodem lib. quo loco differit de accipitribus. Item & de ciconia priuatim, & Heraclide Tarentina muliere, lib. 15. Et quod scribit Pet. An. in regula possessor, colum. 2. versicu. est & alia naturalis, de regu. iuris lib. sexto, id procedere ex naturali ratione.

68 ¶ Sed tamen ne quis erret, id scire debemus, nō omnia nobis licere permitive propter ista benemerita iam prope superfluente prædicata, vt apertè ꝓbatur ex l. semper. ff. qui & à qui, vbi semper in fraudem creditorum libertas datur ab eo qui scit se soluendo non esse, quamuis bene

bene merenti hoc dedisset. & l. viuus libertus. ff. si quid in fraud. pat. vbi libertus nec benè quidem merentibus amicis legare potest, quò patroni partem minuat quamuis id donare possit, de cuius tamē intellectu vide Bal. in l. 2. in 4. oppo. C. de inoffic. donat. Vtque etiam probatur [ex l. si quidem, & ibi Pet. Cyn. Bal. Saly. & alij. C. de actio. & oblig. vbi mandatum etiam causa remunerationis factum finitur morte vt cætera mandata, & ex d. l. si non sortem. §. libertis, & ibi Bar. col. 2. ff. de conditio. indebi. vbi obligatio antidoralis non est satis efficax ad impediendum repetitionem rei indebitæ solutæ. quod & voluit gl. in d. l. ex hoc iure, in verbo, obligationes, ad fin. ff. de iust. & iure, atque etiam] ex dictis Barto. in l. iurisgentium. [§. quinimo.] ff. de pactis, cùm loquitur de l. si quis argentum. C. de donat [De quo tamen vide Raph. Fulgo. in d. §. quinimo, & Imol. in l. ex ædibus. ff. de donatio. Alexand. cõs. 113. perspectis his quæ narrantur, colum. 2. versi. nec obstat quod not. lib. 6.] Sed & illud quod diximus satis, patet ex not. per eundem Bald. in l. stipulatio ista. §. alteri, in 3. oppo. ff. de verb. obli. & Bald. in l. quod dictum, in addi. per illum tex. ff. de pact. & in l. si filiusfa. in 2. lect. post princip. ff. de dol. mal.] & Angel. in l. quod dictum. ff. de pact. & in § j. in authen. de non elig. secun. nub. & Ias. in d. l. ex hoc iure, col. pen. vers. adde quòd obligatio antidoralis. & Philip. Deci. in d. ca. ad nostram, vbi suprà de probatio. [Vt tamen non illud speciatim omittamus, interesse remunerationis, vt more Græcorum loquar, non sufficere, vt quis pro alio stipulari possit, gloss. not. in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. & tex. in l. quod dictũ, & ibi Bald. in lect. antiq. Ang. Fulgo. & recenti. ff. eod. & Iason in l. huiusmodi, col. penul. versic. sed aduerte. ff. de lega. 1. Nempe quòd casus priuilegiati semper comprehendantur in generalibus legibus & statutis, nisi in casibus, de quibus loquuntur, reperiantur specialiter priuilegiati, vt diximus suprà in princi. n. 118. & hæc quidē, & latiùs in tractatu retractuum tit. 1. §. 1. gl. 13. in verbo, *ou e qui pollent à vente*, n. 96. ego vero.]

69 § Sed vereor, ne immodicus fuerim in huiusmodi remunerationis commendatione, quanquàm res est adeò commendabilis, vt modũ vix capere possit. Tamen vt veluti lõgo postliminio ad id redeamus quod principaliter tractamus, Cùm huiusmodi donatio remuneratoria non sit pura, simplex, gratuita, sitque adeo fauorabilis, vt ei multa contra omnes regulas iuris sint concessa, sit & denique. l. nostra exorbitans ab ipsis communibus regulis iuris: nil mirum videri debet, si ea loquens quidem simpliciter de donatione, non habeat locum in huiusmodi donatione remuneratoria. Et id certè est, quod tam multis suprà probauimus. Verùm antequã aliò pergamus, id multis modis minime contemnendis declarabimus.

70 PRIMA IGITVR DECLARATIO hæc est, vt videlicet procedat quod diximus, donationem remuneratoriam non reuocari ex hac lege, etiam si in donatione non fuerit dictum eã fuisse factam ob merita. Satis est enim merita ipsa intercessisse, vt censeatur donatio facta eorũ contemplatione, & ita non reuocetur ob filios postea susceptos, vt expressè voluit in nostro casu Socin. consil. 147. visa facti contingentia, col. 7. lib. 1. argu. l. si non remunerandi. §. inde Papi. ff. manda.

71 § Et generale est, vt præsumatur donatio facta propter benè merita præcedentia, etiam si id dictum expressùmve non fuerit, atque etiam in prohibitis, modò ea probentur, vt voluit gloss. loquens de donatione inter patrem & filiumfa. quam sequuntur Bart. & omnes, præsertim Alexan. col. 2. in l. si donatione. C. de collat. & idem Bart. in l. si tibi decem. §. si pactus, colum. 1. versi. qualiter cognoscam, & ibi recentiores. ff. de pactis, & idem Bart. in l. 1. §. nec castrense, col. penul. versic. & hic est aduertendum. ff. de colla. bono. & in tract. de duob. fratrib. in pen. q. Signo. consil. 186. in themate præsentibus allegato. Bald. in l. & si mortis, vers. quæro nunquid. C. ad legem Falcid. & in l. 1. col. 3. versic. quæ circa hoc. C. de confess. & in l. cùm virum, col. 3. versi. sed nunquid præsumitur. C. de fideicom. & consilio 298. hæc materia, in fin. lib. 1. & in sua margarita, in verbo, donatio, colum. 3. & Nicol. Neapol. in l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excu. tuto. Pet. Iaco. tit. de in integ. restit. vt possit agi rescissoria perso. act. char. pen. versic. item dicitur donatio. [Socin. in l. si non sortem. §. libertus, ad fi. ff. de conditio. indebi.] Iason in d. l. ex hoc iure, in 2. effectu obligationis antidoralis, ff. de iustit. & iure, & cons. 254. in causa mota, col. pen. versi. non obstat dũ dicitur, lib. 2. Fortu. Gar. in l. iurisgentium. §. qui iure, col. 33. versi. ego verò de tali. ff. de pactis.

72 § Licèt contrarium videatur voluisse Bald. sibi contrarius in authenti. ex testamento, col. 2. C. de cola. & apertiùs in d. §. quæ tutoribus, in princ. & in l. vlti col. 2. versic. oportet tamen. C. de vsuc. pro dona. [& in l. si tibi decem. §. si quis, colum. 1. ff. de pact. & consil. 66. dicta institutio, colum. 2.] lib. 1. quod repetitur omisso initio, in consi. 406. casus talis est, quidam magister, lib. 3. dum dicit, quòd licèt spurius aut nepos ex eo non possit institui heres tanquam filius aut nepos, ex sententia multorum, vt not. in l. vlt. C. de natur. libe. potest tamē vt extraneus, vt quia meritus est, arg. no. in authen. vnde si parens. C. de inofficio. testamen. Verùm in dubio affectio naturalis inducit præsumptionem, quòd vt filius aut nepos fuit institutus. Et in hac quoque opin. vt scilicet non propter benemerita, sed ob affectionem sanguinis videatur donatio fuisse facta, voluit Ro. singu. 648. incipit eo. donatum consanguineo. Paul. Cast. consil. 345. circa bona, colu. 2. versi. secũdò videtur obstare, lib. 1. & cõs. 371.

præ-

præmittendum est ad euidentiam, col. vlti. eod. lib. 1. & consil. 432. cùm statutum, colum. 1. eod. lib. 1. & Soc. consi. 91. visa & diligenter pondera ta, colum. penult. lib. 1. & Philip. Deci. in c. quoniam abbas, colum. penul. extra de offic. delega. & in l. à patre, in fin. C. de collatio.

73 ¶ Et facit quod voluerunt Imo. Rapha. Co. Pau. Cast. Franc. Aret. Pet. Besu. & Iason in l. quod dicitur. ff. de verb. obliga. quòd si pater stipulatur filio, & exprimit id facere ob merita ipsius, tamen censetur id fecisse magis ob filiationem, quàm ob merita, & ita videtur stipulatus fuisse filio tanquam filio, & non tanquam extraneo siue benemerito; ideoq; valet huiusmodi stipulatio: quod & idem tenent Bald. Rapha. Fulgo. & Iason in d. l. si tibi decem. §. si pactus. ff. de pact. [facit item quod post alios multos respondit Philip. Deci. consi. 120. cuius suprascriptio incipit, presbyter, col. vlti. quòd id quod relinquitur consanguineo pauperi, magis censetur relictum ob consanguinitatem, quàm ob paupertatem, ideoque in dubio non censebitur relictũ in piam causam,]

74 ¶ Sed ij omnes nuncupatim, quod iam dixi mus, loquuntur, cùm quis donat filio aut consanguineo, tanquam scilicet donantem verisimiliter plus moueat ad donandum causa sanguinis, q̃ meritorũ, per tex. in d. l. tutor. §. quæ tutorib. ff. de excusa. tuto. quẽ ad hoc dicit sing. Rodul. d. sin. 648, [Sed ille tex. ne erres, loquitur de meritis sequentibus, nõ præteritis, quæ plus habent ponderis, vt videre licet ex iis quæ dicemus infra nu. 109. quinta ac postrema.] Sed & in idem facit tex. in l. qui habet. ff. de tutel. [vbi causa naturalis magis consideratur quàm accidẽtalis] & in l. Aurelius. §. Titius testamento. ff. de lib. leg. & in c. requisisti, ext. de testa. Nec tamen eorum op. qui de donatione loquuntur, cõmuniter tenet ur, quoniam glos. ord. & omnes doctor. & ex his Bald. ipse sibi contrarius, in d. l. si donatione, loquuntur expressim in donatione facta filio aut nepoti, sicuti etiam Bar. in d. §. nec castrense. & Signo. d. consi. 186. & Bald. in d. sua margar. & Pet. Iac. quibus locis suprà citauimus. Quin & glo. in authen. licentiam, in verbo, aut cognationis. C. de epis. & cleri. & post eam Saly. tradunt, quòd licèt cùm donans prælatus ecclesiæ suo cõsanguineo, id videtur magis facere contemplatione consanguinitatis, quàm ecclesię; id tamen non procedit si ante beneficia quædam accepisset ab ipsa ecclesia; quia tunc magis donata videtur ob illa beneficia, quàm ob consanguinitatẽ, & ad hoc Saly. dicit illam glos. singul. sicuti etiã Barba. in tracta. de præstan. Card. in 3. quæstio. j. partis, col. 3. vers. limita hoc. [Ad quod etiã vide quæ diximus suprà in 33. speciali. Et dicit generaliter Bald. consi. 194. præmissis verbis, colũ. 1. lib. 2. quòd potiùs præsumitur donatum ratione meritorum quàm sanguinis.] Ad id autem ꝙ de stipulatione patris diximus, vide quæ statim dicam in versic. 83. incipien. sed aduerte quia hęc posterior.

75 ¶ Et huc quoque adde quod singul. in simili voluit & cõsuluit Pan. Castr. consi. 5. quicquid dicatur, col. 2. ver. videndum est igitur, lib. 1. ꝙ cùm pater non possit donare spurio, nisi in causam alimentorum, vt nor. in c. cùm haberet, extra de eo qui du. in mat. & per Bar. in l. vlt. ff. de iis quib. vt indig. cum si. Certè si pater donauerit filio spurio egenti alimentis, nec adiecerit causam alimentorum, censetur tamen in eã causam donauisse, inspecta scilicet qualitate personæ cui donatur, arg. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & hab. & l. cùm hi. §. in annos. ff. de transact. & ita valebit donatio magis inspecta causa, & qualitate donatarij, quàm sanguinis.

76 ¶ Adde item quod suprà latè diximus in 30. casu speciali remunerationis propter merita pręcedentia non tantum præsumi donationem, sed & actum aliàs dubium censeri ob eadem factũ. Et quod tradit Angel. in §. 1. colum. 2. versic. super tex. ibi rursus, in authen. de non elig. secun. nub. per illum tex. quòd si donans succedit donatario ex testamento, censetur consequi hęreditatem magis per viam cuiusdam remunerationis, quàm iure successionis. Nam pręsumptio est quòd ei donare voluit propter donationem in eum iam factam, per d. §. inde Papi. & etiam præsumptio nostra est, vt benefacientibus benefaciamus. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petition. hære.

77 ¶ Sed in hac declaratione illud animaduertendum est, quòd in qualibet donatione præsumuntur merita interuenisse, tanquàm scilicet non esset quis donaturus, nisi primùm inuitatus ac prouocatus meritis præcedentibus, per l. nec adiecit, & ibi Bal. ff. pro socio, & l. 1. C. de anno. ciuili. lib. 11. & voluit etiam idem Bal. in d. l. illud, colũ. pen. in 3. quæstio. C. de sacrosanct. eccles. Et tamen, vt ibi subdit Bald. requiritur insinuatio. Quem hoc modo intelligit Anto. Cana. in tracta. insinuationum in 45. quęstio. videlicet quòd cum in instrumento donationis nulla est facta mentio meritorum, licèt præsumatur donari ob merita, tamen requiritur insinuatio: quasi scilicet semper requiratur insinuatio, licet merita præcesserint, si nulla eorum sit facta mentio: & sic etiam eadẽ ratione in hoc casu esset locus huic l. tanquam omnis donatio simpliciter facta sine mentione meritorum, pro pura & simplici habeatur, etiam si merita præcesserint.

78 ¶ Verùm si id ita intelligatur, subuertuntur omnino omnia quæ suprà diximus. Hęc est igitur mea sententia ex supradictis simul iunctis, quòd quęlibet donatio præsumitur facta ob quędam merita. Vix enim quis donat non merito. Sed si de illis aliàs non appareat, ipsa donatio pro simplici habetur, & requirit insinuationem, & in ea feruantur omnia iura loquentia de simplici & mera donatione: aliàs superuacua essent ea iura.

iura, cùm reperiri non possit donatio simplex, cum in omnibus præsumatur meritum: idque optima ratione. Nam donatio non censetur remuneratoria, aut ob merita facta, nisi ea sint quę æquipolleant donationi, aut certè ea non sint in digna, vt dicemus in seq. declaratione. Qn̄ igitur iudicare poterimus de re prorsus ignota? Sūt autem multi adeò ingenuo animo, vt quamuis gratiam largiore cumulo remunerent. Quod autem non apparet, perinde habendum est, ac si non esset. l. duo sunt Titij, & ibi Bald. ff. de testa. tuto. & l. in lege. ff. de contrahen. emp. & l. si fuerit. ff. de reb. dub. & l. cùm ex pluribus. ff. de manu. testamen. & c, solennitates, le. 1. de consecr. dist. 1. cum si. Et facit quod dicemus infr. in 3. declaratione. Quod si de meritis præcedentibus appareat, certè etiam si de eis non fiat mentio in donatione, tamen ea præsumitur facta contemplatione eorum, & de ea idem iudicandum; atque si de eis mētio esset facta, vt suprà in princ. diximus.

79 SECVNDA DECLARATIO hæc est, vt donatio propter merita non reuocetur ex hac l. quatenus valent ipsa merita: in eo autem quod excedit, erit huic l. locus, vt non obscurè voluit Corn. consi. 194. videtur in præsenti. col. 1. lib. 3. & expressiùs [Barb. in c. vl. col. vl. extra de don. &] Soc. consi. 295. in causa contra filios, col. 4. in quarto casu, lib. 2. vbi ita dicit vidisse consultum à doct. Perusinis. Et idem quoque videtur voluisse ipse Socin. consi. 215. visa prædicta, col. 1. & sequ. eo. libr. & Philip. Deci. consi. 20. in causa istorum, col. vlti. versi. non obstat septimum, iunctis his quæ ante dixerat, col. 2. versi. septimò quia si donatio. & apertiùs consil. 366. pro declaratione, col. pen. & Stepha. Bertran. consil. 135. thema consultationis tale est, col. [2. versi. & istud non haberet, & rursum colum. seq. in fin.] lib. 4. [Carol. Ruin. consi. 94. visa renunntiatione, col. 9. num. 20. lib. 1. & consil. lx. de re quidem, col. 5. nu. 16. lib. 5. & cons. cxl. Circa casum, colum. 3. num. 7. lib. 4.] & antehos Bal. hic, in 2. lect. dum loquitur de donatione facta ob bene merita, & ea quidem cōdigna. & etiam Angel. hic, quos tamen illi non citarunt, & hic quoque Franc. Rip. in 14. quæstio. &. iterum lib. 3. respon. c. 13. incip. duo sunt, colum. 2. & rursum. c. 15. licet donatio, in fin.

80 ¶ Et id quidem iure optimo, quando & aliàs semper donatio ob merita, in eo quod excedit, [censetur] mera, simplex, gratuita, & pura donatio, vt probat tex. in c. relatum, le 2. ibi, iuxta seruitij meritum, extra de testa. & voluit Old. cons. 226. quidam episcopus, col. penul. versi. secundo vbi donatio. [& consil. 339. ad habendum,] Io. Ande. in addit. Spec. in rub. de. reb. eccl. non alie. Guil. Cu. in l. illud, & ibi quoq; Bal. col. pen. vers. quarto quero, & Saly. qui hoc apertius declarat. C. de sacros. eccle. idē Guil. in l. si tibi. ff. si cert. pet. Bar. in d. l. si tibi decem. §. si pactus. ff. de pact. & in l. frater à fratre, in 6. q. & ibi Ias. & in lect. & in repe. ff. de condi. indebi. & idē Bart. in l. si quis pro eo. §. 1. in fi. ff. de fideius. & in authen. vnde si parens, & ibi etiam Bald. post prin. & Ias. col. 3. ver. secundò intellige. C. de inoffic. testa. Bald. in l. si pater tuus. C. qui bon. ced. pos. cum dicit in hoc non esse considerandam affectionem donantis, sed qualitatem meritorum. [& consi. 298. hæc materia, col. 2. versi. alij dicūt lib. 1.] Angel. in l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de peti. hære. Angel. Imo. & Ro. in l. Aquilius. ff. de donatio. vbi dicunt donationem remuneratoriā in eo quod est supra merita, requirere insinuationem, si id excedat quingentos aureos. Paul. Castr. in d. l. si donatione, & ibi etiam Alexand. & Corne. vterque col. 2. C. de collatio. Floria. in l. quæ pater, colum. 3. ff. famil. ercis. Alexan. consil. 55. incip. consideratis verbis, colum. 2. & 3. lib. 1. & consi. 21. attentis his quæ in instrumento, col. 2. versi. & saltem videtur, lib. 3. & consi. 120. visis narratis, colum. 2. eod. lib. 3. Barb. in l. diuortio, col. antepen. ff. de verborum oblig. [& in c. per tuas, in 2. not. de donatio.] & consil. 28. à Ioue principium, colum. 4. lib. 3 & consi. 67. sapienter optimus, colum. 2. qui & vbique dicit de hoc esse glos. singu. restringentem omnes leges loquentes de remuneratione, in cap. si quos. 12. quæsti. 2. quæ tamen nihil mihi ad hoc facere videtur. & Franc. Aret. consi. 11. intellecta diligenter, col. 11. in fin. & consi. 17. consideratis diligentissimè, colum. 5. versi. secundæ autē obiectioni. & consi. 24. quatuor dubia, in 3. dubio, in fi. Calca. consi. 25. Titius nobilis, colum. 11. vers. & propterea si fit donatio. Soc. consi. 48. in præsenti consultatione, col. penul. lib. 1. & consi. 65. circa primam quæstionem, col. 5. vers. item videtur fuisse facta, eo. lib. 1. vbi hoc reputat sing. & iterum consi. 91. visa & diligenter ponderata, colum. penul. ver. sed magis videtur, eod. lib. 1. & consi. 215. visa prædicta, col. 2. versi. faciunt not. lib. 2. quod & repetitur consi. 22. lib. 4. Corne. consi. 144. licet dicendum, col. 2. versi. non tamē sufficiunt, lib. 2. & consi. 45. licet in hoc iudicio, col. 2. & iterum col. vlti. lib. 4. & consi. 289. circa primum, colum. antepen. eod. lib. 4. Guid. Pap. sing. 375. incip. Saly. in l. illud. Iason in d. l. ex hoc iure, in primo effectu. ff. de iusti. & iur. & in authen. vnde si parens, col. 6. C. de inofficio. testamen. Stepha. Bertran. consi. 100. visis propositis, nu. 6. lib. 1. Philip. Deci. consi. 174. cuius superscriptio incipit, res ecclesiæ, col. 1. & consi. 202. vt præsens consultatio, col. 4. & Alciat. in l. alienatum. §. donationis. ff. de verb. sig. Et optime faciunt quæ suprà diximus de vēditione facta modico pretio, num. 2. & 3.

81 ¶ Sed super hoc illud est animaduertendū, voluisse Bald. in authen. ex testamento, colum. 2. versi. sed contra hoc facit. C. de collatio, quòd ad hoc ut merita uel seruitia dicantur æquiualentia rei donatæ, ut ipse loquitur, sufficit quòd

non

non ſint infra dimidinm ipſins rei donatæ, iux-
ta l.2.C.de reſcind.vendi. Quem ſequitur Ro.
in ea ipſa authen.ex teſtamento,& ibi etiã Cor-
nel.col.2.& idem Ro.in d.l.ſi donatione. C. eo.
[& Fabia.à monte. S.Sauini , dum allegat Bald.
vbi ſuprà,in tract.de emp.& vendi. in 8. quæſt.
princip.col.3.verſ.ſecundò quæro.] Quibus ad-
ſtipulatur quod voluit Saly. poſt dominum , vt
inquit,ſuum,in l.petens,col.7.in 4.quæſt.in fin.
C.de pactis , quòd cùm non ſit prohibita vſura,
pro qua creditor vice mutua tenetur æquale ali-
quid facere,per glo.ibi, ſufficit illud ęquale eſſe
vſque ad dimidiam partem æſtimationis vſuræ,
per d.l.2.C.de reſcind.vendit.& id ſequitur Ale
xand.in quodam conſi.incip.egregiè & copiosè,
col.2.allegatus à Iaſone,quibus locis ſtatim cita-
bimus:quod tamen non reperi inter conſ.Alex.
Et hoc valde ſing. & memoratu digniſſimum di
cit Iaſ.in d.l.petens,col.antepen.verſ.3. not. vbi
& illud dictum Bal. reputat ſing.

82 ¶ Tamen vtrunque & Bald.& Salyc. dictum
reprehendit ipſe Iaſon,& poſt eum Philip. Dec.
in ea ipſa l.petens,ille vbi ſuprà,hic col.7.verſi.
& not.gloſſ.hìc,per ea quæ ſuprà diximus, id cẽ
ſeri ac eſſe gratuitum,quod excedit meritum &
pretium.Et illud quoque Bald.dictum eadem ra
tione carpit idẽ Iaſon in d.l. ex hoc iure,in pri-
mo effectu.licèt illud dicat magnum & mirabile
verbum.& rurſus in dicta authenti.ſi parens,co
lum.vlt.verſi.& per hoc confunditur.C.de inoſ.
teſtamen.& in dicta l.frater à fratre,char.vlti. tã
in lectu,quàm in repetitio.ff.de condit. indebi.
in quibus locis illud tamen aſſerit ſingul.& ante
illum etiam reprehendit Alex.multa allegans in
d.l.ſi donatione , colum.4. & ibi etiam(quod iã
diximus)Iaſon col.antepen.C.de collatio.& ſub
obſcurè Corne.ſibi contrarius.d.conſi.289. col.
penult.lib.4.& apertè Soc.d.conſi.91.colum.pe
nul.lib.1.& Carel.Cot.in memo.incip. donatio
facta filio.& Steph. Bertran.conſi.5.donatio, in
primo dubio.Id autem tanquam in medio reli-
quit Pantal. in repeti.d.l.2.C.de reſcind.vend.
in 20. fallen.

83 ¶ Sed aduerte quia hæc poſterior op. quæ
Bald.contradicit,poſſet haud dubiè,vt reor,pro-
cedere in donationibus aliàs prohibitis, in qui-
bus & ipſe Bal.loquitur , videlicet inter patrem
& filium . illic enim facilè committeretur fraus
legi,ſi ſufficeret ad validitatem,vt noſtri loquũ-
tur, donationis merita excedentis , vt quod ex-
cedit , eſſet infrà dimidiam partem meritorum.
Nam id cederet lucro donatarii. Et fortè in hoc
exceſſu peter magis donaret ob affectionem pa-
ternam,quàm propter merita.& id quidem veri
ſimilius eſt,vt præter eos,qnos ſuprà citauimus,
in verſi.72.incipi. licèt contrarium voluit Iaſon
in d.l.ſi tibi decem.§ ſi pactus.ff.de pac. vbi hoc
dicit ſemper procedere,cùm aliàs actus non vale
ret.Nam regulariter vt fieri poteſt duplex inter
pretatio,eam accipere debemus,per quam actus
valet.l.quoties in ſtipulationibus.ff. de verborũ
oblig.& c.abbate ſanè,extra de verborum ſigni-
ficatio,cum ſimilib . Ideoque è diuerſo gloſſ. &
doct.in d.l.ſi donatione.C.de colla. contrariam,
vt diximus in verſi.71.incip.& generale eſt, in-
terpretationem ſequuntur , vt videlicet magis
præſumatur pater donantis id facere propter me
rita,quàm ob filiationem;quia ibi aliàs donatio
nõ valeret,vtpote inter patrem & filium . quod
ſimiliter expendit ipſe Iaſon in l. quod dicitur,
col.7.verſi.ſecundò quia debet capi. ff. de verb.
oblig.& ibi ante eum licèt ſubticeat Imol. & la-
tiùs Fran.Aret.col.v.verſi.extra gl. & nouiſſimè
Ioan.Crotus qui nullos horum memorat , in re-
peti.l.frater à fratre,colum.18.verſi.ſecunda dif
ficultas.ff.de conditio.indebi. At cùm pater ſti-
pulatur filio bene merito,cenſetur ſtipulari ma-
gis tanquam filio , quàm vt extraneo ſine meri-
to,vt diximus in d. verſicu. licèt in contrarium,
Nam aliàs non valeret ſtipulatio alteri facta,l.ſti
pulatio iſta habere licere.§.alteri. ff. de ver.obli
gationib . Hìc autem in noſtro caſu non ſumus
in prohibitis, cùm liceat de iure communi do-
nare extraneo, & huic l.& expreſsè & tacitè de-
rogare,ex communiore noſtrorum op. Nec ali-
quid eſt ob qđ quis veriſimilis donauit , quàm
propter merita,niſi fortè donaret conſanguineo
ex iis quæ etiam ſupra diximus. Nec ea merita
ſunt ſupra dimidiam rei donatæ.Igitur quemad
modum ſuprà in eadem gloſſ.in verſic. 7. incip.
ſed hoc tamen ſecundo loco intelligendum,di-
ximus ex ſententia Aret. in lege prima , colum.
penult. C. de pactis, de venditione minori pre-
tio facta,ſi pretium non ſit infra dimidiam par-
tem,non reuocatur venditio ex l.noſtra; nec hu
iuſmodi etiam donatio,ſi merita non ſunt infra
dimidiam.Nihil enim inter vtrunque intereſt ,
ſcilicet inter id quod excedit pretium , & inter
id quod ſimiliter excedit merita.Imò hæc dona
tio remuneratoria,omnium,ni fallor , iudico re
putabitur multo fauorabilior,quàm venditio mi
nori pretio facta.ideo cogita.

84 ¶ Illud itẽ in hoc meritorum exceſſu conſi-
derandum eſt,vt ſciamus reíne donata ſuperat ,
an æquat merita donatarij. inſpiciendam eſſe
qualitatem donantis , num diues ſit & nobilis.
qui (vt eſt natura nobilium , ſi credimus. cap.1.
de donatio.)ſolet multò maiorem referre grati-
am.nam & ſi tunc donatio excedat merita,mo-
dò id non excedat quod in ea re ſolebat & debe
bat facere donans ex more diuitum & nobili-
um,non dicitur excedere merita vt eleganter ad
modum & ingenue voluit. ſubdubius tamen
Corne.conſi.164.licèt dicendum,co.2.lib.quo
que,2.ex eo tantum motus,quod voluit Bartol.
in d.l.ſi tibi decẽ.§;ſi pactus.ff. de pactis,tm̃ nos
debere filiis noſtris pro ſuis in nos meritis,quã-
tùm extraneis , ſecundũ noſtram conſuetudinẽ
per not.in l.1.C.pro ſocio.Et idem apertiùs aſſe
uerantiuſq; voluit idem Corn.in d.l.ſi donatio-
ne,

re, colum.2.versi.ex quo videtur.C.de collatio. vbi tamen hoc restringit, dummodo nō sit multùm excessiua donatio vltra communem multorum æstimationem.Et hoc planè tēdit quod scribit Barb.in c.sedes,colum.2.de rescrip. se sustinuisse quandam donationem à principe factam ob merita,quę ob id impugnabatur,quòd merita non responderent tantæ donationi.Nam satis est, inquit, ea respondere liberalitati principis, quæ maior esse debet, quàm alterius priuati & inopis.

85 ¶ Et ego huic Cornel.& Barb. sententiæ eò magis accedo, quoniam legerim apud Sermum virum antiquitatis peritissimum,enarrantem illud Virgil.lib.j.Aeneidos,

...*Ac memor ille Matris Acidaliæ.*

Maiores illos nostros scienter tres illas gratias ita depinxisse,vt vna auersa,duę nos respicerēt, sic docentes profectam à nobis gratiam duplicē reuerti debere,id est remunerationem largiore cumulatoreque mensuram esse rependendam, nec ad calculos expensorum & acceptorum reuocandam,quod & iussit Hesiodus Poeta vt antiquissimus,ita optimus,in eo lib. cui titulus est ἔργα, καὶ ἡμέραι, id est , opera & dies. Huius enim illic ea est sententia, quæ acceperis beneficia , ea reddenda.

αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώιον αἴκε δύνηαι.idest Eadem mensura,& melius si possis. Quod & repetiit Tullius ex eo, monens lib. 1. Officiorum, nos imitari debere agros fertiles,qui multò plus afferunt,quàm acceperūt.Ex quo è nostris Guil. Cu.quem sequitur Alex.in l.3.in princ.ff.quod quisque iuris,tradit quod cùm agitur de remuneratione,latè debet fieri interpretatio. & sequitur Philip.Dec.in c.vlt.col.2. versi. sed considerandum est,extr.de constitu.& consi. 169. consultus,colum.1.[& consi. 193 .cuius suprascriptio incipit,in successione feudi,col.2.versic. & etiam in dubio.] & consi. 414. consuluit accuratè,col.2.versi.& hoc idem,[& consi.614.in causa feudali,colum.2.]& Ferdi. Loaz.in repeti.l. filiusfami.§.diui,fol.10.col.2.versicu.non obst. etiam.ff.de lega.1.[& Lud.Gozad.consilio.8. in hàc causa,col.6.n.28.]& idem voluit Raph.Co. consi.162.prælatus certæ ecclesiæ,col.vlt [& faciunt quæ suprà diximus,nu.48.49.55.]

86 ¶ Quæ quidem & ad nobiles, & ignobiles, & pauperes pertinere puto. Neque enim in quibuscunque illud exigerem, vt remuneratio esset ad amussim æqualis,ut confestim quod supra merita esset, censeretur donatio,sed id tantùm,vt non nimium excederet. Nam si quippiā modicum superaret, non propterea dicerem id haberi pro donatione,sed cedere titulo remunerationis , ex iis quæ nuper diximus, & dicemus præterea infra in eadem gloss. numero. [123. verùm & hoc,& iterum nume.137.sed & quod. Et]quod not.in simili Bar.in l.vlt.col.2. versicu. quis erit modus, ibi, & hoc nisi excedat magnā quantitatem.ff.de his quib.vt indig.& Paul.Ca. consil. 285. ad primum respondeo, in fin.lib.2. vbi id dicit relinquendum arbitrio iudicis. Sed hoc tamen magis ad eos spectat qui abunde gratiam referre possunt, præsertim verò ad nobiles, quos magis decet liberalitas,vt plenè scripsimus & probauimus in nostro tractatu nobilitatis.[c. 37.eodemque vlti.n.34.nobilitatis propria, & multis sequentibus.]

87 TERTIA DECLARATIO in hoc vertitur, An in hoc casu,vt non sit locus huic l. nostræ, satis erit ad probanda merita,in donatione generaliter dictum esse , eam fieri ob merita, sine alia speciali & expressa eorum declaratione. Quod vt intelligas, illud primo loco scire nos oportet, multum interesse , vtrùm simus in prohibitis,siue inter personas prohibitas,quæ.s. sibi donare prohibentur an non. Primo casu negant omnes quicquam prodesse generalem meritorum mentionē , vt donatio dicatur facta ob merita,nisi & aliter probentur. Quòd si ea specialiter declaratur,quidam tenēt satis esse, nec aliam probationem exigi. In qua sententia fuit Bald.in l.illud,colum.penult.versi. quartò quæro.C.de sacrosi.eccles.[& in l.si tibi decem. §. si quis,post princi.ff.de pact.]& in l.vlt.ff.de exer. act.& in l.si tibi,col.1.ff.si certum peta.& in l.si pater tuus.C.qui bo.ced.poss.& in l.cùm pater, §.rogo.ff.de lega.2.& in ca.sciscitatus,colum. 1. & in c.edoceri,colum.2. versi. si instrumentum dicit,extra de rescript.& in additio. Specula.ti. de donatio.§.primo versicu.quid si pater.& in sua margari.in verbo, donatio,colum.3.& Ang. & Raph.Coma.in l.Aquilius.ff.de donatio.Floria.in l.quæ pater,colum.3.versicu. sed an sufficiat.ff.familię erciscundæ,& Paul.Castren.consi. 345.circa bona quæ fuerunt,colum.2. versiculo tertiò videtur obstare, lib. 1. & subobscurè idem Pal.Castr.consil.193.super isto puncto , colum. 3.versic.ad secundam, iunctis iis quę dixerat colum.2.versicu.secundo videtur, lib.2. & Guido Pap.singula.375.incipien.Salyce. versicu. etiam quæritur.Vital. Camb. in tractatu clausularum, in rubri.an legibus insinuationem exigentibus possit renuntiari,char.vlt.Iason[consil.217. pro enucleando,colum.8.versi. nonò pro ista parte] consi.154.in causa mota,colum.5.versicu. istud idem,eod. lib.2.[& consi.227.Carolus olim,colum.8.versi.nonò pro ista parte,eod.lib. & cōs.§ 73.dubitatur.col.vlt.lib.3.

88 ¶ Idque præsertim si iuramentum interueniat.Nam sunt qui vtrunque exigunt, & specificationem meritorum,& iuramentum , vt sit satis ad probāda merita in prohibitis. Et ita voluit Bald.ipse in l.si donatione, colum.1.versi.sed quid si pater,& ibi etiam Guid.Papæ, & Iason col.pen.versi.istam regulam.C.de collat. per authen.quod obtinet.C.de probatio.& [idē Bal. in l. perpetuo, ad fin.ff.de cond.ob turp.caus.] Angel.in l.pen.§.mulier.ff.solu.matrim.& cōs.

181. A fecit testamentum, col. 1. Alex. consi. 8. [Guido. Pap. in tractatu præsumptionum. col. 6. versi. si pater donet,] incip. visis & cõsideratis, col. vlt. versi. fortificantur prędicta, lib. 2. & con. 18. consideratis, col. 2. versi. quantò magis, lib. 3. & Iason in l. frater à fratre, char. vlt. versic. limita tripliciter, dum citat Bald. vbi suprà. ff. de condi. indebi. in lect. & rursum in repe. col pen. [& cõsil. 74. pro parte negatiua, col. vlt. versic. prædicta fortius procedũt, lib. 3. quibus locis] dicit quòd ita solitus est tenere, & allegat quod alibi voluit Bald. in pręludiis feudorum, in 3. diuisione, ꝙ si prælatus cum capitulo cõfiteatur feudũ, de quo quempiam inuestit, esse antiquum, non statur tali confessioni, nisi interueniat iuramentũ, quod dictum dicit Iason sing. [in d. l. frater à fratre.] Sed & tu illi adde quod scribit Specul. titu. de successi. ab intesta. §. versi. sed nunquid donationem. quòd quis non potest donare nepoti ex filio spurio; quia hoc facere præsumitur propter affectionem quam habet ad filium, per l. si fortè. ff. de castren. pecu. & alia ibi allega. vnde, inquit, præsumitur fraus. l. qui testamentum. ff. de castr. pecu. & alia ibi allega. vnde, inquit, præsumitur fraus. l. qui testamentum. ff. de probatio. nisi donator iuret quòd contemplatione nepotis id tãtùm faciat, per d. authen. quòd obtinet. & cum eo transit Ioan. And. in additio. ipsius. Et in hac quoque op. est Anto. Rubeus consil. 145. tenor statuti, in fin.

89 ¶ Sed contrarium tamen in primo casu, videlicet non sufficere etiam specialem declarationẽ meritorum in prohibitis, tenuerunt Guil. Cyn. & Alber. in d. l. vlti. ff. de exercit. & Bald. sibi cõtrarius, in l. si tibi, col. 2. versi. sed nũquid de istis meritis. ff. si cer. pet. Salyce. Alexand. [sibi quoque contrarius,] Corne. & alij recentiores, in d. l. si donatione. C. de colla. Ro. & Pau. Cast. in d. l. Aquilius. ff. de don. & Guid. Pap quæst. delphi. 95. dubitabatur. & sing. 596. incip. not. ꝙ Guid. ad fin. & Socin. qui illam priorem sententiam dicit communiter reprobari, consil. 66. frustra plenitudini, col. 3. versic. sed omnia, lib. 1. & Bar. consi. 2. illud afferam, col. 3. lib. 3. & Anto. Cana. in tractatu insinuationum, quæst. 45. [& Steph. Bertran. consi. 48. expressè, col. 2. in fin. lib. 4. & Carol. Rui. consi. 44. primò quæritur, ad fin. lib. 5] & reliqui, vt reor, omnes, quotquot de ea re nuncupatim scripserunt, quorum bonam partẽ nuncupatim aduocauimus in nostris commentariis consuetudinum, quo loco statim citabimus, moti hac potissimum ratione efficacissima, quia in prohibitis non creditur assertioni etiam speciali donantis, quam ipsam facit vt donatio valeat, quæ aliàs non valeret, per d. l. qui testamentum, & ibi gloss. & doctor. ff. de probatio. & in l. cùm quis decedés. §. Titia honestissima fœmina. ff. de leg. 3. ex qua etiam probatur id procedere, quantumlibet donans sit honesta persona, cum similib. à me; latissimè congestis in illis nostris commentarijs, tit. 14. §. x. in j. glo. in j. declaratione primæ fallentiæ.

90 ¶ Quod tamen miro nouoque modo intellexit Bald. in l. 1. colum. 1. versi. item not. quòd confessio. C. de fal. cau. adiect. lega. procedere in prohibitis siue incapacibus, in quos naturali affectu ducimur, vt spurijs; secus in aliis, vt in bannitis, nihil tamen allegat. Et id quidem non facilè crediderim verum esse, cùm omnia iura omnesque docto. qui de hac re loquuntur, generaliter loquãtur de incapacibus & prohibitis, nec sit vlla saltem efficax ratio differentiæ.

91 ¶ Sed & quod in iisdem prohibitis non sit stãdum assertioni etiam iuratæ, tenuit Cyn. post Pet. in l. 1. ad fin. C. de sacrosanct. eccle. Barto. in d. §. Titia honestissima. & in l. Aurelius. §. vlti. ff. de libe. lega. Ioan. And. in additio. Specul. tit. de donatio. inter virum, & vxor. col. vlti. Bald. hic quoque sibi contrarius in l. 1. colum. 5. versic. ex prædictis. C. de inoffi. donat. & in authen. si qua mulier, col. 2. C. de senatusc. Velle. & in l. si eum seruum, colum. 2. ff. si cert. peta. [& in rubr. ff. de iureiuran. col. vlti. & consi. 398. questio, col. vlti. lib. 1. &] consi. 14. Antonius fecit testamentum, col. 2. versicu. in contrarium arguitur, vsque ad fin. consi. lib. 2. & consi. 75. spurio, col. 1. eod. lib. 2. Saly. in l. hac edictali, in princ. in 7. q. C. de secun. nup. [Pet. Anc. in repeti. c. ea quæ fiunt, col. 12. in 3. quæst. vers. in his etiam casibus, de regu. iur. lib. 6. & iterum in c. accessorium, col. 6. versi. ex prædictis possumus, eod. titu.] Imo. in c. cùm contingat, in 3. q. 10. membri, extra de iureiur. Raph. Co. consil. 31. testator in testamento, col. vlt. Ro. in Rub. de iureiur. in 1. conclusione. & consi. 44. ex suprà narrato, col. 2. & consil. 293. præsupposito quòd dictnm legatum, col. 2. Pau. Cast. d. consi. 193. super isto puncto, col. 3. versi. ad tertiam rationem, iunctis præcedentibus, lib. 2. & consil. 383. circa primum, col. 2. versicu. nos autem sumus, eod. lib. 2. Franc. Aret. consi. 74. diligenter & maturè, col. 3. versi. sed tamen pro intellectu. & latissimè Guid. Pap. sibi contrarius singul. 377. incip. si donans, versic. si in instrumẽto. Alex. & Corne. & Philip. Deci. qui expressè reprobant Bal. ibi, videlicet in d. l. si donatione. C. de colla. & idem Alexand. in l. quod de bonis. §. vlti. in princ. ff. ad legem Falci. [& consi. 55. consideratis verbis dicti statuti, colum. 3. versic. nec prædictis obst. iunctis præcedentibus, lib. 1.] & consi. 18. consideratis, post princ. & iterum col. 2. versi. & quamuis, lib. 3. & Socin. d. consil. 66. col. 8. versic. & hæc op. lib. 1. Fely. in c. si cautio, col. 24. versic. sed est aduertendum, de fide instr. & in c. sicut, col. 14. de re iud. & Iason, sibi contrarius, in d. prælud. feud. colnm. 27. versic. iuxta prædicta, vbi illud dictum Bald. ibi, de quo suprà diximus, reprobat. Deci. consil. 202. vt præsens consultatio, col. 3. versic. non ob. quòd not. Alciat. in l. pacta quæ contra, in 5. specie. C. de pactis. Ioan. Montefer. in repeti. l. frater à fratre, col.

col. 17. versi. quartò fallit. ff. de conditio. indebi. Et id credo esse verissimum. Nam alioqui esset liberum cuique legem fraudare, iuramento interposito, contra l. si quis inquilinos. §. vlti. ff. de lega. 1.

92 ¶ Secundo autem casu principali, cùm videlicet non sumus in prohibitis, ita putauerim distinguendum. Aut enim post illam generalem meritorum mentionem donator dicit se liberè purè & simpliciter donare, vt fere fit. Et hoc casu habemus sententiam Oldra. consi. 5. cuius initium est Titius dedit, censeri donationem simplicem, & non ob causam, aut remuneratiouem & hanc nūcupatim sequitur Alexand. consi. 14. circa primum dubium, colum. 1. lib. item 1. & consi. 40. super primo dubio, colum. 5. versi. sed circa tertium, lib. 5. & Socin. consi. [53. in præsenti, colum. 2. versi. optimè etiam, lib. 1. vbi in eadem specie consuluit qua Alexan. vbi suprà, & idem quoque Soci. consi.] 245. in causa contra filios, col. pen. versi. quintus casus, lib. 2. vbi dicit se aliàs consuluisse Senis secundum illam decisionem, nec eam habere contradictorem. [& Hiero. Grat. consi 50. reuerendissime, col. pen. nu. 55. & multis sequ. lib. 1.] Et his libenter accedo, nisi aliter constaret de meritis, quia si ea verè præcessissent, censetur donatio fuisse facta eorum contemplatione, etiam si nulla omnino de eis fieret mentio, vt letè diximus supra in eadem glos. versi. 70. prima igitur, cum multis sequentibus.

93 ¶ Aut simpliciter quis dicit se donare propter benemerita in genere, nec postea adiicit illa verba, purè & simpliciter, & hæc res est admodum dubia, præsertim in casu l. nostræ. Nam Socin. expressè in eo loquens. in d. cons. 145. col. 3. versi. tertius casus, & iterum ver. quartus casus, lib. 2. tenet etiam hanc generalem meritorum mentionem esse superuacuam, nihilque hic operari quo minùs l. nostra locum habeat: quoniam generalis assertio dubia est & obscura, vt est text. licet nihil aleget, in l. prætor edixit, in princip. ff. de minorib. vbi qui generaliter loquitur, obscurè loquitur, & in l. ita fidei. ff. de iure fisci. Obscura autem & dubia locutio sine assertio non releuat. l. vbi autem. §. qui illud. ff. de verbo. obligatio. & l. cùm incertis. ff. de. lega. 1. & l. vlti. C. de anna. exceptio. & ita dicit voluisse Bald. in in d. l. illud. C. de sacrosan. eccle. & in d. l. vlti. ff. de exercitat. idemque sensisse Barto. in d. l. si fortè ff. de castren. pecun. vt ex multis apparet. Primum, quia Bartol. intendit determinare, quando verba enuntiatiua meritorum probant, & distinguit vtrùm simus inter personas prohibitas, an non prohibitas. Sed quando donatio est prohibita, Bartol. intelligitur loqui quando merita sunt specificata, & non in genere tantum expressa, vt declarant doct. maximè Alexan. in d. l. si donatione. Ergo & ita quoque intelligendus est in alio capite, cùm loquitur inter personas non prohibitas, vt ita vnum caput secundum aliud intelligatur, argumē. l. 1. & ibi not. ff. de reb. dub. & l. verùm, & ibi etiam not. ff. de petitio. hæred. Deinde quia Bart. allegat l. optimam. C. de contrahen. & committen. stipul. quæ loquitur in verbis enuntiatiuis specificè prolatis. Igitur debet ita secundum illam intelligi. arg. not. per eundē in l. non solum. §. si liberationis verba. ff. de libe. lega. Denique quia Bald. ita videtur Bart. intelligere in d. l. si donatione, vbi tractans quando donatio dicatur esse remuneratoria, dicit, assertio meritorum in genere non sufficit. Quando autem in specie memorantur, distinguit inter prohibitos, & non prohibitos. per not. in d. l. si fortè, quod & idem facit, & quidem clariùs, Raph. Cu. in d. l. Aquilius. ff. de donat. Sed & ad hæc adiicit Soci. hanc rationem. Nam donatio facta ob merita, si excedat quantitatem meritorum, in illo excessu dicitur pura, secundum Guil. Bal. & Salyce. in d. l. illud. C. de sacrosanct. eccle. cum concordan. suprà à nobis adductis. Et ideo licèt hæc. l. non habeat locum in donatione remuneratoria, habebit tamē locum in illo excessu. Sed si sufficeret generalis meritorum assertio, non posset constare de illo excessu. Ex quo satis datur intelligi, quòd debent specificè nominari. Et hoc ita confirma, quia illa generalitas posset verificari in quolibet vel minimo beneficio, propter quod non impediretur huius l. dispositio. Ergo in dubio debet habere locum l. nostra, secundum doctrinam Bar. in l. Titia Seio. §. imperator. ff. de leg. 2. & hanc Socin. sententiam approbat. [Caro. Ruin. cons. 173. quæritur primò, col. 5. num. 12. & 13. lib. 1. &] Anto. Rubeus consil. 93. viso & diligenter considerato, col. vlt.

94 ¶ Verùm Iason & Philip. Dec. in eadem specie & inter easdem partes consulentes, ille quidem consi. 154. in causa mota, lib. 2. hic con. 20. in causa istorum fratrum, posteaquàm retulerūt sigillatim Socin. rationes, quem ipse Decius nūcupatim nominat, non designato tamē ipsius loco, aut numero consil. eiusdem, tenuerunt & consuluerunt contrarium, vt videlicet in casu nostræ. l. sicuti semper aliàs in non prohibitis, sufficiat generalis meritorum mentio, vt dicatur donatio remuneratoria, sine alia meritorum probatione, & ita habeat locum l. nostra. Moti, quia Bartol. in d. l. si fortè, generaliter & clarè dicit assertionem meritorum fidem facere in non prohibitis: & ita eum, inquit, refert & sequitur Paul. Castren. in l. per diuersas, colum. vltim. C. manda. & in d. l. Aquilius. ff. de donatio. Ergo & generaliter debet intelligi, quia generalis dispositio includit generaliter omnes casus, etiam si in vno maior esse ratio videatur, quàm in alio. l. 1. §. quod autem. ff. de aleato, & l. in fraudem, in fin. & ibi Bald. ff. de testamen. milit. & l. 1. §. & generaliter. ff. de lega. præst. Et cum verba Barto. & sequacium sint clara, non indigent alia interpretatione. l. 3. C. de liber. præteri. & l. cōtinuus.

§. cùm

§.cùm ita.ff.de verborũ obligationib. Cui adde quæ latè diximus suprà in verbo, libertis, in princip. Item ratio Barto.hæc est, quia cum personæ non sunt prohibitæ; & possunt liberè donare, & sine meritis, & cum meritis: consequens est standum esse assertioni instrumenti de bene meritis inter contrahentes.per d.l.optimam.C. de contrahen.& committen.stipula. Quæ ratio pariter & vtroque modo procedit, siue generaliter siue specialiter fiat mentio de meritis. Præterea illa specifica meritorum mentio nõ videtur ob aliud considerãda, nisi respectu probationis. sed cùm partes possunt disponere, statur instrumento, nec alia probatio requiritur, vt dictum est. Et sic cum iam non agamus de probatione, nihil est ampliùs propter quod consideranda sit illa specifica probatio. Ad hæc tantùm operatur generalis dispositio in genere, quantùm specialis in specie.l.si duo fratres.ff.de admini.tuto.l. si chorus.ff.de lega.3.& l.omnes.C.de præscrip. 30.anno.cum si.à me suprà latè congestis, in princ. nostræ.l. versi. 118.incip. & hæc quidem omnia,& seq.Et licèt in quibusdam casibus dispositio specialis plus operatur.tamen ex communi regula intentio nostra fundatur, secundum glos.in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur. Et ideo non videtur in dubio esse differentia inter assertionem specificam & generalem instrumenti. Postremò si specificatio meritorũ requiritur inter personas non prohibitas, vt Bar.loquitur, videtur etiam postea probatio necessaria aliter quàm per instrumentum. Sed nulla probatio requiritur vltra instrumentum, vt omnes fatentur ergo nec specificatio.quin sufficit qualiscunque instrumẽti assertio, sine in genere, siue in specie arg.l.1.in princ.C.de rei vxo.acti.& quod habetur per glos.in l.vinum ff.si cert.peta.Hæc ferme Ias. & Dec. qui & ipse in eadem fuit sentẽtia in l.si donatione, colũ.3.versic.secundus casus, iunctis præcedentibus.C.de coll.& eum sequitur & defendit Ripa tũ in hac ipsa l.in 15.q.tum quoque lib.3.respon.cap.9.circa primum.colu.vlti. Sed quibus rationibus (nam & alias adfert) cæterorum sit iudicium.

95 § Aduerte lector optime, quoniam Bal.in locis à Soci.citatis nuncupatim loquitur in prohibitis. Ideo nihil ad hunc casum pertinet. Illis autem rationibus, quibus Soci.ipse conatur Bart. in suas partes trahere, respondent Iaf.& Deci.in d.consi.propè copiosiùs quàm res exigat, cùm de vnius tantùm doc.licèt maximi authoritate contendatur. Ego verò de hac re non admodum laboro. Sed illud tantùm priuatim breuibus definiam, vtrum in casu l.nostræ sufficiat generalis meritorum assertio, quod prima statim frõte videri posset, in præiudicium quidem donantis, & donationis à se factæ, quam ita potuit facere, si voluit, vt propter filios postea susceptos non reuocetur, vt qui huic l.renuntiare possit, secundum communem.opinio. Et hæc est Iasonis Deciique sententiæ prora, quod dicitur, & puppis.

96 § Idque confirmatur vltra Deci.ex eo quod Saly.subdubius tamen, tradit in l.filiæ. C.fami. ercis.quòd etiam inter personas prohibitas statur assertioni meritorum in præiudicium asserentis, licèt non aliorum, per l.Aquilius, cum glos.ff.de donatio.& sequitur Iason in repetitione.l.frater à fratre, col.pen.ff.de condi.indeb. [& d.consi.154.col.5.versi.quartò principaliter. [& Philip.Dec.in l.si donatione, colum.5.versicu. 4.conclusio glos.limitatur.C.de collat. Et simile quippiam tradit ipse Salyc.in l.cùm propria.C.si quis alte.vel sibi, quòd si vxor emit res quaspiam constante matrimonio, & in instrumento continetur de propria pecunia vxoris, patientis & consentientis marito, ei creditur, & cessat præsumptio.l. Quintus. ff. de donationibus inter virum & vxorem.] Nam & quis (vt hoc quoque illi addas) non potest venire contra factum suum, quod etiam de iure non tenet.l.per fundum.ff.de seruit.rusti.prædi.& l.vẽditor.C.com mu.prædi.& voluit Bald.consil.403. Ioannes Simonem, colum.penulti.lib.3.cum similib. Et facit quod in simili dicimus, quod vendens non potest dicere vẽditionem simulatam aut factam in fraudem, ex eo quòd diuitius remansit possessor rei venditæ, licet tertius id possit facere, Bart. in l.post contractum, colum.3 versicu.sed an venditor.ff.de donatio.& consil.65.Petrus Nicole, in princip. [& consil.81. Martinus ad fin.] & Bald.in l.emptione, circa medium. C.plus val. quod agi.[& Cardi.Flor.in c.illo vos, in 2.not. extra de pignorib.]cum simi.Sed propius hanc Saly.sententiam confirmat vltra Iaso. quod scribit Bartol.in authent. sed iam necesse, in princip.& ibi quoque Franc. Tyg.in fin.repe. C. de donatio.ante nup.quod licet confessio mariti de dote data nõ præiudicet creditoribus, sibi tamen præiudicat.& sequitur Pau.Cast.consi.483. circa primum, col.2.versic.an autem præiudicet, lib.2.

87 § Ego tamen Soci.sententiam secutus, contrarium verius esse arbitror, tũ ea ratione, quam ex eo suprà adduximus de excessu meritorum, qui nullo pacto cognosci potest ex generali meritorum mentione. Cui rationi non satis Iason & Decius facere videntur. Tum item, quia talis assertio nudo sermone effusa, solet in donationibus apponi magis ad colorẽ, & veluti quendam honorem, quàm ad veritatem Ideo perinde habendum est, ac si nõ appositum fuisset, ar.l.quod venditor. & ibi nota.ff.de dol.& l.si quid venditor.& l.sequent.in princip.ff.de ædilir.edicto,& quod scribit Oldra.consi.5. Titius dedit. in finnnctis iis quæ latè diximus supra in princ.l.nostræ versicu.226.incipien.ad huius tamen posterioris partis, vbi latè probauimus nõ considerandá esse quæ notarii solent apponere ex consuetudine quadam, sicuti & solet fieri de huiusmodi meritorum mentione. vix enim è cunctis millibus

bus vnum instrumentum donationis comperies in quo id non scribatur. Iunctis item iis quę diximus in nostris consuetudinibus, tit. 14 §.10. in glos.2.versicu.sed etiam in illo dubio. Tum denique, quia ea ratio renuntiationis huius.l. quam pro cõtraria sententia adduximus,& quæ veluti fossa est & vallum aduersarum partium, tum demum procedit, si specialiter quis renuntiaret huic. l. neque enim generalis renuntiatio omnium legum & remediorũ, etiam iurata sufficeret, vt latè diximus in princ.e.iam.l.nostræ, versic.r 15.incip. nunc. autem restat. & multis seq. Igitur nec similima eadem ratione est generalis meritorum mentio, etiam iurata, vt huic. l.derogatum esse videatur, vt etiam voluit hac postrema ratione suffultus Pau.Cast.cuius in ea tam verbosa controuersia nec Soci.ipse nec Iason ac Decius nec denique Ripa meminit, cons. 435.super hoc puncto plura videntur, colũ.vlti. versicu.quartò facit dubium, lib.2.Sed & idem nuncupatim etiam respondit Steph. Bertrand. consil.135.thema consultationis tale, est col. 2.versic.sed manet difficultas, cum multis seq. lib.4.

98 ¶ Nec quippiam obest illa Salyc. sententia in d. l. filiæ, quando ea palam coarguitur ab Alexand. in d. l. si donatione, columna 6.& ibi etiam Iasone sibi prorsus contrario, columna penultima C.de collat. & eodem Iasone in lectu. d. l. fraterà fratre. chart. vlti. ff. de condition. indebit. [Sicut etiam reprehenditur alia eiusdem sententia in d.l.cùm propria, à Soci.consi. 61.circa primum dubium, colum.1. lib.4. Nec omnibus placuit id quod dictum est, venditorem non posse allegare venditionem simulatam aut fraudulentam, vt videre licet apud Franc. Are.consilio sexagesimoquinto.in præsenti consultatione columna vltima versic. circa tertium dicendum est.] Nec etiam omnino certum est quod tradunt Bartol. & Tyg. in d. authen. sed iam necesse. vt patet ex scriptis ab eodem Bartol. in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de legat. 3. & Ioan. Andr. in addit. Specul. titu. de donatio.inter vir.& vxor.colum.vlti.Sed & nos de hoc, vtrùm videlicet assertio sine confessio ei præiudicet,qui eã fecit inter prohibitos, latè diximus in commentariis nostrarum consuetudinum, tit. 14.§.10. in glos.1.in 3. limitatione primæ declarationis, vbi videre poteris.Neque enim hic immorari statuimus, in re, quæ quaqueuersum spectet, non est magni momenti ad id de quo tractamus, propter iam dictas rationes, quæ semper locum habent.

99 ¶ Cæterum Philip. Deci.hac in re,si vnquã aliàs, sibi ex diametro contrarius,in consi.366. pro declaratione,col.5.versi.venio ad tertium, cuius etiam Ripa non meminit, asserit tantum abesse vt generalis mentio meritorum faciat cessare hanc l. vt ne specialis quidem id efficiat. Nam licèt donans, inquit, non sit quantum ad se persona prohibita. tamen donatarius, qui dicit donationem non esse reuocatam ex huiusmodi.l.quia sit remuneratoria, tenetur probare veritatem meritorum, vt dicit concludere Angel.in d.l.si donatione.C.de colla.post Guil.Cu. in d.l.vlti.ff.de exercit. Subditque hoc efficaci & concludenti ratione probari, quia sicuti in patre, qui non potest donare nisi propter bene merita, non creditur assertioni illius speciali, quia de facili posset fieri fraus, vt tenet glos.in d.l.si donatione, quam omnes sequuntur, cum simil.ibi adductis per Alexand.pari ratione dicendum est in nostro casu, quòd cum donatio reuocata sit per legem,& talis reuocatio impediatur propter benemerita, debet probari de veritate benemeritorum,nec statur assertioni etiã speciali,quia eadem ratio videtur, quæ in personis, donare prohibentur. Dictum autem Bart.in d.l.si fortè.ff.de castren.pecu.habet locũ inter illos in quorum donationibus non requiruntur benemerita,vt perpetuo valeant,sed tantum ex abundanti exprimitur.Secus vbi necessaria sunt benemerita, propter qualitatem personæ, vel propter reuocationem donationis, quæ impeditur propter benemerita. Hæc Decius, vtrobique scenæ seruiens, ac theatro sese accomodans, adeoque non iuris, sed litigatoris negotium agens. [& hoc idem videtur voluisse Paul. Castr. à nullo istorum memoratus, consilio 434. respondeo per ordinem, in quarto dubio, lib. primo.]

100 ¶ Sed vtrunque sit,hæc tamen intellige, vt licet ista assertio meritorum non tanti sit, vt propterea sit dicenda donatio ob merita. tamen non adeo exacta certaqne probatio meritorum requiritur, quàm si nulla prorsus assertio interuenisset, quin sufficiant cum huiusmodi assertione quædã versimiles coniecturæ, ex eo quod in simili eleganter voluit Saly.in l.mater.C.de cõtrahen.emptio.quòd si maritus emit fundum pro vxore absente ex pecunia quam ipse asserit esse vxoris, non est standum huic assertioni,tanquam suspectæ, & factæ inter personas prohibitas,per d.l.qui testamẽtum.ff.de probatio.cum simil.nisi, inquit,ex aliqua verisimili præsũptione appareat,quod vxor versimiliter hanc pecuniam habuerit. [& sequitur Alexand.consi.18. cõsideratis his,col.1.lib.3.& Philip.Deci.consi. 463.in causa quæ nomine.]Ex eo quoque quod scribit. Angelus consil.341.pater emit domum in 1.dubio, quod licèt confessio patris dicentis se habuisse pecuniam à filiis, sit suspecta, cùm non valeat donatio inter patrem & filium famil. tamen si eo tempore filii ita erant aliquod artificium edocti, vt satis versimiliter potuissent sua industra illam pecuniam comparare, standum esset huic confessioni, per not.per glos.Cyn.& Bald.in l.cùm oportet,in princip.C.de bon.quæ liber. Et hoc dictũ Angeli sequitur[Ias.cõ.189. circa legitimationẽ,col.vl.post princ. lib. 2.&]

Philip.Deci.in l.si donatione,colum.6.versi.vlteriùs addo duas.C.de collat.vtrunque autem & Angel. & Salyc. sequitur ipse Deci. consil.96. viso puncto, col. 2. versic.non obstat quòd talis est.& Hipp.Marsil.sin.610. nō statur assertioni, & ante eos Alexan. consil. 18. consideratis his, lib.3. vbi ex iis idem quoque consuluit in confessione de recepto facto à patre filio spurio,cuius dictum pro sing.sequitur Iaf. in l.si is, qui, col. vlt. ff. de vulg. & pup. vbi & illud dictum Salyc. dicit etiam singul. Et idem in assertione meritorum facta in donatione inter virum & vxorem consuluit Philip.Deci.consi.282.vt præsens consultatio,col.4.versi.non obstat quod talis donatio.

101 ¶ Quibus adde quod ante illos consuluit Bald.cuius tamen nullus illorum meminit,consilio 66.inter virum & vxorem, lib. 1. Quòd si in instrumento vir vxori vendat fundum certo pretio,quod confitetur se recepisse ab vxore,nō stabitur huiusmodi confessioni, per d.l.qui testamentum,nisi confessio,inquit,iuuetur aliquibus adminiculis. tūc enim illi stabitur. Et quod similiter consuluit Raph.Cum consi.11.testator in testamento,in primo dubio, quòd licèt confessio de dote recepta facta à marito non probet vt quę videatur facta in fraudē per iura ibi allegata: si tamen maritus erat vir honestus, & dos verisimilis attenta conditione vtriusque & consuetudine, & vxor iuraret, videretur sufficere. Cui concinit quod not.voluit Bald.in l.1.col.3. versic.vnde quęritur.C.de priuilegio.dot.quòd licet dos confessata,vt nostri appellant, non habeat priuilegia verę dotis, de cuius scilicet numeratione verè constat ex sententia gloss.in l. assiduis,in verbo, datę.C.qui pot.in pignor.hab. Tamen si vltra confessionem interuenirent coniecturę quædam de numeratione dotis, vt quia vir exhibuit alimenta vxori tāquam dotatę,certè huiusmodi dos potietur priuilegiis dotis receptę, per l.cum vltra, C. de non nume. pecun, & hoc nuncupatim sequitur Panor.consi.75. in quęstione quæ ad præsens,col.3,lib.2.[& Phili, Dec.consi. 536. in causa quæ agitatur Mantuę, col.3. versi. sed respondetur] & Franc. Aret. in l.1.col.v.versic.secundus est.ff. solut. matri. vbi & hoc fulcit ex eo, quod not. vt ipse dicit, scriptum est à Ioan.Andr.in addit. Specul. in rubr. de deposi.vbi intelligit id, quod vulgò dicimus, confessionem nudam & sine causa non valere. l. cum de indebito.§.vlt.ff.de probat.& l.nuda.ff. de donat.nisi ex quibusdam possit præsumi causa,per l.si quis ex argentariis. §. si initium. ff. de eden.& l.Titia.§.idem. ff. de verbor, oblig.& §. certum,Instit.ad legem Aquil. Quanquam de illo Bald.dicto dubitauit Socin.in d.l.1, colu. 12. versic.quintò limita.ff.solut.matr. qui tamen dicit vidisse se consultum secundum illam Bal.opinionem à doctissimis viris; nec negat tamen id probari posse ex coniecturis,sed id tantum asserit,illam non satis esse vrgentem,vt etiam declarat postea col.15. versicu.septimò limita. & ipse alibi simpliciter Bald.sequitur, videlicet in con.121.circa primum, col.4.versi.tertiò etiam concludo.lib.3.

102 ¶ Et facit quoque quod tradit ipse Bald. [consi.66.inter virum,lib.1. quòd si instrumentum factum inter virum & vxorē contineat venditionem factam pro pretio quod maritus cōfitetur recepisse ab vxore, aut è contrario; si huiusmodi confessio potest iuuari aliquibus adminiculis, ei stabitur,alioquin contrà, sed præsumitur donatio propter legis interdictum per l. qui testamentum.ff.de probat.& alia iura. Et quod item voluit idem Bal.]consi.471.super eo quod quæritur an confessio, in fin. iunctis præcedentibus.libr. 5. quòd licèt confessio ab vxore facta constante matrimonio.per se non valeat ad fauorem mariti, tamen iuncta cùm aliis coniecturis probat. Et quod idem scribit in authen. hoc ius porrectum,col.pen.versi.quæro vtrum in dubio.C.de sacrosan. eccles.quòd cùm ecclesia nō obligetur ex mutuo,nisi probetur numeratio & conuersio pecuniæ in vtilitatem ecclesię, vt ibi cauetur: Certè de hac conuersione creditur prælato,si concurrant quædam coniecturæ cum cōfessione illius,puta quia monachi ante nihil habebant frumenti, & erant nudi,nunc autem constat quòd vixerunt ex frumento, suntque etiam vestiti,ar.l.vlt.C.de ali.pup.præst.Nam licèt id aliunde processisse posset, tamen non præsumitur,vt l.si ventri.§.vlt.ff.de priuil.credit. Quam Bald.decisionem ad hoc nostrum principale negotium citat & sequitur Iason.d.consi.154. col. 5.versic.quintò pro ista parte, lib.2. sed eum omnino solum allegat,quamuis & ipse Bald.idem asseruerit in l.1.in fi.C.si aduer.credi. Quodque in simili dicit Guid.Pap. in l. si voluntate. C. de collat. quòd non creditur patri donāti filiosam, ob merita,nisi sint coniecturæ meritorum,quæ scilicet sufficiant coniecturæ[Et idem dicit in tracta.præsumptionum,col.6.versic. si patet donat.] Et licèt illę assertiones de quibus loquuntur Bal.Saly.Ang.& Raph.in illis prioribus locis sint speciales,tñ nō plus habent roboris, q̄ generalis in casu de quo loquimur.Illi .n. loquuntur in prohibitis, in quibus etiam specialis assertio meritorum aut alterius causæ nihil prodest, vt plenè suprà diximus. Hic verò in casu non prohibito,in quo licèt generalis assertio etiam non probaret propter specialem rationem,quam supra ex Socin.adduximus:tamē in aliis fortè probaret,per rationes Decij. Item coniecturę, quas nuncupatim adferunt Bald.Salyc. Angel. & Rapha.sunt admodum leues & frigidę,vt apertè videre licet. Nos autem arbitrio iudicis relinquimus, quæ qualesque cum hac meritorum mentione, satis erunt efficaces coniecturę ad credendum merita præcessisse. Quid enim si is qui donauit, adeo auarę tenacisque naturę

ræ erat, vt nunquam solitus esset donare, nisi ingentia prius merita præcessissent? Nonne si meri totum vel generaliter tantum meminerit, facilè præsumemus ea præcessisse? & certè præsumemus, ar. d. l. cùm de indebito. ff. de probat.

103 ¶ Nec tamen illud interim omittendum duximus, quòd si huiusmodi assertio vel confessio meritorum fieret in instrumento guarentigiato, tunc probaret tanquam res iudicata, etiam inter personas prohibitas, vt egregiè dicit Bal. in d. l. 1. col. 3. versic. idem dico si statutum. C. de priuileg. dot. ar. l. res iudicata. ff. de regul. iur. vbi res iudicata habetur pro veritate, quasi scilicet huiusmodi instrumenta habeant vim sententiæ & rei iudicatæ. de quo latissimè omnium disserimus in nostris commentariis consuetudinum Pictauicarum, tit. 29. §. 1. Et illud dictum Bal. sequitur Panor. consi. 73. in quæstione quæ ad præsens, colum. 4. lib. 2. & Socin. qui hoc dicit sing. consil. 122. incipien. circa primum, colu. 5. versi. quia confessiones, lib. 3. Et facit quod in simili tradit Bald. in l. vlt. colum. 2. versic. & ideo consuetudo, iunctis præcedentibus. C. de sponsal. & in l. pecuniæ, circa medium, versi. item nota hic. C. de solut.

104 ¶ Sed ego de hoc admodum dubito, tum quia facilè fieret fraus, & quidem tā facilè, quàm in alio simplici instrumento, nec tollit guarantigia præsumptionem fraudis. Tum etiam quia iuramentum nihil operatur inter personas prohibitas, vt suprà in eadem gloss. diximus, versi. 91. incip. sed & quod in iisdem prohibitis. Licèt & ipsum iuramentum, sicuti & guarentigia, habeat etiam vim rei iudicatæ. l. 2. & l. qui iurasse. §. vlt. ff. de iureiur. Imo plus authoritatis quàm res iudicata. l. 2. & ibi glo. quæ hoc declarat. ff. de iureiuran. Ideoque habet etiam executionem paratam, sicut sententia l. & si possessori. §. vlt. & ibi Bart. Salyc. Angel. Fulgos. Ro. & Alex. ff. de iureiur. & l. post rem. & ibi etiam Bart. & alij. ff. de re iudic. & idem Bar. Fulgo. Paul. Cast. Alex. & alij in d. l. 2. de iureiur. Bald. in l. 1. col. 1. C. de execu. rei iudic. & Mathes. not. 20. nota bonam practicam. Barb. in l. 1. §. si quis ita. col. 13. versi. & primo quia Bart. ff. de verbor. oblig. cum aliis multis concor. adductis per Iasonem, in d. l. 2 & consi. 9. circa primum dubium, in princ. lib. 1. & Anto. Corse. in repet. rubr. extra de iureiur. in 10. priuilegio. & Hippol. Marsil. sing. 356. iuramentum est maxime: [vt tamen eis addas Benedic. in repet. c. Raynutius, in verbo, testamētum, lib. 3. num. 33. de testa. vbi ex hoc dicit, quod iuramentum habet vim guarentigiæ, vti etiam dicit in verbo, absque filiis moreretur, le. 2. nume. 193.] Tum deniq; quia guarentigia habet vim rei iudicatæ in iis tātùm quæ respiciunt executionem, non etiam probationem, de qua hic tractatur, vt ex eo patet, quòd non magis probat numeratam pecuniam, nec magis ideo impedit exceptionem non numeratæ pecuniæ, quàm aliud etiam publicum instrumentum, vt voluerunt Cyn. & Bald. in l. in contractibus, in princ. ille quidem col. 3. in q. 4. hic col. vlt. C. de non nume. pecu. & idem Bald. [in l. qui pecuniam, versi. sed quid de instrumētis, & ibi etiam Iason col. 1. versi. tertiò extende. ff. si cert. petat. &] in addit. Specul. tit. de appel. in 4. parte. §. restat videre, versi. sed nunquid contra, qui est in col. 6. Corne. consi. 52. quotidianis, col. 1. versi. tamen hoc non obstante, & iterum colum. 2. versi. licèt enim dubitetur, ante fin. illius versicu. lib. 1. [licet secus sit in iudicio controuerso, gloss. iuncto text. in l. 1. in gloss. 2. post princip. & ibi Salyc. in 1. & 3. opp. C. de confess.] cum aliis multis similibus, quæ latè congessimus in d. nostris cōmentariis, vbi suprà proximè citauimus, in 15. declaratione.

105 ¶ Ex quibus nec ego accedo Socin. qui cō sil. 66. frustra plenitudini, col. 5. versi. nec obstat quòd talis assertio, lib. 1. tradit illud dictum Bal. in d. l. 1. de priuileg. dotis, tantùm procedere vbi statutum diceret quòd instrumentum guarentigiatum haberet vim rei iudicatæ, non etiā si solùm diceret, quòd haberet executionem paratam. Nihil enim inter hæc quantum ad id de quo agimus, interesse video. Et ideo Mari. ipsius Socin. pater consi. 3. circa præsentem tenet simpliciter, quòd vbi requiritur vera remuneratio, ea non probatur ex assertione facta in instrumēto guarentigiato, quia si contractus principalis, inquit, non valet, nec guarentigia quoque. de quo & nos latè diximus in [nostro tracta. constituti possessorij, in 7. limita. num. 25. & per illū.] Ob idq; reprobat ipse Maria. dictum Bald. in d. l. vlt. C. de sponsal.

106 QVARTA DECLARATIO donationis remuneratoriæ hæc est, vt ad hoc vt faciat cessare. l. nostram, merita siue seruitia sint talia, ad quæ donatarius aliàs non tenebatur, verbi gratia, vxor, filius, libertus debent marito, patri, patrono certa opera & obsequia: ea si præstita fuerint, non habentur pro meritis, quæ impediant reuocationem donationis ex nostra. l. vt expressè voluit Franc. Ripa. hic in 14. q. & iterum lib. 3. respon. cap. 13. duo sunt, col. 2. Cui & ego facilè assentior. Nam cum debeantur ex necessitate vel officio, ita iubente lege, non debent censeri beneficia, quæ exigant præmium siue remunerationem. Nam donari videtur quod nullo iure cogente conceditur. l. donari. ff. de donat. & l. donari. ff. de regu. iur. & ibi concord. Et vt scribitur in l. rem legatam. ff. de adi. legat. in necessitatibus nemo liberalis existit. & optimus text. in l. si seruo. ff. de hæred. institu. vbi non censetur præstare beneficium qui debitum impendit. & in l. proximè. ff. de rit. nup. cùm dicitur, magis debitam libertatem præstitit, quàm vllum beneficium in mulierem contulit. & in l. vnum ex familia. §. primo. ff. de legat. 2. vbi dicitur. Non enim facultas. ne-

cessariæ electionis propriæ liberalitatis beneficium est. Quid est enim quod de suo videtur reliquisse, qui quod reliquit, omni modo reddere debuit; & in l. si quis pro vxore. §. si vxor. ff. de donat. inter virum & vxorem. ibi, non est ista donatio, cùm pro oneribus matrimonij petantur. & in l. si quis graui. §. vtrùm. ff. de senatusc. Sillei. vbi Bart. Bal. & Ang. qui eum. § legit cum. §. si quis ex stipulatu, & cæteri asserunt officialem qui capit delinquentem aut bannitum ex necessitate officij sui, non habere præmium à statuto præscriptum illos capientibus. Et idem voluit ipse [Bald. in l. ab hostibus, la 2. C. de capt. & postlimin. reuers. & in l. qui fine, in 1. lect. in fin. & iterū in 2. in princ. per illum text. ff. de negot. gest. &] in l. 2. post princip. per illum text. C. de oper. lib. & cons. 394. statuto ciuitatis Perusij. lib. 1. vbi hoc dicit procedere, nisi verba statuti aliud inducerent, vt in casu de quo ipse loquitur. [& consi. 64. factum sic se habet, lib. 2.] Saly. in l. ea quidem, in 16. quæst. C. de ac cus. Panor. in c. ecclesiis, per illum text. ext. de censib. Ioan. Ana. in c. de hoc, col. 3. versic. in ea glos. ibi, quod fit, & ibi etiam Fely. col. 2. versi. in ea glos. in fi. extra de simonia. Ang. Aret. in tra cta. malefic. in verbo, nec non ad denuntiam Ioannis, col. antepe. versic. quæro secundum Saly. vbi ad hoc dicit sing. text. in d. §. vtrùm. [& rursum in verbo, quòd fama publica præcedent. nu. 74. sed nec officialis publicus, & ibi Aug. Arimi. in addit.] Barb. in l. si à fure, col. 2. ff. de verbo. obliga. & consi. 65. Deum innocent, col. 3. versi. & si subtiliter. lib. 3. Quibus adde [quod per text. in d. §. vtrùm, tradit Bald. consi. 434. præmit tendum est, lib. 5. quòd non merentur præmiū, nisi quæ sponte, & sine vlla necessitate fiunt, &] quæ diximus suprà in verbo, libertis, num. 78. sed tu tamen aduerte. Et quod scribitur apud Senecam lib. 6. de beneficiis. Si quis, inquit, coactus aliquid boni fecit, quin nos non obliget, manifestius est, quàm vt vlla in hoc verba impendenda sint. Hæc ibi.

107 ¶ Ideoque semper aliis huiusmodi obsequia ex iure debita, non censentur esse merita, quæ robur vimque tribuant actui, vel quæ vllo modo considerari debeant ad eum præsertim finem, vt donatio ex iis debeat censeri rumuneratoria, vt voluerunt Bal. Salyc. Paul. Cast. Corn. Iason. & alij recentiores in l. si donatione. C. de coll. [Bal. in l. si tibi decem. §. si quis, post princi. ff. de pact.] Saly. in l. filiæ, col. 6. versic. quæro donatio facta. C. famil. hercisc. Floria. in l. quæ pater col. 3. versi. aduerte tamen. ff. eod. tit. Barb. consi. 28. à Ioue principium, col. 1. lib. 3. & inter consi. Fran. Cur. senioris, consi. 67. sapienter optimus, col. 2. Corne. consi. 144. licèt dicendum, colu. 2. lib. 2. Iason in l. ex hoc iure, in fi. 3, effectus ff. de iust. & iure. Philip. Deci. consil. 202. vt præsens consultatio, col. 3. Quòd si alia obsequia præstita ab illis fuerint, ad quæ ex lege non obligantur, ea haud dubiè beneficia sunt & merita considerenda, & præmio ac remuneratione digna, vt sentiunt omnes doct. quos citauimus. & planè probat Seneca ipse lib. 3. beneficiorum, dum copiosè disserit post Hecatonem an seruus domino, filius patri beneficium dare possit. & text. apud nos in l. iusta [& l. etiam. §. 1.] ff. de manu. vindic. & in l. C. quib. ex caus. ser. pro pr. liber. acc. & l. æris. ff. ad leg. falc. [& in l. testamento. ff. de hæred. insti. & in l. seruos. ff. de ma. testa. & in l. testamento, eod. t it. & in l. si postulauerit. §. iubet lex, ibi, spe meriti collocandi. ff. de adulter.] Sed in exemplo vxoris & filij, uide quæ latè diximus supra in glo. in verbo, libertis, in quæstio nibus quas eo in loco disputauimus, vtrùm ista lex habeat locum in donatione facta filio, & in donatione facta inter virum & vxorem. [Et vide præterea quæ diximus suprà in eadem gloss. nu. 20. septimus non longe, & seqq. Nec interim prætermittes quod Tullius scribit lib. xi. epistolarum ad Brutum, Magna, inquit, non dico eius in me officia, sed merita. quibus verbis planè ostendit merita, dici beneficia gratis impensa, nullo iure cogente: Officia verò, quæ veluti sunt debita.

108 ¶ Intellige tamen quę dicta sunt nisi huiusmodi officia obsequalia essent impensa diutissimè & cum magna cura & solicitudine, & in graui quapiam & longa ægritudine patris, mariti, & aliorum quibus hæc officia debentur. ea enim remuneratione digna sunt, & sunt iudicanda vt alia merita, quæ nostri appellant, vt expressè voluit & consuluit Philippus Decius consilio 232. numero sextò. in fin. vti eum refert & sequitur Paul. Parisi. consilio 90. pro resolutione, columna 3. numero 13. libr. 3. Quamuis non reperi in eo Deci. consilio. sed credo quòd eum voluit allegare in consi. 202. vt præsens column. 3. versi. non obstat quòd talia, vbi simile quippiam dicit.]

109 ¶ QVINTA AC POSTREMA declaratio est, ut donatio ad hoc ut dicatur censeaturq; remuneratoria, fiat pro meritis præteritis, siue præcedentibus; secus si pro futuris, p id quod voluit Imol. in l. Aquilius Regulus, & ibi quoq; Ro. col. 2. q huiusmodi donatio quę fit p futuris meritis, si excedit qningētos aureos, indiget insinuatione, per multa quæ ipse Imol. allegat, & sequitur Ias. in l. ex hoc iure, in primo esse ctu antidotalis obligationis. ff. de iustit. & iu. & idē voluit Pau. Cast. cons. 345. circa bona, col. 3. versic. & videtur, lib. 1. per tex. apertū, ut ipse dicit, in l. donatio. C. de donat. Cuius tamen contrarium tenet Bar. in d. l. Aquilius, per l. vlti. & authen. ibi positam. C. de donat. ante nupt. & l. vlti. in princ. C. de iure dot. quem sequitur Rap. Co. ibi, & An. Cana. in tractatu insinuationum, in 45. quæs. post prin. & Iason loquens nuncupatim in casu. l. nostræ, consi. 154. in causa mota, col. pen. versi. non obstat aliud inquantū dicitur

quòd

quòd ad hoc lib.2.& idem quoque voluit Fran. Are.consi.[2.intellecta diligenter,col.1.versic. ex secundo,fundis feq.& iterum consil.]17.cōsideratis,colum.5.versi.secundæ autem obiectio ni.[Alex.consi.12.viso instrumento donationis col.2.versi.insuper dicta donatio.lib.1.] Quos ego sequi malo. Nam & si hæc fortè impropriè dicatur remuneratoria donatio,quia vet bum re munerandi habet vim & significationem retro munerandi,vt de verbo reddendi scribitur in l. verbum reddendi. ff. de verbor. signifi. De quo & alijs similibus verbis plenè diximus supra in verbo,libertis,versi.111.incip.his autem Corn. negari tamen non potest quin huiusmodi dona tio sit onerosa siue ob causam.[Nā vt dicit Bald. consi.18.notissimum est,col.2.lib.1.donatio ob causam de futuro est cōtractus,nec continet cau sam lucratiuam,per l.non vsque adeò. ff. si quid in fraud.patron.In his autem donationibus] ex crebriori doct.sententia non requiritur insinua tio,nec in ea habet locum.l.nostra,vt plenè dice mus infra in 6 princ.quæstio. Tametsi pro prio ri sententia aliquid facit quod scribit Bald. in c. 1.col.2.versi.sed Pet.de Cer.titul.de feud.gard. causam impleam fortiùs agere in subiacentem materiam,quàm causam impledā,per l.Aquilius.& l.si pater,eod.tit. Ex hocque reprobat & cæteri post eum Pet. Cer. qui intelligit textum ibi dantem facultatem reuocandi feudum gardiæ,& quod pro mercede alicuius rei datur post annum,procedere pro mercede fuse remuneratione seruitij iam præstiti,secus si præstandi,per quædam iura ibi allegata.

110 TERTIO PRINCIPALITER, vt donationem remuneratoriam maturè relinquamus, & ad alias pergamus.Ex eo q diximus in princ.huius glo. nostram hanc.l. procedere in donatione simplici & pura tantùm, consequens quoque fit, vt nō obtineat in donatione mutua & vicissitudinaria,ita scilicet concepta, vt vterque capiat.verbi gratia, si eodem contextu, siue (vt loquar cum Cæsare) eodem vestigio tibi dono fundum,& tu mihi vice mutua domū. Nam ea censetur potiùs quædam permutatio, quàm donatio,vt dicit glos.in l.quod autem.§.si vir & vxor.ff.de donat.inter.vir.& vxor.[& Alberic. post Iacob.But.in l.si donatæ,in fi. ff. de donat. inter vir.& vxor.]Ideoque valet huiusmodi donatio inter virum & vxorem, vt dicit tex. ibi, quem ad hoc expendit Bald. inibi, in.§. si maritus,cum quo legit. d. §. si vir.& vxor. & Rom. consi. 146.ista quæstio,col.2.vbi eum ad hoc dicit sing.& iterum consil. 517. in casu propositæ consultationis,colum.pe.vbi & illum text.dicit not.& ad hoc præterea allegat. l. si mulier. ff.de pactis dotalibus.qui nihil mihi facere videtur. & Barb.consi.60.illud in medium affertam, col. 17.verf præterea quotiescunque,lib.6.vbi & ad hoc dicit not.illum priorem text. & Socin. si is est,in trac.fal.reg.104.donatio inter vir.& vxor. in 1.fal.[Philip.Dec.consi.202.vt præsens consultatio,col.4.versi.non omitto tamen,vbi & illud dicit,huiusmodi donationem non requirere insinuationem.] cū alijs multis concor. à me latè congestis in commentarijs nostratum consuetudinum tit.14.§.27.in 3.& 4.fal.vbi etiam plenè probaui quod suprà diximus, hanc nō esse veram & propriam donationem, sed vel permutationem,vel compensationem,& propterea eam inter virum & vxorem posse consistere, vt diximus, sicuti etiam inter patrem & filiumfa. respondit Alexan.consi.217.ponderatis his quę in themate,col.1.lib.6.& Hipp.Marsi.cōsi.206. dirigere digneris,col.4. versi. facit ad prædicta.

111 § Et alias quoque videmus mutuas has donationes.& qualuis alias dispositiones plus habere virium & ponderis, latiusque ac fauorabilius interpretari. Nam primum licet qui contrahit ne teneatur de euictione,tamen re euicta te netur ad restitutionem pretij.l.emptorem.§.vlt. ff.de actio.empt.tamen si est mutua traditio atque pactio, ne euictionis nomine aliquid debeatur,tunc nec pretium quidem reddi debet, vt voluit glos.nota in l.si familiæ,in glos.2.magna circa medium.C.famil.hercisci. quam sequuntur Guil.Sua.qui tamen eam limitat.Bar qui dicit esse notandum.Bald.qui etiam limitat, in 2. oppo.Angel.qui eam dicit sing.& Paul. Cast.ibi Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres,in 11.quæstio. & ibi etiam Angel.qui & eam dicit singul. col. antepen.versi. item non venit, & latè Alexand. col.17.versi.in eadem glo.ibi nisi fuerim sciens. ff.de verbor.oblig. Bald. Salyc. & Angel. qui & eam quoq; dicit sing.in l.si fratres.C.com.vtriusque iudi.Iason qui eam etiam dicit sing. in l.si pater,versi.secundò facil.C.de inoff.testa.& consi.221 vt præsens consultatio, colum. 5. versicul. item qui conuenit,lib.2.& consi.173.circa primum,colum.7.versicul.item qui conuenit, lib. 4.Hippo.Marsil.qui & illam dicit sing.d. consil. 106.colum.4.versi.facit etiam.nam qui conuenit.[& Ioan.Lupus in d.repet.rub. de donat.inter vir.& vxor.§.50.col.3 ver.secundò facit, vbi & eam dicit sing.]

112 § Ad hæc licet in contractibus non habeat locum ius accrescendi.l.si mihi & Titio.ff. de verbor.obligat. hoc tamen intelligitur in con tractibus ex altera parte tantùm obligatorijs,cu iusmodi est stipulatio, de qua loquitur. d. l. Secus autem in contractibus vicissim ac mutuò cō trahentes obligantibus,vt emptio, venditio, & similes:nam & in his locus est iuri accrescendi. l. fundus ille.ff.de contrah.emptio. Et ita id intelligunt Iaco.Raph.& Cyn.in l.vlt.C.de inutil. stipul.& post eos Alexan.in d.l.si mihi & Titio. tum in.1.col.tum in 3.col.versi. & prædicta inducuntur,& ibi quoque Iason col.4.versi. vltra Bart.§.fallit.[Bald.consi.301.proponitur quòd Petrus, colu.3.versicul.item regula est,lib.2.& Philip.Dec.consi.108.ista videtur, colum. vlt.]

Ex quibus tamen intelliges, ne decipiaris, quomodo id intelligatur.

113 § Item licèt verba præsentis vel præteriti temporis ad futura non porrigantur. l. si ita scripsisset. ff. de legat. 2. & l. si stipulatus fuerim. §. cùm stipulamur. & l. si à colono. ff. de verbor. oblig. & l. si ita. ff. de aur. & argen. leg. cum simil. ideoque promissio ab vno principe alteri facta de non recceptando bannitos vel rebelles illius, intelligantur de præsentibus tantùm, non etiam de futuris, vt dicit Angel. consil. 276. punctus est, in anno Domini, col. pen. tamen si talis promissio sit vtriusque communis & mutua, trahitur ad omnes, vt subdit ipse Angel. vbi suprà, per textum in l. 1. in fi. & l. si quis societatem. ff. pro socio. quod & dicit esse de mente Barr. in d. l. si ita, in 6. oppo. & sequitur Iason in d. l. si. pater. & iterum in l. 1. col. 2. ff. de condit. ex leg. & in d. §. cùm stipulamus, col. 3. versi. quarto not. limita. & d. consil. 211. col. 5. lib. 2. & consi. 173. col. 7. versi. item mutua, lib. 4. vbi dicit sing. Hipp. Marsil. con. 16. col. 4. versi. & facit etiam pro hac parte. [& Ioan. Lup. in d. repet. rubri. de donat. inter vir. vbi suprà, versicu. quartò facit.] De quo tu vide Alciatum in l. verbum erit. ff. de verbor. signifi. vbi adfert historiam ex Liuio huic speciei non admodum absimilem. [Sed & vide Bald. consi. 112. quæritur, col. 2. versi. in contrarium videtur, lib. 1. vbi tenet, quòd immunitas per contractum concessa quibusdam, non extenditur ad bona postea quæsita, quod videtur esse contra id quod suprà diximus.]

114 § Præterea licèt de iure ciuili ex nuda promissione sine causa etiam iuramento firmata non oriatur efficax obligatio vel actio. l. vt iurisiurandi in princ. & ibi Bart. ff. de oper. liber. & idem Bar. in l. si quis pro eo, in princip. ff. de fideiuss. Tamē cùm partes sibi inuicem & mutuo quicquam promittunt, ac iuramento confirmant, etiam de iure ciuili oritur actio præscriptis verbis, vt sub dubius voluit Bald. in c. 1. §. item sacramenta, co lum. ult. in princ. tit. de pace iura. fir. quod pro sing. refert & sequitur Franc. Cre. not. 119. ex iuramento & Iason in d. l. si pater, & iterum in authenti. sacramenta puberum, col. 3. versi. & ratio diuersitatis. C. si aduer. vendit. & d. consil. 211. col. 5. lib. 2. & consi. 5. strenui, col. 5. versic. quartò facit, lib. 3. & consi. 173. col. 7. versi. item licèt aliàs, lib. 4. & Ioan. Lup. vbi suprà, versi. tertiò facit.

115. § Denique & huc accedit quod pulchrè respōdit Paul. Cast. consi. 379. primo videndum est vtrum remissio, in 2. dubio, lib. 1. valere mutuam remissionem, quam facit minor suo administratori, qui & ei etiam remittit ea quæ pro administratione impendit, ar. d. l. si pater puellæ. & l. de fideicommisso. C. de transact. & not. in d. l. si familiæ, in glos. & l. si ea. C. de vsur. Quod an verum sit, nunc non examino. Sed satis est, quod ad rem præsentem pertinet, ostendere, quantum tribuant nostri legū interpretes huiusmodi dispositionibus mutuis & reciprocis.

116 § Igitur vt redeamus ad casum illum l. nostræ, non mirum videri debet, cùm duo sibi vno eodemq; contextu aliquid donant, non esse locum huic. l. cum talis donatio non simplex sit, ac pura, sitque exuberantiùs ac fauorabiliùs interpretanda, per ea quę diximus. Nec abs re dixi, vno eodemq; contextu. Nam si diuersis temporibus id fieret, verbi gratia, hodie ego dono tibi, & post annum aut aliud tempus tu mihi donas, tunc certè non censetur donatio mutua & reciproca, sed vtraque simplex, proindeque neutra inter virum & vxorem valet, per tex. in l. qui iam nupta. ff. de dona. inter vir. & vxor. quem ad hoc dicitur commendare Rom. in sing. incip. prohibiti inter se donare: quod tamen reperire non potui, sed post eum, illum quoque text. ad hoc dicit sing. Cepola cautela 112. aut secundū aliorum computationem 155. donatio inter uirum & vxorem, post princ. & Socin. in d. regula 104. & Iason in l. si pater puellæ, col. pen. versic. limita prædictam conclusionem. C. de inoffic. testa. & Chasse. consi. 2. an si maritus, col. 2. Sed & est ad idem tex. in l. cùm hic status. §. si ambo, versi: proinde rectissimè dicetur. ff. de donat. inter vir. & vxor. quem necesse est intelligi de donationibus mutuis ex interuallo factis, quæ ideo indigent mortis confirmatione, ne si intelligamus simul factas, sit ille tex. prorsus contrarius, d. l. quod aūt. §. si vir & vxor, suprà in princ. allegato. [Et ad id quoque optimè facit quod in simili tradit Bald. in l. si viua, col. 1. versi. quæstio consuetudo, & seq. C. de bon. mater. quòd si pater aliquid donat filio ob eiusdem emancipationem, & postea filius donat ipsi patri in premiū ipsius emancipationis, Aut, inquit, in continenti redonat, & non requiritur insinuatio: quia donatur ob libertatem. l. si pater. §. 1. ff. de donat. & l. vtrum. ff. de verb. oblig. aut ex interuallo, & nō requiritur. l. data. C. de donat.]

117 § Sed & hoc tamen quadam moderatione temperandum esse censeo. Primum, si ex longo quopiam interuallo id fieret. Nam si statim, puta eadē die, vt mox postea dicemus, donatarius donaret donanti, posterior donatio censeretur inesse priori. l. iurisgentium. §. quinimmo. ff. de pactis, & l. lecta. ff. si cert. peta. & ibi concord. in gloss. quibus adde text. in cap. officii, ibi, incontinenti subsecuta sent. ext. de elect. [& alia multa à me congesta in tractatu Retractuum, ti. 2. §. 1. glos. 5. in verbo, in limine contractus.] Et quo not. Bald. quod priùs actum videtur, quod incōtinenti sub secutum est. Et ita quidem inesse, vt vnus idemque actus, non diuersus esse censeatur, per. l. cùm antiquitas. C. de testa. & l. hæredes palam. §. vno contextu, eodem titulo. & l. si ita fuero. §. cum pecuniam. ff. de nouati. & voluit glos. in l. quętebatur, in principio in verbo, simul, & ibi Barto. ff. de testam. milit,

Cy. post

Cyn.post Iacob.Aret.in l.testium, colum.penul. versi.sed pone quòd ad probationem.C.de testibus,Angel. consi.145.gener à socer,col.2. vers. item ratione.& Alex.cons.53.viso themate,col. 2.lib.2.Et quod vni inest, alteri inesse creditur. l.patris & filij,ff.de vulg. & pupil. & l.Titia.§. idem respondit. ff. de verbor.oblig. & l.si quis argentariis.§. si initium tabularum.ff. de eden. & voluit Angel vbi suprà, & Rom. consil.445. consultatio præsens, col.1.versicu. tertio idem probatur.& Iason in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus,col.16.vet.ego post alios.ff.de verbor.oblig.& consi.230.factum sic se habet,col.2. lib. 2. Et adeo item inesse videntur, vt si posteriora repugnent prioribus,ea tollant ipso iure, magis iure fictionis, tanquam scilicet facta aut dicta non fuisse fingantur, quàm iure reuocationis, vt pulchrè dicit Paul.Castr.consi.449.visa dicta facti narratione. col.vlt.lib.2.Sed & adeo denique inesse videtur, vt si statim facta fuerint duo instrumenta inter easdem partes,& in altero eorum locus sit inscriptus,in altero non sit. certè in hoc censetur inscriptus locus,qui in illo appositus est, ita vt non minores vires obtineat,quã si certus locus fuisset in eo expressè inscriptus, vt sing.voluit Bald.consi.28 præmissis tribus statutis, in 2.dubio, lib.1, Et in casu nostro quòd hæ donationes quæ fuerunt factæ in diuersis instrumentis, sed tamen incontinenti, censeantur esse mutuæ, tenuit Guid. Pap.sing.878.donatio mutua, vbi & ita dicit valere inter coniuges.

118 ¶ Quòd si quis refractarius ac peruicax sibi persuadere non possit esse vnicum actum, negare tamen non poterit alterum alterius respectu & contemplatione, id est, vnum propter aliud factum,per text. optimum in l.quæ onerandæ.ff.quar.rer.actio. non da.& voluit glos.in l.si ventri.§.vlt.per illum text.& ibi etiam Bart.ff. de priuileg.credit.Cy.in l.si quis post hac,in 2. q.& ibi Bald.& Angel.vterque col.2.C.de bonis proscript. Bart.post Iac.Aret.in l.pen.§.si vir, & ibi quoque Bald.in.§.mulier.ff.sol.mat.& idem Bart.in l.post cõtractum,col.3.versi.quinto præsumitur.& ibi recentiores.ff.de donat.Bald.in l. legem,col.1.versi.modo quæritur. C.de pactis. [& in l.petens,col.pen.in lect.Perus.& ibi Philippus. Dec.in 2.not.eod.tit.] & in l.per diuersas, in fi.C.mand.& in l.quoties, versi. iuxta istam partem.C.de rei vendi. Angel.in l.res vxoris, post medium.C.de donat.inter vir.& vxo.Ioan. Ana.in c.tua nos,in 2.not.extra de simo.Fulgo. consi.198.in quæstione, in princ.Alex.consil. 63.de celerrima expeditione, circa medium, lib.1.& latè consil.25.viso instrumento colum. vlti.versi.nec habent obstare, & aliis seq.lib.2. &.consi.15.viso processu, in fin.lib.5.[Corne. consi.57.in causa vertente, colu.5.lib.3.& aliis locis in seq.nume.allegatis.] & Franc. Curt.senior consil.55.super duobus,colum.3.& Socin. qui & alios citat,cons.273.in præsenti consultatione, colum.3.versi.confirmatur hoc, quia ex quo lib,2. [& consi.127. quoniam in præsenti, colum.3. ver.secundo videndum est, lib.3.ubi nuncupatim loquitur de duabus donationibus sine remissionibus vtrinque factis, qui est casus de quo loquimur.] & cons.207.visis instrumentis,col.5.versi.tertia est,lib.4.

119 ¶ Sed posset dubitari quando hoc casu dicatur incontinenti factum, vt idem actus reputari debeat,aut saltem alter alterius contemplatione factus. Et est frequentior sententia, id ita videri,si eadem die & loco factũ fuerit, hæc est enim sententia Bald.in d.l.pen.§. mulier, paulo ante fin.ff.sol.mat. & in l.petens, col.pen.versi. nunc venio.C.de pact.& in l.si duas,col.1.versi. ex..not.ff.de excusat.tuto.& in l.1.col.vlt.versi. secundò not.C.de opp.liber.Corne.consi.192. licet videatur, col.1.versi. item quia videtur, lib.1.consi.10.quod dictum secundum laudum, col.pe.versi.& ideo pactum,lib.2.& consil. 36. in hac cõsultatione,col.2.versi.& quando fiunt & seq.eod.lib.2.[& consi.57.in causa vertente, col.5.lib.2.] & consil.288.viso & diligenter inspecto.col.4.lib.3.& cons.283.pars dicti Ioannis, col.1.lib.4.Fran.Are.in l.lex.Cornelia,col. vlt.ff.de vulg.& pup.Guid.Pap.sin.878.donatio mutua,in prin.vbi ex hoc dicit.quòd cum donatio mutua valeat inter coniuges, quòd si ij sibi donent in diuersis instrumentis vna die confectis,censetur mutua donatio.Steph.Bertran.consil.15.viso instrumento, num.2.lib.2.& consil. 32.precij vilitas, num.3.eod.lib.2.Franc. Curt. senior.d.consi.55.colum.3.Iason in l.1.§.1.col. vlt.ff.de verbor.oblig.vbi id dicit sæpe allegari in practica.Philip.Dec.in l.certi condictio.§.si nummus,col.4.versi.secunda conclusi.ff.si cert. pet.& consi.279.placet mihi, colum.3.Hippo. Marsil.in repe.rubr.de probat. num. 393. Et est bonus tex.à contrario sensu in l,si ex duobus,in princ.ibi, postera die, & ibi Bart.ff.de verbor. oblig.& in l.hac consultissima, in princip.C.de testa. vbi non semel hæc simul iunguntur, vno tempore,& vno die.

120 ¶ Licèt aliud subobscurè videatur voluisse Bart.consi.161.proponitur quòd syndicus, col.1.& ipse Corne. consil.349.eodemque vlt. lib.1.vbi tenuit quòd si donatio fuerit alicui facta purè & simpliciter,& eadem die donatarius promisit donanti dare annuatim certam quantitatem vini & olei,non censetur id fecisse contemplatione prioris donationis,vt ea debeat dici facta ob causam.Verùm Bart.si bene inspiciatur non est alterius quàm prioris. sententiæ, & eum pro ea etiam citat. Corn. vbi suprà. Ipse autem Corne. cùm videret priorem illam sententiam esse verissimam, & quam aliàs semper secutus est, vt diximus, non illi quidẽ audet palã aduersari,sed conatur tantũ probare ex aliis coniecturis, nõ admodum quidem(nisi er-

rem) efficacibus, aliam fuisse partium intentionem. Et ita quidem illum intelligit Ripa, qui & communem opin. secutus est, in repe. l. vlt. in 39. quæsti. hoc eod. tit. de reuoc. donat. Verùm illam sententiam magis vrget quod scribit Angel. in l. vlt. §. simili, per illum text. per locum à speciali. C. de iure doti. quod si fiunt quæ donationes vicissim inter duos, vtraque indiget insinuatione, nisi expresse dictum sit, quòd vna alterius causa facta est. & eum sequitur Gui. Pap. sing. 400. versicu. angelus. Sed satis constat ex supradictis id falsum esse. Sed de hoc iam propè nimiùm. Verùm si plura nosse cupis, vide quæ affatim scripsimus in commentariis nostrarum consuetudinum. tit. 25. in glos. 4. In princ.

121 § Item alio mondo temperabis quod diximus de donationibus diuersis temporibus à donante inuicem & donatario factis, vt scilicet in casu de quo locuti sumus, videlicet inter virum & vxorem, aut aliàs inter personas prohibitas, neutra valeat, cùm vtraque censeatur simplex ac puta. Nam de priore nihil est quod dubitãdum sit. Posterior autem non potest dici fuisse facta ob remunerationem prioris, quæ cùm simplex esset, nullius erat iam ab initio momenti. l. 3. §. sciendum. ff. de donat. inter virum & vxor. Ita vt nec ex ea oriatur naturalis obligatio, secundum Bart. in l. cùm lex. ff. de fideiuss. & Bal. in l. 1. col. 10. versi. viso de essentia. C. de sum. trinit. & plenè diximus in dictis nostris cõmentariis in princip §. 10. in gloss. 1. post princip. Ideoque indigna, quæ remunerari debeat; vt & in simili respõdit Ias. consil. 116. mihi quoque admodum, in fin. lib. 4. Et ita haud dubiè procedit tex. in d. l. qui iã nuptæ, & in §. si ambo, suprà alle. Et inter extraneos & non prohibitos non video quin posterior donatio sit remuneratoria, per tex. in l. si lege. §. consuluit, & ibi Ang. in fin. ff. de pet. hær. & l. sed & si non remunerandi. §. inde Pap. & ibi gloss. Bar. Bald. & alij. alij. ff. manda [& expressim Ang. cons. 179. visis prædictis instrumentis, col. pen. versi quando donatio,] & Paul. Cast. cõsil. 171. in casu præsenti, col. 1. lib. 2. & Ias. nuncupatim de hoc casu loquens con. 149. circa primum, col. 2. versic. nec obstat si diceretur. lib. 4. & ea quæ suprà diximus in 1. declaratione donationis remuneratoriæ. Idcirco videtur hæc posterior tanquam remuneratoria non esse reuocanda, ex hac l. vt suprà latè diximus. Nec item prior, cùm ea iam sit remunerata, essetque iniquum eam reuocari, nisi & posterior quæ illius ergo facta sit, etiam reuocetur, arg. & eo quidẽ optimo. l. cum quis, ibi, cum enim affectio. C. de natur. liber. Quod si verum sit, non admodũ interest, quantum ad legem nostram pertinet, vtrum mutuæ donationes factæ sint eodem tempore, an ex interuallo. Quinimo Pet. à bel. Pert. in repe. l. donationes, col. 6. in paruis, versic. plus dico. C. de dona. inter vir. & vxor. in ea est sentẽtia, vt si vir & vxor sibi ex interuallo donauerint, valeat vt mutua donatio, per l. vlt. ff. de donat. inter vir. & vxor. & alia quædam.

122 § Sed quicquid sit in illo casu, certè illud verũ est, has mutuas donationes in quibus vterque capit (nam de his loquimur) habere vim mutuæ & non simplicis donationis, in eo tantùm quod vtrinque æquale est. In eo autem quod altera alteram superaret, pro simplici habenda est, ideoque nõ valet inter virum & vxorem, quemadmodum nec alia simplex, secũdum Pet. à bel. Perti. in repe. d. l. donationes, col. 5. in paruis, versic. iuxta hoc quæro. C. de don. inter vir. & vxor. & Salyc. in l. 1. C. de donat. ante nupt. Ro. d. consil. 517. col. pen. versi. in contrarium facit, vbi ad hoc dicit esse text. not. rectè intuenti in l. ex annuo. ff. de donat. inter virum & vxor. [& Franc. Aret. in l. si ante, col. 3. ff. solut. matr. per d. l. ex annuo.] & Socin. loquentem in casu l. nostræ, licèt ad aliud propositum, consil. 215. visa prædicta facti contingentia, col. 1. in fin. lib. 2. [Carol. Ruin. consi. 179. de tribus, col. 4. nu. 15. lib. 1.] & non obscurè Philip. Dec. cõsi. 202. vt præsens consultatio, colum. 4. versicu. non obstat quod talis donatio. & est optimus textus in l. ex mente, & in l. lege. leonis, & in authen. æqualitas. C. de pact. conuen. & in authent. de æqua. dot. in princ. & penè per totum tit. & in c. vlt. in fin. ibi, quod æquale sit, & ibi glos. & doc. ext. de don. inter vir. & vxor. Et optimè faciunt quæ suprà diximus de venditione facta pro paruo pretio. & de excessu meritorum, in 2. declaratione donationis remuneratoriæ. [Et quod dici solet de permutantibus beneficia inæqualia. per Ion. Andr. in c. 1. ad fi. de rer. permut. lib. 6. in nouel. & Federic. Senen. in tracta. de permutatione beneficiorum, in vlt. q. Petr. Anc. consilio. 388. in casu præmisso, colum. 2. versic. præterea & tertiò, cum simil.

123 § Verùm & hoc velim intelligas, vt non ad amussim aut libellam vndique exigatur illa æqualitas. Nam si in modico quopiam altera pars excedat, non confestim censetur inæqualis ac simplex donatio, vt satis apertè declarat ille tex. in d. l. ex annuo. ff. de dona. inter vir. & vxor. cùm dicitur, si satis immodicum est. Nam & aliàs semper modicus excessus non attenditur. l. continuus, in princ. ff. de verbor. oblig. quam ita no. glo. quæ & similia quædam colligit in c. re vera, in prin. in verbo, mortui sunt, de cõse. dist. 2. quod & facit glos. in d. c. si proponente, in glos. 1. post. princ. vbi & illud assumit ex d. c. re uera, quod pro modico nec plus nec minus. id quod ita Galli nostri vice prouerbij celebrant, *Pour vn petit ne plus ne moins.* Cuius etiam meminit glos. in proœmio decretalium, in fin. Nam qui de medio illo parũ deflectit, non illud reliquisse videtur, nec ob id carpendus est, ex Aris. sententia libro Ethicorum 2. c. 9. eodemque vlti. & iterum lib. 4. c. 5. Quam approbat è nostris. Io. Calde. in c. cùm ex iniuncto, colu. vlt. ext. de hære.

hære.& Bald.in l.2.in 12.q.C.de rescin.vend.& in l.quicunq;,col.2.C.de ser.fug.& in l.1.colu. vlti.ff.de legi.& in c.cùm adeo,colum.2.& in c. si proponente,ad fi.ext.de rescrip.& consi. 144. præsupposito communis Papiæ statuto, colu.2. lib.1.quod repetitur consi.336.lib. 5. & Rom. in repe.l.si verò.§.de viro,in 3.fal. ff. solut.mat. & Io.Ana.in c.vl.col.9.versi.adde etiam prædictis,ext.de collu.detegen.& Barb.consi. 58. omnipotentem & immortale Deũ,col. 15.lib.4. Ad quod allegant omnes. l. quamuis.ff. de cond.& demon.

124 § Ideo & alias parum & nihil æquiparantur,vt per illũ ipsum text.dicit ipse Bald.in authen.præterea,paulò ante fi.C. vnde vir & vxor. & Corne.qui ad hoc etiam dicit allegari tex.in. ca.de multa,extr.de præben.consi.63.videbatur col.vlt.lib.1.& consi.77.licet multum,col.vlt. lib.2.& consi.29.in præsenti consultatione,col. 2.lib.3.& Soc.consi.108.in hac consultatione, colu.3.lib.1.vbi & ad hoc alia iura. Quibus adde text.in.c.licet causam,de probat.& in. c.insinuante,ext.qui cleri.vel mona.& glo. in.c. super eo,ibi, alias vbi æqualitas est, vel modica etiam excellentia,admittũtur,ext.de testib. cum alijs multis ac propè infinitis concord. à me adductis in nostris commentarijs consuetudinum Pictauicarũ.tit.6.§.5.in glo.5.vbi latissimè ostendi modica non esse consideranda. Quanquam huic refragari videtur illud Ouidij in epistola Heronis ad Leandrum.

Exiguum, sed plus quàm nihil, illud erit.

163 ¶ Similiter iura quibus cauetur , ꝙ in actionibus bonæ fidei sup dolo iuratur in litẽ , vt l.in actionibus.ff.de in lit.iu.cũ si.licèt sint exorbitãtia & odiosa,cũ regulariter nõ credatur iuramẽto aduersarij:obtinẽt etiã in dolo prçsũpto l.tutor qui repertoriũ,in prin.ff.de admi. tuto. [& Bal.in d.l.in actionibus,colũ.vlt.nam dolus (inquit)præsumptus idẽ debet operari quod verus:quia præsumptiones legũ habẽtur pro liquidissimis probationibus.Et idẽ Bald. consil.193. statuto ciuitatis Alex.lib.2.asserit maleficium , quod probatur per tacitam confessionẽ vel præsumptionem,esse verum maleficium,per tex.in l.si tutor.C.de interdic.matrimo. & ea quæ suprà diximus numero præcedenti præsumptionẽ esse liquidissimã probationẽ. Et in simili quoque dicit Bal.post Azo.in l.si culpa.ff. de rei vẽd. titulũ tacitũ siue præsumptũ esse verũ titulum] Ex quibus conficitur,qđ suprà diximus , donationem veram esse, quæ ex præsumptione iuris procedit; sicuti in simili possessio vera , quæ ex actu ficto prouenit,per not.per Bar.in l.si is qui pro emptore,in fin.ff.de vsucap. cum concordã. à me collectis in[nostro tracta. constit. possesso. in 2 parte,in j.amplia.n.2.]

164 ¶ Postremò si verum esset, quòd lex simpliciter loquens non traheretur ad actum præsumptum:tamen id tantùm obtineret,quãdo lex disponeret in fauorem ipsius actus,ob id ꝙ præsumptus non tantũ haberet fauoris ac roboris, quantum verus ac certus,vt diximus . Secus si contra ipsum actum disponeret.Nam lex annullans, infirmans,irritans actum,trahitur ẽt ad actum prçsumptũ.per l.qui ad certum.ff.loca.Et hinc videmus,ꝙ leges prohibentes donationes inter virũ & vxorem,procedunt in donatione præsumpta, vt voluit glo.in l.si donationis.C. de contrahen. emp.& ibi Saly.qui eã ad hoc expendit.& Soc. consi.66.frustra plenitudini,col.j.lib.1. Et leges requirentes insinuationem in donationibus,eas alioqui irritantes , habent ẽt locũ in donatione ꝓsumpta[& tacita]ex sentẽtia Bar.in l.1. in vlti. oppo. ff. de donat. & in l.vltima,in princip.per illum tex. C. de iur. dot. vbi dicit id esse menti tenendum, [& Bald.consilio 231. prçsupposito statuto,lib.1.]& Ang.consil.94. cum his & quçstio, colum.antepen.versic.hoc igitur articulo,[licet ibi aliud dicat de ficta donatione.] Rapha.Fulgo.consi.72.supposita bulla,col. vlt.ver.

M nec

nec nocet, iunctis præcedentibus.& Pet. Ferra. tit. forma libel. quo agi. pro dona. in verbo, solenniter, col. 4. versi. deinde quia prædicta.& Anto. Cana. qui vnicũ Bar. locũ citat in tract. insinuationũ, q. 44. Et statutũ prohibens donationẽ sine præsentia iudicis, locum habet in donatione præsumpta, vt latè consuluit Cornel. consil. 185. tria principaliter, colum. 4. versi. his tamen non obstan. lib. 2.

165 § Nec ad præsumptũ quidem tantũ trahi tur lex annullans siue etiam prohibens, sed ad fictũ quoque, vt & de eo quoque hic loquamur: tum ne plus operetur fictio quàm veritas, quia iam suprà diximus: tũ quoque, quia quod verè fieri non potest, nec fictè quidẽ etiam potest: siue ea impossibilitas sit ex natura. l. adopti. ff. de adop. & l. confessionibus. ff. de interro. actio. & Bar. in l. si is qui pro emptore, col. 12. ver. sequitur eius quod est possibile. ff. de vsucap. vbi & alia iura allegat. [& rursum in l. eandẽ, in princ. colu. 1. ff. de duob. reis, vbi id declarat Ange. & Imol. in l. sub conditione. ff. de solut.] & Pet. Anc. cons. 32. sub tiliter & copiosè, colu. 2. cum simi. Siue ex iuris dispositione. l. Gallus. §. si eius. [& ibi Imo.] ff. de lib. & posthu. & l. talis scriptura. ff. de leg. j. Bald. [cõsi. 243. quidã nobilis nomine Ant. col. 2. lib. 1. &] consil. 399. de principali instrumento, colum. 2. lib. 5. & Bartol. consil 75. viso instrumento, post medium, cum multis concordan. adductis à Iason in d. l. si is qui pro emptore, numero 290. & sequen. Licet contrarium asseruerit Alciat. lib. Paradoxorum. 3. cap. 16. & in l. intelligendus. ff. de verbor. signifi. de quo nos alibi latiùs differemus.

166 § Porrò. d. l. si quis argentum. C. de don. & d. l. vl. C. de sacr. eccl. de quib. locuti sumus in priori op. dispõnũt ad actus confirmationẽ: ideoque cũ actus verè probatus plerunque sit magis efficax, quã qui est præsumptiuè tãtũ probatus, vt diximus, nõ est mirũ si lex noua dans nouum robur actui claro, apparenti, & expresso, non habet locũ in tacito & expresso, quę ratio non procedit in lege è diuerso disponẽte ad actus infirmationem, quin potius tendit in contrarium.

167 § Cæterùm qui dicunt. d. l. si quis argentũ, nõ habere locũ in donatione præsũpta, innituntur ratione, quæ hic nihil omnino facit, quo niam, inquiũt, cõcurreret circa idẽ duplex specialitas, videlicet quod præsumeretur donatio, contra regulã. l. cũ de indebito. ff. de prob. cũ simil. Item quod ex nudo pacto oriretur actio, contra. d. legem. C. de pact. cum simili. quod fieri nec debet, nec potest, per not. in l. j. C. de dot. promis. & per Bar. in d. l. si. is qui pro emptore, col. pe. ff. de vsucap. Et idem quoque dici potest de d. l. vlti. C. de sacrosan. eccl. quod scilicet præsumeretur donatio, & ex dicta donatione transferretur dominium sine traditione, contra regulam. d. l. traditionibus. C. de pact.

168 § Ex quibus claré patet, non obstare quod dictum est, dictas ll. non procedere in donatione præsumpta, si id tamen verum sit. Nã quantum ad d. l. si quis argentum, contrarium asserit glos. in d. l. si tibi, in prin. ff. de pact. & in d. l. hactenus. §. 1. ff. de consti. pecu. quam simpliciter sequuntur Bar. sibi cõtrarius, & alij præter Pau. Cast. ibi, sequitur etiam Raph. Ful. in d. l. in rigentium. §. quinimo, col. 4 & ibi etiam Foro. Gartia. col. 34. versi. tertium dictum. & Mart. Laud. in eadem l. in d. §. sed cùm nulla & Angel. Aret. in §. in personam, col. antepe. versi. quartò principaliter, Inst. de acti. vbi dicit illã posteriorem gl. esse ad hoc not. & menti tenendã. & clãculum voluerunt Iac. But. & Bar. in l. receptitias. C. de const. pec. vbi & hoc expressè voluit Guid. Pap. & Fran. Aret. in l. 2. col. 2. versi. ad tertium, iunctis precedentibus. ff. de leg. pri.

169 § Quantum verò ad l. vl. C. de sacro. eccl. similiter contrarium tenuerunt omnes quos supra pro contraria parte adduximus ex Iasone, qui eos malè citauit, præter Bald. qui vere fuit illius partis in loco ibi citato. Sed & hoc quoque vltra eos voluit Bart. in l. cùm falsa, circa mediũ. C. de iur. & fact. igno. & Bald. sibi contrarius in l. ad probationem, col. vlt. versi. quæro quid si animo. C. locat. [& in l. si constante. §. si vxor. ff. sol. matrim.] Ange. in l. qui rem, eod. tit. & in §. emphyteusim, in fi. in authen. de non ali. aut per mut. Pau. Cast. consi. 11. super primo quæsito in quantum, col. 1. lib. 2. Alex. in d. l. si aliquam rẽ, col. 10 versi. ex quo infert. Bart. & [ibi quoque Franc. Ripa colu. 12. nu. 56.] ff. de acquir pos.

170 § Et hæc quoq; posterior pars ex eo confirmatur, quod statutum ex quo maritus lucratur certã partẽ dotis, procedit etiã in dote præsumpta, quanuis sit nõ modò exorbitãs, sed & correctorium iuris cõmunis. Ita enim nõ obscurè sensit Bar. in disputa, incip. mulier habẽs magnum patrimonium, ferè per totum & expressiùs voluit Bal. in l. cum citra, per glos. ibi. C. de iure doti. & in l. nulla, col. 1. ver. sed pone. C. eo. & latè consi. 102. mulierem maritus duxit, lib. 4. & Paul. Cast. consi. 60. visis statutis communis Vincentiæ, in 2. dubio, lib. 2. Rapha. Com. consi. 109. domina Ioãna, in primo dubio, ea ratione motus, quòd præsumptio innititur veritate, per ea quæ habentur in l. vlt. ff. quod met. cau. & in l. siue possidetis. C. de proba. & idem quoque voluit Panorm. consi. 46. tria mihi ostensa dubia, in secundo dubio, lib. 1. [& Alex. consil. 122. viso processu, colum. 2. lib. 7.] & Socin. consil. 80. præsens consultatio, colum. vlt. lib 4. Fran. Cor. iunior, consil. 4. super controuersia, colum. 6. versi. hęc verissima. Et id ego verius esse arbitror, licèt contrarium teneat Bal. & hic sibi cõtrarius, consi. 333. quia ista dos non fuit vera, lib. 4. [& non obscurè Iason consil. 50. pro nobilibus, colum. 2. lib. 1.] Ex quibus potest videri malè cõsuluisse Soc. in statuto prohibẽte donationẽ inter virum & vxorem morte confirmari: de quo diximus

ximus in priori sententia. Et facit etiam tex. in c. veniens, ad nos, [& iterum in ca. is qui.] extr. de sponsa. & mat. ex quibus no. Pan. in priore lo co, in pen. no. [. in 1. not.] q matrimonium præ sumptum tantam vim habet, quantam verũ. Nã ubi si vtrunq; cõcurrat, & verum, & præsumptũ præfertur non quidem verum præsumpto, sed quod ex ijs est prius tempore. Hincq; dicit inser ri, q dispositum in casu vero, habet locum & in præsumpto, ad quod etiam alleg. not. in l. si pos-sessor. C. de relig. & sump. fun. & l. certè. ff. de prec. [& illum quoq; tex. in d. c. is qui, ad id q diximus expendit Phil. Dec. consi. 681. viso pũ-cto, col. 1.] Et hic etiã vide quæ latè scripsimus in nostris legibus connubialibus, in glo. 3. in 3. item quæst.

171 OCTAVO quæro, An hæc l. habeat locum in simplici renuntiatione siue remissione alicuius rei aut debiti? Et primũ videtur quod non, quia remittere non est propriè dare aut do nare, per l. Iulianus ait. ff. de condi. & demon. vbi conditio dandi non impletur per remissionem. Quem tex. aureum ad hoc dicit Fel. in c. veniẽs, le, 1. col. 2. ver. secundò intellige. ext. de testi. Et bene facit tex. in l. si pignus. ff. quæ in frau. cred. vbi si pignus vir vxori remiserit, vel è diuerso, nulla fit donatio, & ideo, inquit gl. ibi, valet hu-iusmodi remissio. & adducit concor. Et licet cõ stante matrimonio maritus non possit reddere dotem vxori, nisi in certis casibus, cum id fit in star donationis. l. 1. C. si dos constan. mat. potest tamen citra illos casus & indistinctè remittere dotem promissam nondum datam, vt tradit gl. no. in l. si cõstante, in verbo, firma, & ibi Ray. & Bal. in vtraque lect. qui eam no. dicit in posterio re. C. de don. ante nup. & Ro. qui illã dicit sing. in l. quamuis. ff. sol. mat. & sing. 601. tu habuisti. Ex quibus constat, non omni cui negatur facultas donandi, negari quoq; remittẽdi, sicuti è di-uerso non omni cui donare conceditur, remit-tere quoque concedi, vt per gl. in c. statutum. §. notarium, in verbo, remissione, de rescri. lib. 6.

172 ¶ Ex quo etiã fit, vt talis remissio non indigeat insinuatione, sicuti vera donatio indiget, ex sentẽtia. [Placen. & Azo. vterq; in summa ti. Inst. de don.] Io. Andr. post Guil. Suz. in addi. Spec. tit. de instr. edi. §. porrò, in vlt. addi. quę est in col. pen. Bal. in l. 1. col. 2. ver. sed quia confes-sio indiscreta. C. de confes. & in l. illud, colu. 3. ver. secũdò quæritur. C. de sac. eccl. vbi dicit hãc liberationem nõ exigere insinuationem, nisi in ea exprimatur, q fiat causa donationis. Iaco. But. & Sal. in l. creditori. C. de pact. [idem Sal. in l. sancimus, in prin. in antepe. quæstio. C. de don.] Pet. Ferra. in tit. forma libel. pro dona. in verbo, solenniter, col. 3. vers. quid autem dices. Et vide mus ẽt q donatio absẽnti fieri non põt, nisi per nuntium vel epistolã. l. absenti. ff. de don. & dixi mus latè suprà in verbo, libertis, nu. [68. nec vl-terius.] Liberatio aũt fieri põt, gl. in l. non solùm nostrũ. §. si liberationis verba, & ibi Bart. & alij. ff. de lib. leg. & Bal. in d. l. illud, quo loco nup ci-tauimus, [& in l. is qui hæres, in prin. ff. de acq. hæt. & in l. generaliter, col. vlt. in 12. q. C. de nõ nu. pecu. & cõs. 341. maritus, col. 1 lib. 1. & cõs. 14. Antonius fecit, vel nonò quia maritus, lib. 2. & cõs. 262. suadeo, col. 1. lib. 3. vbi id dicit pro cedere, ẽt si fiat in nulla volũtate, per d. §. si libe-rationis,] cum si. Ideoq; cũ hæc l. sit exorbitans, vt latè probauimus supra in verbo, libertis, [nu. 19. tũ secundò, & multis seq.] & loquatur nun cupatim de donatione, cõsequens est eã esse tra hendam ad remissionem, quæ nõ est propriè do natio. l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. cum si.

173 ¶ Tamẽ ego contrariũ in casu l. nostrę ve-rius esse existimo, secutus Cor. hoc expressè vo lentẽ consi. 11. in præsenti consultatione, col. pe. ver. nec obstãt ea, li. 3. & Soc. cõs. 20. in facto prę supponitur, col. vlt. lib. 3. [& Caro. Rui. cõs. 95. visa reũtiatione, col. 8. ver. nõ ob. igitur primò lib. 1. & cõs. 60. de re quidẽ, col. 5. n. 14. lib. 3. & consi. 140. circa casũ de quo quæritur, col. 3. nu. 5. lib. 4.] Nã remissio, siue liberatio, siue ẽt renũ tiatio gratis facta, vim prorsus donationis obti-net. l. cõtra. §. si filius. ff. de pact. l. 1. ff. de transf. & l. si mulier, & ibi Bal. & Alex ff. de cond. ob cau. & l. peculiũ, la prima, in prin & ibi Bart. ff. de pe cu. & l. si fundũ sub cõditione. §. Titio fundum, & ibi gl. & doc. ff. de leg. 1. vl 1 & illud probatur procedere in cõditionibus, quæ alias tanquã ad Polycleti regulã implẽdæ sunt. Ea aũt loquitur in casu d. l. Iulianus ait, quã pro priori parte ad-duximus, ex eaq; & ex no. à doc. in vtroq; loco fa cilè intelliges eã nõ obstare huic nostræ senten-tiæ. Sed & id quod diximus, remissionẽ habere vim donationis, probat itẽ tex. in l. sicut. §. an pa cisci. ff. quib. mo. pig. vel hyp. sol. & in l. si mulier & ibi Bal. ff. de leg. 3. & in l. si in stipulatũ, & l. Modestinus, & ibi doc. & l. quidã, in prin. & l. in ædibus, ẽt in prin. ff. de dona. & l. si donationis, & ibi Bal. C. eo. & l. si quis delegauerit. ff. de no-uat. & l. 3. §. sciendum, & l. si spõsus. §. si maritus duos, & l. cũ hic status. §. si inter, vers. planè. ff. de don. inter vir. & vxo. & l. si maior. C. de transac. & l. si donationis, quæ est ij. C. de accepti. & vo-luit gl. in l. si inter, in verbo, nec donationis, & ibi Bal. C. de solu. Io. And. & Pan. in c. ex insinua tione, extra de iure patro. vbi ex hoc dicunt, q cum remittitur ius patronatus etiam compatro no, requiritur consensus episcopi, cum id dona re sit. Bart. in l. vlti. in princip. ff. de his quæ in frau. cred. [vbi & ex hoc dicit procuratorẽ non posse renuntiare exceptionibus peremptorijs, quamuis possit dilatorijs,] & in l. si vnus. §. pa-ctus, colum. 5. versicul. dicatis vos. ff. de pact. & in l. si de certa, col. 1. versi. vlterius. C. de transf. Bald. [& Saly. in l. pactum curatoris. C. de pact. vbi ex hoc dicunt, procuratores quoque non posse renuntiare non solum exceptionibus pe-remptorijs, sed nec declinatorijs quoque, nisi

tamen taciiè procedendo ad vlteriora. & idem Bald.in l. & hæredi. §. nos autem.ff.de pact. &] in rub. ext. de procu.col.4.ver. an possit constitui,vbi ex hoc dicit,q procurator non potest facere pacem, cum remissio iniuriarum sit donatio & consi.341. maritus prædium dotale,colu. 2.lib.1.& consi. 293.factum sic proponitur,domina Bartolina, col.2. versi.contra nanque, lib. 3.Signo.consil.26.quæstio talis est,col.2. versic. item habes,& consilio.100,quæstio dubitabilis, colu,2.uersi.quartò argnitur.Ang consi.94.cum lis & quæstio, colum.pen.ver. videndnm igitur restat vbi ex hoc dicit,quòd si ex statuto debeaturgabella ex donatione,debetur & ex remissione siue liberatione debiti.[Pet. Anc.consi.306. efficax,colum.2.]Pan.consi.82.conditoris,&c. quanquàm in his,ad fi.lib.j.& laiè Alex. consil, 22.viso instro, col. pen.lib. 1. & latissimè Calc. cósi.25.Titius nobilis, in multis locis illius cós.

174 ¶ Et ideó qui non potest donare, nó potest gratis remittere· vt voluerunt Bal.& Saly. in l.1. C.de pact. Bald.[in l.1.ad fin.C. de bon. mater. vbi loquitur de procuratore,&] d.cósi.341. col. 3.lib. 1. Pau. Ca.consil.342.considerandum est primò,col.1.ad fin.lib.1.& consil. 32. circa primum,in prin.3.dubii,lib.2.Pan.in d.c. veniens, le 1.in 3. not.de testib.Soc.consi.43. visa prouisione,paulò ante fin.lib. 1. Propterea nec potest administrator etiam liberam habens potestatẽ, remittere.d.l.contra iuris.§.si filius.ff.de pact.& l.filiusfa.in prin.ff.de don.& Bartol.in d.l.vlt.in princ.ff.quæ in frau.cred.Bal.in l.præses, col.2. versi.venio ad quęstionem.C.de transf.& in l. si procurator,col.1.C.de procur. cnm si. Quod & de prælato scripserunt Ioan.And.Card. Flor. & Imo.in c.2.de don.Bald.in d.l.si præses, vbi suprà Maria.consi.18.prosequendo ordinem, col. pen.versi.item probatur.Ex quo etiam Bald. ipse in l.vlt.§.vlti.col.1. versi.sed nunquid procurator.C.de temp.app.negat procuratorem posse renuntiare appellationi,quia istud, inquit donare est.Et subdit idem esse de prælatis ecclesiarũ. Quæ etiam fuit sententia eiusdem Bald. in l. 1. §.si procurator, col. vlt. [& in c.ex parte C. de rescr.]& Ang.& Imo.in l.ab executore.§.vlt.ff. de app.& latè Alex.consi.115.attentis narratis, col.1.lib.5.[& Ias.in d.l.contra.§.si filins,col.1. ff.de pact.] licèt quidã cõtradicant. [Corn.cós. 274.insurgit,col.2. ver.sed renuntiatio,li.3.Ex quorũ dictis intelliges et id procedere in procuratore qui p litis contestat. factus est dñs litis.

175 ¶ Sed nec aliàs potest procurator liti renũtiare,vt affirmat Ange.in l.bonorum,ff. rem ratam habe.illa ratione quam diximus, quia donare non potest. Nec exceptionibus domino competentibus,secũdum Innoc.in c.cùm olim, le 1.paulo ante fin.extr.de offic.deleg. per d.l. cõtra.§.si filins.& Bart.in d.l.vlti.ff.quæ in frau. credi.Bald.qui & illa eadem ratione mouetur, in d.l.pactum curatoris. C.de pact. [& in l.nam & nocere,in 3.not.ff.de pact.iu vtraque lect.] & iu d.c.cùm olim,col 2.versi.quæro nunquid. & Pan.Cast.consi.196.super primo quæsito dicendum est,colum.1.versi.nec obstar consensus lib.2.vbi & hanc eandem rationem adfert. Sicuti nec prælatus renuntiare potest exceptionibus ecclesiæ competentibus,secundum Ioan.Andr. in c.exposita,extra de arbit.& in c.grauis, colu. 2.super verbo, acceptum,in princ.ext.de deposit.& in c.vlt.col.pe.versi.quid si prælatus, extr. de solut. Domi.consi.119.primum an prædicti, colnm.1.vbi postea declarat,& ex hoc illud quoque dicit quod suprà diximns,ex Bald.non posse prȩlatam renuntiare appellationi.Et facit etiã ad hæc omnia text. in l. non abstulit. C. de nouati. Nec minùs punitur qui remittit debitum ecclesiæ,quàm qui donat,secundum Ioan.And. in c.si quorndã,& ibi Anto.col.1.extra.de solut.Et tam cõmittit simoniam qui remittit, quã qui donat, vt probat text.in d.c.veniens, & ibi gl.j.Pan.in 3.not.& alij,ext.de testib.& eã gl.ad hoc dicit sing. Barb.cós.41.illud adferã in medium,col.16.versi.item est etiam ponderandum, lib.1.Sed & de hoc est text.in c.talia, & ibi etiam glos.in verbo. impunitatem.8.q.3. & voluit etiam glo.1.in c.ordinationes.1.q.1.[& in c.ea quæ, in princ.1.q.3.] & in c.pen.& ibi omnes propè doc.extr.de simo. Et nihil refert vtrùm qnis accipiat,an actione liberetur,vt quid calũniæ causa faciat.l.quineriam,& ibi gl.ff de calũ. quẽ tex.dicit no.Bal.in c.pe.circa mediũ,ext.de elect.trahitq; ad id quod diximus de simonia.

176 ¶ Et quicquid suprà diximus ex quorundã sententia,certè hniusmodi remissio,siue renuntiatio quȩ excedit quingentos aureos, requirit insinuationem sicut donatio,vt probat tex. in l. in ædibus.§.1.ff.de dona.& voluit gloss.in l.1.§. 1.& ibi Bald.tam in prin.l.quàm in eo.§.vbi dicit no.& ita vidisse consultum & iudicatum. ff. quib.mod.pig.vel hypo.sol.& in l.si quis obligatione,& ibi Dy.Ray.& Phil.Dec.ff.de regu.iur. Bar.in d l.Modestinus,& ibi etiam Imo.Ro.qui distinguit.Pau.Cast.& alii recẽtiores.ff. de don. Bal.in l.contra.§.si filiusfa.in 4.not.ff.de pact. & in l.tale pactum,in prin.& ibi etiam Ange.eod. tit.& idem Bal.[in l.si tibi decem.§.1. de pigno. col vlt.eod.tit.& in l.1.in prin.& iterum in §.1. ff.quib.mod.pig.vel hypoth.sol. vbi ita dicit fuisse iudicatum & in l. 1.in 2.no.per illum text. ff. de transf.&] in l.pactum,in 17. q.C. de collat. & in l.si donationis,per illum tex.& ibi etiã Ang. C.de don.& ipse Bal.in d.l.si inter.C.de sol.vbi ita dicit fuisse cõsultum per Bar.& Franc.Pis. & idem Bal.Guil.Cu. in d.l. si mnlier,& ibi quoq; Alb.& Alex.qui adfert concord.& Ias.ff.de cõd. ob cau.idem Bal.in l.si sponsus.§.circa venditionem.ff.de don.inter vir.& vxo.& iterum in l.si quis pro uxore.§.si vxor,eo.tit.[& in l.quinetiã. ff.de calum.]& consi.251.prȩsupposito statuto, lib.1.& iterum consil.161.primo quȩritur statuto

tuto cauetur, col.2. in 2. dubio, & rursum in fin. consi.eo.lib.1. & consi.186. ad euidentiam præmittendum, col.3. lib. 2. & consi. 375. certũ est quòd filia, col.1. lib.3. vbi etiam dicit Bart. ita sæpius consuluisse, & consi.352. ita statuimus, col. 2. ver. an pactum, lib.5. vbi & illud itẽ dicit Bar. ita sæpius consuluisse: cuius tamen in id consilia non reperi, idem Bal. in tract. de pact. col. 12. ver. item quæro pactum liberatorium, & in sua marg. in verbo, insinuatio, & Angel. in l. pacta quæ contra. C. de pac. vbi dicit ita fuisse iudicatum Perusij, & in l. si vnus. §. pactus ne peteret, col. pe. versi. secundò quæro. ff. eo. tit. vbi ad hoc dicit sing. glo. in d.l. si quis obligatione, & idem Ang. in l. Nesennius. §. vlt. & ibi Alex. ff. ad leg. Falc. & idem Ang. in d.l. si constante. C. de don. ante nup. vbi & ex hoc reprehendit glo. ibi, quã suprà citauimus, sicuti etiã facit Cy. ibi. Sed & idem voluit ipse Ang. cons. 89. quidã paterf. colu. vlt. & cõs. 77. plures creditores, in fi. & d. cõs. 94. cum lis & quæstio, col. pe. versi. hoc igitur articulo. Imo. tum in l.1. tum in l. Aquilius Regulus, col.2. versi. extra glo. ff. de donat. & in l. si accepto. §. 1. ad fi. ff. de acceptil. & in rub. extr. de don. & in c. cùm contingat, char. antepe. ext. de iureiur. & in c. vlt. col. 10. vers. an autẽ in donatione, ext. de dona. Io. Plat. in §.1 Insti. de donat. Pau. Ca. in l.1. post medium. ff. de donat. & consi.385. sine dicamus, col. 1. lib. 1. Io. Ana. in c. cũ tu, in col. pen. vers. quartò quæritur, ext. de vsur. Ang. Are. in §. aliæ, col. vlt. Inst. de don. Alex. qui hanc dicit esse cõmunem opi. & Soci. qui idem dicit. & Phil. Dec. in d.l. creditori. C. de pact. idẽ Alex. in l. si quis accepto, circa medium. ff. de cõdi. ob cau. & consi. 137. in causa & lite vertente inter Lancelotum, col. vl. lib.2. Calc. d. cons. 25. Titius nobilis, col.7. & multis seq. & consil. 56. in causa dominæ, col.3. vers. septimo, quia si talis. Barb. consi.41. illud adferam, col. 16. versi. itẽ est etiam, lib.1. & latè consi. 16. præclatè scripsit col. 11. ver. quinimo plus videtur, & seq. lib.2. Ant. Cana. in tracta. insinuationum, q. 47. [Soc. consi.92. viso instrumento, colu. vlt. lib.3.] Fely. in d.c. veniens, le t. in 3. not. de testib. Ias. qui super hoc consuluit nuncupatim, consi. 199. quæritur an liberatio, lib.2. & cons. 149. circa primũ col.3. ver. nec ob. si diceretur, lib.4. Matthæ. Afflict. in tract. prothomixeos, in glo.1. col.10. versi. sed quæro, quid si parentes. Phil. Deci. consil. 402. in causa illustrissimi, col.3. versi. & hoc etiã confirmatur. & Alciat. in d.l. dedisse. ff. de verborum significat. & Lancel. Galio. in rubr. ff. de verbo obliga. col.32. versi. item donatio. Et hæc est, vt diximus, communior ac verior.

177 [¶ Quinetiam ex multorum sententia liberatio non magis fieri potest absenti, quàm donatio, contra id quod suprà diximus ex aliorum sententia. Ita enim voluit Accursius sibi contrarius in l. idem in duobus, in fi. & ibi Bart. & Bal. sibi item contrarij, & Ang. qui id declarat. ff. de pact. idem Bald. in l. si tibi decem. §. si quis, ante fi. eo. ti. & in l. & heredi. §. nos autem, col. 1. versi. reuoco in dubium, eo. quoque tit. quibus locis id videbis amplissimè tractatum. Sed tu hìc omnino vide Alexan. in d.l. in duobus, de pact. & ipsum Franc. Aret. in l. sed si de sua, col.2. ver. & ad text. respõde. ff. de acqui. hære. & ante hos ipsum quoque Bald. in d.l. is qui hæres, in princ. & ibi quoque Fran. Are. col.2. versi. vtrùm autẽ liberatio, eod. ti. & eundem Bal. in l. Labeo. ff. de iureiur. & in l. resctiptum. §. plerumque, in 1. lect. ff. de pact.]

178 ¶ Similiterque renuntiatio si sit inofficiosa, æquè reuocatur vt donatio, vt consuluit Bal. consi. 186. refutatio facta absque causa, in princ. lib.4. Nam & alias si in fraudẽ facta sit, æquè reuocatur ac donatio, l.1. §. vlt. ff. quæ in frau. cre. & latè Pau. Cast. consi. 135. dubium facit, lib.1. Est enim vtriusque & donationis & remissionis siue renuntiationis eadem ratio, maximè quantum ad casum l. nostrę pertinet. Ergo & idẽ ius seruari debet. l. illud. ff. ad legem Aquil. cum si. Præsertim quia licet. l. nostra sit exorbitans, est tamen fauorabilis, vt abundè suprà disseruimus. Ideo extendenda est ex eadem ratione ad alium casum secundum Fran. Are. in l. Titius, in princ. ff. de libe. & posth. & Soc. consi. 93. testamẽtum præmissum, col.4. lib. item 4. & latè diximus suprà in verbo, libertis. Maximè verò ad eũ casum qui potest comprehendi sub lata & impropria significatione casus [expressi, quando & id procedat in odiosis, pœnalibus, & correctoriis,] per l. filium. ff. ad macedo. iuncta l. insta. ff. de verbo. sign. & in auth. vt hi qui obli. se per. hab. res mino. in prin. & ibi glo. in verbo, ad curationem, & Ang. & etiam [glos. in auth. minoris debitor, in verbo, curatorẽ. C. qui dar. tuto. posl. &] glos. in c. quia periculosum, in verbo, de episcopis, de senten. excom. lib.6. & in c.1. de temp. ord. eod. lib. & in c.1. in verbo, beneficia, & ibi Domi. super ea glo. de ret. permuta. eod. lib. & in cle. 1. in verbo, eligatur, & ibi quoq; Pau. Liaz. Lap. Ant. & Imo. de elec. & in cle. 1. in verbo. gregibus, de deci. Bal. in l. ꝙ verò. ff. de legi. Imo. Raph. Cu. & Paul. Cast. in l. si. verò. §. de viro. ff. sol. mat. Idem Imo. in l.2. §. si super. ff. de don. cau. mort. & in l. vlt. ff. de hæred. insti. Anto. in c. vlt. col. 39. fallit primò quando verba, de consue. Anto. Rosel. in superscrip. consi. 25. Calca. Titius nobilis, in fin. Barb. qui ad hoc multa adducit inter consi. eiusdem Calca. consi. 27. illud afferam in medium, col. 10. Alex. in l.3. §. si procurator, in fi. ff. quod quisq; iur. & in l. cùm ex causa, quam legit cum l. tempus, in duobus locis. ff. de re iud. [& in l. 2. colum. 2. versicul. item quia lex. ff. de leg. 1. & consi. 216. nec arguendi, col. pen. versi. & potissimè, lib.2.] & consi. 813. perspectis his, colum 2 libr.6. vbi adducit multos concord. & Soc. in rub. ff. sol. mat, colum. 1. & in l.1. colu. 3. versi. confirmo hoc ratione. ff. de vulg. & pupil. substi.

vbi & ad hoc alia allegat.[& Fran.Balb.in tract. præscrip.in 3.quæstio prin.1.part.prin.]

179 ¶ Cu ius rei est optima ratio. Nã cùm res ipsa continetur sub lata significatione verborũ, & in ea est eadem ratio, quæ mens legis est, vt est text.melior.de iure,in l.scire oportet.§.aliud autem,versi.sed & si maximè.ff.de excusa.tuto. prout dicit Bald.in l.1.col.pen.ff.sol. matr.cum alijs multis concord. à me citatis in nostris commentarijs consuetudinum tit. 9.§. 27. Sequitur quòd ea res venit ex mente legis,adeoque ex lege ipsa,non ex extensione, per l.nominis & rei. §.ex legibus.ff.de verbor.signifi.cum multis cõcord.etiam à me congestis supra in verbo, libertis,versi.45.incipien.quorum sententia,propterea hoc casu non agimus de extẽsione legis exorbitantis,aut correctiuæ (nam & de lege quoque correctiua loquuntur ij quos suprà citauimus) sed potius de mente comprehensiua..

180 SED HOC tamen primo loco intelligas,vt videlicet hæc l.procedat in renuntiatione siue remissione iuris iam quæsiti, prout intelligit Corn.d.consi.11.lib.3.Secus autem in renũtiatione iuris futuri,& nondum quæsiti, per id quod pulchrè voluit Bal.in d.l.illud,colum. 3.in 3.q.C.de sacro.eccle. Illud intelligens quod suprà diximus remissionem sine renuntiationem indigere insinuatione, procedere quando fit renuntiatio sine remissio iuris quæsiti,non etiam si iuris quærendi, verbi gratia, si filia dotata renuntiat patri,iuxta c.2.de pact.lib.6.talis renuntiatio non est iuris quæsiti,sed quærendi, id est, vt ipse dicit, obuiat principio acquisitionis, & nõ est don.l.si spõsus.§.si maritus.ff.de do.inter vir.& vxo.& l.qa aũt, & l.Iulianus. ff.si qs omis. cau.test.Ideo nõ eget insinuatione. Hæc ferè Bal.

181 ¶ Et idem voluit[ipse Bal.consi.375.certum est,col.1.lib.3.&] nulla ipsius Bal. mentione facta,Pau.Cast.consi.418.viso puncto & aliis col.1.lib.2.At Bal.in priore loco nuncupatim refert & sequitur Alex.consi.29.præclarè subtiliter,colum.3.versi.nec insinuatio,lib.3.& Calca. qui ipsum Bal.allegat,in quodam consi.d.consi. 25.col.8.Anto.Cana.in d.tract. insinuationum. q.49.Barb.d.consi.41.versi.item est ponderandum,quòd iste,& seq.li.1.vbi & alia multa colligit,vt probet non tantam haberi rationem iuris quærendi,quantam quæsiti,sicut etiam facit [Fel.in c.quæ in ecclesiarum,col.19.vers. & ista consideratio,extra de const.&] Iason cõsi. 236. an res Romanorum,col.4.lib.2.Philip. Deci.in l.seruus.C.de pact.& consil.269. consultus, colum. 4. versicul. & hoc est præsertim. Sed ego multò plura congessi in nostris commentarijs consuetudinum Pictanicarum titu. 2 §.vltim.in glos.4. quibus apertè probatur in nulla propè consideratione esse ius quęrendum.

182 ¶ Quibus ẽt adde quæ diximus in nostris legibus connubialibus,in glos.3.in 1.q.nu.28.illud igitur pro cõstanti,& suprà in verbo, bona, versi.8.incip.sed antequam. [Et quod dicit Bal. consi.375.certum est,lib.1.ꝙ renuntiare hæreditati,non est donare,per d.l.si sponsus.§. rogata.ff.de don.inter vir.& vxor. & ꝙ scribit Pau. Cast.consi.135.dubiũ facit,in prin.lib.1.ꝙ licet dicatur renuntiationẽ factam in fraudẽ creditorũ reuocari, id tñ intelligitur in renuntiatione iuris quæsiti,non ẽt quærendi,per d.l.si sponsus §.sin autem.ff.de don.inter vir. & vxor. & l.qui autem,in princip. ff. quæ in fraud.cred.& l.1.§. verùm autem. ff. si quid in frau. patro. & l.non fraudantur.ff.de reg.iur.]

183 ¶ Sed & huc spectat quod ab eodem Bal. scriptũ est in cap.1.post prin.tit. quid iur.si post ali.ꝙ si dominus remittit vasallo pœnã cõmissionis feudi,non requiritur insinuatio. quia magis dicitur indulgentia, q̃ donatio, per l.Modestinus,& l.in ædibus.§.1.ff.de don.& idem voluit ipse Bal.in l.si mulier,in fi.ff.de cõdi. ob caus.& sequuntur Marti.Laud.& Card.Alex.qui id dicunt sing.in d.c.1.ẽt post prin.& Io.Ana.in cap. cũ tu,col.pe.versi.quartò quæritur, ext.de vsur. & Alex.in addi.Bar.in d.l.Modestinus.ff.de do. Ias.in l.2.colu.26.versi.35.quæro.C.de iur.emphyt.[Et facit quod tradit idem Bald.in addit. Spec.ti.de loca.§.nũc aliqua, ver.23.]Nã etsi ẽt feudũ esset ipso iure cõmissum, tñ intelligitur, si dominus voluerit,vt latè dicemus inferi.,in verbo,reuertatur,nu.10.fuerunt tamen. Igitur donec dominus id declarauerit, & sibi incorporauerit, nondum est ius quæsitum.

184 ¶ Et idem in omni tali pœnæ remissione, vt scilicet insinuatione nõ indigeat, dicit Bal.in l.1.col.1.versi.in text.putent. C. si rector prouin.quia non est,inquit,donatio,sed omissio lucrandi,& iterũ[in l.si mulier,ad fi.ff.de condic. ob cau.vbi quærit,an si quis mihi teneatur actione iniuriatũ ad mille florenos, & ego illi remisi an requiratur insinuatio? & dicit non requiri, quia non erat in bonis meis,arg. l. cũ mancip.§. cũ emãcipatus filius.ff.de collatio.bono.& l.Papinianus.ff.de inof.testa.& quia istud est potius ad animũ nõ reuocare, q̃ donare,per no.in §.vlt. Inst.de iniurijs. Et itẽ(ait)dico in alijs pœnis maleficiorũ,quia remittere in eis nõ est donare,sed nolle vti lege pęnali,arg.no.in l.peculiũ.§.si eos ff.de pecul.& l.dinus. ff. de senatuscon. Silla.& l.metum.§.ex hoc,vbi glos.ff. quod met. cau.& sequitur Alex.ibi, & iterum quoque ipse Bal.] consi.261.primò quæritur statuto cauetur,ante fi.lib.1.[Imo.in d.l.Aquilius.ff.de don.] & Ro. d.l.Modestinus,col.3.versi.tertium dubium. ff. de don.[& Alex.in l.mulier.ff.de cõd.ob caus.] de quo tñ vide ipsum Bal.in l.si donat.C.de do.

185 ¶ Sed vt redeamus, huc ꝓximè accedit ꝙ eleganter cõsuluit Petr.An.consi.125.cuius exordiũ est,videtur prima facie,col.3.ꝙ l. cũ anus. ff.de condi.& demon. quã iam sæpius diximus esse huic nostræ.l. magna quadam cognatione

connexam.

connexam, non habet locum in iure quærendo, quem ita allegat & sequitur Barb. consi. 53. incip. præclarè scripsit, col. 12. vers. modo in propo sito, lib. 2. Quanquam in hoc vltimo contrariũ tenuit Soci. consi. 92. hoc capite, testamentum præmissum, col. 7. versi. nec ob. responsio, lib. 4. per no. per Bar. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. & per doc. in l. pen. C. de impu. & alim. substitu.

186 ¶ Porrò quod ad casum nostræ. l. priuatim ac domesticè pertinet, ne frustra in aliis laboremus, In hanc nostram sententiam faciunt verba huius l. quæ non conueniunt bonis quærendis. Primùm cum dicit bona omnia. Nam ius nondũ quæsitum, nondum etiam est in bonis nostris, [l. substituto,] ff. de acquiren. rerum domi. [vbi substitutio, quæ nondum competit, extra bona nostra est, & etiam arg. l. rem in bonis, eod. tit.] & l. scribit, in princ. ff. de aur. & argen. lega. & l. nemo. §. illud quæritur. ff. pro soc. & l. pretia rerum. ff. ad legem Falcid. & est tex. omnium meo iudicio optimus, in l. profectitia. §. si pater, ff. de iur. doti. [& in l. 1. §. vtrum autem. ff. si quid in fraud. patro.] & expressè voluit Bald. in l. 1. col. 13. versi. sextò arguo. C. qui admit. per d. l. pretia, & in l. pupillorum, col. 1. C. de repud. [& nõ nihil in c. 1. §. iniuria, col. 2. versi. quæro vtrùm, tit. de pac. iur. fir. & Paul. Cast. consil. 178. donatio, col. 1. li. 1. Philip. Dec. cõs. 24. cuius superscriptio incipit, mulier cui propter inopiam, col. 2. versi. ad hoc responderi.] Item verbum, reuertatur, quod non nisi de bonis & iuribus antea domanti acquisitis intelligi potest, vt diximus plenè & probauimus suprà in verbo, libertis, versi. 112. incip. his autem Corn. & Alex. rationibus. Et ideo cum verba. l. nostræ non conueniant istis bonis quærendis, ergo nec in iis habet locum dispositio ipsius. l. 4. §. toties, & ibi Bar. ff. de dam. infect. cum sim. libus suprà adductis in d. glo. libertis, in princip. Propterea & Soc. ipse con. 53. viso instrumento donationis, colum. pen. versi. quo fundamento, libr. 4. consuluit expressim. l. hanc ipsam non habere locum in renuntiatione donationis nõdum acceptatæ, & ex qua ideo nullum adhuc ius fuit quæsitum, iuxta not. in l. si ego. ff. de nego. gest. & in cap. si tibi absenti, in princip. lib. 6. Et idem in omni iure quærendo voluit ipse Socin. in l. 1. ad fin. & ibi quoq; Philip. Dec. colum. 3. versi. tertiò in d. l. C. de pactis, & Iason consi. 154 in causa mota, colum. antep. versiculo nonò principaliter, lib. 2. & Anto. Rubeus consi. 12. visis & diligenter consideratis, colum. 4. versi. secundò principaliter.

187 ¶ Similiter & in casu Bald. in d. l. illud. C. de sacrosan. eccles. videlicet cùm filia dotata sue cessioni renuntiat, multi expressè tenuerunt huiusmodi renuntiationem non reuocari ex hac. l. susceptis postea filiis, propter rationem, quam iam ex ipso Bald. diximus, quoniam scilicet ius non erat quæsitum. & ita nuncupatim consuluit Cornel. consilio vndecimo, in præsenti consultatione, colum. tertia. versiculo nec etiam videtur, iunctis iis quæ dicit colum. penult. versicu. nec obstant ea quæ adduxi, libr. tertio, & consil. 206. viso suprascripto themate, colum. 8. versicu. coadiuuantur, iunctis iis quæ antè dixerat, eodem libr. 3. & ipse Socin. [in l. 1. colum. 1. versi. secunda conclusio. C. de pact. &] consil. 39. in quęstione quæ vertitur, columna vltima libr. 3. vbi ita dicit vidisse consultum à Ioann. Bapt. Cacialup. & illius consil. subscripsisse doctor. Perusinos asserentes & hoc quoque Bald. consuluisse. Et idem quoque tenuit idem Socin. d. consil. 53. colum. 3. versiculo secundò respondetur, lib. 4. vbi dicit & hoc tenuisse plerosque doctor. modernos in l. secunda. ff. soluto matrimo. qui & ipsi dicunt, vt idem refert, ita quoque consuluisse Ange. Perig. & Leonera à Carpellis. Sed & postea idem Socin. colum. quinta, versicu. & per prædicta, dicit ita se Senis consuluisse, & suo consil. subscripsisse Bald. à Bartbol. Philip. Corne. & alios plures solennes doctor. & idem Socin. in d. l. prima, ad fin. C. de pactis, vbi etiam dicit hoc Senis consuluisse, & esse nouam limitationem ad l. nostra. n. & ibi quoque Deci. vbi suprà & Francis. Curt. iunior colum. 3. numero 9. & Alcia. in verbo, sustulerat, vbi & in hoc expendunt eum text. Idem præterea consuluit Alexand. dicto consilio 29. præclarè subtiliter, colum. vltim. libr. 3. vbi de hoc dicit esse casum in dicto capitulo secundo, de pact. lib. 6. iuncto eo quod voluit gloss. vlt. ibi. Nam illic dicitur, quod si filia, cum datur nuptui, renuntiat successioni paternæ, non potest nec ipsa nec filii ipsius postea suscepti venire contra huiusmodi renuntiationem, vt voluit. d. gloss. Et id quoque dicit Alexand. esse de mente omnium tenentium filios non posse venire contra renuntiationem matris factam in contractu dotali, si veniant ex persona ipsius, vt per Bald. & alios in l. vltima. C. de pact. Imol. in l. qui superstitis, colum. secunda. ff. de acquirenda hæreditate. cum aliis prope infinitis concordan. quos videbis in nostris consuetudinibus, titu. 17. §. item 18. Idem quoque expressè voluit Philip. Franc. in d. capitu. 2. in fin. per gloss. ibi, quam dicit menti tenendam, de pactis, lib. vi. [Iason consil. 154. in causa mota, colum. antepenulti. versicu. nonò principaliter, lib. secundo, vbi & id dicit generale in omni iure quęrendo] Philip. Dec. in l. pactum, colum v. versicu. vltimò notandum est. C. de collatio. & consil. 181. satis nota est quæstio, in fin. Hercu. io d. l. 2. & ibi quoque Thom. Parpal. in repetit. colum. 8. versic. & ista ampliatio. ff. solu. matri. [Carol. Ruin. consilio 169. de re tribus, colum. 1. nume. 2. & rursus colum. sequen. num. 11. lib. v. & consil. 40. de re quidem, colum. 1. nume. 14. lib. 4.] An. Rubeus consilio 99. viso casu mihi proposito.

188 ¶ Et

188 ¶ Et hoc proculdubio verum est, non ea tantum ratione, quam de iure quætendo diximus, sed & aliis duabus minimè contemnendis. Primùm enim quia cùm filia renuntiat in contractu dotali, præsumitur cogitasse de liberis, vt plenissimè diximus suprà [in præfatione,] versi. 69. incip. sed hæc intellige, vt videlicet qnis in dubio. Et ideo non habet locum hæc l. ex communi nostrorum sententia, vt etiã latè diximus in [eadem præfatione, versi. 63.] incip. ex quo fit quòd si donans. Quam rationem vltra eam quã diximus, expendunt Corn. d. consi. 206. colu. 7. vers. ita est aduertendum, lib. 3. & Soci. d. consi. 54. col. 3. lib. 4. & Phil. Franc. in d. cap. 2. de pact. lib. 6. Item quia hæc donatio fit ob causam dotis. In istis autem donationibus ob causam non habet locum hæc l. vt suprà diximus in hac eadem gloss. Et hanc quoque in hoc casu rationẽ etiam adferunt Alex, d. consi. xix. lib. 3. & Corn. d. consi. 206. vbi nuper citauimus. & Dec in l. 1. C. de pact. & d. consi. 181. in fin.

189 INTELLIGE secũdò ea quæ diximus in renuntiatione siue remissione libera ac gratuita, de qua & ipsi locuti sumus. quòd si non gratuita fuerit, ea certè non obtinet vim donationis, vt plenè tradunt Bald. & Ang. & alij in l. contra. §. si filius, per tex. ibi, qui ad hoc est optimus, ff. de pact. & Bart. in l. 1. ff. de transactio. & etiam intelligunt cæteri omnes quos suprà citauimus, & omnibus id palam est. Nam nec donatio non gratuita est propriè donatio. l. 1. ff. de donatio. & latè supra diximus. nec huiusmodi remissio non gratuita requirit insinuationem, vt per Anto. Cana. in tracta. insinuationum. q. 46. [& Iason in d. l. contra. §. si filiusfamiliàs, colum. 2. num. 8. ff. de pact.] & ante eos Bald. qnem nõ citant [in d. l. quineriam. ff. de calumnia. &] in l. si donationis. C. de donatio. & in l. si inter. C. de solutio. [& consil. 241. primò quæritur, in fi. lib. 1.] Quòd si partim gratuita sit remissio, partim non gratuita, non ea partim est donatio, partim non est, vt expresiè voluit Bald. d. cons. 375. certum est quòd filia, lib. 3. & Pau. Ca. cons. 385. fine dicamus, col. 1. in 2. locis, lib. 1. & Alc. in l. alienatum. §. donationis. ff. de verb. signifi. atque etiam ita intelligũt omnes quos supra post prin. huius. q. citauimus. Et ad hoc quoque optimè faciunt quæ suprà diximus in donatione facta viliori pretio, iterumque in donatione remuneratoria, in 2. declaratione, rursumque in donatione ob causam, in 2. etiam limitatione.

190 ¶ Sed hoc in loco in dubium vocatur vtrùm si renuntiatio simpliciter facta fuerit, præsumatur in dubio esse gratuita, an contrà non gratuita. Et allegatur Ioan. And. qno loco suprà citauimus, videlicet in addit. Specul. titu. de instru. edi. §. porrò, in addit. vlt. quæ est in penult. colum. voluisse onus probãdi ei incumbere, qui dicit gratuitam. cum quo cõuenire videtur Bar. in l. 1. ff. de trans. per d. l. contra. §. j. ff. de pact. & l. 4. §. nunc de effectu. ff. de liber. legat. & qnia etiam quis in dubio donare non præsumitur, per l. cùm de indebito. ff. de probat. & optimè facit. l. si donationis. C. de donat.

191 ¶ Ego verò si de simplici renũtiatione cõstat, crederem ei onus probandi incumbere, qui diceret non fuisse gratnitam, sicuti cùm de donatione etiam simplici apparet, ea simplex & libera præsumeretur, nisi probaretur ob causam facta fuisse. Statur enim ei, quod simpliciter & prima statim fronte apparet. l. cùm precibus. C. de fide instru. quæ loquitur nuncupatim de instrumento donationis. Et alleganti qualitatem aut causam, de qua non constat, incumbit onus probationis. l. 2. ff. de probat. cum simil. Sed tu de hoc omnino vide Anto. Cana. in d. tract. insinuationum, in d. 46. quæstio.

192 INTELLIGE III. nõ procedere in renũtiatione (nisi potiùs donatio dici debeat) iuris ẽt quæsiti, quæ fieret ad eius commodum, à quo antè ad donantem gratis prouenerat: verbi gratia, tu mihi donaueras fundum, eamq́ue donationem acceptaueram. Ideoq; mihi erat ius quæsitum, atque vt nostri per quàndam metaphoram dicunt, radicatum, id est, quod iam radices egerit. Nam & Plinius lib. 18. c. 7. scribit frumenta multis radicari fibris; vt inde obiter scias, id verbum esse latinum. Sed vt ex semita in viã redeã. Posteaquã tu mihi quidẽ acceptanti fundum donasti, eidem fundo renũtio ad tuũ ipsius cõmodũ. Certè non est locus huic l. quãtus ac qualiscunq; is fundus sit. Nã & si aliàs qui perdit lucrũ iam quæsitũ & incorporatũ, ut hoc quoq; verbũ cũ nostris vsurpem, & eo quidẽ libentiùs, quod & Plin. ipse lib. 22. c. 23. verbo corporandi eodẽ sensu vsus est, vnde & incorporatio in rubr. & in l. 3. C. de bonis vacan. & incorp. lib. 1. qno ẽt vocabulo vtitur Columella, sed in alio sensu, in li. 6. c. 2. Qui igitur perdit lucrum incorporatum, id est, in cætera bona nostra veluti in vnum corpus redactũ, dicitur pati damnũ. l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loco publ. & l. nõ ampliùs. §. vlt. & ibi & glos. Dyn. Bart. Ang. Imol. Alex. & recẽtiores. ff. de leg. 1. & l. liberto octoginta. ff. de bon. lib. l. si is cui, in fi. eo. titu. gl. in l. 1. §. si quis propter inundationem, in verbo, per in integrum restit. ff. de iti. actuq; priu. Bald. in l. cùm te sponsæ, in princ. post Cy. ibi. C. de donat. ante nupt. & in l. iubemus, la j, in fi. C. de sacros. eccle. & con. 386. proponitur quod frater, lib. 1. cum infinitis propè concord. à me congestis in commentariis nostratum consuetudinũ tit. 2. §. vlt. in gl. 4. Hoc tamen non procedit, cum id lucrum ad eum redit a quo antè processerat. Nam enim videtur pati damnum, incommodum, aut pœnam, ex sentẽtia glo. not. in l. si ita stipulatio facta fuerit. & ibi quoq; Bar. & alij, præsertim Ias. in fi. qui hoc multũ commendat. ff. de verb. oblig.

193 ¶ Et hoc admodum confirmat, quod egregiè & eleganter voluit Andr. Pisanus doct. non

minus

minus illustris quàm antiquus in l. si tibi pecuniā.ff.si certum pet.quod si tu mihi donans rem quampiam tibi antè donauerat, hęc posterior donatio, quam tu scilicet mihi fecisti de ea reprius tibi à me donata, non reuocabitur propter ingratitudinem, sicut alię donationes: quoniam tu ob illam priorem donationem eras obligatus naturaliter ad remunerandum, vt est tex. in l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de peti.hæred. ideo postea eandem rem mihi redonando, videris fecisse causa remunerandi.l.si vero non remunerandi.§.idē Papi.ff.mand.Ex quo consequens est non reuocari ob ingratitudinem, per tex.& glos.in l.si pater.ff.de donat.de quo latè diximus suprà in donatione remuneratoria. Et hanc sententiam sequitur Iason omnium recentiorum doct.antistes, ibi in fin.etiam reclamantibus Guil.Cum.& Alber.in eadem l.Et facit quod suprà diximus de donatione mutua, in qua vterque capit,nume.105.incip.item alio modo.

194 ¶ Illius quoque op.& hanc nostram in casu huius.l.non mediocriter fulcit, quod singul. consuluit Paul.Cast.licèt non omnino constantet, consil.171.cuius caput est,in casu præsenti visis omnibus.colum.1.lib.2. quod in huiusmodi donationibus,eis scilicet factis, qui ante eadem rem donauerant, non requiritur consensus consanguineorum aliàs requisitus à statuto, tanquam hę donationes plus fauoris & priuilegij habeant, quàm cœteræ de aliis rebus factæ, arg.d.l.si vero non remunerādi.§.idem Papinianus, & nota.in l.fundum per fideicommissum. in princip.ff.de legat.1.Quanquam hoc nuncupatim reprobat Iason in l.cum filio familias.col. 12.versicu.item adde.ff.eod.de legatis primo, per textum, in l.2.C.si aduers.donatio.vbi minor non potest sine solennitate iuris, & ita sine decreto iudicis consentire patri volenti alienare rem immobilem, quam ante à patre habuerat,de quo & nos aliquid diximus in nostris legibus cōnubialibus in glos.4.in 2.questio in fi.

195 ¶ Sed & hanc partem non modicum fulcit quòd licèt obligatio antidoralis non impedit repetitionem indebiti soluti,vt voluit glos.in l. ex hoc iure, in verbo, obligationes,ad fi.ff.de iu stit.& iure,& diximus suprà in hac eadem glos. nume.68.incip. sed tamen ne quis erret.Id tamen intelligitur,cùm aliud soluitur.Secus autē si illud idē, quòd prius datum fuerat, & ex quo nata erat ea obligatio, per text.sing.in l.si testamento.§.1.versic. propterea quod creditor, & ibi Dy.Bart.qui id declarant, & qui eum text. dicunt sing ff.de fideiussor.Angel.in l.ex hoc iure ad fi.& Iason in l.si Procuratori falso. colum. 3.versicu.aduerte tamen.ff.de cond.caus.dat.] Ego autē quantum ad casum.l.nostræ pertinet, arbitror ei non esse locum in huiusmodi specie, de qua tractamus, per ea quæ suprà diximus tū de donatione remuneratoria,tum de donatione mutua,in qua vterque capit.

196 INTELLIGE quartò vt lex nostra procedat in renuntiatione siue remissione iuris aut debiti,sine rei certæ & indubitatæ, vt loquitur, l.1.ff.de transactio.de qua scilicet liquet testibus, instrumentis, aut aliis documentis: secus si de ea nulla aut non idonea, siue dubia sit probatio, quia tunc non est donatio,& eam potest facere tutor aut quiuis alius administrator, vt dicit gl.in d.l.contra.§.si filius, in glo.vlti.ff.de pactis, & in l.imperatores,in glos.1.in fin.eod. tit.& apertè innuit alia glo in l.pactum curatoris, & ibi Bart.Angel.& Salyc.C.eod.tit.& Bal. [in l.1.colum.1.C.de bon.mater.&] in c.cùm contingit,circa medium, extr.de trāsact.Bart. consi.47.nunquid tutor,ante fin. [Angel.in l. penult. colum.2.versic.quinta fuit.ff.de duob. reis Rom.consi.50.idem in præfacta.] & Petr. Anch.consi.136.ex consiliis,post princip.& latè Alciat. in l.dedisse.ff.de verbor.signifi. & latè Philipp.Dec.consi.297.non patitur, colu.vlt.& apertissimè probat tex.in l.præses.C.de transac.

197 ¶ Nam nec talis remissio indiget insinuatione, secundum Bald.Angel.Saly. subdubium tamē,& Paul.Cast.in d.§.si filius.Ex quibus Ange.dicit glos.ibi esse sing.& Bald.Angel.& Paul. Cast.in l.tale pactū,in prin.ff.eod.tit.& Bal.[in l.in personam.in addit.eo.quoq;tit.] consi.231. præsupposito, lib.1.& Raph.Co.con.24. testator filio,col.3.Ro.in l.Modestinus. ff.de donat. Paul. Cast.in l.1.ff.eo.tit.Alexan.qui dicit signanter notādū.& Anto.ab.Alex.& Iason in d.l.pactum curatoris.& idem Alex.in l.Ne sennius.§.si debitori,in fi.ff.ad legem falcid.& in d.l.si mulier.ff.de condit.ob caus.& Barb.consi.41. illud afferam in medium,col.16.versic. item est ponderandum,lib.1.& Anto.Cana.in tract.insinuationum,in 46.quæstio.& Alciat.in d.l. dedisse. ff.de verbor.significat. Et bene facit text. in l.si tutor, in princ. ff.de iureiur. Et quod voluit Bald.consi.15.factū tale est, domina Anerana, col n.vlt.vers.respondeo quatenus, lib.3.[nec talis item remissio simoniam in ducit secūdū Panor.in c.veniens,le 1.& ibi Philip.Dec. colu.2. versic.secūdo limitatur, extrà de testibus.Ang. Clauas.in sūma,in verbo,simonia,le 3.vers.4.]

198 ¶ Verùm cōtrarium,vt videlicet remissio debiti nō liquidi habeat vim donationis,nec tutor aut curator aut alius administrator, qui non potest donare,nō etiam possit tale ius aut debitū remittere,tenēt Bald.& Salyc.sibi contrarij,& Raph.Fulgos.in l.1.C.de pact.& idē Fulgos. & Iasō in d.§.si filius.Imol.in l.ex duobus,la 2.col. 8.[& ibi etiam Franc.Aret.colū.x.vers. amplius credit.]ff.de duo.re.& Alex.sibi etiam cōtrarius consi.22.viso instrumento syndicatus, colum. 3.versicu.& dato etiam,& seq.lib.1.& Alciat.si bi cōtrarius,in d.l.pactū curatoris. C.de pactis.

199 ¶ Nā licet,inquiunt propè omnes nullæ diutiùs appareāt probationes,tñ in futurū [in opinatę quędā] poterūt emergere.l.admonēdi .ff.de iu

reiur.

259 XIII. vtrùm hæc l. habeat locum in legatis, verbi gratia, Si filius fuerit in testamento præteritus, irritum est testamentum, legata tamen rata manent, per auth. ex causa. C. de libe. præte. Quid igitur si post testamentum natus est filius testatori nihil tale cogitanti, aut etiam tempore testamenti habebat filium, sed sibi ignotū, quia fortè nesciebat vxorem absentem peperisse, aut credebat filium mortuum. Panni enim refert, non habeas filium, an habere te ignores: vt latè diximus supra in verbo, filios non habens. versi. 15. incip. sed & illud in quæstionē vocatur. Nunquid igitur tunc conseruabuntur legata, per d. authen. ex causa, an vero irrita manebūt ex hac l. nostra? In quam rem multa possent adduci, quæ diximus in præcedenti. quæstio. quæ tu videbis, ne repetam. Sed & tu præterea videbis omnes hanc rem latissimè tractantes, tum in d. authen. ex causa. tum in l. filio præterito. ff. de inoff. testamen. ex quibus facilè intelliges tē hanc esse admodum obscuram, fuisseque multos qui asserunt reuocari, multos qui contra negant, multos item qui (vt fieri assolet in diuersis sentētijs) distinctionibus, & alij quidem aliis temperare, & veluti opinionū cōtrouersias componere nituntur, & omnes multis magnisque rationibus subnixos, quas huc adscribere supersedimus, ne quod in vno ac altero loco abundè ac penè superfluenter tractatum ab alijs comperimus, huc veluti transplātatum inferere videamur. Erimus igitur nunc contenti solam doct. nomen clarturam subscripsisse.

260 ¶ Sunt enim qui simpliciter negant d. authen. ex causa, habere locum in posthumis, quin asserunt eorū natiuitate reuocari legata. In quibus est Accursius in l. 2. C. de posthu. hæred. institu. Azo præceptor illius, & Iaco. But. prout illos retulerunt doct. in d. authen. ex causa, & in d. l. filio præterito. Et hanc quoque sententiam secutus est Ray. Forl. vt retulit Bart. & alij plerique in d. authen. ex causa, eādem quoque sequitur Old. consi. 149. super prima quæstione, in 2. dubio. Cy. & Ray. in l. 1. ff. de testa. tute. vt retulit Bald. ibi, sequitur etiam Alber. in l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicom. liber. & latissimè Signo. consi. 24. si quæratur nunquid. & rursum cons. 113. quæstio est an rupto testamento, vbi in fin. dicit quòd legens Bononiæ de hoc consultus in quadam quæstione Neapolitana idem consuluit cum multis alijs doc. & consi. item 220. factum sic præsupponatur quidam ciuis, col. 2. vbi & illud idem refert de dicta quæstione Neapolitana Bart. in l. in cōfirmando, in fin. ff. de confirm. tut. & in l. qui filiabus, in fin. prin. ff. de leg. 1. & consi. 13. ex facto proposito, col. 3. versi. de tertio autem principali dubio, vbi & hoc dicit tenere Dyn. Odof. Mar. Sil. Iac. But. Oldra. & alios, [& Bald. in l. & post litem, in addi. col. pe. versi. super quæstione qua quæritur. ff. de transactio.] & Cardin. Flor. consi. 20. cùm in testamentis, in primo dubio.

261 ¶ Idque etiam affirmant nonnulli non leuis quidem authoritatis procedere, si in testamēto fuerit apposita clausula codicillaris, nihilo enim secius reuocari legata natiuitate posthumorum. Cuius sententiæ fuit Albe. Galio. in suā Margarita, tit. de testa. vers. pone quæstionem de facto. & Spec. vt illum nonnulli allegant, tit. de instru. edici. §. compendiosè, versi. pone quidam facit testamentum, & ibi quoque Ioan. Andr. in addi. ipsius. & Card. Flor. d. consi. 20. in 2. dubio & Soc. consi. 93. testamentum præmissum, colu. 3. vers. sed tamen his non obstantibus, lib. 4.

262 ¶ Contrarium simbliciter, videlicet legata non irritari per natiuitatem posthumorū, sed conseruari ex d. authen. ex causa, tenuit Accursius

cursius sibi contrarius in d.l.generaliter.§.ex testamento, in verbo, constat.ff.de fideicom.liber. & in l.si pater, in verbo, aut fideicommissa, eod. tit.& in l.bona.§.vlti.in verbo, testamentum.ff. de capti.& postli.reuer.& in d.l.1.ff.de testam. tut.& in l.iure nostro.§.vlti.& in l.si pater, eod. tit.& in l.si quis testamento facto. ff. de legat.2. & in l.1.& ibi etiam Paul.Castr. C.de codicil. & in l.1.C.de bon.possess.contra tabul.Petr.Iac. Areti.Iaco.Ray.Cy.sibi etiam contrarius, Fran. Rampo.& Bald.in d.auth.ex causa.Nicol. Mat. Bald.& Salyc.in d.l.1.C.de posthu. instit. Petr. Iac.in sua practica, titu.de condi.ex leg. omnimodo pro legitima portione debita filiæ, colu. 17.versi.item posthumo prælterito. Bart. secum quoque preter morem pugnans, consi.52. in nomine domini Salumben.Ioannelli. Bald.in l.Titia.ff.de inoffi testa.vbi tamen dicit quòd prima op.continet æquitatem, & consi.215. testamentum, circa medium, lib.4. vbi dicit de hoc esse tex.sing.no.à Ia.Are.in d.l.generaliter.§.ex testamento & Angel.consil.211.ex facto proposito, colu.1.in 3.dub.Imo. in d.l. filio præterito. Raph.Fulgo.consil.69.punctus talis est, Marianus, in fin.Corn.[consi.156.pro densione, colu. 5.ver.prætereà lex, lib.2. &] consi.234. placent mihi.col.2.versi.circa secundum, lib.2.& consi. 225. antequam aggrediar, col.2.li.3.vbi dicit se sæpe ita respondisse & tenuisse consulendo & legendo.& hanc op.Ias.in d.auth.ex causa, col. 4.dicit esse communem.

263 ¶ Sed hæc op.ita à multis scinditur, vt eá cum priori concordent, vt videlicet posthumus non reuocet legata, secundum posteriorem op. si is fuerit scienter prætertius, quia testator de eo cogitabat, & nihilominus illum prætertiit. Secus si posthumus ipse, aut etiam iam natus (vt nunc vtrunque coniungamus) ignoranter fuerit preteritus, quia testator non cogitabat de posthumo, aut iam natum filium ignorabat, vel eum mortuum putabat. Nam tunc, inquiunt, non locus est d.authenti.sed huic nostre l.Ita voluerút Bart.huius distinctionis veluti antesignanus, & post eum Angel.Pau. Cast. Guid.Pru. & Ioan.à montefetrato in d.auth. ex causa. Bart. Bald. & Angel.in d.l.filio preterito, Bar.in l.cùm mater. ff.de inoffic.testa.& in l.1.in 6.quest. ff. de iure codi.& in l.confirmando, in fin.ff.de confir.tu. & in l.tale pactum.§.vlt. in fi.[per illum tex.]& ibi Angel.& Paul.Cast.ff.de pact. & idem Bart. in repe.l.1.in 2.q.in prin.C.de sacro.eccl.vbi & hoc quoq; dicit procedere in relictis ad pias causas, & consi.146.viso prædicto puncto, & consi. 204.Cechus condidit testamentum, & consilio 210.Lapus fecit testamentum Benedic.Plumbi. in d.l.generaliter.§.ex testamento. ff.de fideicó. liber.Bald.& Ang.in l.Titius, in princip. [& ibi Franc.Are.]ff.de libe.& posthu.& ipse Bal.in d. l.1.ff.de testamen.tut.[& in l.si totas.C. de inoffi.donat.& in l.2.§.si quid ex test.ff. de condict. indeb.]& consi.239.quia vltimus passus, col 1. lib.3.& consi 424.presupposito quod dictus testator, lib.4.Ange.hic, & in d.l.3.C.de bon. poss. con.tab.& in l.militis codicillis.§. in supremis. [& iterum in l.qui iure.] ff.de milit.test.& in §. siue igitur, col.4.versi. dici potest, in auth.vt cú de app.cog.& cósi. 76. posita pro constanti, col. vlt.versi.secúdò de secúdo.& cósi.108.ista q.in 2.dub.Pet.An.& legendo & consulendo, vt retulit Imol.in d.l.filio preterito. Nam & ita eum comperi tenuisse in c.si pater, in 7.not. de testa. lib.6.Card.Flor.consi.20.cum testamentis, col. 1.versi.quò ad primum.& Rom.consi.122. circa id quod effectualiter, col.2.versi. quo ad secúdum, Ioan.Ana.cons.28.visis & ponderatis, col. 3.& ibi etiam Bal.in addi.col.4.versi. de prima prætetitione.Alex.consi.41.viso tenore, col.penult.lib.1 & con.47.abunde per celeberrimos, col.2.versicu. quo ad quintum, lib.2. vbi dicit quòd periculosum esset tenere contrariú Barb. in repe.l.cum acutissimi, col.3.versic.nihilominus credo.C.de fideicom.[& in repe.rub.C.qui admit.col.21.ver.18 adduco,]& in repe.c. Raynaldus, colum.6. ver. non obstat cum dominus, ext.de testa.[& cons.60.illud afferam, col.2.versicu.ex istis, lib.2.] Franc.Aret.cons.24.quatuor dubia, col.1.versi.pro ista conclusione, [& cons. omnium vlt.vbi & ita dicit consuluisse Bapti.Sá sauer.& hanc esse communem opin.& Stephan. Bertrand.consi.10.viso testamento, per totum, lib.4.] Soc.d.cósi.93.quo loco suprà citauimus lib.4.[Caro. Rui. qui & hanc dicit æquiorem, con.2.quæstio, col 3, lib.3. vbi hanc rem latè tractat, & consi.6.quod est, eo.initio etiam col.1. eo.lib.3.]& Alcia.lib.1.de verbo.significa. char. vlti.& D.Guid. Benedict.in repeti.cap. Raynutius.in verbo, in eodem testamento relinques, nume.232.extra de testamen. Et ita quoque videtur voluisse Signo.in illis consi.suprà in prima parte allegatis, si solerter legantur. Et hanc opi. dicit esse seruandam in pratica Corne.in d.authen.ex causa, colum.10.Et pro ea facit tex.in l. idem est, quæ est 3.ff.de conditio.indebi.

264 ¶ Et hanc quoque sententiam probat vetus opinio. Nam apud Plautum antiquum Poetam Comicum in Pœnulo, cùm Iachon pœnus falso existimans, sed non iniustis rationibus adductus, filium suum vnicú, cui in ea fabula Agorastocli nomen est, naufragio aut aliter periisse, patrueli suo bona sua reliquisset, compertumque postea fuisset filium illum testatoris viuere, Milphio tanquam arbiter quidam honorarius hanc confestim sententiam illi patrueli apertè pronuntiauit.

Paterna oportet reddi filio bona,
Aequum est habere húc bona, quę possedit pater.

Cui patruelis assentiens atque acquiescens, ita protinus respondit,

Haud

Haud postulo aliter, restituentur omnia,
Suam rem sibi saluam sistam.

[A' quo nec latum quidem vnguem dissidet quod scribit Valerius Maximus, li. 7. cap. item 7. cuius tit. est de testamentis, quę rescissa sunt. Militantis ait, cuiusdam pater cùm de morte filij falsum è castris nuntium accepisset, aliis hæredibus scriptis decessit: peractis deinde stipendiis adolescens domum petit: errore patris, impudétia amicorum domum sibi clausam reperit. Itaque depositis armis coactus est in foro togatam ingredi militiam, cum improbissimis hęredibus de paternis bonis apud centumuiros cótendit, omnibusque non solùm consiliis, sed etiam sententiis superior discessit.]

265 § Idque dicunt multi ita procedere, vt si ignoranter fuerit iam natus aut posthumus præteritus, irrita sunt legata, etiam si fuerit apposita clausula codicillaris, ita enim voluit Bart. & huius quoque op. princeps in d. authent. ex causa, col. vlti. & ibi Ias. col. pen. & Pau. Pichus, & idé Bart. in d. l. j. in vj. q. & ibi etiam Ange. ff. de iure codicil. & idem Bart. in l. pen. eod. tit. & in omnibus consi. supra allega præterquam in primo, vbi nihil de huiusmodi clausula dicit Bald. & Ang. in d. l. si Titius. ff. de libe. & posthu. & in d. l. filio præterito. ff. de iniust. testa. Bald. subobscurè in l. qui filiabus, in prin. ff. de leg. 1. & apertiùs in d. l. si totas. C. de inoffic. dona. vbi ita dicit se consuluisse, sicuti verè consuluit, in illis duobus cósil. suprà proximè citatis, & præterea cons. 156. clausula codicillaris. colum. 1. lib. 2. & cons. 459. proponitur quòd dominus Antonius, ad fi. lib. 5. Ang. in [d. l. qui iure.] ff. de testa. milit. & in l. 1. ff. de iure codicil. & in l. 1. per glo. ibi relatam ad tex. C. de codicil. vbi id dicit sing. & menti figendum, & ita determinatum fuisse per collegium Perusinum, & d. consil. 76. colum. vlt. vers. de tertio veritas est. & etiam consil. 51. ex facto proposito, col. 3. & consi. 216. in quæstione vertente, col. vlti. & d. consi. 211. col. 2. in 4. dubio, & consi. 364. visa facti narratione, colum. 3. Car din. Flor. d. consilio 20. colum. 1. versic. quò ad secundum, Pau. Cast. in l. sicut certi, post princi. C. de testa. mil. & consi. 200. clarum est testamétum, in 3. dubio, lib. 1. vbi hoc dicit æquissimú. Alex. d. consil. 41. colum. vlt. lib. 1. Corne. consil. 244. videtur in hac consultatione, ad fin. lib. 4. Franc. Aret. d. consi. 24. vbi hanc dicit esse communem. & rursum latè consil. omnium nouissimo, in primo dubio. Soc. d. consi. 93. lib. 4. & Barba. qui etiam asserit esse communem, consil. 60. illud afferam, col. 3. & seq. lib. 2. & Ias. in d. l. 1. col. vlt. C. de bon. possef. contr. tabu. & Stepha. Bertrand. consil. 170. proponitur in facto, nu. 5. & seq. lib. j. & consil. 195. ponitur in facto, nu. 4. eod. lib. 1. & D. Guil. Bened. in repet. ca Raynutius, in glo. in eodem testamento relinquens, le 1. n. 247. & nouissimè Anton. Rub. consi. 112. viso testamento mihi exhibito, & iterum consil. 125. præsens casus, colum. 1. & 2. Et hanc op. dicit æquam, licèt non sequatur. Bald. in l. vltim. C. de codicil.

266 § Et hanc op. confirmat quod scribit Bal. in consi. 319. quidam Nicolaus, col. vlt. lib. 5. quia clausula codicillaris cessat, cùm cessat voluntas testatoris. De quo & per Philip. Deci. in l. precibus, colum. 10. versi. vlterius tamé. C. de impub. & ali. sub. & consi. 205. in causa istorum nobilium, in fin. & consi. 248. visa petitione, colum. vlt. [& consi. 287. in ciuitate Placentiæ, colum. 3.] & consi. 291. visis & diligenter consideratis, colum. 2. & alibi sæpe. Ná & ea clausula non tendit nisi ad conseruandam voluntatem testatoris, vt dicit Bald. in l. vltima, colum. 4. versicu. nunc aliqua. C. de codicil.

267 § Sunt & qui contrarium tam in primo quàm in secundo asserunt, videlicet (vt primú primo loco expediamus) conseruari legata, etiá si posthumus aut iá natus fuerit ignoranter præteritus, videlicet glos. in l. si vxorem prægnanté, iuncto text. in verbo, ignoranter. ff. de manu. testa. & Franc. Rampo. in d. auth. ex causa, & in repe. d. l. filio præterito, ptout ibi illú retulit Imo. qui idem tenet. & Bald. sibi contrarius, in l. si cú vel in vtero C. de testa. mil. & idem Bal. qui hoc dicit præsertim procedere in legatis modicis, & relictis pro anima vel pro coniunctis, in d. auth. ex causa, & ibi etiam Saly. Fulgo. & Corne. qui dicit hanc esse veriorem de rigore iuris, sicut etiam dicit & latè eam comprobat consi. 195. in hac consultatione, per totum, lib. 1. & cósi. 158. pro decisione, col. 9. li. 2. & cósi. 244. videtur prima facie dicendum, col. 4. versi. nec ob aliud, & seq. eo. lib. 2. & con. 150. prima facie, col. 2. vers. sed hoc non habet obstare, lib. 3. & consi. 194. videtur in præsenti, colum. 3. versi. & licet magnum, eod. lib. 3. & d. consi. 225. antequam aggrediar, colum. 4. versi. & quia præteritio, cum multis seq. eod. lib. 3. in quibus locis tamen dicit quòd non auderet firmare, propter authoritatem Bar. & sequacium. & rursum ipse Bald. in repe. d. l. 1. colum. antepen. versi. aduertatis. C. de sacro. eccle. & Stepha. Bertrand. consi. 225. ponitur in facto, colum. 2. versicul. sed quicquid sit, lib. 2. & Ioan. Igne. in d. authen. ex causa, chart. 19. versi. tertiò inuenio. Et pro hac sententia bene facit text. in l. cùm mater. ff. de inoffi. testam. quæ ex diametro contraria est d. l. idem est. ff. de condi. indeb. quod à paucis expensum est: nec video quo pacto ab antinomia tolli possit, nam vtrobique pater falsò putabat filium, quem præteribat, obiisse, & ita re tantum, & non consilio, vt nostri dicunt, præteribat, Et tamen in vna lege præstari non debent legata, in altera debent. Soluat igitur Apollo.

268 § Et hanc partem obseruasse Hetruscos illos Italorum antiquissimos, iurisque & diuini & humani peritissimos, planè cóstat ex eo quod scribit Liuius lib. primo ab vrbe condi. Lucumo

inquit,

inquit, Demarathi Corinthi filius erat, qui ob seditiones domo profugus, cum Tarquinijs fortè cõsedisset, vxore ibi ducta, duos filios genuit. nomina his Lucomo atque Aruns fuerunt. Lucumo superfuit patri bonorum omnium hęres. Aruns priusquam pater moritur, vxore grauida relicta, nec diu manet superstes filio pater: qui cùm ignorans nurum vẽtrem ferre, immemor in testando nepotis decessisset, puero post aui mortem in nullam sortem bonorum nato, ob inopiam Egeno inditum nomen. Hęc Liuius. In quibus vides Lucumonem, cum ignoraret nurum prægnãtem esse ex filio Arunte, alteri filio omnia reliquisse, idq́; ratũ firmumq́; mansisse, nec aliquid nepoti ex filio ignorãtiam aui profuisse. Eademq́; ferme tradit Dionysius Alicarnasseus libr. originum. Romanorum tertio.

269 ¶ Qui item contrarium dicunt de clausula codicillari, videlicet quòd ob eam confirmãtur legata, etiam si ignorãter fuerit posthumus præteritus, ij suor Dy. Iaco. Are. & omnes penè scriptores ante Bar. vt ipse refert, in d. l. j. in 5. q. ff. de iure codic. Oldra. d. consil. 149. in 3. q. & iterum consil. 171. thema tale est, Titius filium, in vlti. dubio, Rayn. & Bald. sibi contrarius, in l. ex ead. §. vlti. ff. de testa. Specu. tit. de instru. edi. §. compendiosè, versicu. item vide Bart. subobscurè consil. 6. viso testamento, col. 2. Bald. Raph. Co & Alex. in addi. Bart. in d. l. 1. ff. de iure codicil. Bal. in l. pe. eod. tit. & in d. authen. ex causa, col. 4. & ibi etiam Saly. & Fulg. qui & hanc op. dicit æquam. Alex. [sibi contrarius, qui eam dicit esse communem,] & Io. à monte Sperello. ibi Idem Bald. in l. vlt. colum. pen. versicu. sed quæro nunquid ista clausula, & ibi quoque Saly. C. de codicil. & ipse Bald. in l. si ita fuerit. ff. de leg. 3. [& in l. generaliter. §. ex testameoto. ff. de fideicom. liberta. & io d. l. & post litem, in addit. colum. pen. versic. super secunda quæstione. ff. de transact.] & consil. 391. factũ tale est, quidã nomine Colla, in fin. eod. lib. 3. Saly. in d. l. 1. ad fin. & ibi etiam Paul. Cas. sibi item contrarius. C. de posthu. hæred. instit. Angel. sibi etiam contrarius. d. consi. 118. colu. vlti. Imo. in d. l. filio præterito, col. 9. & in l. qui filiabus, in princ. vbi & hoc dicit sensisse Bart. ibi. ff. de leg. 1. Pau. Cast. consi. 15. incipiendo à secundo, col. 2. lib. 2. & consil. 271. quanquam multa scripta fuerint, col. vlt. eod. lib. 2. Raph. Co. in l. si quis cùm nollum, in prin. ff. de iur. codicil. Rom. d. consi. 122. Alex. [consil. 26. circa primum dubium, col. 3. versicu. vel potest respõderi, lib. 1. &] consil. 37. in causa mota per Angel. colum. 2. versi. & constat de iure, lib. 1. vbi hanc dicit esse communem op. & consi. 123. discussis hæsitationibus, col. pe. versi. vel etiam dato, eo. lib. 1. vbi dicit hanc esse veram & communem op. & consi. 142. circa primam dubitationem, colum. 4. versi. tertio potest responderi lib. 2. quod errore impressorum iterum repetitum est consil. 103. lib. 3. & iterum, consil. 50. lib. 6. vbi dicit hanc esse cõmunem sententiam. idem Alexand. consi. 30. ponderatis his, col. 1. & 2. lib. 3. & consi. seq. eiusdem princ. col. 1. & Corne. sibi contrarius consi. 195. in hac coosultatione, colum. pen, versi. & idcirco, & seq. lib. 1. & consi. 118. videtur primo aspectu, col. pen. versi. & licèt Bar. lib. 2. vbi & hoc dicit tenuisse Panormi. in duobus consi. quæ reperire non potui, nec credo fuisse impressa, nisi sint ex iis quę ex Paul. Castr. suprà citauimus, vtpote quorum similia sont initia, quod magis credo. & idem Corne. d. consi. 158. col. antepe. versi. & idcirco. eod, lib. 2. & d. cõsi. 244. col. 5. & seq. eo. quoq; lib. 2. & consi. 133. in hac consultatione, col. 3. versi. ideo institutio, lib. 3 & Bened. Capra, consil. 106. punctus cum prout in facto, ante fi. & iterum consil. 115. Iesu Christi nomine repetito cum prout, col. 2. Ang. Aret. qui ita dicit sæpius consuluisse, in. §. 1. post mediom, Instit. de codicil. Barba. sibi etiam cõtrarius, consil. 6. vbi Christus non est, in 2. dubio, per totum. lib. 2. & Iason sibi etiam cõtrarius, in d. l. qui filiabus, col. vlt. ff. de lega. 1. Ludo. Bolo. consi. 73. Antonius Pergamensis, col. vlt. [Carol. Ruin. consil. 19. circa præsentem, colum. 3. versi. sed præmissis, eo. lib. 5. Philip. Deci. latè consil. 490. visis & circunspectis, colum. 1. & sequen.] & Stephan. Bertrand. sibi item contrarius, consil. 130. Christi &c. viso casu, nume. 1. lib. 1. & Fran. Ripa hic in 21. quæstio.

279 ¶ Sed circa hanc postremam op. debes intelligere multos ex iis quos proximè citauimus dixisse simpliciter clausulam codicillarem operari, vt debeantur legata etiam si posthumi fuerint ignoranter præteriti; sed & multos ex iis non ita simpliciter locutos fuisse, sed nuncupatim intelligentes in clausula còdicillari, quę ad futurum quoque tempus refertur, nedum ad præsens, his scilicet verbis, si non valet aut valebit &c. Nam ita, inquiunt, testator videtur cogitasse de futura ruptura testamenti, & voluisse sibi aduersus causas rumpentes aut rupturas prouidere. Et ideo saltem implicitè & in genere cogitauit de posthumis quod satis est, argumen. l. placet, & l. ideoque. ff. de lib. & posthu. & l. qui iure. ff. de testa. mili.

271 ¶ Nec desunt qui iterum distinguunt, an legata sunt modica, quæ etiam verisimiliter legasset testator, si cogitasset de posthumis; & ea non reuocantur, sed conseruantur ex d. authẽ. ex causa, alioqui reuocantur, & ita videtur voluisse Bald. in d. l. Titius, in prin. ff. de libe. & posthum, Ange. in d. §. siue igitur, colum. 4. versic. finaliter dici potest, in authen. vt cum de appel. cog. Franc. Are. in d. l. Titius, col. vlt. & con. 91. viso legato facto, colum. 4. versi. modò cum præterito, & d. consi. vlti. in primo dubio. Barba. in repe. l. cùm acutissimi, col. 45. versic. pone, testator. C. de fideicom. Socin. d. consi. 93. testamentum

tum præmissam, colū. 8. versic. ex quibus omnibus, lib. 4. cum alliis concordan. suprà in verbo omnia vel partem aliquam bonorum, versic. 6. incip. sed illud in dubium, & iterum versic. 25. incipien. & in simili. [Et cū his conuenit quod tradit. Ange. generaliter, consi. 51. Simon notarius, colum. 3. versi. solum igitur, quòd per huiusmodi clausulam cōseruantur legata, præterito etiam ignoranter posthumo, aut iam nato. quem restator putabat mortuum, si verisimiliter testator legasset, si de posthumo cogitasset, aut sciuisset filium viuere, per. l. pen. ff. de iure codicillor.]

272 ¶ Sunt & qui distinguunt inter legata & fideicommissa particularia, & vniuersalia, vt scilicet in legatis & fideicommissis particularibus clausula codicillaris operetur conseruationem legatorium, nō etiam in fideicommissis vniuersalibus. Et ita voluit Iacob. Bel. in sua disputata. cuius principium est, quæritur, pater vel mater condidit testamentum. Quam quidem disputationem posuit post. l. 3. C de liber. præter. Priorem tamen casum intelligit procedere, quando testator sciuit posthumū natum, & potuit mutare testamentum. Aliàs enim etiam clausula codicillaris nihil operaretur etiam circa legata & fideicommissa particularia, & eum sim pliciter refert & sequitur Alexan. d. consil. 252. col. 2. & seq. lib. 2. quem & tu in hoc vide d. consil. 142. circa primam dubitarionem, col. 3. versic. & hoc primo, lib. 2. Quin Bald. ipse in d. l. si cū vel in vtero, paulò ante fin. C. de testa. milit. simpliciter dicit legata particularia deberi etiam filio ingnoranter prætertito, non fideicommissa vniuersalia, nulla clausulæ codicillaris mentione facta.

273 ¶ Quid? quòd nonnulli à cæteris omnibus penè ex diametro distantes tenent reuocari legata ex præteritione scienter facta, non etiam cùm fit ignoran ter tanquam illic sit maior iniuria, maior impietas, maior dementia in testatore. In quam sententiam dicitur consuluisse Signo & concilium Mediolanense, vt retulerunt Bald. & Imol. in d. l. filio præterito, & idē quoque voluisse Iac. Are. & Oldra. retulit Corne. d. consil. 158. colum. 9. lib. 2. Et in hanc quoque sententiam pedibus vadunt, qui asserunt huiusmodi clausulam codicillarem nihil operari in præteritionem iam nati, sed tantùm in præteritione posthumi. Cuiusmodi op fuit Oldra. in d. l. Titia, vt illum retulit Bald. ibi. ff. de inofficio. testamen. & idem Oldra. & Iaco. Aret. in d. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicommiss. liber. prout illos citat Socin. dicto consi. 93. colum. 2. lib. 4. Et qui item scribunt hanc clausulam nihil etiam operari, cùm testamentum deficit vitio aut culpa testatoris, vt quia præteriuit vel exhæredauit. Secus si alio quopiam vitio extrinseco, videlicet ob defectum solennitatis. In qua sententia fuit glos. & omnes penè antiquiores doct. in dicta authēti. ex causa, & Guil. Cu. in l. vltima. C. de codicillis. Cyn. in l. ex ea. §. ex his. ff. de testamen. & Bald. consi. 386. factū super quo, lib. 1. & dicto consil. 391. in vltimo dubio, lib. 3. vbi hanc dicit esse communem opin. & consil. 431. incipien. glos. in authenti. ex. lib 3. & in d. l. 1. ff. de iure codicil. vbi ita dicit antiquos docto. communiter tenere, & in d. l. ex ea. § ex his. ff. de testamen. vbi dicit sæpe hāc partem consuluendo tenuisse. Adeò Bald. fuit leui maleque constante ingenio, iudicioque, vt ex tot. ac diuersis contrariisq; opinionibus nulla ferè sit, quam nō alicubi sequatur. Quod vix excusari potest, cùm non hic tantùm, sed aliàs sæpe sit varius, ac contrarius. Nam id aliquando contigisse, vt nōnnunquam Accursio & Bar. excusari quodāmodo potest: cùm Papinianus verè iuris asylum, ac legalis doctrinæ thesaurus ab Aelio Spartiano in Seuero imperatore appellatus, sliquando etiam in re eadem in contrarias declinauit sententias, si credimus Iustiniano in l. vlti. versicu. sed cùm in secundam. C. de fur. [Et cùm Bald. vbiq; tam varius fuerit, ausus est tamen constanter profiteri non esse sui moris variare, in consil. cxix. factum proponitur, colu. 2. vers. sed si vnum, lib. 3. Adeò in suis quisque vitiis cæcutit.] Sed ut redeamus, tu super illa postrema sententia vide doct. hanc rem latè tractantes in d. authen. ex causa, super glos. vlt. [Et præterea super hac tota quæstione, Bald. in l. Domitius. §. ex his. ff. de testam. & in l. cùm mater. ff. de inoffi. testa]

274 QVÆRO XV. vtrùm adoptio reuocetur, si adoptanti post adoptionem nascantur liberi naturales & legitimi? In qua re non opus est frustra tempus in longas disputationes trahere. Nam ea dubitationem non recipit, quandoquidem habemus tex. apertissimum in l. si te pares. C. de suis & legiti. quòd filius adoptiuus succedit patri adoptiuo cum filiis naturalibus & legitimis postea susceptis. Ex quo nemo non potest intelligere non reuocari adoptionem natiuitate filiorum naturalium, etiam quantum ad vim succedendi.

275 QVÆRO XVI. vtrùm reuocetur legitimatio filii naturalis, quā qui purius loquuntur, natalium restitutionem vocant, natis post eam legitimationem liberis legitimis & naturalibus. Quæ res in legitimatione, quam facit matrimonium subsequens, minimè dubia est, vt dicit Baldus, in lege cùm quis. C. de naturalibus liberis. Nam ibi textus est expressus, quòd filii ita legitimati succedunt cum postea natis, sicuti etiam cauetur in lege diui, eodem titu. Et hoc quoque pro indubitato asserit Barr. & post eum pleriq; omnes in l. ex facto, in princi. ff. de vulgar. & pupillar. per tex. in d. l. cùm quis. & in §. 1. in authen. quib. mod. natura. effician. legiti.

276 ¶ Quanquam Bald. ipse in l. eam quā. col. 8. versi. denuo dubitatur. C. de fideicom. dicit in-

intereſſe,vtrùm poſtea nati ſint ex eadẽ matre, ex qua & legitimati antè fuerant ſuſcepti,an ex alia:vt priori caſu legitimatio rata maneat, altero irrita. Quam diſtinctionem tamen reiicit Raph.Fulgo.conſil. 65.cuius caput eſt, Titius coniugem non habens,& Anto.Ruſel.in tracta tu legitimationis,in fin.2.lib.& ferè omnes indiſtinctè de hac re loquentes.Licèt Fran.Areti. in dicta l.ex facto,dicat illã eſſe multum æquã, quia leges multum fauent ei qui matrimonium contrahit cum ea quam iam illicitè cõpreſſerat.

277 CAETERVM quantum ad alias legitimationes pertinet,res eſt admodum difficilis, & quæ illuſtrium doct. ingenia variè torſerit. Nam & dubiam & obſcuram eam dicit Bal. cui nihil aliàs prope dubium eſt , in d.l.cũ quis.C. de natur.liber.& Raph.in d.l.ex facto.ff.de vulga.& pupilla. vbi ob rei difficultatem nõ auſus eſt ſuũ iudicium interponere, & ſimiliter Bar. qui & ipſe ſibi omnia aperta clara , & dilucida facit aut fingit,primùm quidem con.9.exordio illud in medium referam, colum.4. verſicu.vnde eſt inter docentes,lib.4.& iterum conſil.49. incipien.clementiſſimum Deum,colum. 4 verſicu.facit etiam ad hoc,eo.lib.4. Quin & eam veluti in medio relinquit Socin. conſi.251.prima conſultatione,colum.4.verſi.omitto illam, lib.2.

278 ¶ Verùm Dy.in d.l.ex facto,tenet ſimpliciter reuocari,tum per illum text.in quo ſubſtitutio exemplaris expirat liberis poſtea ſuſceptis tum per text.in hac l.noſtra.Nam vt hoc illi ad das,legitimatio dicitur donatio ſiue donum patris & principis,in authen.item ſiue legitimis. C.de natur.libe.& in §.ſi verò is qui ſolummodo,in authen.quib.mod.natu.effi.ſui, & voluit Bald.in l.2.ad fin.C.ſi quid in fraud. patr. & in l.1.col.1.C.de iure aur.anoul.& in l.ſeruis,poſt medium.C.de legat.[& in l.nam ita diuus, colum. 1. ff.de adopti.] & conſi.56 an pater,poſt princip.lib.2.& iterum conſi.129.factum proponitur,colum.2.verſi.circa tertium , eo.lib.2. & conſi.56.incipio à ſecundo, colu.2.lib.4. & conſil.502. eſt conſiderandum,colum.2. verſi. item legitimatio,eod.lib.4.Ideoque ſicut donatio reuocatur ob ingratitudinem.l.vlt. C. eod. tit.ita & legitimatio, vt dicit Bald.in c.5.§.filij, tit.ſi de feud.fue.contr.inter do. & agn. & dicã pleniùs paulo poſt,verſ.287.incip.quinta ratio.

279 ¶ Idem autẽ cum Dyn.in d.l.ex facto, uoluerũt Guil. Cai.Alb.& Pau.Ca.in l.tale pactũ. §.vlt.ff.de pactis,per tex. ibi, de quo ſuprà in præfatione diximus dicuntq; ita ipſum Dyn.cõſuluiſſe.idem quoque voluit ipſe Guil. in l. 1. C.de natur.liber & Oldra.conſi.247.factum tale eſt,in primo dubio,vbi præter hanc l. allegat etiam l.cùm Papinianus.C.de fideicom. & l.generaliter.§.vlt.C.de inſt.& ſubſt.& ſimilia quædam iura,de quibus etiam diximus in princip. noſtræ l.& præterea quoque cap. dilecti.& cap. ſuggeſtum,de deci.vbi noua cauſa ſuperueniẽs tollit priuilegium.& [Guid.Suza. in l.humilẽ. C.de inceſt.nupt.]Bald.in d.l ij.ad fin. C. ſi in fraud.patro.dum ſimpliciter citat Dyn. ubi ſuprà,& in c.innotuit,colum.3.verſi.ſed nũquid legitimatio,ext.de elec.dum vtrobiq; ſe remittit ad Dy.in d.l.ex facto.Sed & idem apertè tenet Angel.in l Gallus.§.& quid ſi tantum ff.de libe.& poſth.Barb.in repe.l.cùm acutiſſimi, columm.4.verſi.facit quod pulchrẽ C.de fideicom. vbi ita dicit conſuluiſſe. Florentiæ. & D. Guil. Bene.in repeti.cap.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelpham,nu.188.ext. de teſta.

280 ¶ Et his ſubſcribere videntur, qui ſimpliciter negant legitimatos ſuccedere, ſi poſt legitimationem naſcantur liberi naturales & legitimi.In quibus eſt Guido Suza.in d.l.1.C.de natur.liber.per hanc l.noſtram, vt retulit Ioan. And.qui & in eam ſententiam non obſcurè uidetur inclinare,in addi.Specul.tit.de ſucceſ.ab inte.§.5.verſi ſed ex facto.Et idem quoque palam voluerunt Pau.Caſt.& Phil.Corne.in d. l. ſi te parens C.de ſuis & legi.& rurſus idẽ Pau. Caſt.conſi.22.cuius pr ncipium eſt, viſis omnibus quæ narrantur,col.2.lib.2.

281 SVNT TAMEN maiori numero qui contrà negans reuocari legitimationem natiuitate liberorum,ideoque legitimatos ipſos ſuccedere cum filiis legitimis poſtea natis aſſerunt cuius ſententiæ fuerunt Rayn. Cyn. & Sal.hic. Ray.Bald.ſibi ubique contrarius,Ang. item ſibi diuerſus,Imol. Alexand. & Iaſ. qui hanc dicit eſſe communem & veriorem, & in puncto iuris,& in practica,in d.l.ex facto.Specul.d.tit. de ſucceſ.ab inteſt.vbi ſuprà, & ſequẽ.quoque verſi.vbi & ipſe Ioan.Andr. qui alterius factionis eſt,dicit ita tenuiſſe Goffre. & Alber. Gali. in ſua marga. titu.de natis ex damnato coitu. And.Iſer.in c.naturales,& ibi quoq; Iac. Alua. & Cardi. Alex.col.2.tit ſi de feud.fuer. controu. inter domi.& agn.[Alber.in rubri. C. de natura. liber.colum.2.verſicu.quod autem nati, & in l.licèt,verſicu. item quæritur,eod.ti.]] Bald. & Ange.qui dicit ita vidiſſe ſe ſæpius obſeruari,& Rapha.in d.l.ſi te parens.C.de ſuis & legiti. Idem Bald.in d.l.eam quam , colum.8 verſi. denuo dubitatur. C. de fideicommiſ. & conſil. 306.caſus quæſtionis, [circa medium,] verſic. [ſecundum motiuum,lib 2.] & in ſua margar. in verbo.legitimatio,colum. 1. verſicu.legitima tio iam facta. collect.in cap.vlti.colum.penult. verſicu.quid ſi quis legitimauit,extra de dona. Ange.in d.l.cùm quis. C.de natur. liber. Anto. in d.c.per venerabilem.colum.33. & ibi etiam Panormi.colum.antepenulti.verſ.ſed alia quæſtio,& Cardi. Alexand.ibi,in d.§.quòd autem, char.27.verſicu.quæro.14.principaliter,& iterum char.ſeq.verſicu.quæro.16.Petr.Anchara. in d.c.ſuggeſtum,de deci.& ibi quoque Panormi.colum.2.verſi.vltimò ſcias, qui licèt ponat

caſum

tasum in legitimato per matrimonium, tamen videtur intelligere in omni legitimato, tum per rationem qua mouetur quæ omni legitimato conuenit, tum per doctores quos citat, qui etiã generaliter loquuntur. Idem Petr. Anch. in c. 2. de concessi. præb. lib. 6. Anton. Rosel. in suo tractatu legitimationis, in vltim. q. li. 2. vbi hanc dicit esse humaniorem partem. Rapha Fulgo. in d. consil. 65. in primo dubio. Rom. d. consil. 194. in vlt. dubio, vbi dicit sing. hoc procedere, etiam si in priuilegio legitimandi concesso Comiti Palatino esset illa verba, sine legitima prole, quia ea debent intelligi de prole existente tempore legitimationis, non de ea quæ postea nascitur. Bened. Capra. consi. 157. fuit dispensatum, col. penul. versi. nec obstat quod & tertiò. Alexand. consi. 138. opportunè consideratis, colum. 1. versi. quinimo dato, lib. 1. & consi. 188. videretur prima consideratio, colum. 5. versic. item respondeo quod legitimatio, lib. 5. Franc. Aret. in l. humanitatis, colum. 2. C. de impub. & ali. subst. Francis. Cur. senior consil. 16. clarus vir, colum. x. versi. quartò comprobatur omnia, & consi. 74. super memorata, colum. xv. versic. corroborantur præmissa. Philip. Dec. qui & hic dicit communem esse opin. consil. 258. in casu domini Francisci, colum. vlt. & consil. 37. viso puncto, colum. penult. versi. quartò non obstat, & consi. 576. pro resolutione, colum. 2. versicu. & primò clarum est, Et in hanc quoque inclinare videtur Barba. consi. 49. clementissimũ Deũ, colum. 4. versicu. facit etiam ad hoc lib. 4. [Et his fauet lex illa è scholis declamatorum deprompta. Nothus ante legitimum natus, legitimus filius sit; post legitimum natus, tantùm ciuis; cuius meminit Quint. lib. 3. Institutio. Orato. cap. 8.]

282 ¶ Horum rationes multæ sunt, sed quas ego in octo concludam, easque pro virili confirmabo. Prima. Nam cùm legitimatio perfecta fuerit, non debet irritari. l. si vt proponis. C. de confir. tut. & l. sancimus. C. de admi. tut. Nam & quæ vtiliter constituta sunt, durant, licèt postea contigerit casus, à quo initium capere non potuerunt. l. pluribus. §. & si placeat, & ibi Bat. & alij. ff. de verbo. oblig. & l. in ambiguis. §. nõ est nouum. ff. de regu. iur. & cap. factum legitimè, eo. tit. lib. 6. & ibi concord. & hoc maximè in priuilegiis, cuiusmodi est legitimatio. ca. decet, eod. tit. lib. 6. & ibi etiam concor. Legitimatio autem cùm primum facta est, statim sortitur effectum, quia facit naturalem legitimum, tanquam si ab initio esset natus legitimus. §. reliqui, in authen. quib. mo. nat. effi. sui. Ergo ex superuenienti casu reuocari non debet, vt etiã optimè probat tex. in §. tribus, eod. titu. & in §. sancitum, in authen. quib. mod. natu. effic. leg. vbi licèt per matrimonium sequens filij naturales legitimantur ob filios in ipso matrimonio procreatos; tamen si filii in eo geniti, postea moriantur, non tamen reuocatur legitimatio, quæ iam sortita est effectum. Et ex hoc, inquiunt, tollitur fundamentum, quod ex d. l. ex facto ff. de vulg. & pupil. substi. depromunt aduersarii, quia ibi exemplaris substitutio fit in fauorem filii furiosi, coi alter substitutus fuerat. Quanquam & ad eam l. potest aliter responderi, videlicet quod illa substitutio fit in fauorem filij, cui substitutum est. Ideo ne in eius damnũ vertatur, susceptis filiis reuocatur. Legitimatio autem fit omnino in fauorem legitimati, & in damnũ legitimorũ. Ideo casus est lõgè diuersus.

283 ¶ Secunda ratio hæc est. Nam legitimatio iam quæsita filiis, non debet tolli facto patris matrimonium postea contrahentis, ac alios filios procreantis, nullo legitimatorum accedẽte consensu aut facto, per l. Stichum. §. vlt. ff. de noua. & l. id quod nostrum est, ff. de reg. iur. & ibi concord. Nec etiam debet gratia illa, vt vocant nostri, natiuitatis, superueniens in personam liberorum postea natorum ex sequenti matrimonio, tollere vel impedire ius legitimationis antè quæsitum. c. quanuis, & c. si propter, de rescript. lib. 6.

284 ¶ Tertia ratio. Si legitimatio reuocaretur per susceptionem liberorum, sequeretur quod quis pro parte tẽporis haberetur pro legitimo, videlicet ante natos liberos legitimos: & pro reliquo tempore, id est, post natos liberos haberetur pro illegitimo, contra l. si tibi. ff. de adop. vbi moribus nostris nõ conuenit filium temporalem habere. & l. ideoque. ff. de manu. testa. vbi non potest dari libertas ad tempus. Nec potest quis esse partim legitimus, partim illegitimus. c. per venerabilem, versic. præterea etiam, extr. qui fil. sunt legi. Et dicit glos. in c. cùm inhibitio, in verbo, si ambo parentes, ext. de claud. despon. id quidem monstrum esse, sicuti vt quis partim sit liber, partim seruus, per l. si duobus. ff. de statulib. Ita enim erranter allegat, sed est in l. duobus, ff. de liber. caus. cui concinit & l. si pariter, in fi. eo. tit. & l. vlti. C. com. de manu. [& l. iudicatæ, in princ. & ibi glos. ff. de except. rei iudic. & l. vlt. & ibi quoque glos. C. de com. seru. manu.] Et eam glos. sequitur Paul. Cast. consi. 200. visa suprascripta, col. 2. versicu. præterea notandũ est, li. 2. vbi ex ea dicit quòd legitimatio non potest fieri nisi generaliter, & quo ad omnia. et hoc generaliter dicimus, quòd quid non potest diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. & l. 1. versi. nec ratio patitur. ff. de re. permut. & l. pater. §. si seruus. ff. de cast. pecul. [& l. Titiæ. ff. de cond. & demonst.] & c. cognoscimus, in fi. 12. q. 2. & c. cùm in tua, ext. de deci. & c. quia circa, in fin. extrà de priuileg. & cler. 2. de elec. cum si. nec multo magis dupli ci iure contrario. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. l. 1. §. 1. C. de lat. liber. tol. Cuius ar. dicit Bald. in l. senium in pen. q. & ibi etiam Paul. Castr. & Ro. C. qui testa. fa. poss. quòd pater nõ potest emancipare

cipare filium, quantum ad vnum actum tãtum. & sequitur Imol. in l. si is qui pro emptore, col. 11. in 2. q. princ. Bar. & ibi etiam Rom. col. 7. ff. de vsucap. Idem Imol. in l. tam his. §. 1. ff. de do. caus. mort. & in l. 1. §. in filii, & ibi Rap. Co. Pau. Castr. Alexan. & Iason in vtraque lect. licèt Bar. ibi dubitet. ff. ad Trebel. Paul. Castr. in l. qui in potestate, ff. de testa. Angel. Aret. in §. præterea, col. vlt. Insti. quib. mod. ius patri. pot. solui. Ale. consi. vlt. perlectis verbis, lib. 5. Philip. Franc. in rub. de test. libr. 6. col. 24. vers. quarto quæritur. Barb. consil. omnium primo incip. ex sacris, col. 31. versi. faciat simile, lib. 1. & consi. 2. sapienter col. pen. versi. & adduco simile, lib. 2. & in tracta. de præstan. Cardi. in 1. q. 1. q. princ. colum. pen. versi. & licèt ista doctrina. & D. Benedic. in in repe. c. Raynutius, in verbo, matrem in super Cleram, num. 27. extrà de testa. & Cepola. consil. causarum ciuilium. 66. Titius procurauit, colum. 10. versi. prȩterea etiam hoc probatur, vbi & ex hoc dicit quòd quis non potest pro parte esse legitimatus, pro parte autem non.

285 § Quarta ratio, non reuocatur adoptio ob filios postea susceptos, vt diximus in præcedẽti quæst. ideo nec legitimatio, cùm filius adoptiuus & legitimatus comparentur, per not. in l. cum in adoptiuis. § sed ne articulum, in glos. in verbo, tantummodo, & ibi Bal. & alii. C. de adop. & per glos. in l. 1. ad fi. in verbo, parentũ. ff. ad municip. & in l. filios, in glo. 1. in fi. & ibi Bart. etiam in fi. C. de munici. & origi. lib. 10. & per Bart. in l. Gallus. §. nunc de lege. in pe. q. ff. de lib. & posth. Signo. consi. 39. quæritur nunquid col. 2. versi. his ita positis. & iterum consil. 218. quidam dictus Ioannellus, col. vlt. Bald. in l. 1. col. 2. C. de iure aur. annul. per l. iubemus. C. de natur. liber. & idem Bald. in c. cæterùm, col. pe. versi. item legitimatis, ext. de iudi. & in c. cùm dilectus, in fin. extr. de ordi. cogni. & in addit. Specul. tit. de succes. ab intest. §. 1. versi. quid de legitimatis. & in sua margi. in verbo, legitimatio, versic. 2. & consil. 102. considerandum ad fin. lib. 4. & Salyc. inter consil. ipsius consil. 17. super legitimatione, col. 3. versi. sextò induco, & versi. seq. lib. 4. & Rom. consi. 194. in proposita conclusione, in 4. dubio. & Fran. Curt. senior consi. 13. statuto Ianuæ. & Iason in l. cum filios. col. antepen. versi. tertiò quærit. ff. de leg. 1. & Philip. Dec. consi. 150. dubitatur principaliter, col. 2. versi. sed tamen prædictis.

286 § Imò verò plus habet viriũ legitimatio, quàm adoptio, vt est text. in §. tribus, vers. nostri enim patris, in auth. qui. mo. nat. effi. sui. Quod & hinc probatur, quòd in legitimatione concurrit vtrunque ius ac vinculum, naturæ. s. & legis, vt est tex. in §. si quis igitur, ante fin. in auth. qui mo. nat. effi. sui. & no. Io. An. in addi. Specul. tit. de succes. ab inte. ad fin. In adoptione autem alterum tantùm ius inest, videlicet legis, non etiam naturæ. Ex quo planum fit, fortiorem esse legitimationem quàm adoptionẽ, ar. auth. cessante, & auth. post fratres autem. C. de leg. hær. & auth. itaque. C. com. de succes. & specialiùs in d. l. cùm in adoptiuis, in princ. vbi fit mentio de eo in quem concurrunt naturalia & ciuilia iura. Ex quo not. Bald. concursum rationis ciuilis & naturalis plurimùm operari, duoque vincula vno esse fortiora. Quod & intelligens idem Bal. in l. neq; absens. ff. de adop. fauorabiliorem dicit esse legitimationẽ, quàm adoptionem; cum hæc sit agnatio datiua, illa autem inhæreat naturali agnationi. Et idem Bald. in l. si te parens. C. de suis & legi. quod plus est legitimatum esse, quàm adoptiuum, quia legitimatus habet naturalia primordia. Et idem voluit. Petr. An. consi. 225. videtur prima facie dicendum, col. 3. & iterum consil. 290. in successione, col. vlt. [& Anto. in ca. per venerabilem, col. 15. versic. secundò quia filius, extrà qui fil. sunt legi.] & Raph. Fulg. consi. lxv. Titius coniugẽ, col. 2. versi. ad secundum & Panor. consi. 86. in quæstione quæ vertitur, col. 1. versi. & facit ad materiam, lib. 1. Alex. consi. 2. visis codicillis, col. 8. versi. non obstat. 2. arg. lib. 1. & vbi & hoc allegat l. legẽ. C. de natur. liber. Barb. cõs. 68. omnipotentem immensum, col. vlti. lib. 4. Soc. consi. 225. quæstio prȩsentis cõsultationis, col. 4. versi. prȩterea filius, lib. 2. vbi etiam de hoc dicit esse text. in d. § adoptionis, in authen. quib. mo. nat. effi. sui. Iason in d. l. Gallus. §. nunc de lege, col. vlt. & in l. si is qui pro emptore, co. 54. versic. tertiò principaliter. ff. de vsuc. vbi & ad hoc allegat text. in d. §. tribus, in authen. quib. mod. nat. effici. sui. & idem Iason in l. adoptiuum, quam legit cum. §. vlt. l. 2. ff. de in ius vocan. & in rubr. ff. de liber. & posth. col. 2. vers. confirmo. & con. 40. absolui aliàs, col. 3. versi. nõ ob. etiam dum, lib. 3. & Ludo. Bol. in addi. Mathes. in tracta. de success. ab inte. chart. 7. colum. 3. in addi. incip. hæc conclusio, & in addi. consi. Io. Ana. consi. 27. longa profectò. Phili. Dec. consil. 366. pro declaratione, col. 3. versic. non ob. quod suprà. Et hoc cõfirmatur, quia filius adoptiuus non excludit filias ex statuto repellente fœminas existentibus masculis, vt voluit Ioan. Ana. consi. 27. viso casu mihi proposito, cum cõcord. quos videbis in glos. susceperit liberos, versicu. 11. incip. nec etiam statutum. Et tamen filius legitimatus eas excludit, vt plenè dicemus in eadem glos. susceperit liberos, num. 80. incip. hinc quoque fit. de quo tamen vide quæ dicã [in illa eadẽ glo. nu. 98. & quamuis multi.]

287 § Quinta ratio, Libertas semel collata liberto, ampliùs auferri aut reuocari non potest. l. Papinianus. § vlt. cum l. seq. ff. de inoffic. testa. & l. licut. C. de liber. caus. & §. causas, Insti. qui. mo. manu. lice. cum simil. Ergo nec legitimatio, quoniam libertus & legitimatus æquiparantur: §. 1. in authen. vt liber. de cæte. & §. si quis ergo non habens, iuncto §. liceat in auth. quib. mod.

nat.

nat.effi.legi. Legitimatio enim est veluti quædam species libertatis, vt dicit Bald. in l. post mortem. §. neque adoptare. ff. de adop. in 2. lec. Propterea etiam idem Bald. in c. si filij nati, in fi. tit. si de feud. fuer. consi. int. do. & ag. dicit quòd quemadmodum propter ingratitudinẽ potest libertus reduci in pristinam seruitutem. l. 2. C. de libert. & eorum liber. ita filius legitimatus in pristinam naturalitatem. sequitur & commendat Ro. sing. 224. vltimò quæritur, & id aureum dicit Fran. Cremon. not. 19. tu scis quòd ex omnibus causis. & sing. Iason in d. l. ex facto, col. 5. versi. tertiò pro opinione. & in l. ex hoc iure, in secũdo effecto obligationis antidoralis. ff. de iustit. & iure. & in l. dedi. §. idem erit, col. vlt. ff. de cond. ob caus. & Philip. Dec. in l. vlt. col. 6. versi. ext. glos. C. de pactis. & Catel. in memor. incip. ingratitudo filij, & in alio incip. legitimatio reuocari põt. & Ferdi. Loaz. in rep. §. diui l. filiusf. char. 20. col. 1. versi. istam communem op. ff. de leg. 1. & D. Guil. Beue. in repe. ca. Raynutius, in verbo, in eodem testamẽto relinquens, le 2. post princ. ext. de test. Quibus adde quod pulchrè cõsuluit Raph. Co. aut quisquis alius est, inter consi. illius, consi. 87. stante dicto statuto, col. 1. circa medium, & iterum colu. 3. post prin. ꝙ ita libertas & legitimatio æquiparantur, ꝙ si ex statuto non requiritur insinuatio instrumenti manumissionis, ita nec legitimationis, quia vtraq; sunt paria, paribusque initijs orta ac producta, vt ipse eleganter declarat.

288 ¶ Sexta ratio, Legitimatio hoc casu non potest reuocari, nisi ex præsumpta voluntate patris, quæ est huius l. nostræ ratio & fundamentũ vt latè supra diximus, volũtas autem & affectio consideratur inspecto iure naturali, & non ciui li. l. hos accusare. §. in omnibus. ff. de accusa. Ergo ad omnes filios par præsumitur affectio, quia natura non facit differẽtiam inter legitimos & naturales. d. §. si quis verò non habens, in auth. quibus mod. natu. effi. leg. & §. si quis ergo filios in authent. quibus mod. natu. effici. sui. & bene etiam facit. l. adoptiuus. §. seruiles, versicul. vnde nec vulgò. ff. de ritu nupt. per quam dicit Petr. Ancha. consi. 215. videtur prima facie, col. pen. quòd proles naturalis habetur pro legitima quò ad naturale fœdus. & Bald. in c. quæ in ecclesiarum, colum. vlti. ext. de constit. dicit, quòd filius illegitimus communis est amor & natura, per d. §. in omnibus. & idem Bald. in l. 1. colu. 5. versicu. expedita est. C. vnde vi. asserit, quòd quis sicut potest se defendere, ita & filium siue legitimum siue illegitimum, quia natura communis est, per d. §. in omnibus. nec potest, inquit, constitutio naturam immutare, nec coarctare naturales stimulos. l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excusat. tutor. & facit. l. 2. & 3. ff. de liberali causa, hæc Baldus. Et idem econuerso, vt scilicet filius possit defendere patrem naturalem vt seipsum, tenet idem Bald. in l. cùm acutissimi, colum. 2. versi. quæro quid si per statutum. C. de fideicommis. per d. §. in omnibus. Dicitque eadem ratio ne eum qui occidit patrem aut filium naturalem, puniri vt parricidam: quod & ipsum asserit ipse Bald. Bart. & recentiores in l. parentes. ff. de in ius vocand. vbi & ipse Bald. dicit singul. text. in d. §. in omnibus, & rursus idem Bald. in l. ius ciuile, colum. 2. versicul. & illa faciunt. ff. de iustit. & iure. & in l. cùm acutissimi, colum. 2. versicul. quæro quid si per statutum. C. de fideicommis. & in l. quisquis, colum. 2. versicul. præterea de spurio. C. ad legem Iul. maiest. & in cap. naturales, colum. vltim. versi. quæro vtrum pater, tit. si de feud. fuerit contro. [& consi. 457. ad euidentiam, colum. 2. versi. præterea sicut patri, lib. 5. vbi & eadem ratione dicit non licere alimenta denegare filijs naturalibus.] & Imol. in l. ex facto. §. si quis rogatus, & ibi recent. ff. ad senatuscons. Trebel. & in l. Lucius, §. vltim. ff. de legat. 2.

289 ¶ Et bene facit [text. in l. vxorem. §. codicillis, in fin. ff. de leg. 3. vbi pietas quæ propriè est parentum & filiorum, dicitur quoque de illis naturalibus tantùm. &] text. in d. l. parentes, vbi nec filius quidem naturalis potest vocare patrem in ius sine venia, quia, vt ibi dicitur, vna omnibus seruanda reuerentia. Ex hocq; dicunt Guil. Cu. Bald. & Angel. & propè omnes nihil interesse inter filium mere naturalem & legitimum in his quæ meram naturam tangunt, [cuiusmodi est reuerentia & affectus naturalis.] Et quod denique voluit idem Bald. in l. 1. column. 14. versicul. pone filius, C. de confes. quòd sicut pater legitimus & naturalis potest reuocare confessionem criminis à filio factam, & probare contrarium, per multa iura quæ illic allegat, ita & pater mere naturalis, cùm natura sit communis, per d. §. in omnibus. Et facit etiã quod scribit idem Bald. consi. 267. ad euidentiam præmit to, col. 3. versi. præterea sicut patri, lib. 3.

290 ¶ Septima ratio. Si filij non reuocant legitimationem factam per matrimonium, quod nemo negat, vt diximus, non debent etiam alias legitimationes reuocare, cum legitimatus per rescriptum, nihil differat à legitimato per matrimonium, vt dicit Bart. in d. l. ex facto, per text. in §. illud. in fin. in authenti. quibus mod. nat. effi. legi. Et quod plus est, nihil differunt legitimati, siue per rescriptum, siue per oblationem curiæ, à legitimis, per text. in §. sit igitur licentia, in authentic. quibus mod. natu. effici. legi. & §. quoniam. in authentic. quibus mod. natur. effi. sui.

291 ¶ Octaua eademque postrema ratio hæc est. Nam si legitimatio reuocaretur ex hac l. ob natiuitatem legitimorum, id fieret ex tacita conditione intellecta in ipsa legitimatione, videlicet, si pater post eam non susciperet liberos, vt latissime, & multorum

illustrium doct. authoritate diximus suprà in præf.nostræ l.verf.6.incip.hinc dicunt plerique omnes.Legitimatio autem cùm sit actus legitimus,non potest recipere conditionem. l. actus legitimi.ff.de reg.iur.& c.actus, eo titu.lib.6.& vtrobiq; concor.

292 SED ADVERTE lector optime,quoniam hæ rationes non tanti sunt ponderis nec tam vrgent,quàm prima fronte videntur,si paulò acutiùs ac penitiùs inspiciatur. Nam quantũ ad primam pertinet,videmus donationem omnibus numeris perfectam & absolutam, nihilominus natiuitate liberorum donantis reuocari, vt hic dicitur,& in l.tale pactum.§.vl.ff. de pac. vt hinc possis facilè ac manifestè intelligere, perfectionem actus nihil obesse,quò minùs nostra l.locum habeat,nec iura è diuerso in illa prima ratione allegata obtinere in hoc casu. Nam etiã est admodum dissimilis ratio,primùm enim hìc fit reuocatio ex præsumpta voluntate eius qui actum facit,nec in illis iuribus dicitur contrariũ sed illud tantùm, quòd non fit reuocatio actus perfecti ex inhabilitate & impotentia superuenientе præter voluntatem disponẽtis, vt qui volet ea iura cum l.nostra concordare, ita possit dicere,actum perfectum non reuocari ex superuenienti casu præter voluntatem disponentis, per illa iura,sed bene ex præsumpta illius voluntate per hanc l.Quam differentiam , siue distinctionem malis appellare , subtiliter vt alias semper expendit & declarat Franc.Aret.in d.l. ex facto, col.5.& in d.l.humanitatis.C. de impub. & ali. subst.& Soc.consi.226.quæstio præsentis consultationis,colu.penul.versic.sed ista responsio, lib.2.Licet sibi adscribere videatur Iason,qui eã posuit veluti à se compertam,vt qui nullã Aret. mentionem faciat, in d.l.ex facto.

293 ¶ Item factum legitimè nõ reuocatur eo casu,quo censetur factum, sed legitimatio quæ censetur facta sub conditione,si pater non susciperet legitimos filios,non censetur facta quò ad effectum succedendi eo casu,quo nascerentur filij legitimi,sicut fideicommissum datum simpliciter à filio vel nepote,nõ videtur datum ; si filius vel nepos habeant liberos.l.cùm acutissimi. C.de fideicom.cum si.Igitur cùm hoc casu censetur facta, non tractatur de reuocatione actus perfecti, ex quo deficit conditio.

294 ¶ Quòd si dicatur,quòd in hac l.& in d. l.cum acutissimi,excludũtur extranei, quod nõ est in hoc casu,in quo excluderentur filij , licet naturales,vt respondet Imol. & alii quidam recentiores,in d.l.ex facto. Id certè est contra tex. in d.l.cum auus.ff.de cond.& demon.vbi excluditur etiam filius testatoris substitutus per subauditam conditionem , si alter filius decederet sine liberis, vt expendit Raph. Co. ibi & Bald. qui dicit not.in d.l.cum acutissimi,col. 1. versi. quæro si pater,& ibi quoque Salyc. & Pau. Ca. [& Barb.]in repe.col.26.ver.nihilominus subtilissimus,& seq.vbi illum text.dicit ad hoc sing. & etiam Ang.in l.ex facto.§.si quis rogatus, & ibi Alex.col.5.versi.in eadem glos. ibi, ex descendentibus.ff. ad Trebel.Imol.& Rom. in l.si cui.ff.de donat.cauſ. mor. & idem Ro. consil. 370. in proposita consultatione, colum.1. Pau. Castren.in l.filiusfa. §. cum quis.ff.de leg. 1.in lect. Bononiensi.& in l.cum quidam , colum.2. versicul. vltimò quæritur. C. de impub. & ali. subst.& consil. 14. si contingat dictam dominam Lisam, colum.1.lib.1. & consi. 198. super primo quæsito, colum. 1. libr. 2. & consil. 309.casus iste frequenter contingit , colum.2. versicul.nec ob.l.cum auus, eod.lib.2.& Alex. in l. generaliter. §. cum autem, & ibi etiam Io. de monte Sperel. & Corn.colum.1. & Iason colum.item.1.versicu.vltra tres extentiones.C.de inst.& subst.& idem Alexan.consi.5.circa primum dubium, colum.2. versicul. & illud esset verum,lib.3.& consi. 38. perspectis his quæ in themate, colum.vlti.lib.6.& Franc.Aretin.consi.156.diligenter visis , colum.5.versicul.ex his infertur.& Corn.[consi.83. videtur in hac consultatione, colum.2.lib.1.vbi in hoc dicit sing. d.l.cùm auus.&] consil.276. viso suprascripto themate , colum. 5. versicul. & iuuantur præmissa, lib.3. [& consil.42.videtur prima facie, colum.1.lib.4.] & Barb. qui illum text. ad hoc dicit valde sing.in repe.cap.Raynaldus, colum. 23. versicul.præterea adduxi rationem , &c. de testa.& consi.61. scribitur sapientiæ septimo , colum.4.versi.nec videtur illud,lib. 1. & consi. 63.præclarè scribitur, lib. 2. vbi illum text. ad hoc dicit sing.& consi.85. quod est eiusdem initij,colum.penult.versicul.capio primum, lib.4. & Franc.Curt.senior consi. 45. statuto seu consuetudine, colum.8.versicul.quia dispositio. & iterum consi 63.antiquissima,colum. 12. versi. non ob.secunda obiectio.& latè Soc.in d.l.cùm auus,col.17.versicul.primum correlarium.ff.de condit.& demon.& consi.182. licet filia, colu. 2.versi.confirmatur & secundò,lib.2. & consil. 6.in præsenti consultatione , colum. 1. versicul. secundo, libr. 3. vbi hanc dicit esse communem op.& Iason.consi.141. Christophorus, col.3.versi.ad idem & fortiùs, & iterum versic. quartò in fauorem,lib.2.& consi.seq.venerabilis col.8.versi.nonò in fauorem,eod.lib. 2. [Philip. Dec.consi.568.domina Daria,col.vlt. versi. non ob.quod neptis.Carol.Ruin.consi.131.in themate, col.3.nu.4.lib.3.]& Steph.Bertra.consi.13. viso consultationis themate,ad fi. lib.3.& Bart.Chaffe.consi.53.ex facto,col.2.versi.primo sic,& iterum col.5.versi.duodecimò videtur.& consi.67. nobilis & potens,col. 5.versi.& primò ad primũ. [& Ludo.Gozad.consi.4 prima facie,colu.4.nu. 15.] Et ad hoc allegant Imol. & Rom. in d. l. si cui, & alij nonnulli glos. quam dicunt sing. in l. 1. C. de donat.cauſ.mort. quę nihil de hac re loquitur.

295 ¶ Sed

295 § Sed tu tamen interim vide quæ dixi suprà in verbo, libertis.nu.176.incip.& sicut hæc l. vbi videbis alios diuersum tenentes. Sed hæc op.verior est, & text.claro comprobatur, vt diximus.Sed & illud quoque quod suprà diximus in prin.præced.versic.est contra iura, quæ magis faueant extraneis, quàm filiis naturalibus quantum ad succedẽdum patribus naturalibus, quia extraneus adoptari potest in filium, & ita succedit, vt toto tit.de adop.filius autem naturalis adoptari non potest, vt succedat.l.legem.C. de nat.libe.& §.& nos non latuit,in auth.quib. mod.natu.effi.leg. & §.generaliter, in authent. quib.mod.nat. effi. sui.Itaque si subintelligitur conditio ad excludẽdum extraneum, debet magis subintelligi ad excludendum naturalem.

296 § Nec videntur valere responsiones, quæ in loco dantur ad d.l.ex facto,quia quantum ad primam,licèt ante mortem filii furiosi,cui substitutio facta est, & cuius ideo ipsa substitutio censebatur testamentum,nondum fuisset sortita effectum ante mortem ipsius:tamen potestas reuocandi non erat penes ipsum,sed penes patrem substituentem. Igitur post mortem patris fuit quæsitum ius irreuocabile substituto,licèt cõditionale,si furiosus pręmoreretur in furore.Nam & in l.nec fratris.C.de don.dicitur quod quádo filius donat causa mortis cõsentiente patre rem ipsius patris attenditur quo ad confirmationem donationis mors patris,& non filii, quia ipse est qui reuocare potest. Similiter ergo hic videtur ius quæsitũ filio legitimato in vita patris:habet enim in hæreditate paterna ius in spe, per text. in l.nec ei.§.vlt.ff.de adop.& not.per Bart.in l.is potest.ff.de acqui.hære.Igitur sicut superuenientia,vt ita cum nostris loquar, liberorum excludit vnum casum,ita & alterum.In refellenda autem secunda respõsione duitius non immorabor,quando & iis qui eam partem sequuntur, pro qua est adducta, non placeat, Alex.dico in d.l.ex facto.& Franc.Aret.in d.l.humanitatis.

297 § Non obstat etiam secunda ratio, qua dictum est legitimationem iã perfectã & consummatam non esse reuocandam ob factum ipsius patris naturalis postea matrimonium cõtrahentis,& ex eo liberos procreantis. Nam si ea ratio esset alicuius momenti,idem dici posset de donatione etiam perfecta, scilicet eam non posse reuocari facto donantis postea filios procreantis quod ex diametro est cõtra casum l.nostræ.Idq; fit ob conditionem tacitam & subintellectam, qua deficient deficiunt & cæteri actus.

298 § Tertia quoquè ratio non magis vrget, quoniam ab initio quis legitimari põt quò ad quædã tm̃.§.filiũ.& §.seq.in auth.qui. mo. nat. effi.legi.vbi etiam dicitur,quòd legitimatus per oblationem curiæ, quò ad quædam habetur pro illegitimo,sicuti ibi not.Ang.& c.innotuit, ext.de elect.& per Host.Ant.& alios,in c.per venerabilem,ext.qui fil.sunt legi.Bar.in l.quęsitũ. ff.de acq.hær.in lec.anti.Ro.in l.qui superstitis, eo.tit.& l.pactum.C.de collat.Fran.Cre.not.16. incip.pater potest cum aliis multis concord. cõgestis ab Alex. Ias.& Philip.Dec.in d.l.pactũ & eo.Alex.consi.25.circa primũ dubiũ,col.3. ver. accedit ad prædictorũ confirmationem, lib.1.& consi.30.iuxta ea quę aliàs, lib.4.Frã.Cur. seniore consi.16.clarus vir,col.3.& iterũ cõsi.74. super memorata , col.7.& ipso Ias.in l.1. col.12. versic.pro hac eadẽ parte.C.de iur.emph.Apud quos etiã reperies legitimationẽ ita fieri posse, vt legitimatus vel non,succedat omnino,vel succedat in certa re tantùm:quod huc maximè pertinet.sed de hoc postea etiam dicemus ver.319. incip. Ideoque.

299 § Sicuti etiam emancipatio,de qua & in ea 3.ratione locuti sumus, potest fieri quoad quędam tantum,ex sententia Oldra. consil.26. cuius caput est, pater cõsensit filię.& Io.An. illius discipuli,qui ne latum quidem digitum ab eo ferme discedit,quanuis rarissimè eum memoret,in addi.Specul.tit.de instr.edit.§ porrò.ver. quid si filiafamilias & Fran.Are.qui multum cõmendat dubitans tamẽ,in l.placet.ff.de acq.hęr. & in l.qui in potestate,col.vl.ff.de tes.Cep. cau. 113.incip.filiussa.versi. dixi in præsenti. & iterum caut.147.hoc exordio,est magna quæstio, vers.de iure communi.& Geor.Nat.in repe.c.2. col.2.versi.quarto facit,de pactis, lib.6. Et dicit Imo.qui cõtrariam sententiam sequitur, in l.1. §.in filij.ff.ad treb.vidisse se consilia excellentium doct.ita tenentium,& est optimus tex.in l. si ab eo,vbi not.Ang.C.de legi.hęr. Et hæc sententia haud dubiè obtinet,cùm id fit ex legis dispositione, quæ potest facere,vt quis sit in patris potestate,vel sit legitimatus quantum ad aliquid tantùm,vt apertè probatur ex iuribus in præcedenti versi.allegatis,& voluit etiam Barb.qui alterius est sententiæ,ita tamẽ vtrãq; concordans, in tract.de præst.Card.in 1.q.1.q.prin. col.pen. vbi & alia iura allegat.Hoc autem de quo tractamus,vt scilicet quis sit pro parte temporis tm̃ legitimus, faceret l.nostra legitimationẽ reuocãs.

300 § Quarta ratio de adoptionè ex eo facilè refellitur, quòd diximus suprà in responsione primæ rationis, quia magis fauemus extraneo adoptato,quantum ad successionem patris adoptiui,quàm naturalibus ipsius liberis,qui adoptari non possunt vt succedant, ut ibi diximus, & probauimus.Propterea nihil est quod mirari debeamus, si adoptio non reuocetur per natiuitatem liberorum naturalium & legitimorum,legitimatio autem reuocetur.

301 § Quinta item ratio non concludit: tum quia quod dictum est,libertatem auferri nõ posse,intelligitur sine iusta causa,vt cauetur in multis ex illis ipsis iuribus ibi allegatis. Hæc autem causa reuocandi legitimationem, admodum iusta est & legitima, per hanc l. & similia iura. Tum quoque quia libertas est multo fauorabi-

lior, quàm legitimatio. Illa enim inter pias causas, quibus nihil fauorabilius est, annumeratur. l. 1. §. vlt. ibi, ad hanc rationem pietatis, & ibi Bald. C. de com. ser. manu. & in l. contra voluntatem, ibi, iura pietatis. C. de testa. manu. & voluit Bart. in l. si cui annuum. post princip. ff. de annu. legat. cum aliis multis concor. à me latè congestis in nostris commentariis consuetudinum, titu. 16. §. 1. in glos. vltim. paulò ante fin. Imò & cæterarum omnium piarum causarum fauorabilissima, vt plenè dicemus infra in 17. q. quæ hanc sequitur. Legitimatio autem non pia causa est. Item libertas non impeditur propter existentiam liberorum legitimorum & naturalium, vt videre licet in d. l. Papinianus. §. vlti. & l. seq. ff. de inoffic. testa. Legitimatio autem impeditur §. illud, in authenti. quib. mod. nat. effi. sui. Ex quibus apertè conficitur, non semper, nec in omnibus pares esse libertatem & legitimationem, nec rectè ab illa ad hanc argumentum duci. An autem reuocetur libertas ob natiuitatem liberorum ex hac l. dicam in d. seq. quæst. vbi & alia quædam huc pertinentia dicemus.

302 ¶ Sexta ratio, quæ astruit eundem parentum affectum & amorem in naturales, qui est in legitimos, posset habere locum, si natura ipsa mansisset in illa sua prima libertate variæ libidinis, nec fuisset quibusdam vinculis [limitibus, cancellis] coercita ab ipsamet natura progredientibus, id est matrimonio, quod frænum libidinibus passim ac sine delectu vagātibus adposuit, [& iniecit.] Nam postea quàm ius gentium ac ciuile disposuit, ne succederet filius ancillæ cum filio vxoris, Gene. 21. cap. & ad Galatas 4. & repetitur in cap. dicat aliquis. 32. quæst. 4. vt interim omittam quæ Romanorum legibus in eam rem constituta sunt. C. de natur. liber. per totum. certè affectio paterna censetur iis iuribus velle se conformare, vt etiam anteponat legitimos simul & naturales merè naturalibus, per not. per Bart. in l. hæredes mei. § cum ita, colum. 1. versicu. & aduerte quòd requiritur. ff. ad Trebell. cum concord. ibi adductis per Alexan. & recentiores, & quos multos tibi colligemus in verbo, susceperit liberos, versicul. 101. incip. sed illud hìc quæro.

303 ¶ Ex quibus vnum hoc adscripserim huic loco accommodatissimum, quod dicit Bal. in l. precibus, colum. antepenult. versi. procedo vlterius. C. de impub. & ali. substi. quòd quis præsumitur cogitare id quod lex disponit, arg. l. si duo. ff. de acquir. hære. Et hinc videmus in casu nostræ l. cuius ratio est illa præsumpta voluntas donantis, qui si cogitasset de liberis, non donasset, ideo censetur donasse, si liberos postea nō susciperet, quòd ea non procedit in filijs naturalibus postea natis, vt dicemus in d. glos. susceperit liberos, versicul. 56. incip. sed & quod naturales, tanquam scilicet non censeatur illos voluisse reuocare, etiam si de illis cogitasset. quod non ob aliud est, quàm quòd lex eos hìc nō considerat, propterea nec pater considerasse, nec eorum rationem habuisse cēsendus est. nec enim etiam alias in dubio quis intellexisse videtur de filijs naturalibus. l. vlti. ff. de iure. dot. quia nec lex quoque de illis in dubio intelligitur. l. generaliter. §. cùm autem, in fi. C. de instit. & substit. quæ loquitur in casu non admodum nostræ l. dissimili.

304 ¶ Septima ratio non valet, quia multò maior est ratio, cur legitimatio quę fit ex matrimonio, non reuocetur per filios postea susceptos, quàm quæ fit alijs modis, quoniam præsumitur quòd propter affectionem filiorum naturalium natorum ante matrimonium pater ducat matrē ipsorum, vt dicit text. in glos. & l. cum quis, & in l. nuper. C. de natur liber. & in §. vlt. in authe. quibus mod. nat. effi. legi. & in §. tribus, in auth. quibus mod. natu. effi. sui. Et huiusmodi legitimatio per matrimonium est multò cæteris fauorabilior, & efficacior, plusque roboris habet & ponderis, vt patet ex multis, quæ latè congessimus in nostro tractatu de iure primogenitorū. q. 34. Et si res ita habeat, vt in quibusdam nihil differāt cæteri legitimati à legitimato per matrimonium, imò nec à legitimo quidem, vt dictum est in ea septima ratione, hoc certè tantisper obtinet, dum durat legitimatio, vel eo tantùm casu, quo censetur fuisse facta. At hìc aut resoluitur ipsa legitimatio, aut in hunc casum non censetur fuisse facta, per l. nostram.

305 ¶ Denique octaua eademque postrema ratio nihil facit, quoniam legitimationem posse fieri sub conditione, præsertim ea conditione, quæ hìc subintelligitur, videlicet si pater legitimos & filios naturales non susceperit, non incertæ est opinionis, nam id expressè consuluit & eleganter probauit Rapha. Co. consil. 98. supposito tenore, cui subscripsit Paul. Castrēn. ibi, multaque vtrque in eam sententiam allegant, vt cuique videre licet. & idem Paul. in rubric. C. de iure aur. annul. ante fin. & Philip. Deci. in l. si super, in 2. not. C. de transactio. Quibus & illud adducere potes, actus legitimos, conditiones intrinsecas & legales, cuiusmodi ista est, recipere, vt dicit Bald. in l. si quis à certo, versicul. opponitur quòd acceptilatio. ff. de cond. ob caus. & in l. 3. ff. de legat. 3. & in l. cùm index. C. de senten. & Roma. consil. 401. vt declarationem, colum. 2. cum concord. allegatis ab Alexand. in l. à diuo Pio. §. in venditione, colu. 5. versi. quarta solutio. ff. de re iudicata.

306 HÆC SVNT quæ pro vtraque parte aut iam adducta sunt, aut adduci possunt. Verùm antequam vlterius progrediamur, nostrumque iudicium interponamus, illud sciendum

est

est, eos quos suprà pro posteriori opinio. citauimus, diuersimodè locutos fuisse. Nonnullos enim simpliciter dixisse legitimatos succedere patri, etiam si ei nati fuerint filij legitimi post legitimationem. Alios item simpliciter legitimationem nõ reuocari, nulla distinctione facta, fueritne legitimatio facta per matrimoniũ, an per rescriptum, an per oblationem curiæ. Alios verò discrimen fecisse inter eam quæ fit per rescriptum, & eam quæ fit per oblationẽ (de alia quæ fit per matrimonium, taceo, quia iã suprà de ea diximus in princip. huius quæstionis.) Illã enim quæ ex rescripto est, negant reuocari, sicuti nec eam quæ est ex matrimonio, cùm parem vim habeant, per d. §. illud, in fi. in authe. quibus mod. nat. effi. sui. & in §. si quis ergo, in auth. quibus modis nat. effi. legi. Istam autem quæ fit oblatione curiæ, reuocari voluit Bart. qui tamen dubitanter loquitur, in d. l. ex facto, & ibi quoq; Angel. quod & videtur voluisse Rom. d. cons. 194. & Dec. d. consi. 307. quos ideo hìc authores laudauimus, quia vix alios reperias.

307 ¶ At solus omnium, nisi nos fallat memoria, Paul. Cast. in d. l. ex facto, contrà omnino asserit legitimationem per rescriptum reuocari. illa enim fieri nõ potest extantibus filijs legitimis & naturalibus, si id principi dissimuletur. d. §. si quis verò non habens, in auth. quibus mod. nat. effi. legi. & d. §. illud, nuper alleg. & suprà alibi diximus, & paulopost quoq; dicemus. Per oblationem autem fieri potest. §. si quis igitur fuerit & §. seq. eo. tit. Ex quo patet legitimationẽ hãc plus habere roboris, præsertim respectu filiorũ legitimatorum. Et ideo sicut nati illã impediũt, ne fiat, ita factam facilius reuocant. Huic aũt nihil obsunt, & ita etiã non reuocant. Sed ad hanc rationem quidam respondent facilius impediri faciendum, quàm factum reuocari. l. patre furioso. ff. de iis qui sunt sui vel alien. iur. Nam & ex Ouidij sententia lib. 5. de tristibus, [eleg. 7.]

Turpius eiicitur, quàm non admittitur hospes.

Quæ nũcuparim authoris nomine suppresso citatur in c. quemadmodum, extra de iureiurand.

308 ¶ Quocunque me verò lector candidissime, est cælum vndique, & vndique pontus. nec satis video in tanto tamque turbulento fluctu opinionum, ne ventorum dicam, dextrorsumne an sinistrorsum nauis ducenda sit, quò in portũ satis tutum conferre nos possimus. Si tamen in dubiis sententia libera cuique est, ego in hac re ita dicendum puto. Quòd si pater & princeps legitimans cogitarint de filijs ipsius patris legitimis, non reuocatur legitimatio per liberorum susceptionem, succeditque legitimatus cum postea natis. Et hoc membrum, vt appellamus, minime dubium est, per ea quæ suprà in principio huius l. diximus, in versi. 63. incipi. ex quo fit ꝙ si donans cogitaret. & multis sequentibus.

309 ¶ Si verò non cogitauerint, id quod verisimilius est, nisi pater ita rem ipsam narrauerit, vt possit constare, ipsum posse ducere vxorem, & procreare liberos, tunc certè non succedunt ita legitimari cum legitimis natis ante vel post donationem, per iura & rationes suprà post princ. huius quæstio. allegatas, atque etiam per text. in §. si quis ergo, circa medium, in authenti quibus modis natu. effici. legiti. & in §. illud, ibi, quid enim si ad sacerdotium, in authen. quibus mod. natu. effic. sui. Quibus satis videtur, quod tum demum possunt legitimari naturales per rescriptum, quando ille qui petit eorum legitimationem; est destitutus omni spe procreandorum liberorum. Si ergo imperator legitimans hæc ignorauerit, redditur rescriptum subrepticium, quia si fuisset expressum, verisimiliter princeps non concessisset, cùm id expressè prohibeatur de iure communi, præsertim in aliorum præiudicium, arg. l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. pub.

310 ¶ Sed fac ita nõ esse à iure constitutũ, sed illud tantùm, quod nuper diximus, non valere legitimationem factam per rescriptum principis ignorantis liberos legitimos iam extare, vt præter Paul. Castren. in d. l. ex facto, suprà à nobis citatum, voluit Ioan. Andr. in addit. Specul. titu. de success. ab intesta. §. 1. versicu. item scias. Iacob. Bel. in §. & quoniam, in authen. quibus mod. natur. effician. sui. Salyc. in authen. item si quis. C. de natur. liber. Petr. Ancha. cons. 241. ex tenore priuilegij, colum. 1. Anto. in cap. per venerabilem, colum. 13. versicul. credo tamen quòd non valeret, & ibi etiam Iacob. Zochi. colum. 10. & Panor. colum. 6. versicul. his præmissis, ibi, per hoc etiam dico, extra qui filii sunt legi. & idem Anto. consi. 2. repetito consi. 49. visis literis, post princip. & Raph. Co. consi. 116. Innocentius, colum. 2. Rom. consi. 194. in proposita conclusione, in 2. dubio. Mart. Laud. in sua disputatione, incipi. Augerius Seio, in qua posuit tractatum legitimationis. Paul. Castren. in l. Gallus. §. & quid si tantùm, colum. penult. versicul. sed aduerte, & ibi etiam Franc. Aretin. colum. antepen. versicul. sed quæritur pro pleniori. ff. de liber. & posthu. & idem Paul. consi. 180. super eo quod primo loco quæritur, quis succedat, colum. 2. & 3. lib. 1. & consi. 22. visis omnibus quæ narrantur, in princip. lib. 2. & consi. 34. super primo dubio videtur, colum. 2. versicu. secundò principaliter, eod. lib. 2. & consi. 429. præsupposito, colum. 2. eod. libr. 2. & Alexan. consil. 25. circa primum dubium, colum. 3. versicul. fortificantur, lib. 1. & con. 67. consideratis his, colum. penult. versicul. ad idem adduco, eod. lib. 1. [& consil. 60. visa legitimatione, colum. penult. versicul. tertia ratio, libr. 2.] & Francesc. Aretin. consil. 166. eodemque penult. magnifici & excelsi domini, colum. vltim. & Barb. consil. 9. illud in medium referam, col. 4. versic. vnde est inter docentes, libr. 4. & consil. 49.

clementissimum Deum, colu. 1. seq. eod. lib. 4. & Nico. Peru. in tract. success. ab. int. char. 8. col. 2. versi. sed nunquid requiratur. Corne. consi. 34. in hac quidem, col. 1. versi. & quod legitimatio, lib. 1. [& latè consi. 93. primo aspectu, col. 3. ver si. primò & principaliter, & multis seq. lib. 3.] Franc. Curt. senior consi. 39. viso priuilegio, in 3. dubio, vbi adducit alios concor. & iterum con si. 35. statuto, seu in capitulis, col. 9. vers. & ideo exprimere, & seq. Cui adde Cepolam consi. cau sarum ciuilium. 66. eodemque vlt. tunc procrea nit, col. pen. versi. circa septimum. & Cardin. Alexan. qui etiam adfert concor. in d. c. per venerabilem. §. quod autem, colu. 15. versi. & licet non requiratur. & Philip. Dec. consi. 52. viso eleganti consilio, in fi. & consi. 85. cuius superscriptio incipit, de gradibus, col. pen. versi. tertiò quaeritur. & consi. 288. quaeritur in effectu, colum. 2. versi. secundò non obstat, & consi. 307. viso puncto, col. 2. versi. vnde non obstat, & colu. 3. versi. secundus casus. & consi. 392. quaeritur an filia legitima, colum. 3. versi. sed tamen his non obstantibus. & consi. seq. consului, colu. 3. versi. & hoc confirmatur. & Steph. Bertr. consi. 112. visis quibusdam, col. 4. nu. 28. lib. 2.

311 ¶ Nec aliquem reperi qui diuersum sentiat, praeter Fed. Senen. consi. 57. videtur mihi quod in priuilegio. Bald. consi. 56. an pater qui dicit, lib. 2. & Ias. consi. 110. contra legitimationem, col. 3. versi. moueor in primis, lib. 4. Guido Pap. consi. 176. pro diffinitione, col. 2. versi. plus dico, vbi dicit quòd cùm patre viuente & consentiente fit legitimatio, non est necesse fieri mentionem liberorum legitimorum. & allegat Bart. in d. §. & quid si tantum, col. vlt. Sed is admodù fallitur, nam Bart. non id dicit, ad quod eum allegat, sed illud tantum, quod cum fit legitimatio patre viuente & consentiente, non opus est citari liberos legitimatos. quòd longè diuersum est.

312 ¶ Igitur vt reassumam, si id verum est, vt non valeat legitimatio facta rescripto principis ignorantis liberos legitimos extare, vt certè verum est: id sanè satis est ad probandum quod asserimus: tum quia si ab initio non valet legitimatio, ob existentiam, vt vocamus, liberorum, de quibus non est facta mentio, consequens est eam reuocari, si postea suscipiatur liberi, de quibus non fuit cogitatum, arg. l. in tempus. ff. de he red. instit. & l. eum qui. ff. de iurisd. om. iud. cum similibus aggregatis in [nostro tractatu constituti possessorij, in 3. parte num. 3. & seq.] quibus plenè probatur nihil referre aliquid fieri tempore prohibito, aut idipsum cadere in tempus prohibitum. Tum quod est multò efficacius, specialiusque ad casum nostrum pertinet, quia paria sunt ad praesumendum decisse voluntatem excludendorù liberorum, disponentem ignorare libe ros extare, & liberos post dispositionè nasci, vt clarè probatur in l. qui iure militari. ff. de testa. milit. & in l. si cum vel in vtero. C. de testa. milit. & latè diximus supra in verbo, filios non habens, in vers. 15. sed & illud. Igitur quèadmodù existentia liberorum ignorata impedit, ne taliter legitimati succedant, ita & sequens natiuitas debet impedire. Quòd si quis dicat eã l. qui iure militari, & similia iura loqui, quando dispositio non est perfecta, quia adhuc viuebat testator, huic confestim respòderi potest quod suprà diximus in responsione primae rationis, perfectionem actus in hoc casu non considerari per hanc l.

313 ¶ Ad haec gratiosum rescriptum principis ita debet interpretari, vt minùs laedat ius cõmune, quàm fieri potest, modò possit aliquid operari, vt ꝓbatur in d. l. ex facto, & in c. pastoralis, in prin. ext. de appel. cũ si. Satis est ergo ꝙ princeps ꝗ concedit gratiã illi de quo spes ẽ ꝙ possit procreare liberos, videatur eã concessisse contra ius quod prohibet isto casu rescriptum concedi, vt suprà diximus. Sed vt minus laedatur ius cõmune, ita debet intelligi rescriptum, vt videatur facta concessio in casu minus praeiudiciali, scilicet cum filij non nascantur.

314 ¶ Praeterea praesumpta causa huius priuilegij, scilicet legitimationis, est defectus, siue carentia, vt nostri loquuntur, liberorum legitimorum & naturalium, vt satis constat ex iis quę diximus. Ergo illorum superuentus illam reuocat; nam cessante causa priuilegij, cessat priuilegium l. cura. §. deficientium. ff. de iure immunit. & l. Titia Seio. §. vsuras, & ibi glo. & Bart. ff. de lega. 2. cum aliis multis similibus, à me late collectis in eo tractatu, cui titulum fecimus, cessante causa cessat effectus.

315 ¶ Denique ne tu lector optime existimes hanc quam diximus distinctionem, nunc primù me excogitasse, ne somniasse dicam, ita expressè secundum eam consuluit Bal. à nullo eorum qui eam rem tractarunt, quos viderim, memoratus, consi. 306. cuius est exordiù, casus huius quaestionis talis est, A. coniugatus, col. 2. in 2. dubio, libro item 2. vbi tñ nihil allegat, sola sua ipsius authoritate contentus, vt saepe alias. Et idem tp voluerunt Pau. Cast. & Fran. Are. in d. l. ex facto, ante fi. & rursum idem Paul. & Corn. in d. l. si te parens. C. de suis & legitimis.

316 SED HOC ita intellige, vt tunc reuocetur legitimatio, cùm non fuit cogitatum de liberis, ad eum tantum finem, vt non succedat legitimatus cum liberis, vt etiam diximus. Neque enim reuocabitur quantum ad statum personae, quid admittatur ad honores & magistratus, & alia naturalibus interdicta, cùm hoc non tendat in praeiudicium legitimorù, & ideo cessent omnes rationes quas suprà adduximus, quę tantùm respiciunt commodum & incommodum liberorum. Et ita expressè voluit Paul. Castren. in d. l. ex facto. & iterum consil. 22. hoc capite. visis omnibus, col. 2. lib. 2. & Ias. in

in l.tale pactum.§.vlt.col. 2.vers.item per istum text.ff.de pactis. [& Benedic.in repet.c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, num. 189.de testa.Nam & in simili,si quis filius naturalis fuerit legitimatus,nulla facta mentione aliorum filiorum legitimorum, tametsi dicitur huiusmodi legitimatio non valere,vt latè diximus suprà,nume.130.tamē & id intelligitur, vt faciat præiudicium filiis legitimis.nam in cæteris valet legitimatio,vt expresse dicit Cardin. Flor.c.per venerabilem,col.13.versic. ego dico, & ibi quoque Card.Alex.in.§.quod autem,col. 13.versi.reuertor nunc,extrà qui filij sunt legi. & Carol.Rui.consil.87.quia Matthæus, colu.4. versi.quia igitur,libr.3.] Et ita quoque sensisse videntur ij qui simpliciter negant huiusmodi legitimatos succedere cum legitimis postea natis,nulla facta mentione de reuocatione ipsius legitimationis.

317 ¶ Nec id quidem absurdum videri dēt, cùm effectus succedendi sit separatus atque distinctus ab ista legitimatione personæ. Quod hinc videre licet, quòd licèt tollatur effectus succedendi,remanet tamen legitimatio integra & perfecta,vt consuluit Socci.consi.246. elegāter & subtiliter col.3.versic. secūdò prima legitimatio,lib.2. quod & repetitur inter consilia Franc.Curt.senioris.consi.18.eiusdem initij, & ipse etiam Cur.consi.74.super memorata,colu. 27.versi. secundò respondemus.& Phili. Deci. in l.solet,colum.2.versiculo & vlterius.ff. de iurisdict.omn.iud.& in l.pactum,colum.v.versic. & vlterius considerandum est.C.de colla.& cō. 258.in casu domini Francisci,colum.vlti. versi. non obstat quòd successio,& consi.264. reuocatur in dubium,colu.3. versicu. secundò alia ratione.& consil.366.pro declaratione,colum. 2. versicu.quartò concluduntur. Nam & ius ipsum succedendi à filiatione discretum est, & separatum,vt not.Bart.in l.is.potest.colum.2.versi. est & aliud,& ibi post eum Paul.Castr.Franc. Aret. Iason & alii.ff.de acquiren.hæred.& idem Paul. Castr. consil.304.primum dubium de quo quæsitur, colum. 4. paulò ante fin. [1. dubij, lib.1. Alex.consil.4.ponderatis,colum.vlti. libr. 1. & Franc.Cur.senior consil.74.super memorata,colum.2.& Carol.Ruin.consil.86.attenta, colum. 2.num.5.lib.3.& consil. sequent. colum. 4. nu. 6.eod.lib.3.

318 ¶ Quod & hinc] patet,quòd filius potest renuntiare successioni patris uiuentis. c. quamuis,de pactis.lib.6. & tamen non desinit esse filius.Ex quo etiam dicit Bald. in authent. in successione,circa medium,in versicu. vltimò quæritur.C.de suis & legi. quòd renuntiatione agnatio non tollitur à radice, licèt tollatur à successione,per l.ius agnationis. ff. de pactis. Sicuti etiam ius cognationis ab ipsa cognatione est seiunctum, vt ex eo patet, quòd ius ipsum cognationis tolli potest, ut not. gloss. in §. quod autem,Institut. de capi. dimin. [Bald. in l. ius naturale, in priori lectio.colum. vlti. ff. de iustit. & iure.] & Ro. consilio. 82. quò ad id de quo quæritur non autem ipsa cognatio. l. iura sanguinis.ff. de reg.iur.& l.abdicatio,cum glos. C. de par. po. & not.in d.l.ius agnationis. ff. de pactis.

319 ¶ Ideoque & legitimatio ea lege nuncupatim fieri potest, vt legitimatus non succedat simpliciter,uel non succedat æqualiter cum cæteris filiis legitimis,ut voluit Ioā. And. in addit. Specul. titu. de successio. ab intesta. § 1. versic. sed ex facto quæritur, & Angelus [& Paulus Castrens. qui hanc appellat dispensationem.] in l.si ab eo,per illum tex. C.de legi.hæred.Anton. in cap.per venerabilem, colum. quarta. & iterum. 30. versicu. sed est dubium an pater,& ibi Iacob. Zochi.colum.4. extr. qui filii sunt legit. Paul. Castrens. qui ita dicit se & Raynut. Ford. consuluisse, in d.l.pactum,colum.2. versicu. & eadem ratione quæritur, & ibi etiam Alexand. colum.item,2.versicu.facit etiam, & Corn, colum.penult.versic. sextò limita, & Philip.Deci. C.de Collat & idem Rayn.& Pau.Castren. in l. solet.ff.de iurisd.om.iudic.Rom.& Franc.Aret. in l.qui superstitis.ff.de acquiren.hæred. Cepola cons.causarum ciuilium.61.orta iam diu,col. vlt.Alexand.in l.1 §.in filij.ff.ad Trebel. & consil.25.circa primum dubium,lib.1.& consi.50. iuxta ea que aliàs,lib.4.& consi.omnium postremo,lib.5.& Socin.d.consi.246.in princ. & Frā. Curt.senior.d.consi.74 col.7.versic.circa quem passum,& Franc.Crem.not.16.incip. pater potest legitimare.[& Iason cons.162.in causa contradictionis,colum.1.lib.1.] & Philip.Dec.consil.257.quæritur an legitimatus,in princ. & Stephan.Bertran.consi.169.existimo,numer.7.lib. 2.& Geor.Nat.in repetitio.c.quamuis,column. 2.versicu.fallit secundò,de pactis,libr.6.

320 NEC ILLVD prætereundum putauimus,quod præterea singu.dicit Paul.Castren. d.consi.22.lib.2.quod si legitimus post legitimationem natus postea moriatur viuente patre,legitimatio reassumit effectum succedendi, ac si talis filius natus non fuisset,arg.l.posthumus, in princ.ff.de inoffic.testa. Si enim tunc reconualescit testamentum, quod eius natiuitate fuerat omnino ruptum, vt ibi dicitur : fortiùs legitimatio, quæ non rupta est, sed tantum perdidit effectum succedendi cum legitimo,ne illi fieret præiudicium, illum effectum recuperare debet cessāte ea causa.Imò fortiùs dicit ipse Pau quod si is filius legitimus moriatur post mortem patris, antequam successerit, aut transmiserit ad alium, etiam tum recuperat legitimatus huiusmodi effectum succedendi,arg.l. 2. §. sed si sint. ff.ad Tertul.Licèt secus sit in testamento,per l.si filius in potestate. ff. de liber.& posthum. Hæc Paul. [Et facit quod idē ipse tradit.consilio. 34. super primo dubio uidetur dicendum quòd le-

gitimatio, colum. 2. versicu. secundò principaliter, libr. 2.] Sed tu vide hic quæ dicam infra, in glos. [in verbo, susceperit liberos, num. 225.] incip. tertiò intelliges quod diximus.

321 HÆC QVÆ diximus de legitimato per rescriptum, arbitror & in legitimato per oblationem curiæ procedere, siue quis seipsum obtulerit, siue à patre oblatus fuerit. Nam primo casu non potest quis seipsum offerre vt legitimetur existentibus legitimis. §. si quis igitur fuerit, & §. sequent. in authen. quibus modis naturales efficiantur legitimi. Et ideo locum habent omnes rationes quas suprà attulimus in legitimatione per rescriptum. Legitimatio autẽ quæ fit per oblationem patris, licèt in hoc cæteras vincat, quòd potest fieri existentibus legitimis, vt cauetur iisdem iuribus; tamen non hinc propterea sequitur quòd ea non reuocetur ob liberos postea susceptos, quatenus cedit in eorum præiudicium. nam videmus in casu l. nostræ, qd licèt pater habens liberos donare possit; tamen si quis non habens donet, reuocatur donatio susceptis postea liberis ob præsumptionem & verisimilem mentem donantis. Ita quoque cum hic sit verisimile patrem carentem liberis legitimis hanc oblationem fecisse, qua legitimaret filium naturalem, quoniam legitimis careret, vt suprà diximus in legitimatione per rescriptum; certè qua ratione aliæ reuocantur quò ad successionem per superuentum legitimorum, eadem & hæc quoque. Et ita nuncupatim tenet Franc. Aret. in d. l. ex facto, col. 6. versi. circa tertium. ff. de vulg. & pupil. motus hac ratione, quòd licèt pater habens filios legitimos, possit tamen per oblationem curiæ legitimare filios naturales; tamen si ignoret se legitimos habere, non videtur illis voluisse præiudicatum iri, sicut diximus in exhęredatione, in l. Titius, in princ. & quod ibi not. Bar. ff. de liber. & posthum. Et similiter in prouisione quam facit testator filiis, in l. si quis ita. §. penul. ff. de testa. tutel. & quod not. Bart. in l. qui filiabus. ff. de leg. j Ergo nec nascituris quoque cẽsetur velle præiudicium fieri, per d. l. qui iure militari. ff de testa. milit.

322 ATTENDE lector, vis vt totius rei summam breuiter contraham, quæ scilicet suprà tam longis verborum ambagibus comprehendi intelligimus, quò & tu facilius omnia intelligas? Hęc sanè summa omnium est. Legitimatio quæ fit per sequens matrimoniũ, nullo modo reuocatur per liberos postea natos, siue quantum ad effectum succedendi, siue quantum ad alios. Sed nec alię legitimationes, quę videlicet fiunt aut per rescriptum, aut per oblationem curię, reuocantur natiuitate liberorum legitimorum, quantum ad statum personæ, quin ita legitimati admittantur ad honores & cętera naturalibus interdicta: verùm reuocantur quantum ad effectum succedendi, nisi princeps & pater cogitarint de liberis nascituris. Tamen si filii postea nati moriantur viuente adhuc patre, aut ẽt eo mortuo antequã successerint, aut ad alios trasmiserint, legitimati hunc effectum veluti postliminio quodam recuperant.

323 QVÆRO XVII. vtrùm reuocetur libertas seruis data ob natiuitatem liberorum ex hac l. Et primũ quidem videtur reuocari, cùm non minus serui nostri dicantur esse in bonis nostris, quàm cęteræ facultates nostrę, vt probatur in l. rem in bonis. ff. de acquirend. rerum dominium, & in l. possessionum. C. com. vtriusq. iudic. & quod voluit Baldus in l. liberti libertęque, columna vltima, versiculo, quęro an vassalli. C. de operis libertorum. Cuius authoritate Ias. consil. 207. verba instrumenti, colum. 4. versicu. tertiò bene facit, libr. 2. dicit libertos esse in bonis nostris. Nam & appellatione rerum nostrarum serui continentur. l. omnia. §. cum ita. [& ibi Bald. Imol. & Paul. Castrens.] ff. de legat. 2. & l. vlti. in fin. C. de verborum significatione, vbi etiam probatur seruos esse in patrimonio nostro; quod & probatur in l. vt tantum. §. 1. ff. de seru. corrupt. Appellatio autem rerum idem continet quod bonorum, nisi bonorum latiùs pateat, per text. in l. vltim. ff. de vsufruct. legat. [Et ne dubites, est text. expressus id probans quod diximus appellatione bonorum nostrorum seruos quoque contineri, in l. Paulus. §. vlti. ff. de pignor. quem in id expendit Hippoli. Marsil. in l. 1. §. si seruus, in 2. nota. & iterum in §. in causa etiam, in 1. nota. ff. de quæstionibus.] Nec tantùm serui, sed & eorum libertates. posteaquam manumissi sunt, censentur esse ex bonis & rebus nostris, l. verbis legis. ff. de verborum significatione. Quin non solùm serui ipsi veniunt appellatione rerũ nostrarum, sed & cęteri homines nostri, quos vocamus, scilicet nobis aliqua ratione subditi, veluti vassalli, & alii id genus, vt asserit Barb. consil. 26. sapienter scripsit, colu. 4. versicu. sed si quis opponat, lib. 2. per not. per Andr. Baru. & Bartol. [adde & Ioan. Plat.] in l. senatorum. C. de dignit. lib. 12. & voluerunt etiam nuncupatim Guil. Cu. Cyn. & Bald. in vtraq; lect. quos ille non citat, in l. 1. ff. de statu homin. & ipse Bald. in [d. l. omnia. §. cum ita, per illum text.] ff. de legat. 2. & Alcia. in l. rei. quę est. v. in gloss. 1. & iterum in l. sequen. in verbo, rei. ff. de verbo. significa. & bene facit tex. in l. talem. §. vlt. & ibi Bar. Bal. & alii. ff. de hęred. instit. & in c. authoritate, ibi, aut suorum hominum liberorum de priuil. lib. 6.

324 § Quanquam [tex. est qui videtur probare appellatione rei non venire personam. in l. serui electione §. 1. ibi, cùm res aut persona legatur, & ibi Iason col. 2. versi. 2. pondera. ff. de legat. 1. & gloss. in l. in hoc, in verbo, non valere. ff. familiæ hercisc undæ, dicit libertos non esse de bonis. &] Bald. ipse in capi. 1. colum. 1. versi. pone arbiter, extra de arbit. asserit libertates diuidi

non

non posse, quia non sunt in bonis nostris patrimonialibus, per l.quædã mulier.ff.familiæ herciscun. Et dicit idem Bal.in l.qui filios. C.quæ res pignor.ob.po.filios nostros cæterosque homines liberos non esse in bonis nostris. [quod bene probat text.in l.1.ff.de rei vendicatione, & in l.1.& ibi Francisc.Ripa in 6.notat.ff.de interdictis, & in l.1.& 2.C.de patrib.qui fili. distrah.] Sed quicquid sit de libertis, & aliis liberis, constat ex supradictis seruos contineri appellatione rerum ac bonorum nostrorum. De bonis autem loquitur lex nostra. Igitur obtinet in rebus huiusmodi.

325 ¶ Verùm Salyce.hic ad fin. apertè sentit non reuocari, hac ratione motus, quia libertas concernit personas, & non res, sicuti legitimatio, quæ non reuocatur, vt etiam diximus plenissimè in precedenti quæstione Quam rationẽ & tu ita cõfirma. Nam libertas est fauorabilior, quàm ipsa legitimatio, etiam in his quæ respiciunt liberos legitimos: quoniam filij legitimi impèdiunt legitimationem.§.illud, in.authent. quibus modis naturales efficiantur sui. Non etiam libertatẽ.l.Papinianus.§ vlt.& l.sequent. ff.de inofficio.testa.& pleniùs diximus suprà in ead.glos.versicu.501. incip. quinta item ratio. Si ergo non reuocatur legitimatio, multò minùs libertas fauorabilior filiatione, quæ est nostræ l.vnicum fundamentum, vt suprà sæpius diximus.Id quod etiam ex multis manifestum fit. Nam primum tempus certæ ętatis semper & sine deffectu facit diem fauore libertatis.l.si ita scriptum.ff.de manu testa.At fauore filiationis non facit, nisi duo interueniant.l.si cui legetur. §.hoc autem.ff.de legat.j & l.Seius Saturninus. ff.ad Trebel.In qua quidem illud etiam tempus videtur appositum fauore solius filij, per l.in fideicommissi.§.cum Pollidius.ff.de vsuris, & l.si ita legatum.§ Pegasus.ff.de legat.2.

326 ¶ Deinde magis fauetur piæ causæ quàm filiationi, excepta legitima, per authentic.si qua mulier, vbi not.Bald.Salyc.& recentiores.C.de sacrosanctis ecclesiis, cum aliis multis concordantiis collectis suprà in verbo, libertis, versic. 83.inci.& hęc posterior sententia.& hæc est cõmunis op.licèt aliqui negent. Quam & super ea quę inibi diximus, ita probamus. Nam testamẽtum nutu factum ad pias causas valet; vt voluit glos.ordin.in c.cum tibi, & ibi omnes doc. extra de testam.Bald.in l.1 .colum.2.in lect. & iterum in repetit.colum.antepenulti. versic.super quinto, & ibi etiam Francis.Aretin.colum.vlti. C.de sacrosanctis ecclesiis, cum multis concordantiis, à nobis latè congestis in [tractatu priuilegiorum piæ causæ, in 8. priuileg.] Et tamen non valet huiusmodi testamẽtum inter liberos factum, secundum Bald.Angel.Fulgo.Paul.Castren.& alios recentiores in l.iubemus.C.de testam.cũ aliis concor eo.in loco à nobis adductis.

327 ¶ Item licet pactum de futura successione non valeat fauore filiorum.l.vlt.C.de pactis. valet tamen fauòre pię causæ, secundum Bal.ibi. colum.penult.versicu.venio ad secundam quæstio.& Alexand.& Anto.ab Alexãd.in l.pactum quo dotali.C.de collat.& eundem Alexan.in l. pactum, colum.2.versicu.tertio fallit.C. de pactis.& consi.152.in causa & lite, colu.3. versic. subdo etiam, cum aliis quoque multis concor. à me adductis. vbi supra in 98. priuilegio piæ causæ. vbi tamen videbis quid de hac re sit dicendum.

328 ¶ Præterea videmus dominium transferri in piam causam ex solo titulo sine traditione.l. vlt.& ibi omnes doct.latè C.de sacrosan. eccles. & l.1.& ibi glos.& doct. C. de donat. quæ sub modo.Tamen nõ trãsit in filium.l.2.C.si quis alteri vel sibi.& l.siue emancipati. C. de don. Ex quibus planè conficitur, quod superius assumpsimus, piã scilicet causam esse fauorabiliorem filiatione.

329 ¶ Libertas autem est pia causa l.1.§.vlti. ibi, ad hanc rationem pietatis, & ibi Bald.C. de com.ser.manu. cum aliis si.à me latè congregatis in ea ipsa gl.vlt.ante fin.Nec solùm quidẽ pia causa, sed etiam fauorabilior alia quauis causa pia.Quod hinc etiam apertè videmus, quòd legata ad pias causas nõ minuunt legitimã filiorum.d.authentic.si qua mulier, ibi, legitima nulli diminuta, & ibi quoque doct.& id nuncupatim respondit Alex.cons.18.non minuitur legitima, in princ.lib.4. Et tamen legata libertatum non solùm minuunt, sed & prorsus tollunt & extinguunt legitimam ipsam l.Papinianus.§.quarta autem, & ibi Raph. Fulgos.in 3. notat.& Paul.Castre.qui dicit illum textum in hoc mirandum.ff.de inofficio.testamento.& ita etiam illum textum expendit ipse Paulus.cons. 417 ista domina sancta, colum.2.lib.1.& consi. 450.visa dicta facti narratione, in fin.lib.2.vbi ex eo dicit non per omnia par esse testamẽtum inter liberos, & testamentum ad piam causam. Iason in locis quæ statim subiiciam, & præterea in l.quidam existimauerunt, colum.4. ff.si certum petatur, & in l.si vnus, colum.2. versi.tu considera fortius.C.de testa. & Ioan.Neuiza.inter consil.feudalia. Alberic.Bruni.consil.12.patres comederunt, colum.antepenult.versic.tertio quia agitur & ante omnes glos.in.§.1. versi. non licebit, in verbo, relinquat, in authenti. de trien.& semis.

330 ¶ Verum est tamen, ne id omittam, quod glos.& communiter doct.in d.§.quarta, dicunt, quòd hodie legata libertatum non minuunt legitimam, per text.in.§.prohibemus in d. authẽ. de triẽ.& semis.quanuis ille.§.non loquatur de libertate.& glos.ibi etiam aliter tenet. Et si de ea loqueretur, non minùs tamen probaretur per d.§.quarta, libertatem esse fauorabiliorem quauis alia pia causa, licèt in eo casu esset correctus per d.§.prohibemus.Neque enim correcta lege

cen-

censetur correcta ratio legis, quin ex ea argumentum possit assumi, ex glos. ordin. in c. nonit in verbo quicunque, extr. de iudici. cum similib. Sed & illud quod diximus, satis probat text. in l. primo gradu. ff. quæ in fraud. credit. vbi legatū hæreditatis valet, si non sit factum in fraudem etiam si hæreditatis non sit soluendo, quanuis aliud sit in legato alimentorum, vt ibi dicitur, licèt haud dubiè sit pium, per text. in l. Mella. ff. de alim. & cibar. legat. & glos. in l. si citi annuo. ff. de annu. legat. cum multis similib. à me collectis in nostris commentariis [consuetudinum. Pictauiensium,] tit. 16. §. 1. in glos. vlt. ante fin. Et ita illum text. in d. l. primo gradu, ad hoc an notauit Benedict. Plum. in l. Antoninus, ad fin. ff. de fideicomm. liber. & Barb. qui ex hoc nuncupatim infert quod diximus, libertatem esse cęteris legatis fauorabiliorem. in l. si ita stipulatus essem abs te, colu. antepenult. ff. de verbor. obligat. vbi & ad hoc citat Ang. tn repetit. l eā quā, colum. 5. versicu. addit. & quantum. C. de fideicom. vbi videtur asserere libertatem magis esse piam causam, quā quasuis alias. [Quod & hinc patet, quòd libertas concedi potest absenti, etiam sine nūtio, vel epistola. l. j. §. sed & si quis, & ibi notat. Bald. C. de latina libertate tollenda, & Francisc. Aret. in l. vtrùm, col. 2. ff. de verbor. obliga. Et tamen absenti donatio piæ causæ fieri non potest, secundum glos. in l. illud, in verbo alia causa, in fi. & ibi Guil. Cu. Bart. Bald. & Pau. Castren. C. de sacrosan. eccles. & Ioan. Andr. in addit. Specul. tit. de instru. editio. §. nunc. aliqua versic. sed an pauperes, cum aliis concord. à me collectis in d. tractatu priuilegiorum piæ causæ, in 94 priuilegio. Vide tamen Carol. Ruin. consil. 3. de pluribus, colum. penult. nu. 22. libr. 2. vbi tenet piam causam esse fauorabiliorem libertate.]

331 ¶ Igitur vt concludamus, si pia causa est fauorabilior filiatione, & alia quauis pia causa. consequens est libertatem esse fauorabiliorem filiatione. Id quod sentit (ne authoritate etiam careamus) licèt obscurè, Bartholus in d. l. si cui legetur. §. quod autem, & ibi partè Iason in fi. ff. de legatis primo, & rursus idem Iason in l. si fundum. §. Stichum, colum. 1. in fin. eod. titu. & Philippus Decius in l. quoties dubia. ff. de regulis iuris. Vt non immeritò dicatur antiquos legumlatores multa etiam contra communes regulas fauore libertatis statuisse. §. vlti. Institut. de donatio. & l. generaliter, §. si quis seruo. ff. de fideicommissariis libertatis. libertasque omnibus rebus esse fauorabilior. l. libertas omnibus. ff. de regulis iuris, & ita quidem omnibus rebus, vt etiam vitæ anteponatur, vt probatur ex l. vltim. C. de patria potestate. vbi patribus quibus olim ius erat vitæ ac necis in liberos, libertatem tamen eis eripere non licebat, tantum inquit ea l. libertati à maioribus impensum est. Nam & Diogenes Cynicus aliquando interrogatus quid omnium rerū esset inuita optimū, [παῤῥησία] inquit, id est, libertas. [vt vertit] Ambrosius interpres Laertij, [& Erasmus in Apophthegmatis. Quod tamen non placet Frācisco Robertellio, quòd παῤῥησία non simpliciter libertatem significet, sed libertatem loquēdi. Sed ei respondet, docetque optimè versum fuisse Nannius Alcmarianus miscellaneorum, libr. 8.] Cæterùm Buris & Spartis Lacedæmonij apud Plutarchum in Apophthegmatis, tam ingens esse bonum libertatis dicebant, vt nemo sanæ mentis cum regno Persarum commutaret. Tullius autē Philippica 2. Seruitus, ait, postremum malorum omnium, non modò bello, sed morte etiam repellendum. Idemque sæpius censet mortem seruitute potiorem, vt Philippica 3. 10. & 11. Et Salustius in Catilinam, ex sententia C. Manlij, libertatem, inquit, nemo bonus, nisi cum anima simul amittit. Ex quo Vlpianus in l. intercidit, in fine. ff. de cōditionib. & demōstrationib. seruitus, inquit, morti assimilatur. quod & repetit in l. seruitutem. ff. de regulis iuris. Iustinianus autē in. §. si vero decretum. in authentica de nuptiis, scribit seruitutem non procul à morte differre. Valens quoque imperator in codice Theodosiano. l. prima. C. de parentibus qui filios suos distraxerunt. Cui, inquit, non ingenuo mori satius est, quàm iugum seruile perferre? At Apollonius Thyaneus apud Philostratum libr. septimo. Pro libertate, inquit mori leges iubent. Id quod etiam bruta animalia intelligunt Nam Aelianus libro quinto animalia, tradit de Onocentauro, quòd si capiatur, non ferens seruitutem, libertatis desiderio ab omni cibo abhorret, & fame sibi mortem consciscit. quod & à Pythagora narratum esse Crates testatus est. Vnde & iurisconsulti dicunt infinitam esse libertatis æstimationem. l. non est singulis. §. infinita. ff. de regulis iuris, & alibi libertatem rem esse inæstimabilem. l. libertas, eodem titulo, cum concordantiis ibi adductis. & alibi scribitur libertatis ęstimationem ad infinitum extendi. l. procurator. §. vltimo ff. rem ratam haberi. Cæterùm Pindarus Isthmiorum ode. 8. pronuntiat beatos homines, qui libertate fruuntur. Ex quibus omnibus illud relinquitur, quòd filiatio superueniens non tollit libertatem tam concessam. [ad quod facit textus optimus,] in l. alieno. §. 1. ff. de fideicōmissariis libertatis. [iunctis iis quæ diximus suprà in verbo, filios non habēs, numero. 5. & sequenti. Et faciunt quoq;] quę diximus in præcedenti. quęstione in quinta ratione. & in responsione illius. Et quod alibi dicemus, libertatem difficillimè renocari, infrà in verbo, reuertatur. versiculo. 265. incipient. parum absuit. [& quod suprà tractauimus in verbo, libertis, vtrum hæc lex habeat locum in rebus donatis piæ causæ.]

332 QVÆRO XVIII. vtrùm hæc l. habeat locum in publicatione bonorum facta à

patre

patre nondum susceptis liberis, si postea suscipiat? Da qua re nūcupatim loquens Bartholus in l.prima.ff.de bonis damnato. constanter asserit eam reuocari per hanc l. nostram. quem expressim secutus est Franciscus Curtius senior consil.omnium primo, prima fronte videtur, columna tertia, etiam per hanc legem. Quod vt intelligas, scire debes liberos delinquentium impedire integram bonorum publicationem, dicta l.prima,& iterum l.vltima.ff.de bonis dānatorum,& l.vltima.C.eodem titulo, quod primus sanxit Hadrianus imperator, vt retulit Aelius Spartianus in vita illius. Si ergo quispiam non habens liberos delinquat, ob idque omnia bona sua publicet, natis postea liberis reuocatur publicatio eatenus quidem, quatenus impediuissent, si tempore publicationis extitissēt. Sed non video quid ea res ad hanc.l. pertineat, quæ in presumpta voluntate donantis omnino fundatur, nisi etiam dicas hunc qui delinquit, verisimiliter non id perpetraturum fuisse, si cogitasset de liberis futuris:quæ res an consideranda sit, videant cæteri.

333 § Quanquam illud scio, inter plerasque causas, quæ reddi solent, cur nonnunquam filij puniantur ex delictis parentum, illam quoque adscribi, vt parentes qui filiis magis quàm sibi ipsis sæpius metuunt, iuxta l.isti quidem.§. vltimo.ff.quod metus causa,deterreantur à sceleribus, quorum pœnam in suos ipsorum liberos irrogari non ignorant. Nam & hanc rationē huic rei inter cæteras assignant Zenze. in extra uag.Ioan.22.incipien.dierum,in verbo,quomodolibet.& subobscurè Panormita.in cap. vergentis,in vltim.notat.extra de hæredi.Id quod longo ante interuallo elegantissimè, vt cætera omnia,scripsit Tullius in quadam ad Brutum epistola.Nec verò,ait,me fugit,quàm sit acerbum, parentum scelera, filiorum pœnis lui. Sed hoc præclarè legibus comparatum est, vt charitas liberorum amiciores parentes reipublicæ redderet.De quo & nos latè diximus in nostris commentariis consuetudinum Picta.tit.13.§.2. Sed quod ad casum l.nostræ pertinet,Bal.in d.l. vlt. C.de bon. proscrip. tradit ex eo text.in verbo, relicti,quòd concepti post condemnationē non potiūtur priuilegio illius l.id est, non impediūt integram bonorum publicationem, sed in tantū qui iam nati sunt, aut certè concepti; quod omnino illius Bar.ac Cur.sententiæ aduersatur.

334 QVÆRO XIX. Vtrum etiam l. nostra obtineat in iis quæ quis ludo amisit, tanta quidem æstimatione, vt verisimiliter tanti non lusisset,si liberos habuisset,aut se habiturum cogitasset.Tanquam scilicet id quæsitum esse ex causa lucratiua censeatur. Nam si ex causa onerosa, haud dubiè locus non esset l.nostræ, vt plenè diximus supra in versi.139.incip. quintò etiam sequitur.Igitur super hoc, vtrum videlicet censeatur causa lucratiua,an onerosa,vide Bal. in l. 1.ad fin.versic. extrà quæro, & ibi Alexand. & Barb.in addit.C.si in fraud.patr. & eundem Bal. in rub.C.de condi.ob turp.cau.in 2.quæst. quæ quidem rub vulgò legitur eodem tenore & sine interuallo cum l.vlti.tit.præced.& eundem quoque Bald.in authen.ex testamento,colum. 4. in decimo capitulo,ibi,quid dices de vsuris.C. de collati.Imo.in l.si quis cum sciret. ff. de vsucap., pro empto [Rom.in l.quòd seruus.ff.de acquir. possess.] Ange.Aret.in tract. malefici. in verbo, mercidore de mali,dadi.col.v.versi.quærò an vincens.Barb.consi.65. Illud io medium referam, colum.1 lib.3 Parid.Puteum in tracta.de ludo, col.16.versi.an quæsitum per ludum.Sebast. Cōstan.in tract.eiusdem tit.char.6.Iason in l. si arrogator,colum.9. versicu. secundò principaliter not.ff. de adopt. [& in §.item si quis, nu.28.& sequen.Institu.de actionib.] Phil.Deci. in l. in eo quod vel is,colum.2.versic.similiter acquisitum.ff.de regu.iur.Pau.à monte Pico,in repetitio.l.post contractum,colu.1. & iterum colum. 9.ff.de donatio.& Ioan.Monteser.in repet.l. frater à fratre,in 34.quæstio.ff.de conditio.indebi. Fabia.Gioch.in repet.authent.nouissima,in 23. quæst. princ.colum.2.versicu.sed nunquid perditum.C.de inoffi.testa.& Fran.Ripam in capit. sæpe,col.16,versi.nonò dubitatur,extra de restitutio.spolia. Et in multis ex dictis locis etiam comperies,an amissa à patre in lusu,reuocentur à filio ob suam legitimam,quæ res huc proximè accedit.Sed & tu vide quæ diximus supra versi. 128.incipien.cæterum superiora confirmat. Illud autem certū est,ludentem, ea quæ ludo amisit,censeri alienasse,vt pulchrè tradit glos. in lege 3.§.miles qui in bello.ff.de re militari,quam pro not.sequitur Baldus,in sua Marga.in verbo, ludus,versi.3.dicitq; eam facere ad ea quæ not. in lege,quoties.C.de fideicommiss.

335 QVÆRO XX. Vtrùm & hæc l.procedat in concessione feudi? Quod quidem videtur, cùm feudum sit quædam donatio, nempe quod dicitur beneficium,vt patet in c.1.§.1.tit. de feud.cogni.& in c.1. in princi. & per totum tit.non semel,in tit.quib.mod.feud. amit, & in aliis locis infinitis feudorum.Ideo & Bald. in rubri.C.de condi. ex lege,col.vlt.dicit,quòd feudum magis accedit beneficio,quàm contractui. Et alibi idem Bald.in c.vlt.extr.de aucto.& vsu. pal.dicit quòd feudum retinet nomē beneficii, etiam si pretio concedatur, licet propriè non sit feudum,id quod pecunia redimitur, quia honore & amore debet concedi.c.1.titu.de feud.dat. in vicem leg. cō. Sed & dicitur beneuola actio, in ca.1.§.in primis.tit.in quib.cau.feud.ami. ad differentiā scilicet cæterorum contractuū onerosorum, & datorum respectiuorum, vt nostri appellant, quæ scilicet fiunt respectu & contemplatione cuiuspiam rei:de quibus in l. cùm te. C.de pact. int. emp. & vendi. Nam hanc huius appellationis rationem ponit Cardi. Alexand.

post

post antiquiores, in præludiis feudorum, colu, 5. versi. itē dicitur beneuola. Quia licèt, inquit, feudum videatur datum respectiuè propter seruitia quæ debet vasallus, tamen quia beneficiū præstat seruitio, dicitur beneuola concessio, per l. Titius puerū. ff. de obsequiis liber. & alia quæ ibi allegat. Propterea & Bald. etiam in procemio feudorū, colu. 4. versi. pro intellectu, & post eum Iacob. Aluar. & alii dicunt quòd feudū potest appellari gratia, vt quod plurimum habeat gratię. de quo etiam per Mart. Laud. in c. 1. col. 1, versi. circa primam partem, rit. qui feud. dar. pos. Franc. Aret. in l. continuus. §. si ab eo, col. vlti. ff. de verbo. obligat. & Alex. in l. si mihi & Titio, col. 1. versi. adde quod idem. ff. eod. & consi, 7. attentis & ponderatis, col. 1. lib. 7. Soci. consi. 177. non inutilis, col. 1. lib. 2. & consil. 4. super quæstione, col. 3. lib. 3, consi. lxv. visa donatione, colum. 2. & alibi sæpe in eo. consi. eod. lib. 3. & aliquid etiam consi. 87, visis inuestitura, colum, 8. versic. quartò, vt dictum est, eod. lib. 3. & consilio 22. visa prædicta facti contingentia, colū. 2. versic. confirmo etiam. lib. 4. & Francis. Curt. seniorem consi 49. memoriæ recolendæ dux, colum. 17. versic. quia concessio feudi, & cons. 50. eiusdem initii, colum. 26. versicu. quartò corroborantur, in fin. & iterum colu. 33. versic. coadiuuantur præmissa, & rursum col. 36. versic. sed contrariū, & col. 43. versi. quartò respondemus, & Iason, in repetitio. l. 1e coniuncti, char. penul. versi. tertia limitatio, ibi, sed ad hoc potes dicere. ff. de legatis tertio.

336 ¶ Ideoque scribitur in cap. 1. §. prædictis modis, tit. quę fuit pri. causa benefic. amit. quòd ex quibus causis ingratitudinis donationes reuocantur, etiam feudum reuocatur: quod quidē intelligitur de meris & liberis, cùm cæteræ quę ob causam fiunt, non reuocentur ex illis causis ingratitudinis, vt voluit glo. in c. vlti. & ibi doc. C. de reuoca. don. cū simi. à me suprà adductis, cū de donatione ob causam locuti sumus. Quinimo sunt, qui censeut faciliùs ac leuiore de causa feudum reuocari, quàm simplices donationes; nam in hac est sententia Franc. Ripa. in interpre. l. vlti. C. hoc titu. de reuoc. donatio. in vi. 9. & 11. quæstio [& ante eum Ioan. Fab. quem tamen is non allegat, in §. sciendum est, post medium, Institu. de donatio.] Ex quo etiam Innoc. in c. j. extra de feud. scribit feuda concedi de gratia, ideoq; ea facile reuocari.

337 ¶ Sed contrarium quoque videtur; nam feudum non est donatio, [vt scitissimè an notâe Marti. & Card. Alexand. in c. 1. in fin. tit. de fra. de no. bene. inuesti. nam id, inquiunt, patet ex diuersitate verborum, quæ denotat diuersitatē rerum. l. si idem. C. de codicil. atque etiam ex dif finitione vtriusque quæ admodum est diuersa, vt not. in præmio feudorum. Hincq; dicunt l. j. si imperia. liber. soci. lib. 10. quæ loquitur de donatione non esse trahendam ad feudum. Et hoc quoque apertè probatur ex eo quod in donatione te euicta non est locus euictioni, nisi ea inceperit à promissione. l. Aristo. § vlt. & ibi glo. Bar. & alij. ff. de dona. cum similib. Secus autem in feudo. nam eo euicto semper tenetur dominus siue sciens, siue ignorans rem esse alienam, eam in feudum concesserit, nisi vasallus sciens fuerit, cap. 1. titu. de inuestir. de re ali. facta.

338 ¶ igitur vt repetamus, feudum non est donatio,]sed datio ob causam, vt etiam dicit Old. consil. 159. ex præsenti themate, col. 1. versi. in contrarium, per l. 1. ff. de dona. vbi & illud dicit, quòd in dubio concessio facta à principe, videtur potiùs facta titulo donationis quàm feudi, vt maior sit liberalitas propter qualitatē concedentis; vt hiuc etiam possis intelligere aliud esse donationem, aliud confessionem feudi; Et illud dictum sequitur Alberi. in rub. C. de donatio. versi. item quæro de quæstione ardua. & Philip. Deci. [in authent. ex testamento, colum. 2. versic. sed certè. C. de collat. & consi.] 32. cuius superscriptio incipit, an fœmina dicatur, colu. 2. & consil. 269. consultus, col. 1. & consil. 208. ad clariorem demonstrationem, col. 2. versi. postremò aduertendum est, & consi. 289, non est parui ponderis, col. 3. uersi. nono, & consi. 468, superiori anno, colum. 3. & consil. 498. viso casu proposito, col. 2. vers. & ex his patet. [& Carol. Rui. consi. 38. quoniam, col. 2. nu. 4. libr. 1. & consil. sequent. visis, col. 1. & colum. 5. versicu. sola igitur, eod. lib. 1.] Cùm igitur feudum non sit donatio, sed datio ob causam, vt diximus; ideo pro seruitio feudali competit condictio ob causam, vt asserit Bald. in c. 1. § porrò, col. 2. versi. quæro quo iure, & ibi etiam Cardin. Alexan. in §. item qui domino, col. 2. versi. extra glos. tit. quæ fuit pri. cau. bene. amit. & idem Bal. in c. si cautio, colum. 2. versi. item fallit in feudo, ext. de fid. instr. & est text. licèt non alleget, in c. j. tit. de feu. sine culp. non amit.

339 ¶ Et dicit Ioan. Andr. in addit. Specul. in rub. de præscrip. col. vlt. quod in feudis quantūcunq; franchis, vt ipse appellat, siue liberis nunquam eximitur vasallus illis capitulis iuramenti fidelitatis. Imò nec valeret, inquit, infendatio ita facta, vt vasallus liber esset ab omni seruitio & onere; nec si quid tale fieret. diceretur infeudatio, sed quædam libera donatio. & sequitur Paul. Castren. consil. 311. circa id quod primò quæritur, col. 1. lib. 1. [& Alexan. consil. 30. quoniam omne datum, col. vlt. lib. 1.] & Cardi. Alexan. in prælud. feud. colu. 11. in 3. diuisione feudorum, & idem propè respondit ipse Pau. Cast. consil. 164. in præsenti causa, colum. vlti. versic. nec obst. quòd in feudis, & seq. lib. 2. & ante hos omnes Oldr. consil. 234. factum est tale, quidā miles. col. 1. versicul. huius autem verbi, à quo haud dubiè hoc assumpsit Ioan. And. eius discipulus, licèt subticuerit, vt propè semper aliàs, [& eum nuncupatim citat & sequitur Bald. in

cap. 1.

cap.1.in princip.colu.vlt.versi.alia quæstio,titu. de capit. qui cur. vendidit.& Iason,qui nec Ioã. Andr. nec aliorum præterquam Bald. meminit, consil.58. in causa mota per spectabiles,col.3. in 2.fundamento,lib.1.vide tamen Bald. in l. 2.in 16.q.ff.de rer.diuisi. vbi dicit quòd si dominus liberat uasallum ab omni seruitio, feudum non videtur extinctum, quia vasallus promeruisse, non demeruisse præsumitur.l.si cõuenerit. ff.de pact.& l.quoties,ff.de vsufr.Igitur inquit remanet feudum,quò ad alia, & redit ad dominum, mortuo vasallo sine hærede.]

340 ¶ Et ego sanè huic posteriori sententiæ accedo, vt scilicet hæc nostra lex non habeat locum in concessione feudali, cùm non sit mera & libera & simplex donatio, in qua tantum lex nostra habeat locũ,vt diximus in princip. Et videmus in aliis iuris articulis multũ interesse inter feudum & donationem. Nam in feudis fœminæ nõ succedunt. cap.primo.§. hoc autem notandum, titu.qui feud.dare possunt,cum similibus. At in donatione, quæ etiam habet speciem quandam concessionis feudalis,succedunt, vt per Bal.qui hanc differentiam nuncupatim adscribit consi. 351.in bonis feudalibus, libro primo,& Angel. consil.242.super puncto primo,In fin.Alexand. consil.24. ponderatis his, colum.4. versicu.nec dicatur quòd fœminæ, & Philippus Deci.dicto consil.32.[& consil.85.cuius suprascripto incipit,de gradibus,colum.3. versicu. præterea non videtur,& consi.193.cuius suprascripto incipit. in successione, colum 1] & dicto consil.28. & rursum consi.390 consuluit accuratè, ferme per totum.Et in concessione feudi,quantuncunque fuerit libera, non requiritur insinuatio, quæ in donatione requiritur, secũdum Baldum in cap. peruenit,le 2.quod est tertium totius titu.in fine,extrà de iureiurando.Sed & quòd aliàs multùm intersit inter simplicem donationem & cõcessionẽ feudi,latè disserit Socinus dicto consil. 66.lib.3.Cæterùm quod dictum est feudum reuocari ex iisdem causis ingratitudinis,nihil huc pertinet.Nam non propterea sequitur quod ex iisdem aliis causis quàm ingratitudinis reuocetur. Quod autem dicit Ripa faciliùs feudum reuocari, intelligitur etiam de causis ingratitudinis, vt & ipse loquitur:innititurque in ea re iureiurando vasalli,quo obligatur domino ad iurandum illius honorẽ,c.1.titu.de no.for. fideli. Quæ res nihil ad hanc l.nostram eiusque rationes facit.

341 ¶ Verùm si res ita concessa tantæ esset æstimationis respectu oneris sine seruitij,vt verisimiliter dominus non ita concessisset,si habuisset liberos, aut se habiturum cogitasset, posset dici esse locum huic l. in eo quod excederet iustam & consuetam onerum compensationem, vt in omni donatione ob causam consuluit Corne.consi.4.dubia satis.colum.4.in fin.lib.3. Nam in eo excessu causæ reputatur donatio simplex ac mera,secundum eundem Corne. qui in id multa allegat,consi.45.licèt in hoc dubio, colu.2.& vlt.lib.4.& latiùs diximus supra in eadẽ glo.cùm de donatione ob causam disseruimus. Cùm autem conceditur feudũ pro mercede aut pensione annua,id non propriè feudum est, secundum Bald.in l.si quam,circa medium C.de oper.liber.& in l.liberti libertæque,col.vlt.vers. item not.quòd si instrumentum.C.eo.tit:[& in cap.1.in verbo libellarium, in fin.tit.de pace Cõstan.]Id quod reputat sing.Ias.consil 45. factum sic se habet,serenissimus,colum.2.versi.secunda ratio,lib.1.[& sequitur idem Iason consil.57.in causa mota,col.3.versi. tertiò principaliter. lib. 1.& consi.63.vidi motiua,col.2.versic.secundo respondeo,eo.lib.1.& consi. 78. circa primum, col.3.versi.tertiò quod ista,eod.libr.1.] & idem voluit[Roma.cons.70. visis themate & quæstione,col.2.versi.rectiùs autem puto.]Iacob. Alua. in cap.in princ.col.vlt.tit.quid sit inuestitu.Cepol.causarum ciuilium consil.22.consuluis pridie,col.2.De quo tamen eundẽ vide consi. eiusdem operis.36.quidam habens, col.3.versi.item quod dicit.

342 QVÆRO XXI. Si quis scienter indebitum soluerit, cessat repetitio ex condictione indebiti.l.1.ff.de conditio.indebi.& ibi concor dan.in glo.Vtrùm verò id reuocetur ex hac l.natis postea liberis ei qui illud indebitum soluit, cùm non haberet liberos? Quod vtique videtur. Nihil enim omnino interest donet, an soluat indebitum scienter,præter verborum differentiã; rei autem nulla est. Nam qui indebitum consultò soluit,donat. [l.1.ff.de conditione indebiti, &] l.cuius per errorem.ff.de reg.iur.& l. si fundum.§.seruus.ff.de vsucap.pro empto. [& l. qui se debere.ff.de conditione causa data] & voluit Bald.in l.cum pater.§.Meuio,col. 1.ff.de legatis secundo,& Sign.consil.145.in quæstione vertẽte inter Iulianũ,col.2. versi.aut igitur dicemus, & omnes vbique. Ex quo & huiusmodi solutio insinuationem requirit,vt alia simplex donatio, secundum Bartol. Angel.& Pau. Castren. in l. 1. ff.de donatio.& Philippus Decius in dicta lege, cuius per errorem.Id intelligentur, cùm etiam recipiens scit esse indebitum, sicuti soluens. nã si ignoret,non est donatio,cùm non consentiat; quod in donatione requiritur. quod & voluit Baldus, in lege falsus,colum.antepenultima,versicu.quartò quæritur, & ibi Angel.in repetitio, colum.4.versicu.sed contra istam.C.de furtis,& idem Angel.in l.dispensatorem, circa medium; ff.de solutio.[& in l.si tibi.ff.si certum petatur.] Paul.Castren.Alexand.colum.6.Iason in secundo notab.in l.si ego,per illum text.ff.si certum petatur.& idem Paul.Alexand.& Iason,in dicta l.1.ff.de conditio.causa data,[& Alexand.in l.si aliquam rem,colu.3.ff.de acquirend.possessio.] & ante omnes glos.in d.§.seruus, in fin.glos.vlt. ff.de vsucap.pro empt. & quæ diximus supra in

verbo,

verbo,libertis,versi.68.incip. nec vlterius procedit, & quod in simili scribit Calca.consi. 25. Titius nobilis,colum.6. versicu. octauò pro ista parte.de quo tamen vide Philip. Deci.in d. l. si ego. Quantum autem ad casum l. nostræ pertinet,nemo non ridet & ipsius rationem in hoc casu habere locum.vt in quauis alia donatione.

343 QVAERO XXII. Quid si quis consentiat alteri donanti rem suam, an habeat locum l.nostra? Quod nõ videtur:nã lex nostra loquitur de donante. Aliud autem est donare, aliud donationi consentire.l.si pater §.vltim.ff.de manu.vind.per quem respondit Signo. consil. 145.in quæstione vertente,colum.2.quòd si ex statuto mulier non possit vendere sine aliqua solennitate,poterit tamen citra eam solennitatem vendenti consentire. Quod & idẽ penè voluit. Bald.in rubr.C.de pactis,in fin.quem sequitur Picus ibi,& Laut.Calca.consil.1. viso consilio, colum.14.& iterum consi.74.quòd dictis filiabus, colum.9.in princ. Sed per eundem text. dicit idem Bald.in l.vlti.ad fin.C.de suis & legitim.quòd consensus præstitus alienationi, non dicitur alienatio.Et idem Bald.in l.2.colum.antepenul.vers.19.quæro.C.de rescin.vend.quòd non dicitur propriè venditor, qui consentit vẽditioni,nec illi competit remedium ex illa l. & sequitur Anto.Burg.in c.penult.versic. decimo nono dico, ext.de empt. & vendi. vterque per text.quem ipse Burg.dicit not. in d.l.si pater.§. vlti.Cui & tu adde alium tex.in l.aliud. ff.de regu.iu.vbi ita scribitur, aliud est vendere, aliud vendenti consentire,& in l.vlti.C.de pact.& in l.iubemus.§.œconomus.C.de sacrosanct. eccle. vbi fit discrimen inter contrahentem & consentientem contractui. & in l.si minor, la 1.ff.de manu.vindic. Ex qua not.glos. ibi quod potest quis alij consentire in eo quod per se facere nõ poterat.Ex eoque not.Bene.Plum.quòd qui nõ potest manumittere, potest tamen manumittẽti consentire.

344 ¶ Propterea & Philip.Deci.consi.124.placèt mihi,colum.3.vers.quintò statutum,interrogatus an statutum prohibens vendere, haberet locum in consentiente venditioni, respõdit nõ habere.Sed & ante eum And.Ker.in c.1.in princip.& ibi etiam Mart.Laud.colum.3.versic. sed quid si dedit,& Cardin.Alex.colum.5. versicu. eiusdem initij,titu.de prohi.feud.ali.per Fede. tradunt quod si princeps interdicat legato suo, id est,vt loquimur,locumtenenti, alienatione, non ex hoc prohibetur consentire alienationi, per dictam l.aliud.Et hoc etiam sequitur Iacob. à sancto Georgi.in tractatu feudorum,in verbo, vicariusque perpetuus,colum.2.versicu.sed pone dux vel Rex.Et optimè facit quod voluit glo. in l.cùm pater. §.libertis, in verbo, alioquin.ff. de legatis secundo, quòd licet conlibertis relictum fuit prædium ea lege,ne id alienarent, atque in familia libertorum retinerent, quo casu is qui non alienauit, cæterorum alienantiũ partes potest petere, non etiam is qui alienauit, vt ibi scribitur;si quis tamen eorum alterius alienationi consenserit,eam quidem partem cui consensit,petere non potest, alias autem quibus nõ consensit, potest; quamuis nullas potuisset, si suam ipse alienasset;tanquàm aliud sit alienare, aliud consentire alienationi. Et illam sequũtur Bartol.& Bald.qui eam commendat, & monet notãdam.& pro ea allegat Bal.d.l.si pater.§. vlti. ff.de manu.vindic.

345 [¶ Et facit quod scribit Angel. in l. 1. ad fin. C. commu. de lega. quòd cùm legatum transeat in legatarium ipso iure,modò res legata sit testatoris,non item si sit aliena, etiam hæredis, gloss.in l.si hæredis seruum.ff.de lega. 1. & ibi concordan.per Bartol.& Iaso. Ideo vt subdit Ange.si quis legat rem alienam cum consensu domini,non transfertur dominium in legatarium,cùm speciale sit in legante domino, non etiam in consentiente;nam & aliud est legare, aliud leganti consentire.per d. l. aliud, & hoc sing.dicit Iason in l.j.col.antep.versic. tertiò requiritur.ff.de lega. 1. & not.in l. si fundum per fideicommissum,col.vlt.versi.aduerte etiam, e. titu.Idque etiam si alienaret rem hæredis cum consensu ipsius hæredis,vt voluit Bart.in l.cum quis decedens,in prin.per illum tex.ff.de legat. 3.Bal.in d.l.1.colum.4.versi.quæro testator, in 5.not.C.commu.de lega. & Iason in d.l.1.vbi suprà,de leg.1 & in l.huiusmodi. §. qui seruũ, col.2.versi.tertius casus,eod. tit. & in l.si hæredis, colu. 2. versicu.amplia istam regulam.ff.de lega. 1.]

346 ¶ Verùm in ea sum sententia, vt æquè reuocetur huiusmodi donatio ex hac.l. quantum ad ipsum consentientem, ac si ipse donauisset, per tex.in l.cùm quis.ff.de regu.iur.vbi cui donare non conceditur, nec donanti quoque consentire permittitur,& ibi concord.in gl.quibus adde & tex.in l.2.C.si aduer.donat.Ex quo not. Fran.Aret.nihil interesse,dones,an donati consentias.Hincque not. Bald.ibi,ꝙ qui non potest ex statuto vendere sine aliqua solennitate, nec vendenti quoque consentire poterit. Et sequitur Sal. ibi, & Firmia. in tracta. de episco.in 4. parte,lib.4.colu.35. versicu. sed nunquid prohibitus. & Barb.in c.si quis presbyterorum,per illum text.iuncto c.præcedenti,extra de reb.eccle.non ali.& iterum in c.peruenit, de emptio. & vend.& consi.51 scribit sapientiæ fons,colu. 16.versic.& facit quod voluit,lib.1.& cons.45. Deum innocent adiutorem,col.antepen.versic. secundo ostendo,lib.3.& Franc.Aret.in d.l.vlt. col.1.& sequen.& ibi quoque Philip. Dec.col. 4.C.de pactis,& idẽ Deci.in d l. aliud.ff.de reg. iur.& Soci.consil.230.viso testamento, col.3. versi.postremo non omitto,lib.2.& Fabia.à mõte sancti Sauini.in tract.de emp.& vendi.in 25. quæstio.3.quæstio.principa.& Alcia.in d.rubr.

C.de

C.de pactis,& Alber.Brunus in repertorio statutorum,in verbo,insinuatio,col.2.in fin. versi. statutum dicit quòd donatio. vbi ex hoc dicit quod non satis est insinuare donationē tanquā factā à donante,sed oportet insinuari tanquam factam à consentiente.

347 ¶ Reprehenduntque multi ex his Iaco. Butr.qui contrarium tenebat, ob id tantùm, quòd licèt ius commune prohibens venditionē posset trahi ad casum similem,videlicet ad consensu venditionis,per l.non possunt. ff.de legi. non tamen ius municipale contrarium iuri communi trahendum est ad similia. Ex quo etiam satis liquet,quòd ex sententia ipsius Iaco. But.id quod diximus,procederet in l.communi, vt est l.nostra,atque etiam in iure municipali nō correctorio iuris communis,quanquam & alij omnes trahunt ad quodcunque statutum. Nam vt dicit Barb.vbi suprà,prohibitio non est facta à statuto propter ipsam vēditionem,quæ in facto consistit:sed propter iuris effectū,quæ inde oritur,videlicet alienationem quæ ex ea procedit, quæ ratio habet locum & in consentiente.

348 ¶ Nam, vt hoc illi addas,qui alij consentit,sua iura perdit, vt dicit l.cùm quædam.C.de admin.tut.& bene facit l.nihil.§.1.ff. de lega.1. & text.in c.pastoralis,extr.de dona.& in c. 1.§. prætetea,& ibi gloss.in verbo, regressum, titu. quib.mod.feud. amit. vbi etiam Bald. alia ad id iura allegat.& inter cætera.l.sicut.§. vēditionis. ff.quib. mod. pign. vel hypo.soluit.quam dicit sing. in eo vt id quoque procedat, cùm quis cōsentit,vt de re sua testetur, quam etiam ad hoc dicit singu.idem Bald.in l.vēditioni, post prin. C.de vsucap.pro empt.& in l.quoties ab omnibus,col.2.versic.quæro quid si quis consenserit. C.de fideicom.& in l.si tibi.§.de pignor. [col. 2.versi.quid si testatur.ff.de pact.& in c.1.§.donare,colum.2.versic. sed hoc dictum non videtur,tit.quali. olim feu.ali.pot.& consi.89.dominus Thomas,col.2.versi. ad euidentiam, lib. 1. & Ias.consi.13.casus talis est spectabilis,colu.1. lib.1.& cons.57 in causa mota per spectabiles, col.3.versi.quartò & vltimò,eod.lib.1.& cons. 89.aggrediar,col.4.vers.aggredior nunc sextū. eod.lib.1.] Et eam quoque ad id citat ipse Bal. in l.vlti.col.pe.ver.est quintus casus.C.vnd.[legit.& in l.1.col.4.versi.sed hic quæro nunquid. C.de sacro.eccle.& in l.cùm alienā,col.2.versi. sed pone quod testator,& ibi quoque Saly. col. 2.versi.primum dubium, & Ias.col. etiam 2.C. de lega.& in l.senium, col.1.C. qui.testa. face. pos.Steph.Bertran.consi.329.ponitur, nu. 4.li. 1.& consi.173.quia difficultas, col.6.nu. 15.li. 4.& omnes Ias.in l.si quando.§. & generaliter, col.3.C.de inoff.testa.& in l. cùm proponas, la 1.num.7.C.de pact.& in d.l.quoties.C de fideicom. & ante hos omnes Bart.in l. cùm quis decedens, in princip. post medium. ff. de leg.3.] Sed & alius est similis text.in d.c.1.in princ.vbi & ipse Bal.col.pen.ad id expendit, titu. de prohib. feud. ali. per Feder. [Et id quoque voluit, licèt eum tex.non alleget,Rom.in l.quæ dotis. ff.sol.matri. De quo & tu multa videbis per Iaso. post alios antiquiores in l. si fundum per fideicommissum, colum. penult. & vltima. ff. de legatis primo.

349 ¶ Et qui consentit alii donanti rem] ipsius consentientis,donare ipse videtur. l. si liquear, & ibi Bal.in 2.not.C.de inof.dona. [vbi ex hoc dicit quòd debet fieri insinuatio talis donationis,tanquam factæ,non quidem à donante, sed à consentiente domino, & sequitur Francisc. Aret.cō.127.eximie,col.3.versi. secūdò hoc paret.Et]voluit etiam Bar.per multa iura in l.quæ dotis,col.3.versic.tertio pone, & ibi omnes post eum.ff.sol.matr.& in d.l.si fundum per fideicōmissum,in princ.& ibi quoque Roma. & cæteri.ff.de leg.1.& Pau.Cast.cōl.319. visis & examinatis,col.vlt.lib.2.per l.in ædibus.§.filiusfamiliàs.ff.de don.vbi est tex.optimus.[& Matthæ.Afflict.in tracta.Protomixeos,col.18.vers.decimo no.] Et semper àlias qui alienanti consentit, & ipse alienare videtur,vt dicit Bald.in cap.1.§.illud, versic.quæro ergo,tit.de prohib.feu.ali.per Fed.& Ange.in lect.Flor.Fulg. Corn.& Ias.in l. quoties.C.de fideicom.

350 ¶ Et ita quidem, vt ipse id propriè facere censeatur,ac si ipse faceret,cum sit dominus rei vt dicit Bald.in l.si vt proponis. C.de ser. pign. dat.manu.per l.si fundus.§.si nesciente.ff.de pigno.secus si non esset dominus, per d.l.si pater. §.vlt.ff.de manu.vindic.Quod discrimem apertè intelligit Barto.in d.l.vlt.colū.1.C.de pactis. cùm dicit,quod qui non potest per se actum facere, nec potest facienti consentire, cùm habet plenum ius in re,aliàs secus,per illa eadem iura quod & idem asserit ipse Bartol.consi.70. reuerendissime domine.colum.1.vbi hoc dicit infallibile.[& Bal.consi.133.quædam mulier, circa medium,lib.1.]

351 ¶ Sed & quantum ad casum l.nostræ pertinet,eadem est ratio donantis,& consentientis donationi,cùm par sit præiudicium, vt patet ex iam dictis,& ex l.venditioni.C.de vsuc.pro emptore.& l.2.C.de remis.pig.& ibi concor.in gl. & per Corne.consi.41.videtur in hoc, col.pen. lib.3.& consi.144.licèt in hac, colum.2.versic. his tamen non obstan.eo.lib.3. Ideoque eadem est præsumpta ipsius consentientis voluntas ac donantis,vt scilicet consensurus non fuisset, si cogitasset de liberis,nō magis quā donaturus.Ergo & l.ipsa habet locū,tum per regulam illā generalem,quòd vbi eadem est ratio, & idem ius est.l.illud,in prin.ff.ad legem Aquil. cum simi. tum quod specialiter hunc casum respicit.idem iuris est in consentiente actui, & in faciente:vt qui non.potest facere,nec potest cōsentire, & è diuerso,cùm eadē est vtriusque ratio, secūdum Bartol.& Bald.in d.l.vlti.C.de pact.& Philppus

Deci.

Deci.in d.l.aliud.ff.de regu. iur.[& consil. 543. in casu proposito,colum.1.] De quibus & tu vide quæ diximus in nostris legibus connubialibus,in glos.3.in verbo. *contracter*, in 12.quæst.

352 QVÆRO vlterius, Vtrùm hæc lex habeat locum in confessione facta sine causa in iudicio,& ita efficaci, secundum glos. in l. 1. [in verbo,apud iudices,]in fi. ff. de interrog. actio. [per text.ibi,& in prin. eius l. & in l. voluit.§. quod ait prætor,eo.tit quam dicit sing. Barb.in repet.rub.de fide instru.col.5.& pro ea quoque est bonus text.in l.sicut,& ibi Bald.in 3.eodem que vlt.not.C.de repu.hæred.Et idem quoque sentit glos.& in doct.in c.vlt.de confes.& Cyn. in l.generaliter.C.de non num.pecu. & Bald.in l.confessionibus,col.2.ff.de interroga.actio.]nã & ea habet vim donationis.l.cãpanus.ff.de ope. lib.[& l.quidam in iure.ff.de donatio.]Dicit tamen Bald.in l.illud,colum.vlt.versic. octauò & vltimò.C.de sacro.eccle.quòd ea non exigit insinuationem,quibusdam rationibus quæ ad hãc l.nostram nihil pertinent,nam si fuit,inquit, facta huiusmodi confessio coram iudice insinuationis, satis videtur esse insinuata.l. quidam in iure.ff.de dona. Si corã alio iudice,tunc est quędam donatio emergens vel incidens:& ideo iudex causæ principalis est competens, per l.quoties.C.de iudic.& sic semper satis est insinuata. Et eum refert & sequitur Ant.Canar.in tract.insinuationum.q.48.[Et idem quoque,vt scilicet in hac confessione non requiratur alia insinuatio,voluit Bart.in d.l.quidam in iure,& Pet.Ferra.titu.for.libel.quo agi.pro dona.in verbo, solenniter,colum.3.versi.rursum quæritur.] Sed quantum ad l.nostram pertinet,non video quid intersit inter donationem, & confessionem donationis causa factam,nisi quòd illa est expressa, hæc tacita & præsumpta, in qua quidem hæc l. æquè obtinet, ac in expressa, vt supra latè diximus in 7.q.princip.

353 QVÆRO XXIII. an hæc l.etiam procedat in donatione iuris patronatus facta consentiente episcopo,aliter enim non valeret.cap. cura,extra de iur.patr.& voluere Hostien. Goffre.Flor.& Panormi.in c.illud,eod.titu. Host.in summa,eod.tit.§.qualiter transferatur, versi.mihi videtur.Atclud.in c.piæ mẽtis.16.q.7. [Fed. Senen.consi.224.si opinio,col.1.]Panor. in ca. pręterea,le 2.in t.no.ext.de iur.patr. [Pau. Ca. consi.194.viso statuto communis Florentiæ,colum.2.lib.1.]Vtrùm igitur,vt repetam,sit locus nostræ l.in huiusmodi donatione?Super quo dubio nuncupatim consuluit Philip.Dec.si is est, consi.675.incip.consuluit, vbi negat locum esse.Nam de iure,inquit,patronatus idem iudicatur,quod de causis spiritualibus.ca.quanto, de iudic.& cap.de iure,& ibi Panor.colum.penul. & d.c.cura,de iure patro.ideo non potest nisi iudicio ecclesiastico diffiniri.d.c.quanto,nec legibus & constitutionibus laicorum subiicitur, quia à pari procedunt forum laicorum sortiri & legibus eorum subiici,vt post Inno.no. Ant. in rub.extra de consuetu. versi. vnam regulam habetis.Et facit vltra Decium, quod tradit Archi.in c.quo iure,8.dist.[& c.quæ cõtra,in verbo,peregrini.12.dist.]& Specu.tit.de constitu. §.1.versi.& no.& Calde.in disput.incip.[quidã Florentinus,& in alia dispu.incip. statuto ciuitatis cauetur.Bart.Bald.& alij in l.1.C.de sum. trini.]& Raph.Co. consi.139.P.laicus,colum.2.& Alex.[consi.150.viso themate,colum. 1. versi. quinimo dato,lib.2. &] consi. 209. ponderatis his omnibus,colum.1.eod.lib.2.[& consi.257. viso instrumento donationis,colum.4.versi. tamen eo ipso,eod.lib.2.& consi.44.videretur prima facie,colum.3.lib.5.& consi.13. attentis his colum.penult.lib.7.& consi. 141. viso statuto, colum.2.versi.& ad hoc,eo.lib.7.& consi. 217. viso quodam,colum.3.versi.hoc confirmo,eod. lib.7.Socin.consi.271.in præsenti,colum.2.versi.ex quibus,lib.2.& cons.14 capio primum, coln.1.lib.4.& consi.71.circa præsentem, in prin. eod.lib.4.& consi.79.si essemus.colu.2. vers.secunda principalis, eo.lib.4. Iason consi. 80. visa facti narratione, colu.1.lib.3.

354 ¶ Nec obstat,vt subdit] Deci. vt ad eum redeamus,quòd hæc l.videtur facta in fauorem filiorum principaliter, quo casu ex communi conclusione leges & iura ciuilia vidẽtur esse approbata de iure canonico,vt latè per Panor.post alios in c.ecclesia,col.4.versi tertius casus,extra de const.vbi dicit quòd quãdo lex ciuilis est generalis & rationabilis, nec contradicit canonibus,si est fauorabilis,est seruanda etiam quò ad clericos,& idem Panor.in cap.1.in 3.not. extra de ope.no.nuntia.vbi dicit quòd causa ecclesiæ debet decidi per ius ciuile,si canones deficiant, per illum text.& facit etiam text.in c.si adiutorium.10.dist.& quod dicitur,leges per ora principum diuinitus promulgatas.c.vlt 6.q.3.& sanctam ecclesiam legum secularium non respuere famulatũ,quæ æquitatis & iustitiæ vestigia imitantur.cap.super specula,de priuileg. Quia ad hæc responderi potest,quòd habent locum in rebus temporalibus & prophanis,in quibus iura ciuilia habent potestatem statuendi secus videtur in iure patronatus,quod reputatur spirituale,nec potest æstimari.d.c.de iure ,& not.Pano. in c.querimonia,de iure patr.vbi & ipse colu.2. ex hoc asserit quòd patronus qui nihil habet in bonis præter ius patronatus, non potest cedere id ius creditoribus,quia non recipit æstimationem,vt dictum est,& sic verba l.non conueniũt vt not.Bar.in l.4.§.prætor ait,in fin.ff.de damn. infect.vbi tradit quòd statutum loquens de re æstimabili,non habet locum in re inæstimabili.& idem Barto.in l.ita autem,in princ. ff.de admi.tut.cum multis si.à me latè congestis suprà in verbo,libertis,nu.2.Ideoque cùm l. nostra loquatur de bonis quæ æstimari possunt : non

debet

debet habere locum in hoc iure inæstimabili. Adde & quod id ius simpliciter non est in bo[nis nostris, secundum Bald. in l. eam quam, ad fi. C. de fideicom. & consi. 335. quædam mulier, col. 1. lib. 1.]

355 ¶ Sed de hoc admodum dubito, quia nō solum de iure ciuili, sed & canonico quoque te uocatur donatio per natiuitatem liberorum, vt patet ex ca. quicunq;. 17. q. 4. vbi etiam cauetur id procedere in foro conscientiæ: de quo latè di cam infrà in glos. reuertatur. nu. 291. secundum discrimē. & seq. [Quin & si id ius esset tantum de iure ciuili, tamen quantum pertinet ad perso nas laicorum, sunt ipsi etiam in re ecclesiastica subditi legibus & statutis laicorum, vt de iure patronatus nuncupatim tradit Pau. Cast. d. con. 194. in fin. lib. 1. Et id generale est in cæteris hu iusmodi rebus vt latè diximus in tracta. retra ctuum, tit. 1. §. 1. in glo. 13. in verbo. *l'achapteur*, nu. 8. incip. sed vnum non omiserim.] Nec verū est, quòd id ius non sit in bonis nostris, cū pro eo habeamus & actionem, & exceptionē, ideo que in bonis esse dicitur. l. rem in bonis. ff. de acquir. rer. domi. & not. Bart. in l. rem aliquam, col. 2. ff. de pigno. act. & in l. cū res. C. si res ali. pig. dat. sit. Ideoque si quis vendat omnia bona sua, certum est & id ius sub ea vniuersitate bo norum comprehendi. c. ex literis, & c. cùm secu lum, ext. de iur. patro. & not. in l. in modicis. ff. de contrahen. empt. cum si. In eoque vt in reli qua hæreditate succedimus. d. c. cùm seculum, & per omnes in c. ex insinuatione, eod. tit. de iu re patr. Ex quo præter id quod supra diximus, potest intelligi id esse in bonis, quando hæredi tas in bonis esse dicatur. l. licèt, & ibi Bar. & Bal. C. de pact. [Et quòd id ius patronatus veniat ap pellatione bonorum, expressę voluit Panor. in d. c. ex literis, col. vlt. vers. quid autem si dicat, de iure pat. & ante eum non obscurè Bald. consi. 32. quidam nobilis, col. 1. lib. 1.

356 ¶ Nec requirit]. l. nostra quod res de qua agitur, recipiat æstimationem, sed tantum re spicit ad verisimilem & præsumptam donantis voluntatem, an scilicet donaturus fuisset, necne, si cogitasset de liberis, siue res sit æstimabilis, si ue non æstimabilis quantum ad pretium. nam quæcunque res quantum ad affectionem, & vo luntatem ęstimari potest, vt omnibus perspicuū est. Id autem statui debet à iudice perspectis & consideratis personis, cæterisque rebus ad rem pertinentibus, iuxta ea quæ latè diximus suprà in verbo, omnia vel partem aliquam, & alibi sæ pe. [Et huc pertinet quod scribit Bart. in l. 4. §. toties, quem legit cum. §. prætor ait. ff. de dam. infec. quòd stante statuto, vt de quolibet contra ctu soluatur gabella. 6. denariorum pro libra, id statutum non habet locum in contractu facto su per re inæstimabili, nisi tamē cōtineret aliquod interesse æstimabile. Et sequitur Roma. consil. 434. in quo quæritur an dicti tres. Quasi scili cet nihil referat sitne res æstimabilis, an cuius aliquo modo intersit. Hic autem multum in terest & donatoris & filiorum eius, ne ius ip sum amittant. Ergo nō considerandum est quod sit inæstimabile.

357 QVAERO XXIIII. Vtrum hæc l. habeat locum in donatione rei alienæ, quod non videretur propria donatio, vt dicit glo. in l. in ædibus. §. vlt. & ibi Rom. ff. de dona. per text. ibi, & glos. in. §. sic itaque. Instit. de actio. Ex quo etiam videtur, quòd in huiusmodi dona tione non requiritur insinuatio, quæ tantum necessaria est in propriis donationibus, secun dum not. per Barto. & alios in. l. 1. ff. de donat. Et quia etiam res aliena statim potest euinci, & de iure est quid momentaneum. Ideoque non potest excedere summam legitimam, quia non videtur adesse quod statim aberit. l. magis puto. §. vltim. ff. de reb. eor. cum simi. à me adductis infrà in verbo, susceperit liberos, nu. 171. facit & quod, & multis sequen.

358 ¶ Tamen Bald. in l. post mortem, col. vlt. C. de fideicom. distinguit vtrùm donans tenea tur de euictione, an non: primo enim casu indi get ea donatio insinuatione, quia dari non est in obligatione: Secundo casu debet æstimari nu da possessio, & secundum eam requiretur vel non requiretur insinuatio. l. si mulier. ff. quod met. cau. Conditio autem vsucapiendi non æsti matur, quia procedit cum iniuria alterius. l. de nique. ff. ex quib. cau. maior. Nec obst. inquit, gl. in d. §. vlt. quæ dicit hanc non esse propriam do nationem, imo est quo ad titulum, licèt non quo ad dominium. ff. de don. per totum. Hæc il le: quem sequitur Rom. in d. l. in ædibus. §. vlt. & in l. Modestinus, col. 4. ver. sexto quid in do natione, eod. titu. Et hanc quoque distinctio nem seruandam esse censeo in casu. l. nostræ, eadem ratione. Et quod hæc donatio non indi geat insinuatione, tenet Alexā. in addi. Bartol. in d. l. in ædibus. §. vlt. per eam gloss. quam di cit sing.

359 QVAERO XXV. An & hæc l. ha beat locum in donatione ita facta, quia in qua specie consultus Socin. respondit consi. 215. vi sa prædicta, col. 1. lib. 1. repetito, consi. 22. lib. 4. locum esse huic l. superuenientibus liberis, per multa quæ illic allegat, & sequitur Alcia. in l. 2. in princ. nu. 16. ff. de verb. signi. Quod intel lige si id quod pluris valet quàm pretium, sit eius valoris, vt locum faciat huic. l. secundum ea quæ plenè tractaui suprà in glos. in verbo, o mnia vel partem aliquam, num. 24. in c. si eam op. & sequ. Nam & tunc huiusmodi venditio omnino similis est ei quæ facta est viliori pretio in qua habet locum hæc. l. secundum ea quæ di ximus suprà in princ. huius glos. nu. 2. & seq Ni hilque interest inter illam & hāc, nisi quod in illa tacite censetur donatum quod pluris est: in hac expressè. Tu tamen interim vide quę de hu

 iusmodi

iusmodi venditionibus ita factis, vt donec venditor quod pluris est, scripsimus in tractatu retractuum, tit. 1. §. 1. glos. 18. in verbo. *le prix que la chose au ra cousté*, nu. 1 1. sed in hac, cum multis sequen.]

360 POSREMO illud hîc scias, non tantù in illis casibus quos suprà adscripsimus, sed alias semper. vbi quis donando aut renuntiando facit quod solitum est fieri, cessat hæc l. nostra, vt expresse voluit Soci. consi. 5 3. viso instrumento, colum. 3. versi. secundo respondetur. In idque refert quod alibi diximus, filiam quæ dū dotatur, aut matrimonio collocatur, renuntiat successioni in fauorem fratrum, vt solet fieri, nō renocari hanc renuntiationem ob filios postea natos, cum non fecerit, nisi quod alias fieri assolet in rebus huiusmodi. Et facit etiam quod scribit Pau. Cas. consi. 1 5. incipiendo, col. 3. versi. facit etiam multùm, lib. 2.

ET POSTEA.

HÆC dictio postea, posset videri non necessariam habere interuallum, sed dici etiam de re quæ fit simul ac eodem momento & impetu, ex tex. l. quoties. §. si quis ita. ff. de hæred. instit. Ex quo not. Barto. dictionem hanc non impedire diem hæreditatis & libertatis simul cedere. Sed & ex eo not. Bald. & recentiores ibi, ꝙ si testes deponant Seium insultasse Caium, postea vulnerasse, intelligitur non est interuallo, sed incontinenti, vt sic insultus confundatur cū vulnere, & de solo vulnere puniatur, iuxta glos. vlti. in l. qui de crimine. C. de accusa. & est text. in l. illud. §. vlti. ff. ad legem Aquil. Nam & cum id dictum testis sit ambiguum, interpretatur in mitiorem partem, per cap. in præsentia, & ibi glos. ext. de proba. Et idem tenent ipse Bald. & recentiores in l. diuortio, in princ. ff. solu. matri. Raph. Co. & Ias. in l. fructus. ff. eod. Alexan. cons. 1 16. in causa inquisitionis, lib. 3. & Barb. in l. 1. §. qui præsens, colum. 4. ff. de verbo. obliga. & in cle. literas, colum. 7. in paruis, vers. tertiò faciat, de rescript. Sed & ipse Bald. post Dyn. in d. §. si quis ita, & ibi etiam Imo. & penè omnes scribunt, quòd si testes deponant quòd testator instituit Seium, postea Sempronium, intelligendum est incontinenti, ita vt sint ambo hæredes. Id quod etiam tenent Ray. Dyn. Bald. Bartol. Alber. Ange. Pau. Cast. & Raph. Co. in d. l. fructus, Cyn. & Albe. in l. 1. ff. si cert. peta. Alexa. in l. diuortio, in prin. col. 4. ff. solu. matr. Barb. in d. cle. literas, col. 8. versi. secundò accedat, de rescript.

2 ¶ Quanquam multi ex illis etiam loquūtur in dictione mox, ita videlicet, Seius insultauit, mox vulnerauit. Sine ita, testator instituit Seiū, mox Semptonium. Sed nihil refert dicas in illis exemplis, mox aut postea, quando hæ dictiones in huiusmodi locutionibus idem omnino significent, vt probat text. in l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrog. acti. vbi in eodē casu quod per mox prius dixerat, statim per postea dicit. & in l. & si line. §. sed quod Papinianus. ff. de minor. vbi ita dicitur, si autem minor prius adiit hæreditatem mox abstentus est. & text. in l. quod si seruus. §. sed & si errauit. ff. de in rem ver. vbi est similis text. & in l. ad peremptorium. ff. de iudic. cùm dicitur, vt primò quis petat post absentiam aduersarij primum edictum, mox alterum. nā aperte in illis locis mox significat postea. Et in l. 2. in prin. ff. ad Velleia. & l. si ita fuero. §. primo. ff. de noua. vbi ante & mox iunguntur. & in l. æquissimum, in prin. ff. de bon. pos. secun. tab. cum simi. & voluit expressim Paul. Cast. in l. 1. col. 3. versi. vltimò not. ff. si cert. peta. & Fulgo. in l. si arrogator. ff. de adop. & ibi Ias. col. 3. Nā & dictio deinde, quæ idem significat quod postea, vt dicemus infrà n. 9 & ista dictio mox, idem quoque significant, vt apertè probatur in l. si quis filios. §. hi autem, ad fi. ff. de iniust. testa. Quanquam Rom. in d. l. fructus, & post eum Franc. Aret. aliter dicūt de dictione mox, quoniam scilicet ex sua propria vi & natura omne interuallum refugiat. Quod fateor cum pro incontinenti vel statim ponitur, de quo dicemus infrà in verbo, reuertatur, in 27. fall. [quę est in nu. 109] At cùm ordinem significat, vt postea & deinde, de qua etiam dictione postea dicemus, vtrunque & cū interuallo & sine interuallo significat: quod vi dere licet in iuribus suprà citatis.

3 ¶ Sed vt redeamus, certè si tex. in d. §. si quis ita, suprà in princip. aduocatus, foletter expendatur, diuersum eius quod inibi ex eo diximus ex diametro probat, cùm dicit, detracto verbo medio, postea, hæc enim sunt verba illius l. quasi scilicet necesse foret eām dictionem detrahi, vt demonstraretur actus simultaneus, vt ita loquar, & non separatus aut interuallatus, vt sic quoque loquar cum [Ammiano] Marcellino, aut intercapedinatus, vt vtar verbo Cęlij Aureliani: quanquam aliter intelligit Ro. ibi, qui ex eo text. not. quòd hæc dictio posita inter ea, de quorum natura est, quòd in eodem tempore cō currant, non inducit temporis interuallum. & ad hoc dicit illum text. esse valde not. Sed quòd aliàs ea dictio denotet interuallum, probant & alij multi tex. videlicet in l. in bonæ fidei. C. de pactis, vbi ita scribitur, in bonæ fidei contractibus ita demum ex pacto actio competit, si incōtinēti fiat. Nā quod postea placuit id nō petitionem, sed exceptionē parit. Vides enim has dictiones, incontinenti, & postea, poni vt diuersa. Ideoque glos. ibi interpretantur postea, id est, ex interuallo. Et text. in l. qui procuratorem. ff. de procurato. vbi confestim & postea etiam scribuntur vt diuersa, & in l. 1. §. si rem. ff. depositi, & in l. 1. §. deinde ait ꝓtor. ff. ne quid in loco publi. cū dr, sine statim deterior fit via, siue postea, &

ea,& in §.vlti.Instit.de iniur.vbi est similis tex. & etiam in §.si ad exhibendum,Insti.de offi. iudi.Quibus simile est illud Suetonij in Augusto. Nec quicquam vltrà aut statim aut postea inquisiuit. Et rursum.[cap.95.] Qua fiducia Veletini & tunc statim,& postea sæpius penè ad exitum sui cum populo Romano belligerauerant. Et in Nerone. Neque tamen sceleris conscientiam,quanquàm & militum & senatus populiq; gratulationibus confirmaretur, aut statim, aut vnqnam postea ferre potuit. Illudque Spartiani in Hadriano.Patris patriæ nomen delatum sibi, statim,& iterum postea distulit. Quibus locis etiam vides statim & postea vt diuersa poni.

4 ¶ Sed vt ad nostras leges [reuertamur,] hoc quoque probat tex.in l. iurisgentium. §. quinimo,versi. idem responsum.ff. de pact. vbi quod primum ex interuallo dixerat,mox idem postea vocat,quasi idē sit postea,& ex interuallo. Ideo ibi Ias.colum.4.versi.quartò nouiter pondera, not.ex eod.tex.hanc dictionem postea,significare interuallum.& in l.pacisci.ff. eo.tit.cum dicitur,siue in ipso negotio venditionis gerendo cõuenisset,siue postea.& in l.sed Iulianus. §. proinde.ff.ad S.C.Macedo. vbi ab initio & postea ponuntur etiam vt diuersa.& est similis text.in l.antiquæ,in prin.C.ad S.C.Velleia. & in l. nuper,in princ.C.de natu.libe. & io §. si verò decretum,in authen.de nupti.& in §. vlt.versi.sed neque,in authen.de hære.& falci. & in §.dedimus,& iterum.§.si autem mulier, in authen.de æqual.dot.Et probatur etiam in l.si quis iniquū §.illud quoque.ff.quod quisque iu. vbi tunc & postea ponuntur quoque vt diuersa.Et est similis tex.in l.1.§.rectissimè.ff.de vi & vi ar.Et etiā text.in l.non erit.§.si neque,& ibi quoque glos. & Ias.in vlti.not.ff. de iureiuran. & in d.l. illud. §.vlti.ff.ad legem Aquil.vbi postea, & vno impetu,pro diuersis ponuntur,& in l.1.§ idem Labeo.ff.quod vi aut clam,cùm dicitur, Isque desstiterit impræsenti arum rursusque postea facere cœperit.& in l.apud Celsum. §. in hac exceptione.ff.de doli mali except.cùm scribitur, de eo duntaxat excipi oportet, qui admissus sit in ipso negotio quod geritur, non etiam si postea interuenisset.& in l.3.iuncto §.vlti.l.1.ff.de solu. vbi in re præsenti,& postea,ponuntur vt diuersa. Ideoque Bald.ibi exponit postea,id est,ex interuallo.& in l.2.C.de iurisdict.omn.iudi.vbi tempore contractus,& postea,ponuntur vt opposita. Et in l.idemque. §. si cui mandauero.ff. mandat.cùm dicitur, vel ilico stipulata sit, vel etiam postea.Et in l.ex castrensi,in princ.ibi,nō statim quidem,sed postea.ff.de castren.pecu. Et in l.2.§.hoc autem,ibi, nemo neque eorum qui in præsenti iuris peritiam habent, nec qui postea fuerint.C.de vet.iur.enucle.Et in l.qui ædificium.ff.de seruitu.vrba. prædio. cùm dicitur, quæ in præsentia erunt, & quæ postea fuerint. Et l.seq.cùm scribitur, quæ nunc sunt, & quæ postea quoque fuerint.& in l.2.in princip.C.de quadr.præscrip.vbi est similis text.& io l.manifestissimi,versi.sed ea,& rursus versic.siu autem nescius.C.de furt.vbi eo tempore,& postea,ponuntur vt diuersa.& in l.1.C. de calum. & in §. vlt.Insti.de nupti.cùm dicitur,statim vt nati sūt in potestate parentis non fiant,postea autem redigantur in potestatem.& in §.1.versic. qua de causa.Institu.de loca.& conduct. vbi etiam ponuntur vt separata.& apud Horatium lib. epistolarum.2.epistola 1.ad Augustum.

An quos & præsens,& postea respuet ætas.

Quibus planè constat,id quod dicimus,hanc dictionem postea, interuallum ostendere: quod etiam voluit glos.in l.pacta conuenta.ff.de contraheu.empti.quæ etiam interpretatur postea, id est ex interuallo,[& ibi Bald.in 2.nota.] & similis glos.in l.cum fuodum,in verbo, postea ff. de vi & vi arma.& in l.si Titius, in verbo,postea & ibi quoq, Bart.ff.de fideiuss.& [Alber. in l.si vnus.§.pactus ne peteret, column. 1.in fin.ff.de pact.Ioan.Fab.in l.per retentionem,C.de vsur.] Bal.io l.1.in prin.circa medium.ff.de solut.Cardi.Flor.in c.cùm Vintonēsis,extra de elect.[Panor.subobscurè in c.cura,in vlt.no. de iure patro.]Baib.in l.4.§ Cato,colum.21.versi. & adduco celebrem.ff.de verb.oblig.[& io repe.rub. de reb.eccle.non alienan.in §.dubio,colu. eiusdem vlt.& in c.vlti.colum.2.de precar. & in ca. potuit,colum.3.de loca.& in c.illos vos,colum. 2.de pignorib.] & consi. 25. scribitur sapientiæ septimo,col.3.lib.1.& consi. 59. clementissimi Dei,colum.4.eod.lib.1.& Alex.consi.141. viso testamento,colum.2.versi.confirmo ex illa, lib. 2.& consi.omnium postremo,viso processu,ante fin.eod.lib.2.& consi.98.viso & considerato col.2.versi.& hoc modo,lib.1.Franc.Aret.io d. l.fructus,col.pen.ff.sol.mat. vbi videtur sentire, licèt subdubius,hanc esse eius propriam ac peculiarem vim ac naturam.Cardi.Alex. in cap.1. col.2.tit.quid iur.si post alie.Ias. in l. si quis ante,colum.4.versi. tu pondera dictionem postea. ff.de acquire.possessio.Philip.Deci.in cap.2.colum.vlt.extr.de offic.deleg.& in l. certi conditio.§.deposui, in primo no.ff.si cert.peta.& cõsi.639. visa consultatione,colum.1. Hiero. Cagno.in l.2.colum.6.versicul.4.nota. ff. de orig. iuris. Aoton.Burg.io c.si venditori, in prin.ext. de empt.& vendit.

5 ¶ Porrò quantum interuallum hac dictione significetur, paruumne,an longum,nō inter omnes conuenit. Alij enim modicum dicunt, ob text. in l.ab hostibus.§. sed quod simpliciter, vbi glos. Pet.& Bart. colum.1.[Alberic.colum. quoque.1.]ff.est quib. cau. maio. [& idem Alberic.in l.hæc adiectio, post princip.ff. de verb. signi. & Franc. Aret.in l.cùm quidam.§. suum, colum. 2. ff. de acquirend. hæredita.] quod & probare videtur text. in l. si fuerit. §. vlti. ff. de reb.dub.qui in vno gemellorū partu vtitur hac

dictione postea, inter natiuitatẽ vtriusque, cùm dicit: nam si postea edita est, cùm tamẽ ibi adeo modicum esset interuallũ, vt ambigeretur vter prior esset editus. & tex. in l. quidam, post prin. C. de necess. ser. hæred. insti, quæ hac dictione postea, vtitur in re in eodem testamento facta, & in l. Lucius. ff. de hære. inst. qui similis est, in l. si quis, in prin. ff. de lega. 1. vbi ita scribitur, postea eodem testamento vel codicillis. Et in l. imperatores. ff. de mann. test. quæ non tantum de re eodem testamento facta, sed de eadem oratione vno in testamẽto apposita, hoc verbo vtitur. & in l. si is quem. C. de libe. causa, in illis verbis, sed si postea quàm cognouisti, de sententia iudicis appellasti. Nam illa dictio postea, debet intelligi illico, per tex. in l. litigatoribus, C. de appel. aut ad summum intra eundem aut alterum diẽ, per tex. in l. eos. §. si autem, eod. titu. facit & tex. in capit. 2. de præscript. lib. 6. cùm dicitur, postea quandocunque, quasi scilicet non fuisset intellectum de longo interuallo, si dictum simpliciter fuisset postea, sine illa adiectione, quandocunque. Et glos. in c. scriptum est, in princip. extra de electio. quæ exponit illum text. qui dicit postea reuocari, scilicet sine interuallo, quam sequitur & singula. dicit in suo casu Panormi. ibi, colum. 4. versicu. in glos. 1.

6 ¶ Alij autem contra asserunt longum interuallum hoc vocabulo designari. & in iis Barb. in l. si à fure, colu. 3. versicu. sed ego pondero. ff. de verb. obliga. & in c. cùm M. Ferra. col. 25. ext. de consti. & in repe. rub. de reb. eccle. non ali. char. 25. & in cap. 1. ext. quod met. cau. & in d. cap. in præsentia, ext. de probatio. & in c. pen. colum. 2. de for. compet. & in c. vlt. ext. de rapto. & Ludo. Bol. consi. 37. nobilis quidam, col. 6. versic. facit pro hoc. & Hiero. Cagn. in d. l. 2. §. postea ne diutius, col. 2. ver. pondera in primis, per illum tex. ff. de orig. iur. Pro quibus faciunt multi alii tex. suprà in ij. & 3. ab hinc versi. allegati. & facit etiam tex. in §. 1. Insti. de S.C. Tertul. vbi scribitur Claudium quidem primùm, matri ad solatium liberorum amissorum legitimam eorum hæreditatem detulisse. & confestim subdit, postea autem S.C. Tertulliano, quod diui Adriani temporibus factum est, plenissimè, &c. Nam constat inter Claudium & Adrianum nouem alios Imperatores fuisse. Et tex. in l. 1. in prin. ff. de milit. testa. vbi scribitur. Iulium Cæsarem liberam testamenti factionem primùm cõcessisse, postea verò Titum amplissimam indulgentiam in eos contulisse. At inter Iulium Cęsarem & Titum fuerunt nouem Imperatores. Et tex. in l. quo. n. §. Iulianus. ff. rem ratam hab. & in l. 1. iuncta glo. in verbo, postea. C. si rector prouin. & in l. sancimus. C. de iudi. iuncta interpretatione, quam ei dant quos statim citabimus. Nam in ea l. dicitur, quòd si contumax postea apparuerit, non aliter auditur, quàm prius refusis expensis. Quod videtur intellexisse gloss. 1. in l. & si post tres. ff. si quis cautio. & ibi apertiùs Iaco. Put. & etiam Iason in ea ipsa l. sancimus, colum. 3. in prima limitatione, quando non intra modicum tempus comparet. Quod si verum est, necessariò intelligitur illa dictio postea posita in d. l. sancimus, longo post, interuallo, sed huius diuersum voluit Bald. in d. l. & si post tres, tum in priore lect. colu. 7. versicu. quintò opponitur, tum in repet. colu. penult. versic. in ea gloss. in fin. & Angel. colu. 2. uersic. sequitur, in gloss. ibi, & Paul. Castr. in d. l. sancimus, in princip. & Barba. in cle. literas, colum. 8. in paruis de rescrip. Ex quorum sententia, si vera est, quod nunc non distinio, hæc dictio postea, intelligitur in dicta l. sancimus, siue statim, siue ex interuallo.

7 ¶ Ego autem dico ordinem quendam & sequelam vel loci, vel temporis, vel cuiusuis rei ad aliam hoc verbo suapte natura intelligi, vt etiam Priscianus tradit lib. 14. & è nostris Alex. consi. 141. viso testamento, col. 2. versi. confirmo ex illa, lib. 2. Et nunc quidem incontinenti, & sine interuallo nũc ex interuallo aut longo aut modico, ex subiectæ rei argumento. Neque enim simpliciter certum aliquod tempus demonstrat, sed prorsus dubium, & ambiguum, secundum Dyn. Bartol. Albet. Raph. Co. Ro. & Iason in d. l. fructus. ff. solu. matrim. Cyn. in d. l. 1. colum. vltim. in 6. oppo. ff. si cert. peta. Bald. Imol. & alios in d. l. quoties. §. si quis ita. ff. de hæred. institu. [Bald. consil. 64. quidam promisit, lib. 1. Alberic. in l. rem quandam, in fin. ff. de dol. mal. dum dicit ex eo tex. hanc dictionem nõ semper denotare interuallum. Alexand. consil. 224. viso processu, ad fin. lib. 2. & consil. 116. in causa inquisitionis formatæ, colum. 2. versic. in dubio, lib. 3. Card. Alexand. in cap. commissum, colum. 1. in ij. locis, extr. de sponsa. & mat. Philip. Decis. in d. l. in bonæ fidei, colum. 3. versic. quartò not. C. de pactis. & Matthæ. Afflict. in constitut. Siciliæ incip. quęstiones iurispentorum, in 5. not. Et probat text. in d. cap. 2. in illis verbis, postea quandocunque, de pręscrip. lib. 6. Ob idque Rom. Frá. Arei. & Iason in dicta l. fructus, non approbant quod suprà diximus [in princip. huius gloss.] de testibus deponentibus testatorem instituisse hæredem Seium, postea Sempronium. Nam cùm, inquiunt, incertum sit ob eam dictionem postea, vtrum intelligatur incontinenti, & sine interuallo, an cum interuallo, nec valeat quátum ad secundum, si sit ex interuallo: certè ea probatio tanquam ambigua non concludit, per d. cap. in præsentia, de proba. & l. matrem. ff. eod. tit. [& l. non hoc. C. vnde legiti. cum simili.] Dicit tamen. Iason, quòd durum esset recedere ab op. Bar. & communiori. At quantum ad priorem illum casum pertinet de insultu & vulnere, nullus hactenus tenuit contrariũ, quia etiam cum dubiũ sit ex eo testimonio, an incon

tinéti aut ex interuallo vulnus sit illatum, in dubio quod mitius est sequimur, vt iã diximus. & probat tex. in l. præses, & in l. interpretatione. ff. de feri. Igitur hæc dictio postea, vt repetamus, dubium & ambiguum tempus dicit.

8 ¶ Sicuti & dictio antea, quæ illi opposita est vt planè liquet ex l. commissum. C. de adulter. atque ex illo ipsius Suetonij loco in Domitiano, paulò post princip. In primisq́ue poeticæ studiũ tam insuetum antea sibi, quàm postea sprerum & abiectũ. Ideoq́ue & ea denotat interuallum incertum, ob idque arbitrio iudicis ex subiecta materia æstimandum, vt etiam voluit Bartol. in l. 1 §. diuus Seuerus, in penu. quæstio. & ibi Alexand. in addi. ff. de quæst. & Imol. in l qui alien. § vlti. ff. de acquirend. hæred. [Vt & de dictione ante, dicemus posteà, nume. 19. incipiente, de dictione post.]

9 ¶ Similiterq́ue dictio deinde, quæ idem significat quod post, siue postea, vt probat tex. in l. 2. §. prius, vbi id no. Franc. Aret. col. 1. ff. de vulga. & pupil. subst. & in l tigni. §. si quis cum iudicij. ff. ad exhib. & in l. si filiusfa. in prin. ff. de relig. & sumpt. fune. & in l. si seruum Stichum §. nunc videamus. ff. de verb. oblig. & in l. edicto. § cùm ante. ff. de iure fisci, & in l. si seruum. §. vlti. ff. de acquiren. hære. & in l. quibus § quidam. ff. de conditio. & demon. & in l. vlt. C. ad legem Corne. de fal. dum dicitur, primitus ei qui scripturam obtulerit, deinde ei, &c. & in § vlti. Instit. de lege falci, cum simil. & glo. in cle. dudum versi. ac deinde, in ipso verbo deinde, de sepult. Et illud Ciceronis in Pisonem. Qui sis ausus primum facere, deinde Torquato grauissimo & sanctissimo viro prem ente confiteri, &c. Et in Philip. 14. Nollem primùm reip. causa, deinde etiã dignitatis tuæ. Ideó & Signo. consi. 115. in quæstione Petri, col. 1. dicit hanc dictionem esse ordinis designatiuam, & allegat l. 2. §. deinde cùm census. & iterum. §. post. aliquot deinde annos, & iterum. §. deinde Cornelius, versi. post deinde. ff de orig. iur. Et idem dicit Bald. consi. 295. primo dicam, post medium, lib. 2. Ex quo etiam post deinde nonnunquam coniunguntur l. 2. §. post deinde. ff. de orig. iur. vbi Zasius vir nunquam satis laudatus id intelligens dicit deinde abundare, sed ornatus causa positum esse. Et est similis text. in l. vlti. ff. commu. prædio. & in l. Seia. ff. de euictio. & in §. his igitur, statim post princip. Insti. de iusti. & iur. & in §. si quis agẽs. Insti. de actio. & apud Terentium in Andria. Nunc primùm fac istæc vt lauet, post deinde quod iussi ei date bibere. Sed & nonnunqam deinde & postea copulantur: vt in l. non quocunque. §. 1. ff de legat. 1. [& l. si iure, & l. si ti bi. ff. de lega. 3.] & in l filium §. si quis contra. ff. de leg. præstan. & in l. 1. § sciendum. ff. de suis & legi. hære. & in l. & seruorum. ff. de stat. homi. & in l. si plures. §. quamuis. ff. de admi. tuto & in l. si quis ita. §. si Titio, ff. de adi. lega. & in l. illud. §. si idem. ff ad leg. Aquil. & in l. sicut. § superuacaneum. ff. quib. mo. l pig. vel hypothe. sol. & in l. quoties §. vlti. ff. de noxa. actio. & in l. vlti. ff. de castren. pecu. & in l. filiusfa. §. 1. ff. de mili. testa. & in l. vlti. ff. iudica. sol. & in l. si indebitum. §. 1. ff rem rat. hab. & in l. illud. ff. de peri. & commo. rei. vend. [& in l. si alius. §. est & alia. ff. quod vi aut clam, & in l. si cùm testamento. §. si fundum. ff. de exceptio. rei. iudi. & in l. quamdiu institutus. ff. de acquirend. hæredita.] & in §. 1. Instit. de replica.

10 ¶ Ex quibus satis constat hanc dictionem deinde, quod suprà diximus, idem significare quod post vel postea. Ideoq; & illa etiam intelligitur incontinenti, & sine interuallo, vel etiam cum interuallo, sicuti & post & postea. Id enim voluit glos. in dicta l. 2. §. prius, in verbo deinde & ibi clarius Francis. Aret. colum. 1. ff. de vulga. & pupil. substitutio. & Philip. Deci. in l. pacta nouissima, colum. 3. versicu. secunda solutio, & ibi quoque Alcia. in glos. vlt. colum. penult. versicu. tertius casus. C. de pact. Ideo Tullius in vltima in Verrem actione, vt amoueret dubium an statim, vel cum interuallo intelligeretur hæc dictio deinde, ei coniunxit eam dictionem statim, cùm ita scribit. Statim deinde iussu Prætoris in crucem esse sublatum. [Glo. autem in l. illud. §. si idem. ff. ad legem Aquiliam, exponit deinde, ex interuallo, & ibi Flori. notat hanc dictionem denotare interuallum.]

11 ¶ Igitur vt ad casum l. nostræ priuatim veniamus, eam censeo procedere quandocunque post donationem nati fuerint donanti liberi, siue incontinenti post, si de illis non cogitabat, quia fortè diutius ab vxore prægnante abfuisset: siue ex interuallo qualicunque, aut longo, aut modico, id est, sine vllo temporis post donationem discrimine, nempe ex subiecto l. nostræ argumento, cùm semper & omni tempore post donationem obtineat ipsius l. ratio. Et ita quidem expressim per pauca quædam ex iis quę diximus, voluit Franc. Ripa hic in 39. q. Et id certè non absimili ratione videre licet in casu. l. 1. ff. de capt. & postli. reuer. vbi ita cauetur, quòd seruus eius qui ab hostibus captus est, postea stipulatus est, hoc habebunt hæredes. Nemo enim, vt opinor, dubitabit illud obtinere, siue confestim post domini captiuitatem, siue longo post tempore seruus stipulatus fuerit, cùm nihil sit inter vtrunque discriminis. Et idem in l. si ita fuerit. ff. de legatis tertio, vbi fit mentio de eo qui postea natus erit, inve familiam venerit, quive posteá cognatus fuerit. Et multa alia exempla in nostris legibus comperies, ex quibus manifeste deprehendes hanc dictionem, postea, omne sequens tempus comprehendere, & propinquum, & remotum.

12 ¶ Nec me tñ latet, Iasonem in multis locis videlicet in l. si qs ita ꝓmiserit. §. Seia. col. 3. in

sexto notab. ff. de verborum obligation. & in dicta l. non erit. §. si neque. ff. de iureiurand. & in dicta l. fructus. ff. solut. matrimo. & in l. post dotem, colum prima, eodem titu. & in dicta L. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pactis, sibi fecisse finxitseque differentiam nouam quidem illam, sed admodum vanam, inter hanc dictionem postea, & dictionem post: quæ si vera esset, subuerteret omnia quæ diximus. Ea autem est, dictionem postea, suapte natura denotare interuallum post autem, minime, sed pro confestim intelligi. Idque probat ex dicto. §. quinimo, versicul. idem respōsum, in illis verbis, post emptionem ex interuallo. Nam frustra, inquit, adiectum fuisset ex interuallo, si id intellectū fuisset. [Quod & idem voluit Ioan. Crotus, nulla Iasonis mentione facta, in repetitio. capitu. primi, in primo notab. de constitutionib. libro sexto, per dictum §. quinimo. Quibus] adde & alium textum, in lege mulier. § si hæres, ibi, post multum temporis. ff. ad senatusconsultum Trebellianum. E diuerso autem, vt & hoc illi addas, iurisconsultus cùm postea addit confestim, in l. peregre. in princip. ff. de acquirend. possessio. qua sine ea adiectione intellectum fuisset ex interuallo, ex ipsius Iaso. sententia. Et simile est quod dicitur, postea sine mora, in l. scire debemus. §. si à fure. ff. de verborum obligationibus. Et quod Terentius in Eunucho iungit continuo cum postea. Hæc enim sunt verba illius. Hos prius introducam, & quæ volo, simul impetabo, postea continuò exeo. Sed & Iasonis sententiam confirmat, quod voluerunt glos. & Innocenti. in capitu. congregato, vterque in verbo, postmodum, extra de election. interpretantes eam dictionem postmodum, antequam diuertant ad alium actum, ac durante eodem contextu electionis, & quod scribit Dominicus in capitulo frequens, in principio, de restitutione spoliatorum, libro sexto, quòd si testes dicunt aliquem possedisse post talem, intelligitur immediatè & sine interuallo.

13 § Verùm ego (pace Iaso. & Croti dixerim) nihil omnino video interesse inter eas dictiones, post; & postea, non magis quidem, quàm inter ante, & antea, quantum ad interuallum, de quo tractamus, pertinet. Ideòque & dictionem post, sicut postea, ambiguum etiam interuallum significare, secutus Bartol. & alios id nuncupatim de dictione post asserentes in d. l. fructus, & Francis. Areti. in l. Gallus, in princ. colum. 5. versicu. in glos. vltima. & ibi etiam Lancello. Gali. in repetitio. colum. 7. versicul. item verbum. ff. de libe. posthu. & [eundem Aret. in dicta l. si quis ita pro miserit. §. Seia, in secundo notab. ff. de verborum obligationib. & in] l. in duobus, in princip. ff. de duobus reis, & Philip. Franc. in capit. 1. in primo notab. de constitu. lib. 6. & ante hos glos. quæ id apertè sensit, in dicta clementin. literas, in verbo, post datam, quam ibi expendit ibi Barb. column. 7. & sequen. de rescript. & ex externis scriptoribus Aelium Donatum, virum quidem vnum omnium qui vocum verborumque naturas ac proprietates optimè calluit, hoc quoque nunc tu patum cōfirmantem in Eunucho Terentij. Idem quę de dictione antè, quæ respondet dictioni post, scribit Bald. consi. 179. ad euidentiam est præmittendum, lib. 2. vbi dicit quòd significat incertum interuallum: quod & dicit Francis. Aret. in dicta l. 2 §. prius, colum. 1. ff. de vulgari & pupillari, substitutione. Nam quòd breue aliquando significet, vt hoc illi addam, apertè probat text. in l. si ita fuero. §. cùm pecuniam. ff. de nouatio. Et quod etiam aliquando longum, probat item text. in l. 1. ff. vi bono. rapto. cum simili b.

14 § Nam & quanuis hæ dictiones antè & post sese mutuò veluti respiciant, [tanquam relatiua, siue reciproca,] vt patet ex l. si bona. ff. de bonis liber. ibi, post venditionem, & ante venditionem, & l. 2. §. in auo, ibi, ante conceptionem, & post conceptionem. ff. de decurio. & alibi sæpe. & planissimè apud Tullium, si is est, lib. 4. artis Rhetoricæ ad Herennium, quo loco de demonstratione disserit. Id fieri, inquit, poterit, si quę ante, & post, & in ipsa re facta erunt, comprehendemus. Hæc ibi [Et lib. Acade. quæstio. 4. Et cùm in hoc mundo ornatus hic sit tam mirabilis, innumerabilis; supra, infra, dextra sinistra, ante, post; alios dissimiles, alios eiusdem modi mundos esse.] Sicuti & antea, & postea, se quoque vicissim respiciunt, vt suprà diximus, & probat etiam text. in l. seruitutes. §. si antea. ff. de seruitu. vrbano. prædio. & in l. 2. §. qui ad munera. ff. de vaca. muner. & in l. quoniam. §. si vsus, in fin. ff. de vsufru. ear. rer. quæ vsu consu. & in l. 2. §. sed cùm prēspeximus, versicul. ad monuimus. C. de vet. iur. enuclean. & in l. 2. C. de offi. quæst. & in §. igitur, versicu. in quibus, in procemio Institu. & in cap. nulli, de elec. libr. 6. & illud Tullij statim post principium Oratoris ad Brutum, Multi oratores magni & clari fuerunt, & antea fuerant, nec postea defecerunt. [Et ad Lentulum lib. 1. episto. Appius in sermonibus antea dictitabat, postea dixit etiam in senatu palam, Atq; illud] Macrobij lib. 3. Satur. capi. 6. Delon neque antea, neque postea hoc incommodo vexatam. Tamen sæpissime vnum aliud mutuatur, cum eoque coniungitur, tanquam nihil inter ea intersit. Videmus enim ante & postea copulari, & è diuerso antea & post: vt in eodem. §. in auo, & in eadem l. 2. §. in filiis, & in l. libertus. §. filium. ff. ad municipa. vbi ita scribitur, cum antè militasset, vel postea, & in l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad senatusconsultum Trebellia. vbi dicitur, quis ante, & quis postea decesserit. & in l. epistolam. §. primo. ff. eodem titul. cuius hæc verba sunt, vtrùmne post mortem suam,

an antea. & in l. sancimus.§.cùm autem.C.eod. quoque titu.vbi ita scribitur, vel post litē côtestatam,vel antea & in c.tanta, in princip. extra qui filii sunt legi.& in c.post translationem,pau lò ante fi.de renunciatio.& in c.duo pueri, pau lò ante fin.de desponsa.impube.& in cap.si beneficia,de præbend.lib.sexto,& in sexcētis aliis locis,& apud Plinium lib.28.cap.10.foueri,inquit,frigida & antè & postea iubent. & ipsum Tullium in 3.in Verrē actione. Si habuisset iste edictum,quod ante istum,& postea omnes habuerunt.[& Terentium in Andria.Nam is post quam excessit ex ephebis Sosia, liberius viuendi fuit potestas,nā antea Qui scire posses,&c.]

15 ¶ Imò & ex multis legibus manifestè apparet has dictiones post & postea esse eiusdem significationis & naturæ, videlicet in l. forma.§. quæ post censum. ff. de censibus. vbi quod primo loco per dictionem post dicit, idem statim per postea pronūtiat. Quæ post,inquit, censum editū nata,aut postea quæsita sunt,&c. & in l.1. in prin.ff.quando de pecul.actio anna.est.vbi ēt post & postea in eadem significatione ponuntur.& in l.1.§.rectissimè.ff. de vi & vi armata, vbi etiam quod per postea primo dixerat, secundo loco dicit per post,& in l.legem.C.de natural.liber.vbi primùm dicit postea, quod paulo post dicit post eādem legem. & in l.prima,in prin.ff.de militari testamēto, vbi iurisconsultus nunc vna vtitur,nunc alia in re eadem aut simili: adeoque vtranque confundit,vt clarè cognoscas,nihil illum curasse, vtra vteretur. & in §. si ab hostibus,versiculo dictum est, Instit.quibus modis ius patriæ potestatis soluitur, vbi primū scribitur postliminium dici à post & limine, & inde id exponens vtitur dictione postea, pro illo post.hec enim sunt verba illius loci. Dictum est autem postliminium à limine,& post, vnde eū qui ab hostibus captus est,& in fines nostros postea peruenit,postliminio reuersum rectè dicimus.Sed & vt ex eodem loco aliter intelligas nihil interesse inter has dictiones post & postea scias eum locum esse exceptum ex Scæuolæ illius antiqui iurisconsulti sententia, quam Tullius libro Topicorum ita adscripsit. Scæuola autem P. filius postliminium iunctum putat esse verbum,vt sit in eo & post, & limen: vt quæ à nobis alienata sunt cùm ad hostem peruenerint & ex suo tanquam limine exierint,hinc cum redierint post ad idem limen, postliminio videantur rediisse. Vides enim,vt pro illis verbis Scæuolæ,aut Ciceronis,cum redierint post ad idem limen, Iustinianus illa substituit, & in fines nostros postea peruenit. vt iam non dubites ex horum locorum coniunctione nihil referre, siue post siue postea dixeris.Sed est & bonus textus in §. quibus, Institut. de hæreditatibus quæ ab intestato deferūtur, vbi qd primùm per post dixerat,confestim per postea dicit. & in aliis infinitis. Nam & nihil omnino discriminis est inter eas dictiones, nisi quod post præpositio est, quæ cum accusatiuo sæpius coniungitur, interdum cum ablatiuo,cum dicitur, longo post tēpore. Postea autem, quod ex post conficitur, aduerbium est, quod nullum casum requirit: tamen & ipsa dictio post interdum quoque aduerbialiter ponitur pro postea, vt in l.siue libertus, in principio.ff.de iure patronatus, & alibi sæpe, & apud Virgilium libro primo Aeneidos.

Post mihi non simili pœna commissa luetis.

Et lib.4.Georg.

Atque alijs post commemoranda relinquo.

Et Terentium quoque in Adelphis.

Post faciet tamen.

Sicut & antè,quę præpositio est, interdum etiā aduerbialiter ponitur pro antea, apud eundem Virgilium in Bucol.

Antè leues ergo pascentur in æthere cerui.

Et de vtroque in illo Tullii loco suprà in 2. ab hinc versiculo citato. Et probatur etiam apud nostros in l.si libertus.§.vltimo.ff eodem, de iure patronatus,& in l.1.§.emancipatus.ff.de collatione bonorum,& in l.1. post principium. ff. de bonis libertorum.& de vtroque est text.in l. si te parens.C.de suis & legitimis,& in locis infinitis.[& hæc quidem annotata quoque sunt à Prisciano libro decimoquarto non vno in loco. Et similiter antea nonnunquam ponitur pro antè, vt apud Ciceronem in oratione pro Sexto Roscio Amerino, Cuius antea prædia possedisti, quàm ipsum agnosti. Vides enim ibi antea quàm dici pro antequam.]Idcirco & antiquiores Romani iisdem notis utrūque,scilicet ante, & antea, significabant, nempe his ANT. vt scribit Valerius Probus: vt ex hoc facilè cognoscas, etiam si nihil aliud sit, veteres illos proprietatis verborum obseruantissimos, nullum omnino discrimen inter vtrunque posuisse, sed passim vtroque sine delectu ac promiscuè, & prout legentibus libuisset, vsos fuisse.

16 ¶ Nec huic nostræ sententiæ quicquam obest text. in d. l. iurisgentium. §. quinimo. Nam non ob aliud ibi adiectum fuit, post venditionem ex interuallo, nisi quia dictio post, sicut & dictio postea, vtrunque poterat significare, & post venditionē confestim & sine interuallo, & post venditionem ex interuallo. Ideo ne sine interuallo intelligeretur, subiunxit ex interuallo. In qua re vt vnum tibi aut alterum exemplum ex multis proponamus, in l.post contractum. ff. de donat. in qua ita scribitur, post contractum capitale crimen donationes factæ valent, non magis intelligitur de donationibus factis confestim post crimen admissum, quàm de factis ex interuallo. Imò verò quæ confestim crimen sequuntur, magis obnoxię sunt reuocationi,aut nullitati,quā quę longo post tempore sint confectæ, vt ibi not. per Bar.colu.3.versicul.quintò præsumitur. [& Alberic.post Oldra.colum. 2. versicu. Oldra. in

hoc,] & alios, ibi, & Bald. in l. si quis in 2. locis. C. de bo. proscrip. [& Paul. Ca. consi. 337. primò quæritur posito quòd de vero, col. 3. versi. sextò præsumitur, lib. 1.] Sicuti & cùm e diuerso male ficium confestim sequitur alienationem, vt per Bal. in authen. sed iam necesse, colum. 1. & ibi etiam Angel. in si C. de don. ante nupt. [& eundem Angel. in l. vlt. col. 2. versi. item si donauit ante maleficium. C. de bon. proscript. cum aliis multis concordan. adductis à Philip. Dec. consi. 235. in causa magnifici, col. 2. versi. quinto præsumitur.] Similiter in l. 1. C. ex delic. defun. vbi scribitur. Reo criminis defuncto post litis contestationem successores eius teneri, num intelligitur reo confestim defuncto lite contestata tantum, an verò etiam longo post tempore? Et certè nemini dubium nihil interesse.

17 ¶ Quid quòd text. habemus in l. Paulus. §. Caius. ff. de liberali causa, & in l. perfecta. C. de donatio. quæ sub modo. [& in l. latinus, in prin. ff. de legat. 2.] & in l. qui quadraginta. §. qui ducenta. ff. ad legem falcid. his verbis vtentes, post aliquãtulum temporis, & post aliquantum temporis, quæ idem significant, quod statim post. Ex quo retorquendo argumentum Iason. in eum ipsum, posses assumere, id verbum pòst, simpliciter prolatum intelligi de longo interuallo. Nam alias frustra adiectum fuisset aliquantulum temporis, si intellectum fuisset. Quòd si quis neget ea verba, post aliquantulum temporis, significare statim aut confestim post, & ita sine interuallo, legat text. his verbis post statim vtentem, in l. petens. C. de pactis. Seu, inquit, antecessit pactum, seu post statim interpositum sit. & in l. is qui. §. Aristo. ff. quod vi aut clam. vbi dicitur, statim post venditionem contractam. & in l. 1. ff. iudicatum solui, ibi, post rem iudicatam statim dies cedit. & in l. 1. §. dies, ibi, post sententiam dictam statim, &c. ff. quando appellandum sit. & in §. an seruo, Institut. de legatis, vbi in duobus locis dicitur, statim post factum testamentum, & in l. 2. §. constat, ibi, statimq; post sententiã. ff. de pœnis. [& in l. liberto. §. vltimo, in fine. ff. de annuis legatis, cùm dicit, confestim post mortẽ patris. & similis text.] in l. ideòque. ff. de Carboniano edicto, ibi. Nam si confestim post patris mortem. &c. Et paulopost subiungitur. Si verò interposito tempore, & cætera, vt facilius hinc agnoscas vim horum verborum. [& in l. filium, quæ est pen. ibi, & confestim post aditam hæreditatem. ff. de optione legata.] & in l. 1. §. exactio autem. C. de rei vxoriæ actione in ex stipulatu actionem transfusa, cùm dicitur. statim post dissolutum matrimonium. & Suetonium in Augusto. De reddenda republica bis cogitauit, primò post oppressum statim Antonium. Sed & habes text. in cap. causam, extra de electione, vbi scribitur, continuò vnus post aliũ, & apud Plautum in Menechmis. Paucis diebus post Tarenti emortuus est. & Cæsarem libro commentariorum de bello Gallico. 4. Paucis post diebus sese daturos dixerunt. Et iterum libro sexto, paucis post diebus ciuitatem recepit. Et paulopost, interim paucis post diebus fit ab Vbiis certior. & Tullium Philippica prima, liberatus cædis periculo paucis post diebus. & iterum Philippica decima, Cassius lapsis paucis post diebus. & Salustiũ in Catil. Post paucos dies Lucius senator in senatu literas recitauit. & Cornelium Tacitum lib. 15. Paucos post dies vni ex illo contaminatorum grege denupsit. vt omittamus illam loquendi formulam, qua & nostri & alij probatissimi scriptores vtuntur, cum scilicet dicitur paulopost, vt in §. vltim. in fin. Insti. de exhære. liber. & alibi sæpe. & Plautus in Pseudolo. Paulopost magis ille homo meus est. & Tullius in epistola ad Octauium, post etiam paulo temporibus ita postulantibus cedam vrbe. Et rursum, paulo post fugatum illum hostem &c. Sicuti & de dictione ante, quæ eandem vim (vt diximus) habet, est illud ipsius Cæsaris lib. 1. Reperiebat etiam Cæsar inquirendo prælium equestre aduersum paucis ante diebus factum. Et sæpius dixerunt paulo ante optimi scriptores, & omniũ princeps Tullius sæpissime, sed in nullo loco apertius declarauit propriam vim & significationem huius locutionis, quàm in 6. in Verrem actione, cũ scribit. Nuper homines nobiles eiusmodi iudices, quid dico nuper? Imò vero modò, ac planè paulo ante vidimus, &c. Ex quibus planè conficies per arg. Ias. in eum detortum, dictionem post, suapte natura non statim intelligi, siue continuò, aut intra modicum tempus. Nam ad quid eæ dictiones adijcerentur, si ex illius dictionis post, vi ac proprietate intelligerentur? sicuti & è diuerso in dictione postea habemus tex. in l. ait lex. ff. ad leg. Aq. cuius hæc verba sunt, & postea post longum interuallum mortuus sit. Nã si ar. Ias. est efficax, hauddubie dictio illa postea suapte natura nullum aut modicum interuallũ significasset sine illa adiectione post longum interuallum, quod ipse Iason non admittit.

18 ¶ Sed quid in tot ambagibus & inuolucris immoramur, cũ habeamus alios text. clarius omni luce probantes id quod asserimus, videlicet dictiones postea & post vtrunq; significare, & sine interuallo, & ex interuallo? De priori quidẽ in d. l. in duobus in princ. ff. de duobus reis, vbi post ea verba, licet antè prior respõderit, postea posterior, cõtinuò subiũgit & hæc verba, si ex interuallo cõcipiatur. Quasi scilicet illud quod dixerat, postea posterior, posset intelligi & ex interuallo, & sine interuallo, nisi adiecisset, si ex interuallo cõcipiatur. Id quod annotauit Fran. Are. in princ. ex hoc inferens ad id quod suprà diximus de teste deponente per dictionem post, & ita etiam apertè innuens nihil has dictiones differre, vt cum trahat illum text. de vna loquentem, ad alteram.

19 ¶ De

19 ¶ De dictione post, habes & text. in l. vt iu risiurandi. §. iurare, le 1. ff. de pen. liber. vbi hæc verba scribuntur. Iurare autem debet post ma numissionem, vt obligetur: & siue statim, siue post tempus iurauerit, obligatur Vides enim pri mùm lector amantissime, vt quod primo loco simpliciter dixerat post manumissionem, mox interpretatur, siue statim, siue post interuallū. deinde vides quòd statim & post tempus ponū tur vt diuersa, sicuti etiam fit in l. vlti. §. vlti. ff. quod vi aut clam. & in l. si quis ita. ff. de manu. testa. vbi & glos. interpretans text. qui ita (vt di ximus) loquitur, scilicet siue statim, siue post tempus, hæc scribit, id est siue in testamento, siue postea ex interuallo. Ex quibus etiam illud intelliges, eam glos. eas dictiones post & postea confundere & miscere, quantum ad significatio nem interualli. Sed & in l. 3. §. Sricbus. ff. de sta tulib. illico & post tempus ponuntur quoque vt diuersa. & in l. generaliter. §. si cui legatum. ff. de fideicommiss. liber. vbi etiam confestim & post tempus vt diuersa ponuntur. & in l. si patroni. §. qui fideicommissariam. ff. ad senatusconf. Trebell. vbi est similis text. [sicuti etiam est in l. vlt. §. vlti. ff. quod vi aut clā.] Et in l. obligari. §. tuto. ff. de auctor. tutor. vbi in ipso negotio, & post tempus, vt varia quoque adscribuntur. Et est similis text. in. §. tutor. Insti. eod. titu. vbi glos. expressim intelligit illud post tempus, scilicet non modicum. Nam aliàs non conueniret text. vt ibi ostenditur. & in l. si seruitus. ff. de seruit. vrb. præ dio. cū dicitur, siue quod in præsenti, siue quod post tempus, &c. Et apud alios quoq; probatissi mos scriptores post tēpus significat cōfecta re, & intempestiue, siue non suo tempore, vt Plau tus in Captiuis, Serò post tempus venis. & Tul lius in oratione pro P. Quinto. Ego pro te nunc hoc consulo post tempus, in aliena re, quod tu in tua re, cùm tempus erat, consulere oblitus es. Et apud nos in. §. fideiussores, Insti. de fideic. ita scribitur. Plus enim est statim aliquid dare, mi nus est post tempus dare: sicuti è diuerso ante tempus significat etiam nondum tempestiuo tē pore. Tullius in 5. in Verrem actione. Vt in alie nam prouinciam mittat litteras ante tempus. Et in epistola ad Octauiū, Decreuit in foro sta tuā, locum in Senatu summum honorem ante tempus, & Salustius in Iugur. Ante tempus do mo digressos conturbare rem. Et in l. pecuniam, in fin. ff. si cert. peta. vbi ita dicitur, ante tempus petere videor. Et in eadē significatione dicitur ante diem, vt apud Ouidium lib. primo Meta.

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Et lib. 4. Fastorum.

Et pecus ante diem partus edebat acerbos,

[& in epistola Saphus ad Phaonem.

Ante diem lachrymas ossa bibere meas,]

Et Papinianus lib. 2. Syluarum.

Sic tener ante diem vultu gressuque superbo

Viceras æquales.

[Et ante hos Virg. lib. 4. Aeneid.

Sed cadit ante diem.

Et alibi eodem libro.

Sed misera ante diem]

Sed vt redeamus, sunt & alij quoque text. probantes eam dictionem post, interuallum signifi care: vt in l. 1. in princ. & iterum. §. 1. rursumq; in l. cum post mortem. ff. quan. de pecul. actio an na. est. In quibus manifestè apparet eam dictio nem significare tempus annale. Et in d. l. post do tem. ff. sol. ma. vbi post dotem datam non potest pater stipulari eam sibi restitui facto diuortio si ne voluntate filiæ. Quod haud dubie intelligen dum est ex interuallo, vt etiam glos. & doct. ibi intelligunt, quia incontinenti pater id sibi inui ta filia posset stipulari. l. quotiens, eo. tit. Id idem quoque text. in l. 2. §. deinde Cornelius. ff. de or. iur. vbi diuus Augustus 16. prætores constituit, post deinde Claudius duos prætores adiecit. Cū tamen inter Augustū & Claudium fuerint duo Imperatores, Tiberius scilicet & Caligula, qui diutius regnarunt. Et text. in. §. vnum in authen. de resti. & ea quæ par. cum dicitur, post priores nuptias antequam annus expleatur. Quibus ver bis apertissimè ostenditur omne tempus quod intra annum est, comprehendi. Et in c. ab exor dio. 35. dist. scribitur ꝙ post diluuium lex data fuit per Moysen. Et tamen satis constat Moysen secutum fuisse diluuium multis non dicam an norum, sed seculorum curriculis. Ex quo & Do min. ibi no. in. 4. no. eam dictionē post, dici etiā de longo interuallo. Ex tex. in c. cum de appella tionibus, in fi. de appel. lib. 6. cum dicitur, saluis iis quæ super appellationibus post sententiam interpositis sunt statuta. Nam & ea dictio post, illic comprehendit appellationem decima pòst die interpositam, ex aliis iuribus, sicuti & scitè annotauit ipse Domi. in eodem c. §. si vero, col. 2. ex hoc inferens id quod suprà diximus, hanc dictionem pòst significare actum, qui fit ex in teruallo. Et rursum text. in c. non solum, eo. tit. & libr. tū in prin. c. ibi, innouata post appellatio nē, tū in. §. illa verò, in illis verbis, ꝙ post appel lationem interpositam ante diffinitiuam senten tiam innouantur. In quibus locis idem Domi. not. videlicet in priori ad prin. Illud. idem quod in d. §. si verò. Nempe quod hæc dictio denotat actum qui fit ex interuallo. Et in posteriori etiā in princip. nota. has dictiones ante & post, signi ficare actum & mediatū & immediatum. Quod & idem dicit ipse Dom. in d. c. frequens, in prin cip. post medium, & ibi quoque Philip. Francis. in 3. notat. de restitutio. spolia. lib. 6. per d. c. non solum. Et idem Domi. in c 1. in princip. de con stit. eo. lib. & in c. 2. in prin. & ibi ante eum Petr. Anc. de cōfes. eo. quoque lib. & idem Dom. in c. post ordinem, & ibi quoque Cardi. Alex. vter que in. 4. not. 5. dist. & Imol. in. l. cùm quidam. §. suum, & ibi etiam Franc. Are. col. 2. versi. in glo, super verbo, post certum. ff. de acqu. hære. & idē

Fran.

Franc.Aret.in d.l.Gallus,in princ.col.5.versicu. in glos.vlt. ff.de libe.& posthu.vbi illud nuncupatim dicit hanc dictionem vtrũque significare, & ex interuallo,& incontinenti.Et rursum in d. l.2.§.prius, col.1,ff.de vulgar. & pup. vbi idem dicit de vtraque dictione ante & post.& Card. Alex.in c.si quis post,in.1.not.51.dist.& Claud. Aquensis in l.non solum.§.morte, in.1.q. Bart. super materia protestationis, & ibi quoq; Ant. Rub.in repe.ff.de ope.no.nun.& Phili.Dec.qui ex hoc consuluit in pulchro casu consil.431.cuius superscriptio incipit,verba directa,col.2.ver sicu.sed tamen prædictis.& ante hos Bald. cuius nullus illorum meminit,in c.cum tu.ad fi.vl.no. ex.de de test.dicit quod actus momentaneus nõ recipit has dictiones ante & post.& idem consi. 179.ad euidentiam, lib.2.asserit has dictiones ante & post,posse intelligi & cum interuallo, & sine interuallo.Ideoque sicut statim & postea ponuntur vt diuersa, vt suprà dictum est in prin. ita & statim & post,vt in l.si voluntas. C.de rescin.vend.vt hinc etiam intelligas nihil omnino interesse inter post & postea.Et tradit Barb. in l. 1.§.qui præsens, colum.4. ff.de verbor.obligat. hanc dictionem post ex propria natura denotare interuallum, & allegat quædam loca loquentia de dictione postea, tanquam scilicet sentiat nihil esse discriminis inter vtranque.Sed bene facit text.in ea.l.qua Iason innititur, scilicet in l. iurisgentium.§.siue autem.ff.de pact.vbi ab initio,& post pactum,ponuntur vt diuersa.

20 ¶ Quæ cum ita sint, idcirco multi dixerũt testes deponẽtes Titium possedisse post Caium, non concludere hunc post illum illico, & vt nostri loquuntur,immediatè possedisse,contra quã suprà ex Domi.diximus.Ita enim voluit ipse Domi.sibi palam cõtrarius,& post eum Philip.Frã. in d.c,1.de const.lib.6.& idem Dom.in c.vlt.& ibi quoque Cardin.Alexan. vterque post princ. 24.dist.rursusque vterque in c.qui semel, in 2. not.50.dist.& Barb.in proœmio cle.§.hæc sanè, colum.1.& Anto.Burg.in c.si venditori in prin. ext.de empt.& vendit.pro quibus est text.suprà à nobis citatus,in c.causã,ext.de elect.ibi, vnus continuo post alium. Et idem si testis loquatur per dictionẽ ante, ita scilicet, Caium possedisse ante Titium, vt non probet immediatam vtriusque possessionem,asfirmat idem Dom.in[c.Romana.§.cum aut,in.2,not.de appellat.lib.6. vbi nuncupatim dicit posse referri ad actus mediatos,& immediatos,& trahit ad id quod diximus de teste.& rursum in c.1.§.licèt,in 3.not.de procurator.] c.habeatur.18.dist.& ipse item Dom. & Card. Alex.in c.si quis, etiam in fin.32.dist. & idem Cardin.in c.ante sententiam,in prin.2. quæstio.6.& Barb.in l.qui ante calendas, colũ. 2.ff.de verbor.obligat. Et vtrunque voluit ipse Domi.& Cardi.in c.1.post prin.26.dist.& Fely. in c.licèt causam, col.6.versic.itẽ de testib.extr. de probat. Et est optimus text, etiam probans dictionem ante,significare actum & mediatum & immediatum, in c.capellanus, vbi Pan.not. in 2.not.ext.de feri. Et facit etiam text. in c.ex tua,ibi,qui in proximo ante eos ecclesias tenuerunt, ext.de fili.presbyt.& similis text.in c.Michael eod.tit.& text.in c.cũm.p.ibi, vnus post alterum instanti vicissitudine, ext.de accusat.Igitur cùm hæ dictiones possint vtrunque significare , consequens fit probationem quæ de immediata possessione debet fieri,hic non concludere tanquam ambiguam,vt suprà diximus in simili,per c.in præsentia,de probat.

21 ¶ His adde quòd cùm præpositio à plerunque idem significat quod post, vt in l.2.§.quod ad magistratus. ff.de origine iuris, cùm dicitur, & veluti secundum locum à regibus obtinebat, id est, post reges, vt scienter exponit Zazius, qui & ad hoc citat illud Plinij lib.28. Equarum virus à coitu in lychnis accensum,id est post coitum. Cui adde & eundem Plinium libro septimo, capitulo sexto Sternuisse à coitu,abortiuũ est.[& lib.25.capit.v.Hoc contingere, si à conceptu succus protinus bibatur in pastu, paulò post quarto die à balneo coite eas.]& Plautum in Curculione Quid anteponis Veneri à ientaculo, & illud Suetonij in Tiberio. A commeatu castra repetentes, id est,post ientaculum, & commeatum.Certè etiam eadem dictio potest significare & statim post,& ex internallo,vt probat illud eiusdem Suetonij in Cæsare, Plebs statim à funere ad domum Bruti & Cassij cum facibus tetendit.Nam si ea locutio à funere simpliciter significasset continuo post funus,frustra Suetonius statim addidisset, vt diximus in simili de dictione post. Quanquam idem Zasius in eadem l.2.versiculo initium, in verbo,à cæde, arbitratus est eam dictionem habere vim immediati temporis,motus auctoritate illius loci Suetonij,qui diuersum probare videtur: sicut & illud eiusdem in Tiberio.Sed nõ statim pòst à funere ad negotiorum consuetudinem rediit.Neque tamen inficior eam dictionem cùm tempus aut locum diuidit,significare immediatum tempus aut locum,vt si dicatur,à die,à fundo Titij, & similia, vt in l.pater.§.sexaginta. ff. de adult. quam & ipse Zasius citat, cum simil. [Ideoque Franc.Aret.consil.71.diligenter & maturè,col. vlt.scribit quòd ea verba , à prima hora mortis, significant immediatè finita prima hora.]

22 ¶ Quod autem suprà dictum est ex glos.& Innoc.in d.c.congregato, de elect. nihil nostræ sententiæ contradicit , quando non negamus has dictiones , post, postea, postmodum, etiam posse intelligi confestim post,& sine interuallo, secundum subiectam materiam. Nam & illic ita intelligi debere suadebat tex.in c.cùm post peritam,extr.eod.quem allegant glos. & Innoc.Sed id tantùm dicimus non necessariò nec ex natura dictionis esse. Quin etiam habemus text.probãtem dictionem postmodum,qua vtitur d.c.congregato,

gregato, significare etiam interuallum, in l. 2. C. de cust. reor. prout illum intelligunt Iacob. But. & Angel. ibi. & Bar. in l. 1. §. diuus Seuerus, in penult. & vlt. quæstio. ff. de quæstio. & Barb. qui hoc nuncupatim adscribit huic dictioni, in d. l. si à fure, col. 3. ff. de verbor. obliga. [& in ca. potuit, col. 7. versicu. & pondera istum, extra de locat.] & consi. 54. illud afferam, col. penult. lib. 1. & consil. 60. sapienter scripsit, col. antepen. eod. lib. 1. & consi 9. preclarè scribitur, col. 4. lib. 2. & consi. 71. eodemque vlt. sapienter magnus ait, col. x. versic. secundò pondero, eod. lib. 2. vbi & ad hoc allegat tex. in c. in præsentia, ext. de probat. quem dicit meliorem totius iuris. & consil. 25. scribitur sapientiæ septimo, colum. 3. lib. 3. & est bonus tex. in c. 1. ad fin. iuncta glos. in verbo, postmodum, circa medium, ext. quod met. caus. & in c. ex parte B. ex. de corp. vitia. & in ca. 1. de iur. cal. lib. 6: cùm dicitur, postmodum in qualibet parte litis. Et ipse Barb. in eod. consil. 9. lib. 2. ex eo infert etiam dictionem, pòst, significare interuallum, & id quidem longum, tanquã scilicet postmodum & post sint eiusdem significationis. Sed & de dictione postmodum habemus & alios optimos tex. in d. c. non solùm, ibi, postmodum infra decendium, de appe. lib. 6. & in c. literas, ibi, postmodum anni spatio reuoluto, extra de concess. præbend. Ex quo Franc. Ripa. in c. cùm M. Ferrar. in 16. not. dicit etiam hãc dictionem postmodum, denotare interuallum magnum vel modicum secundum subiectam materiam. Et text. optimum in c. acusatus. §. licèt verò, de hæretic. lib. 6. ibi, & postmodum voluit corrigere dictũ suũ. Et ibi gl. in verbo, postmodũ, interpretatur ex interuallo: quã sequunt Io Mo. Arch. Io. And. Domi. & Philip. Franc. & text. in c. commissa, versic. cæterum, iuncta glos. ibi, quæ interpretatur postmodum, elapso anno. de elect. lib. 6. Nec omittemus text. in l. neque. C. de decus. lib. 10. ibi, vel postmodum quoquo tempore. & in c potuit. extra de locat. cum scribitur, nisi celeri satisfactione postmodum sibi consulere studuisset. Nam si ea dictio suapte natura modicum tempus significasset, frustra hæc verba, celeri satisfactione adiecisset. [Porrò. Terentius in Hecyra vtitur hac dictione postmodum, ne quis putet eam barbaram. Neque abs te immeritò esse accusatam post modùm rescis cat.] Cyn aũt. in d. l. 1. in. 6. oppo. ff. si cert. pet. pares facit has dictiones post & postea, asseritque vtranque significare tempus dubium.

23 § Denique vt hoc caput finiam, si plura scire cupis de natura & significatione harũ dictionum postea, post, ante, vide text. & not. in l. eum qui ita. §. qui ita stipulatur. & in d. l. qui ante calendas, vbi plenè Raph. Co. Rom. & Franc. Aretin. ff. de verbor. oblig. & in l. auniculus. §. ante diem, & ibi doct. præsertim verò Alciat. qui eum locum doctè ac scienter interpretatur. ff. de verbo. signific. & glo. 1. in c. anteriorum. a. quæstio. 6. Oldra. consi. 49. consueuit, colum. vlt. versicu. quod quandoque ante. Alberi. in proœmio ff. in. §. illud autem, & ibi etiam Hieron. Cagno. & eundem Alberic. in suo vberrimo lexico, in verbo, postea, latè Bart. & alios post glos. in l. 2. §. creditum. ff. si cert. petat. Bar. Salyce. Imol Frã. Aret. Alexan. & alios recentiores in l. si cui legetur. §. hoc autem. ff. de legat. j & ibi etiam ipsum Francisc. Aret. in princ. l. [Bart. in tract. 1. de insula, in verbo, quod si vno, colum. 1. versicu. videndum est de ante.] & Bartol. & Bald. in l. insulã. §. fructus. ff. soluto matrimo. [Signor. in repeti. l. postquam, colum. 2. versi. venio ad oppo. C. de pactis.] Bal. in l. ex his verbis, circa medium. C. quando dies legati cedat, & in l. 2. C. ne de statu defuncto. [vbi per eum text. dicit hanc dictionem tempus præteritum perfectum significare.] & in d. cap. cùm tu, in vltim. not. de testi. & d. consil. 179. ad euidentiam, lib. 2. [Salyc. in l. si pacto col. 5. versic. ad l. nuda. C. de pactis.] Angel. consi. 275. thema super quo consilium petitur, col. vlt. vers. nunc venio ad depositionem. & Raph. Co. consi. 99. quædam possessio, in vlt. dubio. Paul. Castr. consi. 117. super primo dubio si quæritur. col. 2. lib. 1. Cardin. Flo. consi. 105. consilium redditur, col. 2. versi. durat ergo tandiu, & iterum colum. penult. versi. ad quintam. Domi. consil. 171. attenta forma, col. 1. Alexand. in l. si quis enim. §. 1. colum. 1. & ibi etiam Francisc. Aretin. in. 1. not. ff. de vulg. & pupil. & in l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verb. oblig. & cõsil. 141. viso testamento, colum. 2. versicu. confirmo ex illa dictione postea, lib. 2. & Franc. Areti. in l. si ita quis, in 2. not. ff. de vulg. & pupil. Bar. in c. vlt. col. 8. de rescript. & in c. post cessionem, colum. 1. de probat. Socin. in l. sed in illo. §. sed circa, colum. 2. ff. de reb. dub. & Auto. Corse. in suis sing. in verbo, postea [Phili. Dec. consi. 451. cuius suprascriptio incipit, verba directa, circa medium. & consil. 593. viso puncto, col. 2. versi. prædictis tamen non obstant.]

SVSCEPERIT liberos.

ELEGANTER dicit. susceperit liberos, pro genuerit. Tullius Philip. 3. Ipse ex libertini filia susceperit liberos. Et in oratione ad pontifices pro domo sua. Habet vxorẽ, suscepit etiam liberos. Et in 5. in Verrem actione. Susceperas enim liberos non solùm tibi, sed etiam patriæ. Et Virgilius lib. 4. Aeneidos,

Saltem siqua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles.

[Corne. Tacit. lib. 2. Ducere vxorem, suscipere liberos, ne clarissima familia extingueretur. Et vndecimo, Velut suscipiẽdorũ liberorum causa conue-

conueniſſe. Et apud noſtros iuriſconſultos ſæpiſſime, vt in l. ex facto. §. quæ autem. ff. ad Trebellian.] Nam & Conſtantii & Conſtantis tempore, quorum hæc l. eſt, nondum omnino exciderat nitor atque ornatus Romani ſermonis, ſed paulopoſt non elegantia ſolùm, verùm & puritas quoque linguæ Latinę prorſus eſt amiſſa, paſſimq; putida barbaries recepta, vt videre licet ex multorum recentiorum imperatorum legibus: quæ anſam præbuerunt Bald. vt diceret in c. 1. §. & quia vidimus, col. 6. verſic. & interdũ, tit. qui feud. dare poſſ. quòd imperator quandoque groſſo modo & impropriè loquitur, quod & poſt eum vſurpauit Barb. in repet. rubr. C. qui admit. col. 9. Quod & iuriſconſulti quoque nonnunquam faciunt, ſi credimus Accurſio in l. ſi ita ſtipulatus fuero, ſi Titius, in priu. in verbo, dena. ff. de verbo. oblig. Quin ſunt & qui contendunt verba non admodum proba, nec ſatis recepta, vt inquiunt, à probatis ſcriptoribus, vt certiorare, meliorare, certificare, certificatio, & alia id genus, à iuriſconſultis (quorum tamen sũmus circa verborum proprietatem labor eſt, vt ſcribit Fabius lib. 5. ad fin.) fuiſſe vſurpata: vt in l. 3. §. & ſi hæres. ff. de minor. & in l. ita veniunt. § petitã. ff. de petit. hæred. & in l. iuſiurandum ad pecunias, in princ. ff. de iureiu. & in l. ſi vt certo. §. idẽ denique. ff. commod. & in l. ſi quis in pignore §. 1. ff. de pig. acti. & in l. quod & lex. §. is qui neſcit. ff. de liber. ho. exhi. & in l. 4 § planè. ff. de fideicom. liber. & in l. ſi pecuniam. §. ſi ſeruum, in princip. ff. de condi. cauſ. dat. & in l. 1. §. eleganter. ff. depoſiti. & in l. uoluit, in princip. ff. de inter actio. & in l. prima §. vltim. in fin. ff. de eo qui pro tut. & in l. ſi fideiuſſor, in princ. & iterum in §. hoc idem, in duobus locis. ff. manda. & in l. ſed & reprobari, in prin. de excuſ. tut. quanquam illud poſtremum, vt reor, ſit magis interpretis cuiuſpiam, quàm iuriſconſulti. Nam ea l. (ni fallor) Græca erat. & in l. cum tabernam. §. idem quæſiit. ff. de pigno. [niſi & is locus ſit interpretis, non iuriſconſulti.] & in l. 1. §. vlt. & l. quæro, in 3. locis. ff. de acti. emp. & in l. 1. §. quid ergo ſi ſeruus. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſ. & in l. vlt. in princ. [in duobus locis. & iterũ in § quæri.] ff. quis ord. in bon. poſſ. ſer. [quæ lex eſt Marcelli, ne putes Vlpianum ſolum hoc vocabulo vſum fuiſſe.] & in l. hęredes. §. in teſtamentis. ff. de teſta. & in l. æquiſſimum. §. inde quęſitũ. ff. de vſuf. in quo loco meliorare ſcribitur. & in l. 1. §. ſed ego quæro. ff. quod iuſſu. & in l. 1 § vlt. ff. de eo qui pro tut. neg geſſit [Ex verbo quoque meliorandi vſus eſt imperator in l. ſicut. C. de euictio. & in l. ſi quis authoritate. quæ eſt pen. C de omni agro deſert. lib. 2. & in l. nemo, quæ eſt vlt. C. de fund. rei priua. eod lib. 2.] Sed & medietatis vocabulum vſurpauit Paulus in l. antiqui. ff. ſi pars hære. petat. Quanuis Tullius ea voce vti auſus non ſit, vt ipſe aſſerit in libello de mundo. Ideoq́ue excuſari poſſunt ipſorum iuriſconſultorum interpretes, vt ſcribit Catellianus Cotta, vir tamen minimè barbarus, & Gomeſius qui illum non memorat, in. §. ſic itaque, col. 8. Inſtit. de actio. ſi & ipſi barbarè ac groſſo modo loquuntur, quia permiſſum eſt eis ita loqui, vt lex vel imperator loquitur, ſiue propriè, ſiue impropriè, vt dicit Bald. in l. 1 C de bonor. poſſeſſ. vnde liber. Quando & Tullius ipſe parens linguæ Latinæ Plinio dictus, in primo libro de legibus ſeſe excuſat, quod quoniam in populari ratione omnis ſua verſaretur oratio, populariter [interdum] loqui ſibi neceſſe erat. [Idemq́ue nonnunquam non tam propriis nominibus, quàm notioribus vtitur, vt tradit Boetius in commentariis Topicorum eiuſdem Tulij.] Et Solon Athenienſium legiſlator traditur in ſuis legibus pingui Minerua fuiſſe locutus. Ex quo nonnulli Solœciſmum dictum putan. Plato quoque ſcripturus de legibus, ita loquitur lib 1. Neque de his, ait, diſputamus, elegantiam vel ruditatem verborũ obſeruaturi. quaſi ſcilicet in conſcribendis legibus non admodum elegantiam curaret. Galenus autem omnium medicorum eloquentiſſimus ſimul & doctiſſimus, lib. Therabeuticæ primo. ſcribit nõ admodum referre, nihilq; ad rei ſciẽtiam incommodi afferri, ſi quis ſolœciſmum committens nominet, modò de qua re nomen pronunciet, clarè explicet. Cui concinit tritum illud prouerbium à Gellio lib. 12 cap 5. memoratum, ἀμαθέστερον εἰπὲ καὶ σαφέστερον, id eſt. rudiùs ſiue indoctiùs loquere, & apertiùs ſiue clariùs. de quo multa Eraſmus Chiliadis. 1. centuria 1 c. 39. [Proculus autem noſter in l inſula, in fin. ff. de acquir. rer. domin. dicit ſe verbis abuti, vt faciliùs intelligeretur. Et facit. l. nec ſeruus. ff. de peculi.] Id quod cùm ſemper aliàs obſeruandum ſit, tum præſertim cùm res ſacras, cuiuſmodi ſunt leges. l. leges ſacratiſſimæ. C. de legibus, tractamus. Nam eæ res ſacræ omnem prorſus elegantiam ornatumq́ue aſpernantur & abiiciunt, vt videre licet apud Lactantium lib. 3. diuinarum inſtitutionum. capit. 1. & iterum lib. 5. capit. 1. & Euſebium multis in locis præparationis Euangelicæ.

2 SED VT ad l. noſtram ex hoc veluti diuerticulo redeamus, intellige hæc verba, ſuſceperit liberos, ſcilicet legitimos, ſimul & veros, ſimul & naturales. Neque enim vel legitimi ſolùm, id eſt adoptiui, aut ſpirituales, vel alias ficti, vel ẽt naturales tantùm reuocant. Vt de primis, id eſt, adoptiuis, voluit expreſsè Paul. Caſt. in l. 2. in fi. C. ſi in fraud. patron. & conſi. 433. reſpõdeo per ordinem. col. 1. verſic. præterea ſi aliud diceremus, lib. 1. & nulla illius mentione facta, Alex. conſil. 40. ſuper primo dubio, col. vlt. verſic. nec puto etiam, lib. 4. & Socin. conſil. 226. quæſtio præſentis conſultationis, colum. 4. lib. 2. Calca. conſil. 20. iſta quæſtio habet tria dubia, colu. 3. verſic. vltimo addunt. Iaſon in l. generaliter. §. cùm autem, col. 5. verſic. octauò limita, & ibi

Philip.

Philip.Dec.col.6.versi.septimò ista lex.C.de instit.& substit.& idem Dec.in c.in præsentia,col. 15.versic.quartò non habet locum ext. de probat.& consi.366.pro declaratione, colum.1. & iterum col.3.versicu.non obstat quod suprà. & consi.399.conclusionem,colum.1.& Fran.Ripa hic in 24.quæstio.qui vnum Alexan.citat.& Fran.Curt.Iunior,qui & illum tantùm citat, in l.1.col.3.num.9.C.de pactis.[& Paul.Parisiens. consi.72.videtur dicendum,col.4.num.32.lib. 1.& consi.73.donatio ista,col.4.num. 29. eod. lib.1.Rochus Curt.in tract.de iure patro.in ver bo,ipse vel is à quo,in 34.quæstio.col.2. versic, sexto facit.Cæsar Lambertinus in tractatu eius. dem titu.in 9.arti.2.q.prin.2.partis lib. 1. colu, 2.versi.sextù adducit,]

3 ¶ Et id sanè verum est.Nam alias semper esset donanti parata via,quandocunque vellet,in fringendi reuocandiq; donationem à se factam: quod fieri nō debet,vt in simili dicitur in l.nec ei.§.t.ff.de adopt.ibi,ne esset in potestate tutorū (adoptando scilicet,nam de hoc loquitur)& finire tutelam,& substitutionem à patente factā extinguere.Hæc ibi. Et ita quoque in potestate donantis esset ius alteri quæsitum auferendi per adoptionem,in qua fraus facilè confingi potest, vt ex se patet,& attestatur Tullius in ea oratione,quam pro domo sua ad pontifices habuit. & Io.An.in add.Specul.tit.de succes.ab intest.§.1. col.pen.versi.nec obstat,per text.in l.cū in adop tiuis.C.de adopt.& in l vlt.§.ex bonis.ff. de bonis damna.Ideoque etiam cauetur in l.fideicom missum,ff.de condit.& demon.fideicōmissum à filiis ita relictum,si quis ex his sine liberis diem suum obierit,adoptionis commento non exclu di.Et alibi scribitur,quòd is cui in tempus liberorum aliquid relictum est,non potest adoptan do illud cōsequi.l.si ita quis.§.is cui in tempus. ff de legat.2.de quibus vide quid scribant glos. Bart.Bald.Angel.Imol.Raph.Co.Paul.Ca. Alex. Fran.Are.& Iason.in l.posthumos, in prin. ff.de liber.& posthum.

4 ¶ Nec alias prosunt adoptiui filij ad consequenda priuilegia,quæ dantur ob liberos.l.2.§. adoptiui.ff.de vaca.mun.& §.1.versi.sed adopti ui,Insti.de excu.tut.& glo.in l.2. §.1. in verbo, legitimos.ff.eo. tit. Id quod iuris antiqui fuisse planum est ex ea oratione,quam P.Scipio Censor habuit ad populum de moribus. In qua inter ea quæ reprehendebat,quòd contra maiorū instituta fierent,id etiam culpauit, quòd filius adoptiuus patri adoptatori inter præmia patrū, prodesset,vt retulit Gellius lib.5.c.19.vbi & ver ba ipsius Scipionis adscribit. Nec tamen potuit Scipio vetus illud ius adeo reuocare,quin & postea,& vsq; ad tēpora Neronis imperatoris obseruaretur,vt filii adoptiui prodessent ad consequenda munera,vt planè liquet ex verbis Cornelij taciti.lib.15.Percrebruerat,inquit, ea tem pestate prauissimus mos,[(aut vt alii legunt gra uissimus)] cùm propinquis comitiis aut forte prouinciarum plerique orbi fictis adoptionibus adsciscerent filios,præturasque & prouincias in ter patres sortiti statim emitterent manu , quos adoptauerāt.Qui magna cum inuidia senatum adeunt,ibi naturæ munus,labores educandi aduersus fraudem & artes & breuitatem adoptionis enumerant.Et paulò post,Factum ex eo sena tusconsultum,ne simulata adoptio in vlla parte muneris publici iuuaret.Hæc Tacitus. Quibus adde quæ dicemus infrà in eadem glos.versi.87. incip.similiter.

5 ¶ Sed vt vlterius progrediamur , & ad nostros redeamus,dicit glos.in §.1.in verbo,quale, in authen.de hære.& falci. & in §.1.in verbo, hoc obseruando,in omnibus in authen.de tri.& semiss.quòd constitutio quæ auxit legitimam filiorum,non comprehendit filium adoptiuum. & sequuntur Angel.ibi,& Iac.Bu.Bar. & alij in l.si arrogator.ff. de adopt. vbi Bald. etiam dicit in col.3. iura statuentia filium grauatum restituere,posse duas quartas detrahere, vt in c.Raynutius,& c.Raynaldus,de test. non habere locū in filio adoptiuo,per l.Papinianus.§.pen. in fi.ff. de inoffi. testa. quod dictum reputat singulare Campez.in tractatu statutorum repellentiū fœminas à successionibus,quæst.40.inci. quid in filio. Sed & illud de augmento legitimæ voluit Bened.Capra consi.80.punctus quidam Raynal ducius,in 2.dubio & iterum consi.11 5.cū pro- ut in facto præsupponitur,col.vl.& Nicol.Vbal. in tractatu de succes.ab intest.char.3. in 5. specie filiorum.Quibus accedo, licet totis viribus eorum sententiam impugnet Barb. in repe.d.c. Raynaldus,col.36.versic.sed vnum pondera, & duabus col.seq.& ante eum Petr. Cyn. & Albertic.quos non allegat,in d.l.si arrogator.& idem Petr.& Cyn.in l.1.C.de adopt.de quo etiam Salyce.ibi,& in authen.nouissima,[colum.2. vers. quæro secūdò an quarta,& ibi etiā Fabi. Gioch. in repe.]in 6.quæstio.4. quæstio. princip. C. de inoffi.testa.& Iason consi.141.visa longa & seriosa,col.antepen.& seq.lib.4.

6 ¶ Præterea Ang in d.l.cum in adoptiuis,colum.2.C.de adopt.scribit,quòd si ex statuto debeatur gabella ex qualibet acquisitione , filius adoptiuus tenetur soluere gabellam ex eo quod sibi relictum est à patre adoptiuo, licet filius na turalis nō teneatur vt suprà latè diximus in præ fati.l.nostræ,versi.19.in c.& sanè in hæc omnia. & reddit rationem Ange.quia nomen filij simpliciter prolatum, & sine adiectione adoptiui, non conuenit filio adoptiuo. [& ita dicit se ex facto consuluisse.]Et hanc deci. sequitur Berth. in tracta.gabel.in 5. parte.8.partis princ. in 14. q.& Soci.in l.cùm auus,col.23.versicu.adducit etiam pro communi.ff.de condit. & demon. & Geor.Nat.in repe.c.quanuis,colum. pen. versi. cogitabam,de pact.lib.6.& Barb.in repe. d.cap. Raynaldus,col.29.versi.præterea si dicatur [&

iterum colum.36.vbi supra]de testa.& con. 49. illud afferam,col.2.lib. 1.quamuis ipse contrariũ teneat in d.c.Raynaldus,vbi suprà in præcedenti versic.

7 ¶ Sed & Bald.quoque consi.24.statuto ciuitatis cauetur,lib.1.dicit quòd statutum loquens de filiis,nunquam intelligitur de adoptiuis. Sũt enim,inquit,filii ficti. quod & idem dicit in d. l.fideicommissum.ff.de cond.& demon.[& cõs. 146.titulus principis,col. 1.versic.respondeo ad dubia,eod. lib. 1.] Quibus adde tex. in l. filio quem,in prin.ibi,[vt veri patris adoptiuus filius nunquam intelligatur,& ibi] ne imagine naturæ[veritas obumbretur]ff.de lib.& posthum. ex quo probatur filium adoptiuum non esse verum ac proprium filium,sed veluti imaginarium. Et ad id etiam expendit eum text.Alex.in l.adoptiuum,in princi.post medium.ff. de in ius vocan. & ibi quoque Soci.qui & præterea dicit & probat ex multis, in nulla dispositione venire filiũ adoptiuum appellatione filii, contra quàm ibi tradit Pau. Cast.Sed & hoc quoque probat tex. [in d.l.cùm in adoptiuis.§.sed ne articulum. C. de adopt.in illis verbis,quasi imaginaria quadã. &] in l. adoptiones, in verbis, perinde quasi ex vero filio,& iterũ in verbo,videatur.ff. de adop. & in l.mulierem, in verbo,perinde. C. eo. quæ quidem verba improprietatem & fictionem denotant,vt de dictione perinde,est tex.in l. qui à patre,& ibi Bartol.ff.de confir.tut. & voluerunt gloss.& Bar.in l.sacrilegii.§.3.ff.ad legem Iul.pecul. Bart.in l.1.in prin.ff.de recep.& in l.si is qui pro emptore,col.5.& ibi Iason non semel. ff. de vsucap.vbi ẽt de dictione quasi.Rom.& Alexã. in l.si quis vi,in princ.ff.per illum tex.ff. de acq. poss.cum simil.De verbo autem videtur, est etiã tex.in l.si pater filio,& ibi gloss.ff. de his quæ in fraudem credi.& in l.si duo, & ibi etiam gloss. in fin.ff.de acquir.hær. & voluit item gloss.in l. naturaliter,in princ.ff.de acquir.poss.& Bart. in d. l. si is qui pro emptore, cum simil. Quibus adde Caium iurisconsultum,si is est,libr. 1. Institutionum,tit.4.hos adoptiuos filios adfiliatos appellasse, tanquam legitimatos dixeris, respectu legitimorum; quod euidenter ostendit esse discrimen inter eos, & veros filios,vt inter legitimatos & legitimos. Adde etiam Bald.in c.cùm in cunctis,in fin. ext. de elect.vbi appellat filios adoptiuos filios abusiuos. Nam de illis loquens allegat.l.quidam cùm filium.§.sed videamus. ff. de verbor.oblig.qui tex.loquitur de filio adoptiuo.Ex quo sequitur,nec in eis hanc l.posse intelligi,per ea quæ dicemus infrà nu.24. sed attende lector,ad fi.& iterum.44.& tu quidem confirma.[Sed & idem Bald.in l.ciues. C. de appel. illud dicit,appellatione filiorum nõ venire adoptiuos.& Pet. An.in c.si vero,de sent.excom.dicit,eum tex.loquentem in filiis, non habere locum in adoptiuis.]

8 ¶ Ideoque nec etiã filius adoptiuus propriè est suus patri hæres,vt dicunt & probant Franc. Aret.& Iason in d.l.Gallus.§.si eius,vterq; colum. 3.ff.de liber.& post.& idem Aret.in l.lege Cornelia,colu.2.ff.de testa.per tex.in §.1.Instit.quimo. testa. inf. cum dicitur, quasi agnatione sui hæredis. Nam per illam dictionem quasi,significatur quod non est propriè natiuitas quæ producat suitatem. Nec etiam præteritus rumpit testamentum,cùm ab extraneo est adoptatus.d. l.cùm in adoptiuis,versic.sed ne articulum, & ibi Bald.& alij.C.de adopt.&.§.item non aliter, vesic.& si decedens, iuncta glos.in verbo,exhæredauerit,& ibi etiam doct.Insti.eod.&.§.sed & ea omnia,Insti.de hære.quæ ab inte.defe.& glo. in l.1.in princ.in verbo, adoptiuus. ff. de bon. poss.con.tab. Nicol. Vbal. vbi suprà.[Imol.in l. quidam cùm filium,& ibi Franc.Aret.col.5.versicu.contra quam conclusionem.] & Bened.Capra.d.consil.80.in 1. dubio. [De quo tamen vide Bened.Capra.consi.115.cùm prout in facto, col.1.]Nec item tenetur pater huiusmodi adoptiuum filium alere vt naturalem, ex sententia glos.in d.§.sed & ea omnia,in verbo,tantummodo, & ibi etiam Io.Fab & Ang.Aretin.Insti.de hære.quæ ab inte.defer.& Io.Guil.Bened.in repet.c.Raynutius,in verbo,& vxorẽ nomine adelpham,nume.738.& seq.licèt contrarium teneant Specul.& Ioan.And.in addi.illius,in tit.qui filij sunt legitimi.§. 1.versic.quid de adoptiuo. & Bald.in d.l.cum in adoptiuis,in princ. col.2. versic.ibi tantummodo.C.de adopt.& in authe. nisi rogati,col.4.versic.sed tũc ego quæro.C.ad Trebe.& Barb.in d.c.Raynaldus,vbi suprà & ante eos Pla.vt retulit glos.in d.§. sed & ea omnia. atque etiam Azo, vt etiam asseruit Ioã.Fab.ibi. Nec ei debetur legitima, Bal.in d.l.cùm in adoptiuis,in princ.col.3.versic.istam ergo comparationem.[Franc.Aret.in l.ex facto,in princ.colu. 9.ff.de vulg & pupill.]

9 ¶ Porrò Bald.ipse in l.ea lege,col pen. versi. quintò quæritur. C. de condit. ob caus. limitat pulchrè quidem & not.glos.in l.si ita quis.§ ea. lege.ff.de verbor.oblig. quæ & ipsa not. voluit prohibitum alienare in potentiorem, posse tamen alienare in filium potentiorem,de quo latè diximus suprà in princ.huius legis, versi.18. incip.sed vtcunque habeat.vt scilicet ea glo.procedat in filio naturali,non etiam in adoptiuo.& hoc Bald.dictum sequitur Bertha.Firmia.in suo tracta.de episcopo,in.4 parte.lib.4.in 45.q.versicu.an autem prohibitus.

10 ¶ Sed quod propius huc accedit, certè.l.cũ acutissimi.C. de fideico.& alia similia iura huic nostræ l.adfinia,non habent locum in filiis adoptiuis, vt scripserunt Pet.Cy.Ray.Alber. Angel. in lect.Flo.Guido.Pap.& Iason in l.generaliter. §.cùm autem. C.de insti. & substi. Alex.in l.ex facto.§.si quis rogatus,col.6.versi.an autem habeat locum.ff.ad Trebel.& Socin.in repe.l.cum auus, col.23.versic.ex quibus videtur inferri.

ff.de

ff.de condit.& demon, Do.Guil.Bened.in repe. c.Raynutius, in verbo, duas habens filias, num. 149.& iterū in verbo,& vxorē nomine Adelasiā.n.740.in fi. rursúq; in verbo, si absq; liberis moreretur, le 1.num.10.in princ.de testa.Phili. Dec.in d.c.in præsentia, col.15.versi.quartò nō habet locum, ext.de proba.& in l.precibus, col. 6.versic. & pro ista differentia. C.de impub.& ali.substi.& in d.cōs.399. Quanuis contrarium & male voluerit Fulgo.in d.§.cum autem.& Rapha.Com.in d.l.cum auus.ff.de condi.& demō. & Barb.in d.l.cum accutissimi, chart.pen. versi. & limitat istam l.& in d.c.Raynaldus vbi suprà.

11 ¶ Nec etiam statutum præferens masculos fœminis in successionibus, obtinet in masculis adoptiuis, vt latè consuluit [Bald.d.consi.24.& latius.] Io.Ana.consil.27.viso casu mihi proposito, & sequitur Lud.Bol.in addi.illius cons.& iterum in consi.58.dominus Antonius, col. 10. versi.ad prædictorum confirmationem.& Iason in d.§.cum autem,& in l.cum filiosa.col.antep. versi.tertio quærit.ff.de leg.j.& in l.adoptiuum quam legit cum.§ prætor ait, qui est vlt.l.2.ff.de in ius voc.Phil.Deci.in d.c.in præsentia, vbi suprà & in d.l.generaliter, vbi suprà.C. de inst.& sub.& consi.52.viso eleganti consilio, col.1.& d.consi.399.& in d,c.in presentia, vbi suprà.& Io.Camp.in d.tract.statutorum repellentium fœminas.d. q.40.Geor.Nata.in repe.c.quanuis, in 3.q.3.quæstionis prin. quæ est in 45. col.de pactis, lib.6.Domi.Benedict.in repe.d.c.Raynutius, vbi suprà, in primo loco.Franc.Rip. lib.1.respon.c.3.incip.filia dotata, colu.3.& Cor.qui vt à recētioribus nō memoratur, ita nec superiorū meminit, cons.85.plura dubia, col.1.lib.3.& ante eos Bald.cuius nullos etiam eorum meminit, consi.24.statuto ciuitatis cauetur, lib.1.vbi, & huiusmodi filium fictū appellat,& iterum cōsi. 102. est considerandum, ante fi.lib.4.dum dicit in casu huius statuti non præferri legitimatum fœminæ, quia æquiparatur adoptiuo. Et id quoque videtur voluisse Ro.in d.l.si is qui pro emptore, col.8.ff.de vsuca.& nouissimè Alber. Bru.in tractatu etiam statutorum repellentium fœminas, in 1.q.12.arti.Et bene facit quod dicā in seq.versi. [Et text.in simili in l patrem. ff. de Senatuscō.Silla.vbi ita scribitur, patrem adoptiuum matri non obesse plerique probant.]

12 ¶ Nec denique concessio feudi & emphyteusis facta pro se & suis filiis, comprehendit filios adoptiuos, vt de feudo est text.apertus in c. adoptiuus,& ibi Bal.& omnes tit.si de feu.fuer. cont.int.do.& ag.vas.vbi & ex hoc not.Cardin. Alex.quòd statutum vel consuetudo de simplici non extenditur ad fictum, tanquam scilicet filius adoptiuus non sit simpliciter filius fictus: quod & suprà ex aliis diximus. Et cum id limitetur procedere, nisi adoptio ita fuerit facta à principe, vt adoptatus succedat in feudum, secundū Bal.ibi.per.§.naturales, eo.tit.tamen hæc limitatio ita etiam debet intelligi, vt si sint filiæ, quæ ex pacto possunt succedere in feudo, nec iste quidem ita adoptatus excludat, quin potiùs ab iis excluditur, vt sentit And.Iser.in d.c.adoptiuus, & ibi expresse Cardin.Alex. Quanquam etiam cùm filia succedit in feudo, hoc intelligitur deficientibus masculis, nō aliàs, per c.1.§.filia.tit.de succes.feud.id quod multùm facit ad id quod suprà diximus in præcedenti versiculo. Ex illo autem text.in d c.adoptiuus, ne illud omittam, dicit generaliter Alex.in d.l.adoptiuū, post princ. filios adoptiuos nō comprehendi in priuilegiis.

13 ¶ De emphyteusi autem, quòd scilicet illius concessio pro se & filiis, non comprehendat adoptiuos, voluit Specul.tit.de loca.§.nunc aliqua, versi.68.Ray.& Imol.in d. l. si ita quis §. is cui. ff. de leg.2.Bald.in d. l. fideicommissum. ff.de cond.& demonstr. [Paul.Cast.consi.461. visis & diligenter examinatis priuilegiis, colu. pen.versi.primò an sub illis.]& Alex. qui id dicit no.& Socin. in d. l. adoptiuum. ff. de in ius vocan.& Barb.in d. c. Raynaldus, vbi supra, & Iason in l.2.col.67.versic. quartò quærit hic. C. de iure Emphy.Philip. Dec. in d. l. generaliter, col.6.versi.septimò.C.de instit.& substit. Geor. Nat.in repe.d.c.quanuis, vbi suprà.

14 [¶ Et huc quoque pertinent no.ab Ang. in l.1.C.de his qui ante apert. tab. quod dispositio eius l.non habet locū in filio adoptiuo,& Barb. in repe.rub.C.qui admi. char.16. versi. sed vnū est quod circa hunc passum, patrem scilicet adoptiuum non posse adire hæreditatem delatam filio adoptiuo, ipso filio existente in extremis, vti facere potest in filio naturali, vt ipse paulò antè tenuerat post alios multos. Similiter idem Angel. in l.iubemus. C. ad senatusc. Trebel. tradit eā l.nō habere locum in adoptiuis filiis,& sequitur Philip. Dec.con.610.viso themate, col. vlt.]

15 ¶ Nec tamen prætermiserim quod liberorum appellatio, qua l.nostra hic vtitur, non pertinet ad adoptiuos filios. Neq; enim temere reperies, nec apud nostros iurisconsultos, nec apud alios receptæ auctoritatis scriptores, adoptiuos liberos, sed filios, nec adoptare liberos, sed filium siue filios, sæpius autem procreare, gignere, suscipere liberos, quæ verba naturæ sunt, non iuris. Tanquam etiam hæc liberorum enuntiatio ius sanguinis tantum demonstret, filiorum autem & sanguinis & iuris. Quam rem, vt verum fatear, nondum à quopiam obseruatam comperimus, sed si quis solerter eos legat, quos diximus, id facilè deprehendet. Quin ex Aulo Gellio lib. 5. cap. 19. intelliges extraneos adoptatos in liberorū locū sumi, tanquā ipsi nō sint liberi, sed in locum liberorū assumpti, ac suffecti; ac eosdē filios fieri, veluti ipsi sint filii, quanuis nō liberi. Nā statim in prin.illius capitis ita scribit. Cum in alienam familiā, inq; liberorum locum extranei sumuntur, &c. Et quibusdam interiectis verba rogationis populi adscribit, quæ sunt huiusmodi.

modi. Velitis, iubeatis, vti L. Valerius L. Titius tā lege iureque filius sibi fiat, quā si ex eo patre matreque familiās eius natus esset. hęc ille. Nam aliud est talem fieri, & aliud pro tali vel loco talis haberi, vt no. per Bal. in prœmio. ff. in ptinc. colum. vlt. Et ad id fortè quod diximus, respicit text. in d. l. fideicommissum. ff. de condi. & demon. & in d. l. si ita quis. §. is cui. ff. de leg. 2. Cuius quidem posterioris auctoritate Alber. [in l. quòd si nepotes, paulò ante fi. ff. de testa. tut. &] in suo omnium vberrimo lexico tradit simpliciter liberorum appellatione non contineri adoptiuos.

16 [¶ Quanquā alicubi reperies liberos adoptiuos, vt in l. 2. §. liberi. ff. ad Senatuscon. Tre. sed is locus euitari potest, vt qui confusim & promiscuè loquatur de liberis naturalibus & adoptiuis, vti etiā. l. liberos. ff. de Sena. & l. 5. ff. vnde libe. & l. 1. §. liberos. ff. si tab. testa. & Sallustius in bello Iugurt. in oratione Micipsę ad filios. Ne ego meliores liberos sumpsisse videas quàm genuisse. Nam & ibi promiscuè de Iugurtha filio adoptiuo & aliis filiis naturalibus, vt tamen ad adoptiuum filium referatur verbum sumpsisse: ad naturales, genuisse. Et cum parentes dicantur respectu liberorum: patres, filiorum: ideo sæpius reperies patres adoptiuos, vt in l. si dominium. ff. de fur. & alibi vbique. Patētes verò vix reperies. Imò in ea. Liuueniens parentem vocatum naturalem, patrem vero adoptiuum, scilicet in l. si te parēs. C. de suis & legitimis. Et quod hanc nostram opi. adiuuat, Philip. Dec. in c. in præsentia, col. 18. versic. si tamen volumus, de probat. tradit ꝙ si quis stipuletur emphyteusim pro se & liberis, comprehēduntur etiam filij naturales per l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. At si quis stipuletur pro se & filiis, non comprehenduntur. & ita dicit intelligi quod scribit Ang. in l. generaliter. §. cùm autem. C. de inst. & subst. Tanquam scilicet nomen liberorum magis ad naturam pertineat quàm filiorum. Cæterū vix reperies suscipere liberos, vel etiam filios de adoptiuis, nisi etiam promiscuè de naturalibus & adoptiuis loquamur, vt in l. Senatoris filium. ff. de Senat.]

17 Quin si ea liberorum appellatio adoptiuos quoque comprehenderet, nedum naturales; tamen de his tantùm in dubio intelligeretur, non item de illis. Nam verba quæ & naturaliter & ciuiliter possunt intelligi, debent naturaliter potiùs quàm ciuiliter in dubio accipi. l. vlti. & ibi Bal. Salyc. Paul. Castr. & alij. C. de his qui veni. æta. impe. & l. ex ea parte. §. in insulā, & ibi Bart. & allj. ff. de verbor. obliga. & l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci. & c. susceptum, & ibi glos. in verbo, non morte, Domi. in 5. not. & Philip. Franc. de rescrip. lib. 6. & not. gloss. in c. placuit, le 2. in verbo, mortuus. 16. q. 1. Bal. in c. licèt, in fi. extrà de offic. legat. Petr. Anch. in repe. c. vlt. in vlt. q. prin. versic. consuluit etiam, de consti & Alex. consi. 4. ponderatis verbis testamenti, col. 1. lib. 4. cum aliis concord. à me collectis in nostro tractatu de iure primogenituræ, in 1. q. [nu. 10. sed nec illud, & seq] & vide quæ dicam infra in versic. 44. incip. & tu quidem, & sequent.

18 ¶ Aduerte tamen ad vnum casum, quē nōdum à quopiam tactum comperimus. Nam semper suprà locuti sumus de adoptione facta post donationem: & in ea quidem tantum obtinet locum maior ac potior pars rationum, quas suprà adduximus, vtpote quia semper posset donans adoptando donationem perfectam & alioquin irreuocabilem reuocare. Quid igitur si tēpore donationis pater habebat filios adoptiuos, sed quos mortuos esse falso rumore putabat, id quod nostri doc. idem esse censent, ac si non haberet, quantum ad l. nostram pertinet, vt latè diximus suprà in verbo, filios non habens, versic. 15. incip. sed & illud in quæstionem vocatur, & sequē. postea autem compertum est eos viuere, vtrum reuocetur donatio? Certū est enim adoptiuos parentibus succedere. l. si te parens. C. de suis & legit. & l. pen. §. si quidem. C. de adopt. [Etiam de iure authen. vt per Cyn. in authen. in successione. C. de suis & legi. quam tamen legit sub. tit. ad S. C. Tertul.

19 ¶ Nec id tantùm in cæteris rebus, sed & in iure patronatus ecclesiæ, vt nouissimè voluit Cęsar Lambertinus in trac. de iure pat. in 24. art. 2. q. prin. 2. partis lib. 1. De quo tamen vide eundē latiùs in 9. art. eiusdem quæst. partis, & lib. post Rochum Cur. in tract. eiusdem tit. in verbo, ipse vel is à quo, in 34. quæstio. Et] in regno quoque, etiam cum aliis liberis naturalibus & legitimis, vt in Iugurtha comprobatum est, qui ex adoptione Micipsæ Numidarum regis successit in regno cum Atherbale & Hiemsale filiis naturalibus ac legitimis ipsius Micipsæ, tam ex eiusdem patris, quàm S. P. Q. R. iudicio, vt videre licet apud Salustium in bello Iugurthino. Sic & Tiberius Augustus, Nero Claudio, Traianus Neruæ, Antoninus Pius Adriano, & ipsi Pio Antoninus Philosophus, & Iustino maiori noster Iustinianus, & alii aliis per adoptionem in imperio successerunt, vt testes sunt Cornelius Tacitus, Suetonius, Dion, Aurelius Victor, Aelius Lampridius, & cæteri Imperatorum scriptores. Quis autem nescit Ioannam Reginam Siciliæ adoptasse in filium Alphonsum Regem Aragonum, qui ei ob id in regnum successit? cū & id è nostris scripserit Bald. in l. mulierem, C. de adop. prout illum citat Cæsar Lambert. in d. trac. de iure patron. in 2. art. 7. q. princi. 1. partis lib. 1. col. 2. n. 18. quanuis id non sit scriptum in meo codice Bald. Porrò Galba adoptaturus Pisonem, eleganti oratione probat hunc morē probatissimum more priscorum principū apud Tacitum.] Nam & ipsi adoptiui dicuntur filii regis aut imperatoris, sicuti & senatoris, & decurionis. l.

nis.l.senatoris filium, & l. seq.ff.de senato. & l.cum adoptiuum,quæ est.C. de decurio.lib.x. vbi & id probatur,filios adoptiuos potiri priuilegiis filiorum.

20 § Et ita quidem adoptiui succedunt, vt transmittant hæreditatem etiam non aditam ad suos hæredes, sicuti & alij filij naturales,& legitimi,secundum glo.not.in l.seruus alienus,quæ est.3.§.vlt.in glo.mag. in fi.ff.de hære.instit.quã ad hoc dicit sing.Bal.in sua marg.in verbo,adoptio,versi.2.Et vt etiam excludant naturales tãtum filios,vt pulchrè voluit Ang.in §. vltima siquidem,post princ.in auth.qui mo.nat.effi. sui. per illum text. simpliciter loquentem de legitimis.Excludant, inquam, ascendentes & vxoré, vt scribit Matth.in tract.de succ. ab int. colu. 6. ver.item dubitatur.& Ang.Aret. in §. sed ea omnia,col.2.ver.quæro an talis,Institu. de hære. quæ ab inte.def. vbi id dicitur obtinere de rigore iuris.& Guil.Bened.in repe.c.Raynutius, in verbo,& vxorem nomine Adelasiam, nu. 748. ext.de testa.& est bonus tex.in l.2.§.liberi.ff.ad Senat.Tertul.& in l.æquissimum,in princ.e.tit. Sed & idem perinde ac naturales & legitimi impediunt bonorum publicationem, si non fraudis causa adoptio facta sit,nempe, in reatu, aut in desperatione rerum,vt dicit tex.in l.vltim. §. ex bonis.ff.de bonis dam. Reuocantque sicuti naturales & legitimi alienata in fraudem.l. vlti. ff.si quid in fraud.patr.& voluit Bald.in l.2.col. 1.versi.quæro an filius.C.eod.tit.& Bar. in l. nó usque.ff.si à patr.quis manu.fue. [Raph. Fulgo. consi.228.Antonius de morando,col.2.] Eisq; debetur legitima.l.si arrogator.ff.de adop. & §. cum autem,Institt.eo.[Et quarta l.1.§.si impuberi.ff.de colla.bonor.& d.l.vlt. ff. si quid in frau. patro.] Atque alimenta ex quorundam op.vt supià diximus. Veniuntque ipsi contra testamentum patris,si fuerint præteriti aut exhæredati. l. 1.in prin.& l.non putauit.§.si quis emancipatũ. ff.de bonor.poss.contr.tabu.l.filius à patre. §.1. ff.de lib.& posthu.[& l.1.§.liberos.ff.si tab.test. nullæ extab.]& §.adoptiui,Insti.de exhær. libe. & §.1.Institi.quibus modis testa. infir. & voluit glo.in l.filio quem pater.ff. de liberis & posthu. Cyn.in l.impuberem.in fin.& ibi Salyce. & Rapha.Fulgos.C.de adoptio. idem Saly. in repetit. l.si arrogator.in 13. quæstio. & ibi quoque Iasõ char.vlt.ff.eo.& idem Iason consil.141. visa longa,colum.antepen.lib.4.De quo tàmen,& qualiter intelligatur, vide quæ supra diximus, & tex.& gloss.in l.certum.ff.de iniust.testa. & Hostien.in sum.de testa.§.qualiter infirmetur,vers. 2.In eisq; hẽt locum.Senatusc.Sylla.l.1.§.domini appellatione ẽt filiusfam.ff.de Senatusc. Syll. Mittiturq; venter in possessionem bonorũ aui adoptiui.l.1.§.si filius.ff.de ventre in poss.mit.

21 § Suntq; & ipsi sui hæredes, quicquid supra diximus ex aliis,per l.arrogato.§.vlt.ff. de adop. & l.cum in adoptiuis.in princ.ibi, sui iuris habere iura.vbi Bal.notat.C.eod.tit.& in d. l. certum.in prin.ff.de iniust.testa.& in l.1.§.suos hæredes.ff.de suis & legitimis,& in §. intestatorũ. Instit.de hære.quæ ab inte.defe.& voluit [gloss. in l.3.§ vlt.in verbo,nõ mutat,in fi.ff. de hæred. instituen.&] Bal. in l.eam.quã.col.1.C.de fideicõ.[Rom.qui eam gl.dicit ad hoc sing.in l. venter.ff.de acq.hæred.& ibi etiã Fran.Are.col.15. versi.vltimò adde,vbi ẽt id dicit esse & propriè & verè respondere ad iura,quæ videntur probare contrarium.]& Iason in consi.141.col 4.ver. secundo principaliter.lib.4.[Eisq, defertur tutela legitima, secundum Iaco. Raph. Alberic. & Bal.contra glo.in l.1 in prin.ff.de legit.tut.Nec ij sine venia possunt patres adoptiuos in ius vocare,vt voluerunt omnes in § sed ea omnia, ecõtra glo.ibi,Insti.de hæred.ab intesta. & Benedi. in rep.c.Raynutius,in d.verbo,& vxorem nomine Adelasiam.nu.742.extr.de testa. In eisq; hẽt locum.l. hac consultissima.§. ex imperfecto. C. de testa qua valet testamentum patris inter liberos cũ duobus testibus aut aliàs imperfectum ratione solennitatis,vt voluit Ioan.Fab.ibi,in verbo, à parentibus.Potestq; eis substitui pupillariter.l.si arrogatus.ff.de adopti. & l.sed si plures. §.in arrogato.ff.de vulg.& pup.Alex.consi. 126. in hac hæsitatione,col.1.lib.4.] Sępeq; aliàs veniunt appellatione filiorum etiam in odiosis.l. lege Iulia.§.hoc capite.ff.de rit.nup. [Vti etiam pater adoptiuus venit appellatione patris,etiam in odiosis.l.nec in ea,in princ.ff.de adult.Denique Alber.in l.senatoris filium,versi.item colligo.ff.de senator.ꝙ si statuto quis possit subrogare filium,in consilio ciuitatis potest quis subrogare filium adoptiuum, per gloss.ibi, quę dicit huiusmodi filium sortiri dignitatem patris, & in id facere gloss.in l.adoptiuum,in princ. ff. de in ius vocan. & ita dicit fuisse determinatum.]

22 § Nec hic quidem in ea specie superiùs proposita subest fraus aliqua aut commentum, de quibus loquuntur.d.l.fideicommissum.ff. de conditionibus, & demonstrationibus, & dictus §. ex bonis, nuper citatus. Nec simulatio aliqua, de qua etiam loquitur Senatusconsultus, quòd suprà ex Tacito aduocauimus. Ideoque fortè & in eo adoptiuo quem pater, cum donat, putat esse mortuum, putarem & ipse locum esse nostræ legi. Nam & Raynutius, in l.Gallus.§.& quid si tantum. ff. de liberis & posthumis, in ea est op. vt filii iam ánte testamentum à filio adoptati faciant deficere eam substitutionem, si filius ipse sine liberis decesserit. licèt non faciat postea adoptatus, per d.l.fideic.& sequitur And.Alc.rarę vir eruditionis,li.3.de verb.sig Et hæc erit loco primę limitationis ad id qđ diximus,hãc legẽ nõ habere locũ in filiis adopt.quæ tñ nõ ꝓcederet in hoc nostro regno Frãcie in quo filij adoptiui nullo mõ succedunt, vt tradit Mansuer. consuetudinum Franciæ peritissimus in titulo de probat. versic.

item & si defunctus.& Domi.Guil.Benedi. quo loco nuper citauimus.nu.758.

23 ¶ Secundò limita not. vt procedat quod dictum est filios post donationem adoptatos non eam reuocare ex hac lege, nisi ea adoptio fieret instinctu siue rogatu,& vt nostri loquuntur, ad instantiam donatarij, vt nuncupatim tradit Socinus in l.si cognatis,colum. decima, versiculo, tenendo tamen solut. ff. de rebus dubiis, quem sequitur,idque dicit notat. Hippol.a Mrsil.sing. 350. damnum quod quis. Mouetur autem Socin. ad id dicendum ex solutione quam Bart. in d.l.si cognatis, tradit ad contrarium quod ipse ei l.opposuerat,de d.l.fideicommissum,de conditio. & demonstrationibus,& d.l.si ita quis. §. is cui in tempus.ff.de legat.2. suprà à nobis citatis; quibus traditur fideicommissum à filiis ita relictum,si quis ex his sine liberis decesserit,nō excludi adoptione filij. Similiterq; si relictum sit alicui in tempus liberorum, non is illud consequitur adoptando. Nam hæc voluimus repetere, vt facilius intelligeres quod hic dicimus. At in d.l.si cognatis,nūcupatim scribitur, quòd si cognatis quicquam legatum sit, id etiam consequitur adoptiuus filius. Quæ cum ex diametro contraria viderentur, Barto. in postremo loco,col.2.ita id dissoluit,vt ea lex procedat, si aliquis efficitur cognatus facto ipsiusmet testatoris,vt quia ipse quempiam arrogat in filium vel nepotem. Legis autem contrariæ procedant, cū quis efficitur cognatus facto tertii. neq; enim tunc admittitur,ne sit in ipsius potestate facien di alium admitti. Et hanc quoque sol.sequitur Imo.in d.l.fideicommissum.& Barb.in d.c. Raynaldus,quo loco supra citauimus, & Geor.Nat. in d.c.quamuis,in 3.q.3.quæst.princ. versicu.in contrarium tamen facit. Er pro hac etiam facit tex.quem Raph.Dum.in d.l.si cognatis allegat, videlicet in l.si quis posthumos, in prin. iuncta 3.lect.glo. ff.de liber.& posthum.vbi institutio posthumi trahitur ad eos quos postea ipse testator arrogauit, vbi & ipse Com. pro simili allegat d.l.si cognatis,& Bar. ibi Ex eaq; solutione id elicit Socin.in d.l.si cognatis,quod supra diximus ad casum l.nostræ,vt scilicet filius à donante adoptatus instāte donatario,reuocet donationem.

24 ¶ Sed attende lector.Nam.d.l.si quis posthumos(vt hoc primo loco expediam) intelligitur,quando nulli alij etant posthumi, ne aliàs rumpatur testamētum, vt nuncupatim dicit gl. ibi,quam omnes approbant,& reputant not.ac sing.quæ res nihil huc pertinet. Quantum antè ad reliquas leges illa sol.Bart.qua cum illis concordat.d.l.si cognatis,non videtur concludere, nec quadrare. Nam in d.l.si cognatis,non de liberis fit mentio, sed de cognatis. Appellatione autem cognatorum veniunt tam ciuiles quàm naturales.l.1.§.[cognationem.]. ff. vnde cogn. vbi ita ad verbum scribitur,vbicunq;de cognatis agitur,ibi sic accipimus,vt etiam adoptione cognati facti contineantur, & vt scribitur in l. nō facilè §.cognationis.ff.de grad. affi. quædam cognationes iure ciuili, quædam naturali connectuntur.& paulò pòst, ciuilis autem per se si ne iure naturali cognatio, consistit per adoptionem.Propterea nō mirum est,si in d.l.si cognatis, legatum relictum cognatis competat etiam adoptiuis.Liberorum autem appellatio, de qui bus loquuntur leges contrariæ, nunquam ad ciuiles pertinet,vt suprà diximus.Et quanuis filiorum enuntiatio ciuiles interdum contineat, id tamen abusiuè fit.Nam propriè ad naturales & legitimos refertur,vt probatur in l.filium diffinimus.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.& in l. tutelas,in prin.& ibi Bar.ff.de capi.dimi.& suprà diximus.Ideo non mirum si in dictis legibus contrariis nón comprehenduntur filij ciuiles tantum, præsertim cum illic filij ipsi non in dispositione ponantur, sed in conditione,quę propriè ac vere non fictè intelligenda est.l.Meuius, & l.qui hæredi.ff.de condit. & demonst. ad quod faciunt not.in simili per Alex.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebell. Quod hic maximè debet obtinere, vbi præterquam quòd filij ponuntur in conditione hac, scilicet si nati fuerint,vt suprà sæpiùs diximus,etiam sumus in materia stricta contractuum, in quibus verba propriè debent intelligi.l. quicquid astringendæ.ff.de verb.oblig.& dicemus infrà versi.44. & tu quidem confirma.

25 ¶ Verum.Soc.ipse qui hæc penitissimè introspexetat,in d.l.si cognatis, non audet discedere à sententia Bart.quam dicit esse communem,sing.& bene signandam,& quæ in practica præualeret,quanuis,inquit, habeat difficultatē. Sed & eam sing.quoq; & solennem dicit Fran, Aret.in d.l.si quis posthumos, in princ.col.2. ff.de liber.& posthu. Licèt etiam apertè ea intelligat,quæ contra eam suprà diximus. Et eā etiā quod iam diximus, nuncupatim sequuutur Imol. & Barba. & Georg. Nat.Et ex hoc quoque infert Socin.id quod suprà diximus, scilicet filios adoptiuos non admitti ad feudum & emphyteusim concessam pro se & filiis, intelligi, nisi adoptati fuerint instante domino.Et similiter licèt dubium sit, vtrum legitimatus excludat substitutum,idque multas distinctiones & limitationes recipiat, haud dubie tamen excludit,quando grauatus legitimaret filium consentiente testatore,secundum illam doctrinam Barr. Nam & videmus(quod eam non modicū fulcit)quòd legitimatus à testatore præteritus rumpit testamentum,vt not.in d.l,filio quē pater,in fi.ff.de lib.& posthu. cū concor.à me latè congestis infrà eod.versicu.79.incip.ex hocque inferunt.Idem autem quod Socin.suprà dicit de filio adoptato instante siue consentiente domino feudi, voluisse videtur Ioan.Fab.quem non allegat, in. §. sui, Instit.de hær.quæ ab intest.

intest.defer. Vt scilicet adoptio filii facta a vassal lo consentiente domino, praeiudicet ipsi domino in successione feudi, licèt non agnatis.

26 NEC ITEM spirituales ac mystici filij, quos scilicet ex sanctifico fonte leuamus, atque ita ad alteram geniturum, siue regenerationem, quę παλιγγενεσία dicitur, perducimus. Hi in quam donationem non reuocant ex hac. l. vt qui nobis nullo modo succedunt, sicuti prodidit. Anto. in c.transmissae, extr. qui fi. sunt legit. & Panor. in c.tanta, col.3. eod. tit. [Marti. Laud. in tracta. de legitimatione, col.9. versicu. quinta specie,] & Cardi. Alex. in c. per venerabilem. §. quod autem, char. 11: in fin. 5.q. prin. eod. tit. & Guil. Bened. in repeti. c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine [Adelasiam,] nu.761. de testa. Bened. Capra, consi. 148. cum vt praesupponitur, col. 2. ver. sunt & secundo. & Nicol. Perusi. in tract. de succes. ab intestat. char. 3. ver. septima & vl. species, & iterum char. 11. col. 2. versicu. de filiis spiritualibus. & Ludo. Bol. in addi. Mathesil. in tract. de succ. ab intest. char. 8. in addit. incip. vltimus gradus, versi. quid autem in filiis. Quibus in locis Nicol. & Lud. addunt rationem, quae ad hunc casum maximè pertinet, quia inter eos est quaedam gratuita, sancta, ac spiritualis necessitudo, quę nihil habet commune cum bonis istis externis, profanis, & temporalibus. Nec etiam excludit substitutum, vt asserit Bald. in authen. nisi rogati, colum. pen. versi. sed tunc quaero. C. ad Trebel. quem sequuntur Barb. in c. Raynaldus, col. 36. de testa. & Fran. Cur. senior in tract. de testib. in [30. conclusione, ad fin. Phili. Fran. in c. 1. in princ. col. 2. de cogna. spiritua. lib. 6.] Philip. Deci. consi. 399. conclusionem, colum. j. & Ioan. Campe. in tracta. statutorum repellentium foeminas, in quaesti. 40. vbi hoc dicit sing. & Georg. Nat. in c. quamuis, in. 3. q. 43. quaesti. princ. de pact. lib. 6. & Catel. Cotta qui id quoque dicit sing. in memor. incip. filius spiritualis, vbi hoc dicit obseruari in practi. & Dom. Guil. Bened. in repeti. d. c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, nu. 761, & iterū in verbo, si absque liberis moreretur, nu. 10. ad fi. ext. de testa. [& Francis. Ripa, in l. ex facto. §. si quis rogatus, col. 12. nu. 43. ff. ad Trebell.] Quibus ego magis accedo, quàm Barb. sibi contrario, & aliàs semper nouarum opinionum admodū cupido, qui scilicet in repe. l. cum acutissimi, colu. 125. ver. faciat elegans & sing. C. de fideicom. audenter asserit filium spiritualem excludere substitutos. Et huc faciunt multa quae diximus in praecedenti capite de filio adoptiuo, videlicet fraudis facilitas, & liberorum appellatio, & quae tradit Alexan. consi. 125. viso themate praemisso, colum. 2. versiculo & dato quòd statutum, lib. quarto.

27 § Et ego sanè in hac sum sententia, vt haec l. non procedat in filio spirituali: quāquàm multa sunt quae diuersum suadere videntur, veluti praeferentia aut certè aequantia hanc coniunctionem spiritualem carnali. Nam scribitur in c. j. in princip. 30. q. 3. Ita diligere debet homo eū qui ipsum de sacro fonte suscepit, sicut patrem. Et glos. in c. seq. incip. pyctacium, in verbo, multo magis, asserit arg. illius text. patrem spiritualem esse magis diligēdum, quàm carnalem. Nec huic rei afferre praeiudicium quod in d. c. 1. scribitur, aequè esse diligendum. Non enim propterea remouet, quin plus sit diligendus. Subditq; ea gl. paulopost, plus esse deferendum patri spirituali in exhibitione reuerentię, quàm carnali. Et illam glos. dicit sing. Barb. in l. 2. col. 7. ff. de verbo. obl. & in rep. d. l. cùm acutissimi, col. 114. Licèt huic sit affinis & alia glo. in c. qui dormierit. 27. q. 2. tradens affinitatem spiritualem maiorem esse quàm carnalem. Propterea etiam dicit & alibi glo. in c. aut facta, in verbo, parentē, de poeni. dist. 1. per tex. in d. c. pyctacium, non minùs puniendum esse qui interimit patrem spiritualem, quàm qui carnalem. quem sequitur Alex. in addi. Bart. in d. l. diui, & ibi etiam Hip po. Marsil. in fin. ff. de patric. Et sicut cognatio carnalis impedit matrimonium, ita & spiritualis, vt per totum tit. ext. de cog. spi. Imò plus impedit, si credimus Fan. qui in c. vlt. col. 3. ext. de purg. cano. tradit magis abstinendum esse à cognatione spirituali, quàm à carnali, cùm illa sit hac nobilior & dignior per d. c. 1. & d. c. pyctacium. Vnde, inquit, ecclesia Romana nunquam dispensasse legitur circa cognationem spiritualem, quamuis quotidie dispenset circa carnalē. [Id quod refert & dicit sing. Fel. in c. at si clerici ad fin. princ. de iudic. & Philip. Dec. consi. 462. visa legitimatione, colum. 1.]

28 § Ex his fit, ꝙ quemadmodum filius non potest in ius vocare parentes naturales sine venia, ita nec patres siue matres spirituales, id est, susceptores ipsos, qui scilicet eos leuant ex sacro fonte, vt suprà diximus. Quae fuit sententia Guil. Cn. Bal. [Angel Ro. Paul. Cast. Alex.] & Ias. in l. generaliter. ff. de in ius voc. ipsius Ang. & Fulg. in l. adoptiuum, per illum tex. ff. eo. [Phil. Fran. in c. postremò, col. pen. de app. & in d. cap. 1. de cogna. spirit. lib. 6. Mart. Laud. in d. tractatu, de legitimatione, vbi suprà.] Ang. Aret. in §. poenales, col. 4. vers. ex quo infertur, & ibi etiā Ias. col. 10. ver. nunquid ergo, & Ludo. Gomes. col. 11. ver. & omnia praedicta: [& Zazi. col. 2.] Insti. de actio. & D. Guil. Bene. in repe. c. Raynutius, vbi suprà in. 1. gl. nu. 765. & Alex. in l. 1. in prin. C. de in ius vocā. & Baptistae à S. Blasio, in tract. de acti. in 162. actione. [Parid. à puteo in tracta. syndica. in verbo suspicio, col. vlt.] A quibus stat quod suprà diximus de exhibitione reuerentię, & quod itē tradit Bal. in c. 1. §. vlt. col. 4. ver. dubitatur tandem, ti. de prohi. feu. ali. per Fe. quòd cùm reuerēria actionē furti excludat, nō possit propterea quis patrem spiritualem actione furti conuenire, arg. l. non debet. ff. de dol. mal.

29 ¶ Et his conuenit quod voluerunt multi maximæ anthoritatis, posse recusari iudicem patrem aut filium spiritualem aduersarij. Nam in hac sententia est Specu.tit.de appel. §. nunc dicamus, versi.circa hoc autem, in.2.parte, & subobscurè in titu.de relat.§. qualiter, in.3.forma incip.sanctissimo &c. nouerit sanctitas vestra,&c.& Io.And.in c.Rom.§.quòd si obiiciatur, & ibi Dom.col.pen.de appel.lib.6.& in c.cùm speciali.super.4.glos.& ibi etiam Imo.col. 8.& Panor.col.2.versicu.& pone exemplum,& Phil.Deci.col.2.ext.eod.idem Imo.in c.prudentiam,de offic.deleg. Philip.in c.postremo, col. vlti.de appel.Firmia.in tracta.de epis.in 4.parte,lib.4.col.8.versi.secunda est,si est compater, & in suo indice,in verbo compater, versicu.13. & Iason in l.cùm apertissimi, colu.3.C.de indi.

30 ¶ Quin sunt & multi non minoris authoritatis,qui negant eos esse testes idoneos, & inter hos Bald.in d.l.generaliter.ff.de in ius voc. Fulg.in l.4.§.prætor ait,eo.tit. Salyc. in l.testis idoneus.ff.de testib.pee text. in l.si quis alumnam, in fin.[& ibi not.]C.de nupt. Alex.consil. 143.quoniam abunde,col.2.ver. quidam etiam ex illis testibus,lib.2[vbi tamen nutat,]& cons. 34.viso processu,colum.pen.versi.ad hoc etiam accedit, lib.3. vbi etiam negat se in hoc facere magnum fundamentnm. Philip. Franc.qui hoc dicit sing.in d.c.1.in princ.colu.2. de cog.spir. lib.6.Matthæ.Afflict.in consti.Siciliæ.incip.mores dissolutè viuentium,versi.30. [Stepha. Bertrand.consi.178.viso processu,nume.13.lib.2.]

31 ¶ Sed & Ioan.Fab.in l.1.C.de alen.liber.asserit hos filios spirituales esse alendos. Quod & voluit Bald.subdubius tamen,in authen.nisi rogati,col.vlt.versi.sed tunc ego quæro.C.ad Trebel.& sequitur Phil.Franc.qui id dicit nota.in d.c.1.de cogna.spir.lib.6.& Nicol. Perus. & ipse subdubius,in d.tracta. succes.ab intesta. vbi suprà.[Barb.in repet. c. Raynaldus, col.37.de test.] & Catel.Cott.qui id sing.dicit in memor. incip. commater. Franc. Cur. in tract. de testi, conclu.30.ante fin.& Budæus vir nunquàm satis laudatus, in lib.1.de philologia, vbi scribit proditam esse quandã actionem honorariam ad eorum nutricationem,si egeant.[& Francis.Ripa in d.l.ex facto.§.si quis rogatus, col.12.num. 43.ff.ad senatuscon.Trebel.& Ludo. Goz.cons. 13.in hac causa,colum.2.nnme.18.]

32 ¶ Nec etiam prætereundum quod ab eodẽ Ioan.Fab.proditum est in.§.sunt præterea,versi. sed & si quis,colum.1.Instit.de actio.quod huiusmodi personę non possunt conueniri, nisi in quantum facere possint]quẽadmodum nec parentes & filij naturales,de quibus ibi, & hoc nũcupatim sequuntur Ioan.Plat.& Ang.Aret.ibi, colum.etiam vterque prima.

33 ¶ Nec illud item quod scribit Bald. in l.1. col.12.versi.sed an commater.C. qui accu. non pos.quòd mulier commater potest accusare occisorem sui compatris, tanquam id faciens censeatur prosequi suorum ininriam, quamuis id nulla lege aut decretali, vt ipse subdit, cautum reperiatur.& hoc seqnitur[Rom.loquens de filia spirituali,in l.quamuis, colu. vlt.ff.de in ius voc.]Ioan.Ana.in c.cùm dilectus, col.vlti.extr. de accusa.[Alex.d.consi.34.vbi suprà,lib.3.Bernard.Laud.in addi.Alber.Gand.in ti.qui accus. possuut,col.1.]& Ias.qui dicit sing.in d.l.apertissimi,colum.2.versi.sexta causa. C. de iudi.& in d.l.generaliter,colum.1.ff.de in ius vocan.licèt vtrobique mendosè citet Bal.in tit. C. vnde vi.& Catel.Cotta,qui & hoc dicit sing.& memoria dignum, in d.memor.incip. commater. [& Stepha.Bertran.d.consil.178.lib.2.Compatris autem vtitur vocabulo in hoc significatu, vt illud obiter dixerim,Lauren.Valla vocabulorum obseruator religiosissimus in Barptolomæum Facium.]

34 ¶ Quid quòd pulchrè Pan.Cast.cons.295. viso suprascripto puncto, & contentis in eo,colum.4.versi.& confirmantur prædicta,lib.1. respondit,quod sicut qui promittit alium defendere aduersus omnes,non intelligitur promittere aduersus se & suos,per not.in c.petitio,extra de iureinrand.cũ similib.ita nec contra compatrem,cùm non minor sit hæc cõiunctio, nec minùs habeat virium,quàm carnalis.Et sicut parcitur ei qui receptat bannitum cognatum, l.2. ff.de recepta.ita & qui compatrem,eadem ratione.Quæ singu.sunt notanda, vix enim alibi ea reperies.

35 ¶ Sed hæc certè minimè obsunt priori sententiæ,etiam si omnia vera essent.Nam non cõcludunt ad casum legis nostræ, sicuti nec alios, in quibus est diuersa ratio. Nam & videmus quòd licèt coninnctus pro coniuncto admittatur sine mandato, non tamen huiusmodi personæ quibus cum est nobis coninnctio spiritualis aut aliàs ciuilis tantùm, admittuntur sine mandato, secundum Archidiacon. in capitulo statutum. §. cum autem, de rescriptis, libro sexto. Hostieu. in summa eiusdem titulo §. quæ possunt, colum. vigesimasexta, versicu. nunquid canonicus. Ioan. Andre. & Panormit. in capit. vltim. de procura. Ioan. Andre.& Domin. in capitu. nonnulli, & ibi latè Felyn. in §. sunt & alij, colum.17.versicu.limita tertiò, extra de rescrip. Anton. in cap.ex parte decani,eo. titu.Imol.in clemen.religiosus,colum.1. per illum tex.de procura.idem Imol.& Anton. in ca. cùm. M. Ferra. [& ibi quoque Panormi.] colu. 5. nota semper hoc dictum, & ibi latè etiam Felyn. colum. settima.versi.in ea glo.ibi habebar, extra de consti.vbi ipse Fely. ẽt intelligit de hac cõiũctione spirituali,de qua nũc loquimur, dũ dicit ꝙ licèt quãtũ ad ius reuerẽtiale nõ minùs consideretur cõiunctio spiritualis quàm carnalis,per dictum c.pyctacium.tamen quò ad alios effectus non cõsideratur, quod multum facit ad

casum

casum de quo priuatim hic loquimur, adducitque Fely. & alios concordan. quos ibi videre poteris. Cui addes Iasonem idem tenentem in l. [exigendi,] col. 3. versi. 13. C. de procura.

36 ¶ Nec tamen omnino indubitatū est, quod suprà dictum est, filium spiritualem non posse vocare patrem & ipsum spiritualem in ius sine venia; quando eius rei contrarium teneat Ioan. Fab. cuius maxima est authoritas, in d. §. pœnales, versic. & in eum, in princip. vbi id negat iure caueri, ideo non necesse esse veniam petere, licèt curialiùs, ait, fit, vt petatur. [Rom. sibi contrarius in l. sed etsi hac. §. prætor. ff. de in ius vocando.]

37 ¶ Nec mirum est quod de recusatione iudicis ex hac coniunctione diximus, quando leuis causa faciat reiici iudicem, vt not. in c. insinuante, & in c. cum R. canonicus, extr. de offic. deleg. [cum si. Quanquam & hoc quoq; dubium esse asserit Ioan. Andre. quem suprà pro contraria sententia adduximus in d. cap. si romana. §. quod si obiiciatur, de appella. lib. 6. Benedict. autem in repeti. cap. Raynutius, in verbo, in eodem testamento relinquens, le ij. num. 20. ext. de testa. dicit iudicem compatrem tuum demū recusari posse, si ex more patriæ tanta ex ea re consurgat amicitia, sicuti ex consanguinitate inter propinquos, tanquam scilicet amicitia magis in ea re conspiciatur, quàm simplex compaternitas. Illud autem scio, hanc recusationē non admitti in senatu Parisiensi.]

38 ¶ Sed quod dictum est de testibus, non est verum, si credimus Bartol. consil. 92. in quæstione vertente inter dominum Simonem, colu. 3. versic. nec ob. quòd ipse est. & idem voluit Bald. sibi contrarius in l. parentes, colu. 2. versi. quæro igitur vtrum, & ibi etiam Sal. sibi item contrarius. C. de testi. [idem Salv. &] Flor. in d. l. testis idoneus. ff. eod. Rom. Alexand. [sibi item contrarius, Socin.] & Ias. in d. l. generaliter. ff. de in ius vocand. [Ioan. Plat. in § testes, Instit. de testa.] Ioan. Ana. in c. cùm dilectus, ad fin. extr. de accusa. Alber. non ille quidem Rosat. vt vulgus putat, sed alius cognomento Maleta, vt videre licet ex Philip. Deci. consil. 43. cuius superscriptio incipit, an reus, colum. vlti. Is, inquam, Albe. in tract. de testib. in 1. parte. 1. partis, col. 8. in paruis, versic. sed quid erit de patre spirituali. Alex. in addi. Bartol. in l. in legibus. ff. de testibus, & consil. 42. in causa & lite vertente, colu. vlt. versicu. nec ob. quòd vnus, lib. 3. & consil. 125. viso themate, col. 2. lib. 4. & 186. viso processu causæ vertentis, col. 2. versi. non ob. etiam si diceretur, lib. 7. Franc. Aret. in cap. cùm oporteat, colum. 4. de accusa. Cornel. consil. 61. visa copia, col. 3. versi. ostenso itaque, lib. 3. Cepol. causa. ciuilium consil. 5. in quæstione vertente inter Ser. Nicolaum, col. 3. versi. nec etiam ex eo. Fel. in c. cùm nuntius, col. 1. versic. & inquantum, ext. de testib. Iason in d. l. apertissimi. C. de iudi. & in d. § pœnales, vbi suprà. [Carol. Rui. consil. 81. viso processu, colu. 7. num. 19. lib. 3.] D. Guil. Bene. in repe. d. cap. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, versic. 767. de testamen. Lanfran. Ori. in repeti. cap. quoniam contra falsam, in materia testium, char. 13. quo loco disputat de testimonio parentum in causis filiorum, extra de probationibus testium, in litera P. vers. pater spiritualis. [& Viglius Phrysius in §. pater, in gl. 1. in fin. Institu. de testam. Stepha. Bertran. sibi contrarius, consi. 300. nobilis, paulò ante finem. lib. secundo.]

39 ¶ In hac doct. varietate sequendum esse arbitror quod tradit Firmia. in suo repertorio, in verbo, compater, versicu. 14. non omnes esse repellendos, sed eorum fidem minui: quod & ante illum voluit Fulgo. consi. 11. emphyteuta irrequisito domino circa medium. & idem quoque voluit Alexand. consil. 237. perspectis bis. colum. vlti. versicu. & posito, lib. 6. Quibus accedens Philip. Deci. illos tamen non memorās, in cap. cùm speciali, col. 2. versic. tertio ab. concludit, extr. de appellatio. post vtranq; illam op. relatam concludit hoc esse relinquendum arbitrio iudicis. Et huius sententiæ esse videtur Alciat. dum simpliciter scribit in l. 1. in princip. C. de in ius vocand. hos non esse testes omni exceptione maiores. in qua etiam sententia videtur fuisse Francis. Cur. in d. tracta. de testib. cōclu. 30. vbi tamen tam obscurus est, vt vix intelligas quam in partem inclinet. [& nouissimè Franc. Ripa, in l admonendi. nume. 181. ff. de iureiurand.]

40 ¶ Quod autem postea dictum est de alimētis huiusmodi filiis spiritualibus præstandis, maior pars eorum quos in id citauimus, indubitanter, vt iam diximus, loquuntur, prout etiam expendit D. Guiliel. Benedic. qui & contrarium sentire videtur, in repeti. d. cap. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, numero. 767. de test. vbi & ipse negat in eis habere locum authen. res quæ. C. commu. deleg. Negat item eos habere legitimam in bonis patrem spiritualium. Ac ne dotandam quidem filiam spiritualem, & in vniuersum omnia iura parentum & liberorum in eis locum non habere, præterquam reuerentiæ, constanter affirmat.

41 ¶ Vnum autem non omiserim in hac tractatione coniunctionis spiritualis minimè contemnendum, licèt nihil ad casum nostrum pertineat, sed quoniam est in vsu quotidiano, hanc scilicet coniunctionem non posse contrahi per procuratorem, ex sententia Archid. Io. And. & Philip. Fran. in d. c. de cog. spir. lib. 6. & eundem Archi. in c. ad limina 30. q. 1. & in c. non plures, de conse. dist. 4. Io. And. in c. potest quis, de reg. iur. lib. 6. in Merc. Fed. Senen. consi. 15. quæstio talis est syndicus. Bart. Ang. Imo. Pau. Alex Frā.

Are.& recẽtio.in l.Gallus.§.forsit.ff.de lib.& posthu.Alb.in rub.C.de procur.& in suo reperto. tum in verbo,compaternitas,tum, in verbo,impedimentũ.Bal.in l.si quis alumnam.C.de nup. Ant.subobscure,dum se remittit ad Ioã. Andr. in c.venient,ext.de cog.spir. [& in c.per venerabilem,colum.16.vers.& per hoc infertur,qui filij sunt leg.]Ro.sing.53.quæro an filiatio. [& Io.Corseri in decisi.tholo.& ibi Aufrer.in additi.illius quæsti.157.an compaternitas, Fel.in c.ex parte decani,col.5.ver.amplia secundo, de rescrip.] Caiel.Cotta in memo. incip. statuta q bannitus. Quanquam contrarium tenuit Bald: sibi, vt aliàs semper,contrarius in l.1.§.ne autem,col.vlt.versi.quæro solet.C.de cad.tol. vbi dicit id de consuetudine obseruari.& Cardin. Flor.qui & id dicit.& Pa.post Marti. Sil.præceptorem Ioan.And.in c.1.de cog. spir.& ibi quoque Card.Alex.qui & hoc dicit consuetudine obseruari,sicuti etiam dicit Raph.in d.§. forsitan.& Ang.Are.in.§.illud,col.2.versi.quęro hic de quæstione,Insti.de nupt. An autem procurator ipse efficiatur compater,& an id fieri possit per nuntium,vide per recentiores in d.§.forsitan,& per omnes in d.c.venient.

42 SIMILITER nec aliàs ficti filij reuocãt donationem:verbi gratia monasterium,quod is qui donauit,ingreditur,vicem liberorum obtinet,vt plerisque videmus placere, per tex.in.§. sed & hoc præsenti,in authẽ.de sanctis.epis.vnde deprompta est authen.nisi rogati.C.ad Trebel.& in d.c.in pręsentia,de prob.Et id quidem vsque adeo,vt Spe.in tit.de loca.§.nunc aliqua, versi.153.scripserit, quod si quis acceperit feudum pro se & filiis suis, & postea ingrediatur monasterium,feudũ transit in monasterium, de quo tamen tu vide Imo. Panor. & recentiores in d.c.in præsentia. [Bald.& Aluaror.in c.1. tit. de milite vasal.qui ar.bellica depo.]Imò plus voluit glos.in l.si ita quis promiserit.§.ea lege, in verbo,interest.ff.de verb.obli.quod prohibitus alienare emphyteusim, potest tamen alienare in monasterium,ipsum in ea re instituendo, tanquam in suum hæredem,cùm sit loco suorum, per d.§.sed & hoc præsenti. Et ita vult ea glos. quod etiam in certa re monasterium habeatur loco filij.quam ad hoc dicit sing.Bald.in c.cùm in magistrum,ext.de elect.& in c.pen.col.1.ex. de præscrip.& eam quoque sequitur[ipse Bald. consil.253.casus talis est, colum.2.lib.3.& consil.426.super puncto præmisso,col.2.versi.in cõtiarium facit,lib. 4. sequitur item & cõmendat Petr.Anch.cons.165.quęstio talis est, colum.1. & consi.]420.quidam Ser.Antonius,col.3.ver. hoc præmisso,[& Imo.in c.in præsentia,col. pe. extra de proba.]Sed & est monasterium tanquã posthumus. vt dicit ipse Bald.in l.filius à patre. §.1.& ibi etiam Imol.ff.de hæredib. instituen. Ideoq́ue reuocat testamentum priùs factum, vt probat text. in authenti. si qua mulier, & ibi glos.Pet.Cyn.Pau.Cast.& alij recentiores. C.de sacrosanct.eccl.Bald.consi.9.mulier fecit testamentum, lib.5.Fed.Senen.consi.165.glos.referunt in dubium.Imol.in l.1.col.6.ff.de testa. & in d.c.in præsentia,& ibi recẽtiores,qui cõcor. adferunt.& Ro.consi.237.oppositionem hanc. per totum.Bened.Capta.consil.147.in nomine domini,vt cum præsupponitur,cum si.quod tamen non simpliciter procedit, sed cum distinctionibus per e os in d.locis adscriptis.

43 ¶ Tamen indiscriminatim & sine vlla distinctione monasterium in casu l.nostræ non reuocat donationem factam ante ingressum, vt expresse voluit solus antiquiorum,quorum nũc meminerim, Alber.Rosa.in hac ipsa l.colu. vlti. versi.item quæro si aliquis,vbi tamen ad hoc nihil alind allegat,quàm quod hæc l.habet locum in veris filiis, non in fictis, & ex recentioribus idem firmat Franc.Aret.in l.1.colum.7.ff.de testa.per tex.in.§.illud,iuncta gl.in authe.de monachis.Iason in authent.si qua mulier,colum.6. versi.si enim testator.C.de sacro.eccl.etiam per tex.in d.§.ilud.& nouissime Sebastia. Sapia.qui neutrum illorum allegat,in addit.Pan. in c.vlti. colum.3.extr.de proba.& Fran.Ripa hic in.34. allegans tantum Alber.& Feliu. in d.c.in præsentia,vbi tamen Fel.de hac re nihil dicit Fran. Cur.iunior in l.1.col.3.nu 9.C.de pact.qui & vnum Feli.vbi suprà.citat.Et idem videtur voluisse Bald.post Mar.Sil.in authenti.nisi rogati, colum.vlt.versi.denuo pone donaui.C.ad senatusconsul.Trebellia.

44 ¶ Et tu quidem hoc confirma,vltra ea quæ diximus in præcedentibus casibus. Nam fictio non habet locum in contractibus, in quibus fit stricta & propria interpretatio,vt dicit Bald.in l.filium,col.1.versi.ita not.quòd monasterium. ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.& in additi.Specul.vbi suprà,in d.versicu.153.per hoc reprehẽdens quod suprà ex ipso Specu.diximus,[& Feder.Senensis cons.174.ego putarem,vbi ex hoc dicit, quòd in statutis monasterium non venit appellatione filij,nec hæredis.] Imol & Alexan. in l.1.§.lex.Falcidia. ff. ad legem Falcid. Igitur cum ex hac l. reuocetur donatio per natiuitatẽ liberorum,propterea quod censeatur hic tacita apposita à donante conditio reuocandi, si ipse liberos postea susciperet, vt supra latè diximus in præfatio.l.nostræ,versi.6.incipien.hinc dicũt plerique omnes.certè ea debet intelligi de veris & naturalibus filiis, non de fictis, ne magis operetur tacita conditio quàm expressa, contra l. qui ad certum. ff. loca. & l.filio. ff. de liber.& posthum.cum similibus.Et id quidem bene facit ad id quod suprà diximus de adoptiuis & spiritualibus filiis.

45 ¶ Sed & facit quod scribit Paul.Castren. consil.30.super puncto isto, in princip. lib.1. quòd substitutio ita facta, si institutus decesserit sine filiis, intelligitur de veris filiis, non de

fictis,

fictis, arg.d.l. vlt. C. de his qui veni. æta.impe. & l.sancimus.C.de nup.quod & suprà latè diximus. Subditque illos dici veros, qui nascuntur secundum naturam, fictos verò qui suscipiuntur secundum iuris fictionem; vt hinc planè intelligas monasterium esse fictum & improprium filium, vt etiam expressè tenet Bald. in l. cùm acutissimi, col. 1. versi. quæro quid si pater. C. de fideicom. & in l. fideicommissum. ff. de condit. & demon. & consi. 127. quidam Ser. Petrus, in 2. dubio, lib. 5. & Cepola causarum ciuilium conf. 306. quidam habēs feudum, col. 2. in fin. & Ias. in d.l. si ita quis promiserit, col. 4. versic. tertio habes. ff. de verbo. oblig. & apertè intelligunt omnes qui dicunt monasteriū haberi loco filii, quæ verba improprietatem & fictionem denotant. l. iuris ciuilis. ff. de conditio. & demon. & no. Bart. in l. si is qui pro emptore, col 5. & iterum colu. 15. ff. de vsuca. & in l. si maritus. §. 1. ff. de adult. Bald. in prima consti. ff. in fi. prin. & consil. 373. cuius initium est, verba Dyn. col. 2. lib. 1. cum si. Et si aliter intelligerent aut dicerent, videlicet monasterium esse verum filium, nemo, opinor, tam sanę mentis est, qui illis crederet.

46 ¶ Imò verò quod habeatur loco filii, procedit in vltimis tantùm voluntatibus, in quibus loquuntur iura ad id allegata, non etiam in contractibus, secundum Specul. sibi contrarium in eodem titu. de loca. §. nunc aliqua, versic. 120. quē refert & sequitur Bald. in d. l. filium definimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Salyc. in d. authen. nisi rogati, vbi & hoc dicit tenuisse Ricar. & Anton. in d.c. in præsentia, colu. 7. de probatio. Ias. in l. pactum inter hæredem, colum. 1. versicu. quartò quia in vltimis. ff. de pact. & in l. quæ de legato, colu. 3. versi. nonò in contrarium facit. ff. de lega. primo. Non item in sententiis, quod eleganter respondit Angel. consil. 235. ex quo dictus Albertus. Sed nec semper in vltimis voluntatibus, verùm in casibus tantum expressis, & ad hunc finem & effectum, vt excludatur qui substitutus est sub conditione, si decesserit institutus sine liberis; in quo tantùm casu loquūtur tex. suprà allegati, vt voluit Bald. in d.l. filiū definimus, quo loco suprà citauimus. & in d. authen. si qua mulier, in 3. nota. C. de sacrosf. eccle. & in dicta authen. nisi rogati, col. 3. & 6. & Fulgo. qui id eleganter probat, consil. 53. quoniam superius. & Panor in d.c. in præsentia, col. 5. versic. not. secundò principaliter, & ibi quoque recentiores.

47 ¶ Sed & sunt qui constanter negant monasterium vllo casu haberi pro filio, & in iis Barto. in d. authen. si qua mulier, in duobus locis. & in d. authen. nisi rogati, post. Ricar. Mal. ibi, & vtrobique ferè omnes doct. post eum. & rursus idem Bartol. in l. si ita quis. §. is cui. ff. de lega. 2. & Anro. in d.c. in præsentia, col. 13. Ro. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & Calca. consi. 7. quia à me quæsitum est, col. 13. versicu. imò secundum veram op. vbi & alios allegat. & iterum consil. 21. ista quæstio habet tria dubia, colum. 4. ver. modò non obstat, atque etiam cōsil. 68. magister Toninus, col. 3. & Barb. qui id latè probat, consi. 13. clementissimi, colum. 7. versi. præterea facit ad prædicta, lib. 1. Nec id, inquiunt, aliquo iure probatur. Nam quod scribitur in d.c. in præsentia, non dictum est à Papa statuente, sed à parte allegante, vt ibi etiam omnes penè recētiores aunotarunt, & ante eos Ang. consi. 80. hæc quæstio subtilis est, col. 2. versicu. confirmatur hoc. Ideoque ius non facit, vt voluit Ioan. And. in cap. dilecto, col. 2. in verbo, iuramento, & iterum in verbo, quem certū numerum, & ibi quoque cæteri scriptores, ext. de præbend. Et quod plus est, non ibi dicitur, quòd sit loco filij, sed hæredis, quod est multum diuersum. Id quod etiam expendit Bartho. in dicta authen. nisi rogati. Cæterùm d. §. sed & hoc præsenti, non id probat, ad quod alii allegant. sed magis contrarium, dum dicitur, quòd conditio liberorum habetur pro non scripta, si quis ingrediatur monasterium. Si enim monasterium haberetur loco liberorum, conditio haberetur pro impleta. Id quod etiam annotat Bartol. consil. omnium primo, Parmensis. versi. quartò. [& Sal. in auth. si qua mulier, col. 1. vers. redeo ad quæstionem. C. de sacro. eccle.]

48 ¶ Tamen hic illud postremo notato, quòd licèt monasterium per totum reuocet vi huius. l. tamen ex alio capite reuocabit vsque ad legitimam, vt expressè & no. consuluit Bald. non semel, primùm scilicet consil. 18. notissimum est quod ratione, in 4. dubio, lib. 1. & iterum conf. 215. cuius caput est punctus quidam donauit, in fin. lib. 5. quem videas cum iis quæ diximus supra in verbo libertis, in ea quæstione qua tractauimus de donatione facta ecclesiæ. Sed hoc tamen non admittit Franc. Rip. hic. q. 35, vbi citat Bal. in priori illo loco tantum. eiusque rationibus respondet. Nam Bald. dicit monasterium tanquam filium reuocare debitum bonorū subsidium, & allegat. d. authen. si qua mulier. Nā non verum est, inquit Ripa, quod monasterium sit loco filij. Nec d. authen. procedit in donatione inter viuos facta ante ingressum, per d. §. illud, in authen. de Mona. Sed tu de hoc vide per Saly. & recentiores in d. authent. si qua mulier. & Deci. quem ipse Ripa citat, consi. 31. cuius superscriptio incipit, quando valeat renuntiatio, col. 2.

49 EX HIS ITEM quæ diximus, satis constat alumnos, quos. s. nutrices proprijs vberibus aut alij educant, post donationem alteri factam non facere locum huic l. Nam licet nutrix sit veluti altera mater, vt apertè patet ex illis Plauti versibus in prologo Menechmi.

Adeo forma simili pueri, ut mater sua
Non internosse posset, quæ mammam dabat:
Neque adeo mater ipsa, quæ eos pepererat.

Cui concinit & illud Virgilij lib. 8. Aeneidos, de

lupa loquẽtis, quæ Remi & Romuli nutrix fuit.

Illic genus omne futuræ
Stirpis ab Ascanio, pugnataque in ordine bella
Fecerat, & viridi fœtam Mauortis in antro
Procubuisse lupam, geminosq; hinc vbera circũ.
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
[Impauidos.

Quo tamen in loco Seruius matrẽ, inquit, quasi me matrem, cuius affectum pueris exhibebat.] Et apud Homerum illum naturæ peritissimum, Eurimone nutrix Penelopes. Ipsam Penelopem filiam appellabat, lib. 18. Odysseæ.

Ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα τέκος κατὰ μοῖραν ἔειπες.

Et lib. seq. Euriclea Vlyssem, qnem & ipsa suis vberibus enutrierat, filium quoq; vocat.

[ἦ μάλ' Ὀδυσσεύς ἐσσι φίλον τέκος. Et paulò post.]

Τέκνον ἐμὸν, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων

[Et iterum lib. 22. eiusdem operis.

Ναὶ δὴ ταῦτά γε τέκνον ἐμὸν κατὰ μοῖραν ἔειπες.

Iterumque.

Τοιγὰρ ἐγώ τοι τέκνον ἀληθείην καταλέξω.

Sicuti & Telemachum Vlyssis ipsins filium lib. 2. eiusdem operis.

Τίπτε δέ τοι φίλε τέκνον ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο νόημα

Et irerum lib. 9. eiusdem operis.

αἰ γὰρ δὴ σε τέκνον ἐπιβοσκόμενος ἀνίκοιο.

Quin & li. 23. statim circa initiũ eadẽ Penelopẽ quoq; filiam nũcupat, vtpote vxorẽ sui alumni.

ἔγρεο Πηνελόπεια φίλον τέκος.

[Et alibi sæpe in eodem libr. Et his concinens diuus Paul. 1. ad Thessalo. 2. Tanquam si nutrix foueat filios suos. Nam & lib. 4. Esdræ. c. 1. Nonne ego vos rogaui vt pater filios & vt mater filias & vt nutrix paruulos suos vt essetis mi hi in populum? ideo, & c. sequen. Paruuli illi vocantur filij ipsius nutricis cum dicitur, nutrix bona nutri filios tuos.]

50 ¶ vt non immerito Nonius marcellus vir significationis verborum scientissimus matrem pro nutrice plerunque accipi tradat [fretus authoritate Plauti, vbi supra.] Ex quo & Alciatus in l. vlt. in verbo, matris. C. de in ius voc. existimat, & alij nonnulli, patrem ac matrem à Græcis πατέρα & μητέρα dici à pa, & ma, quæ sunt voces infantum & verbo τηρῶ, id est seruo, quasi pueros ipsos seruantes, quod est commune & nutricum & alumnorum, vt nos abs re pa tres quoque & matres appellari possint & debeant. Hincque negat ipse Alciatus alumnum posse vocare in ius nutricem aut etiam aliũ educatorem sine venia. In idque etiam trahit tex. in l. 1. ff. de obseq. à liber. & libert. præt. vbi hæc verba adscribuntur in §. vlti. Indignus militia iudicandus est, qui patrẽ & matrem, à quibus se educatum dixerit, maleficos appellauerit. Nã no mine patris, inquit Alci. & matris, ẽt educatorẽ ibi intelligendum esse arbitror, ne illa verba, à quibus se educatum dixerit, superfluant. Qui tex. quantum ad id faciat, cęteri diiudicent.

51 ¶ Ego verò scio horũ altorũ altricũmq́, amorem & affectũ nonnunq̃ ęquare atq; ẽt vincere naturalium parentum amorem. Quam rem & Papinius lib. 2. Syluarum in Epicædio in Glauciam Melioris, multis versibus prosecutus est quos non grauabor huc annectere.

Fas mihi sanctorum venia dixisse parentum,
Tuq; oro natura sinas, cui prima per orbem
Iura animis sociare datum, non omnia sanguis
Proximus, aut serie generis demissa propago
Alligat, interiùs noua sæpe accitaq; serpunt
Pignora connexis: natos genuisse necesse est.
Hęc legisse iuuat, tenero sic blandus Achilli
Semifer Hæmonium vincebat Pelea Chiron.
Nec senior Peleus natum comitatus in arma
Troica, sed caro Phœnix hærebat alumno.
Optabat longè reditus Pallantis ouantis
Euander, fidus pugnas spectabat Acetes.
Cumq; procul nitidis genitor cessaret ab astris,
Fluctiuagus volucrem comebat Persea Dyctis.
Quid referam altricum victos pietate parentes?
Quid te post cineres deceptaque funera matris
Tutius Inoo reptantem pectore Bacche?
Iam secura parens Tuscis regnabat in vndis
Ilia, portantem lassabat Romulus Accam

Et subiungit docens non id tantùm obtinere in animantibus.

Vidi ego transfertos aliena in robore ramos
Altius ire suis

52 ¶ E diuerso quoq; alũnus ꝓ filio à probatissimis scriptoribus vsurpatur, vt tradit Non. Marc. in id referẽs illud Virgilianum lib. 6. Aeneidos.

Necnon & Tityon terrę omnipotentis alumnũ.

[Sunt qui legunt vt illud obiter dicam, omni pa rẽtis.] Quo etiã in loco Seruius interpres scribit Tityon ipsum secundũ aliquos filiũ terræ fuisse, secundũ alios à terra nutritum, ideoque Virgilium elegisse verbũ alumni, quo vtrũque significaret. [Homerus autem à quo Virgilius eum versum accepit, filium esse dicit lib. Odysseæ 7.

ἦγον, ἐποψόμενον Τιτυὸν γαιήϊον υἱόν.

Et iterum lib. 11. eiusdem operis.

Καὶ Τιτυὸν εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱόν.

53 ¶ Sed & scio] in nostris legibus multa specialia fauore nutricũ & alũnorũ esse statuta. Nã primũ minor viginti annis, qui alias manumittere seruũ nõ potest tamen nutricem, educatorem, & alumnum, sicuti & patrem, & matrem, filiũ, filiãmve, fratrẽ, sororẽmve, l. si minor, cũ 3. seq. ff. de man. vind. & §. eadẽ lege, versi. iustæ autem. Insti. qui manu. non. li. vbi ex hoc not. Ang. Aret. quòd nutrix & alumnus æquiparantur aliis cõiunctis sanguine. Subdirque alumnũ esse de familia, per tex. quẽ dicit sing. in l. sancimus. C. de nup. In quo memoria lapsus est. nã quanuis in e. ti. sint quæ ll. eius initij, neutra tñ earũ hoc dicit, credoq; illũ voluisse allegare. l. si quis alumnã, illo e. ti. de qua statim aliquid dicemus. Sed vt redeamus ad alia, nõ oẽs mulieres pñt su spectos tutores postulare, sed eæ so læ quæ pieta te necessitudinis ductæ ad hoc procedũt, vt pũta

mater

mater, nutrix, & auia. tex. est in l. 1. §. côsequens eff. ff. de suspect. tuto. Et alibi lex facit similem matri alumnum, qui pupillum instituit, eique in tutore dando prospicere voluit. l. Nesennius. §. similis est matri. ff. de excusa. tut. Et educatores possunt petere tutores dari. l. si minores, quæ est 2. [in princ.] ff. qui per. tut. Et alumni capiunt legata ex testamento imperfecto, & minùs solenni. l. in testamento. ff. de fideicom. liber. qui text. nũcupatim loquitur de alumno, licèt glo. & alij trahant ad alios amicos: de quo plenè diximus suprà in verbo, libertis, num. 103. sed illud. Et pater non potest reniti quin filia nubat filio eius qui eam educauit. l. patrem. C. de nup. Et non potest alumnus eum à quò educatus est, accusare. l. iniquum est. C. de iis qui accusa. non pos. Et in generali obligatione non veniunt alumni; vt quos non est credibile pignori specialiter datos fuisse. l. 1. C. quæ res pig. obli. pos. [& l. denique. C. de pign. Et qui alumnum suum retinet, non minùs tenetur quàm qui & suũ filium retinet. l. 3. §. si eum, in prin. iuncto versi. proinde. ff. de libe. homi. exhib.] Et facit text. in l. alumnæ. ff. de adi. leg. vbi quispiam in suo testamento alumnã suam admodum commendat. [& in l. alio. & l. à filio, in prin. &] in l. Stichus, in prin. ff. de ali. legat. & in l. à filia. §. j. ff. ad S.C. Trebel. & in l. quędam cum filium. ff. de verb. obl. [& l. Lucius. §. Titius testamento. §. Lucius. ff. de leg. 2.] & in l. vxorem. §. Seium. ff. de lega. 3. vbi testatrix quædam anteponit alumnum suum filio fratris, [& in l. quæsitum. §. prædia, &] in l. qui habebat. §. peto, eo. tit. & in l. his verbis. §. alumno, eo. quoque titul. & in l. qui vxori. §. idem testator. ff. de aur. & arg. leg. & in l. pen. §. vlti. ff. de proba. & in l. codicillis. §. Sticho. ff. de annu. leg. & in l. liberto. §. Largius. ff. eod. titu. [& l. Titio centum, in prin. ff. de condi. & demon. & l. Seiæ. §. Caio, & l. prædia, in princip. ff. de fund. instru. & l. codicillis. §. 1. ff. de vsufr. & vsufr. legat. & l. legem. C. de pact. & l. 1, C. de pact. conuen. Nimirum ob hũc tãtum amorẽ & affectum nutricum & alumnorum (licèt & aliæ qnoque rationes adferantur) decretis summorum pontificum interdictũ est, ne Christianæ mulieres sint nutrices infantium Iudæorum, cap. Iudæi, le 2. & cap. ad hæc, & cap. etsi Iudæos, extrà de Iudæ. Nec id quidem tantùm in domibus ipsorum Iudæorum, quod omnes astruunt, sed nec alibi qnoque ex sententia Ioan. Ana. Maria. Socin. & Fely. in d. ca. ad hæc. Nam text. in dicto cap. & si Iudæos, loquitur generaliter, & detestatur Iudæorum familiaritatẽ, quæ quidem maxima est inter nutrices & alumnos & eorum parentes. Licèt in hoc dicto vltimo contrarium tenuerint glos. Ioan. Andre. Cardin. Flor. & Panormit. in dicto cap. ad hęc. Ex lege autem Mosayca non licebat coire cum nutricibus, si credimus Iosepho lib. antiquitatum Iudaicarum 3. nec id tamen in sacris Bibliorum libris comperi. Et ex his multa quæ in priori editione anni 1535. vsurpauit Frã. Bald. vir vtrique doctissimus in suis Instit. cõmentariis, tit. quib. ex cau. manu. non licet, in verbo, nutricem & educatorẽm. quod ob id tãtùm dicere volui, ne quis ea me ab illo suffuratum fuisse existimet.] faciunt & multa quæ diximus de amore nutricum & alumnorum, in tracta. nobilitatis, [capite 20. num. 83. incipien. Plutarchus quoque, & sequen.]

54 § Verùm quia isti nutritores & nutrices nõ patres sunt aut matres proprij, ac merè naturales, sed tantùm vicem partum matrumque obtinent: quod & Seruius enarrans illud Virgilianũ suprà citatum, apertè ostendit, cùm scribit, matrem, quasi matrem, cuius affectũ pueris exhibebat, & est optimus text. in l. si quis alumnã. C. de nupt. vbi de alũna loquens, his verbis vtitur, Nec enim homo sic impius inuenitur, vt quam ab initio loco filiæ habuit, &c. quæ verba impro prietatẽ denotant, & fictionẽ, nõ veritatẽ, vt per Bar. in proœmio. ff. in pri. col. vl. cũ simi. vnde & nutrices sunt testes idoneę in causis alũnorũ, vt apertè sentit Bar. in l. de tut. post pri. C. de in integ. restit. & Bal in l. parẽtes, col. 2. vers. quęro igitur vtrùm, & ibi etiam Salyc. statim post princi. C. de testib. dum dicunt, quod educator quandiu educat quempiam in domo sua, nõ est testis idoneus in causa illius, prȩsertim graui. & sequũtur [Alexan. in addit. Barto. in l. in legibus. ff. de testib.] Lanfran. in repe. c. quoniam cõtra, in materia testium, char. 13. vbi tractat de testimonio parentum in causa filiorum, extr. de probat. & Alber. Maleta. in tract. testium, in prima parte 1. partis, col. 8. in paruis, ver. vlteriùs dubitatur. [& nouissimè Viglius Phrysius in §. pater, in glo. 1. in si. Inst. de testa. ordinan. Sed plus voluit Saly. in l. testis idoneus. ff. de testib. nũquam istos esse admittẽdos, vel finita nutricatione, quia semper durat affectio, & amicitia intrinseca, & cordialis vt ipse loquitur.] Nec habet in alũno locũ S.C. Syllanianum. l. 1. §. domini appellatione filiusfa. ff. de S.C. Sylla. ideo Bar. & Bal. ibi tradũt quòd licèt libra siue catastrum patris profit liberis etiam emancipatis, non tamen alumnis.

55 § Et quoniam etiam isti, nihil pertinent ad bonorum successionem, neque enim sibi inuicem succedunt. l. nutritoribus. C. commun. de succes. & ibi Bartol. & Bald. & idem Bartol. in l. Quintus, aliàs incipit, quo tutelam. ff. de reg. iur. & Bal. in l. cũ in eo, in fin. ff. de pactis, & in l. si quis filio. §. eius qui ad. ff. de iniust. test. Quo in loco tamen Accursius refert pueros Bononiẽses hos suos nutritores patres vocare solitos. Et est etiam bonus text. in c. transmissæ, extra qui filij sunt legiti. ex qno nuncupatim not. Panor. ibi in 1. not. quòd non tenetur nutritor eum quem in domo sua aluit, instituere vt filium. Nec è diuerso tenetur educatus legitimam educatori relinquere, per text. in l. sancimus, ibi, omnia quæ habuerint. C. de infan. expo. vbi & hoc nũ-

cupatim

cupatim not.Bal. Nihil est igitur cur dicendum sit istos reuocare donationem ante nutricatum factam.

56 SED ET QVOD naturales tantum filij non reuocent donationem ex hac l. consuluit expressè Oldr.consi. 278. licet quantum ad claustrales, in tertio dubio.per l.qui libertinus. §.pen.ibi, ex lege autẽ nati liberi prosunt. ff. de oper.liber.& in l.generaliter.§.cùm autem. ibi, nisi ipsi liberi sine iusta sobole decesserint, & ibi not.C.de insti.& substi.quo in loco Pet.Dy. Cyn.Ray.Forl.Alex.& Corne. & plerique omnes negant esse regulariter locum illi.l.& l.cum acutissimi.C.de fideicom.& similibus, cũ filius institutus hæres relinquit filios naturales tantũ. quod & idem tenet Ray.Forl.Nicol. Neapo. & Barto.in l.ex facto.§.si quis rogatus,& ibi Ang. ad fin & Raph.C.ff.ad Trebel.& idem Bald. in d.l.cum acutissimi,colum.2. versic. quæro nunquid naturales,& ibi quoque Pau.Ca.post prin. & idem Bald.consi.262.recolo me consuluisse, colum.2.versicu.& si dicatur quòd tacitè,lib.1. [quod iterum repetitur]cons.456.lib.5.[& idẽ Bald.consi.141.punctus talis est, quidam reliquit,colum.2.eod.lib.5.]& consi.461.punctus talis est,quidam reliquit,post medium, eod.lib. 5.dum allegat d.l.generaliter.& in sua Margar. in verbo,filius,colum.3.versi.filius legitimatus, & Salyc.inter consi.ipsius Bald. consi. 17. super legitimatione,col.2.lib.4.[Pet.Anch.cons.308. prima facie videri posset,colum.2.& consi.320. primum dubium,colum.vlti.]Paulus Cast. in l. cum auus,non semel.ff.de conditi.& demon.& Ioan.Ana.consi.46.circa primum quæsitum, in 3.dubio.Barb.consi.27.scripsit doctissimus,col. 19.versi.præterea facit,lib. 1.& Franc.Are. in l. moribus,in princ.colum.pen.ff. de vulga. & pupil.vbi ad hoc singu.dicit text. in d. l. generaliter.§.cum autem.[& cons.155.periculosum est colum.5.versi.nec dicat aliquis.]Soci.in repe.l. cum auus,char.14.in 7.q.ff. de conditio. & demonstra. Quinetiam Pau.Cast.& Ias.in d.§.cum autem, hoc idem asserũt procedere, vbicunque alias illa conditio liberorum exprimitur à lege, licet secus si à testatore,vt etiam voluerũt Ray. Forl.Nicol.Neap.Ange.Imol.& Raph. in d.§. si quis rogatus.Bal.& Pau.Cast.in d.l.cum acutissimi.cum aliis concord. adductis per Corne.in d.§.cum autem,& consi.1.circa primum, colu. penul.versi.& in substitutione,lib. 4. & per recentiores in d.§.si quis rogatus.& Philip. Deci. in l.precibus,colum.5.versi.& pro ista differentia.C.de impu.& aliis substi.& consi. 413. viso eleganti,colum.2.Et similiter donatio inofficiosa non reuocatur à naturalibus liberis tantum, vt est text.in l.si totas,ibi,ex quocunque legitimo matrimonio,vbi hoc not.Saly.& Ang.C.de inoffi.donat.

57 ¶ Sed vt redeamus ad casum nostrũ, idem quod Oldra.eius tamẽ nomine suppresso, tenet Bald.in c.innotuit,col.3.versi.quæritur nũquid iste,extr.de elec.motus,quia iste illegitimus nõ agnascitur patri,vt dicit sing.not.in l.1.§.1.ff.de bon.pos.cont.tabu.& in d.§.cum autem. Idem quoque tenere videtur ipse Bald.consi.129. factũ proponitur in terminis, col.vl.vers.item est aduertendum,lib.2.dum dicit quòd liberi ex legitima vxore procreati reuocant donationẽ ex hac l.& apertè Pau.Cast.qui neutrius meminit, consi.415 super hoc pũcto,post prin.lib.2. Ale. qui nullum horum memorat,cons.40.super primo dubio,colum.pe.versi.circa quartum, lib.4. vbi tamen non firmat in simplicibus naturalibus,sed audenter asseuerat in spuriis. & Guid. Pap.sing.571. incipien.iuxta l.si vnquam. Fran. Rip.qui vnum Alexand.citat,hìc in 25.q.vbi loquitur in spurio tantum. Et hanc sententiam sequitur lex Longobardorum in eam rem nuncupatim lata,in tit.de succes. l. si quis desperauerit.vbi expressè cauetur quòd non nisi legitimi post donationem procreati eam reuocant.

58 ¶ Et id quidem hac ratione non modicum confirmatur,quoniam illegitimus non est in potestate patris.§.vl.Inst.de nupt.[& §.1.ibi,iustis nuptiis,Inst.de patr.potesta.& ibi Ange.Are.in 2.not.& l.item in potestate,& l. nam & ciuiũ. de his qui sunt sui,vel alie.iur.& voluit Bald.in l.Gallus.§.quidam rectè,colum. 3.versi.item facit ad aliud.ff.de lib.& posth.Ideo nec ei pater dat tutorem.l.naturali.ff.de confirman. tutor.] nec ipse præteritus rumpit testamentum, cum nec ei debeatur legitima,vt not. glos. in dicta l. prima,in princip.in verbo, naturales,& ibi Bartòl.ff.de bon.possessio.contra tabu.] quam facit singularem Bald.in l.sciendum est, in fin. prior. lectu.ff.de inofficio.testamen.sed est alias]glos. in dicto §.tam autem,in eodem verbo, Institu. de inofficio. testamen. Bartol. in l. Gallus.§. etiam si à parente,colum. 1.versicu. pro declaratione.ff.de liber.& posthu.Nicol.Neapo. in l.1. ff.de concub.Bald.in l.1.C. quorum bono. vbi ad hoc dicit singu.illã priorem glos.& ipse Bal. in l.humanitatis,colum.vlti.versi.sextò principaliter.C.de impube.& ali.substitu. & in l.vlti. colum.vlti.C.vnde legit. & in l. generaliter. §. cùm autem,post princip.ff.de institu.& substitutio.& in l.defuncto,colum.1. versicu. quæro an filius.C.si in fraud.patro.vbi per eam glos. dicit quòd filius naturalis non potest reuocare alienata in fraudem.& idem Bald.in l.res iudicatæ,colum.vlti.C. de re iudica.& in l.vlti.C.de natura. liber.per text.ibi,[& in d.l.Gallus.§.quidam rectè,colum.3.vbi suprà.ff.de liber.& posthu. vbi eam glos.dicit nota.& in l.fratres,vbi eam dicit singu.]& in dicto cap.innotuit,colum.4. de electio.& in c.1.colum.penul.versicu. item valeret statutum,de constitutio.vbi & illam glos. dicit elegantem.& in cap.in præsentia,colum.5.vers. scias autem,extra de probatio.vbi & illam quoque dicit singu.& in additio.Specul.titu.de successio.

cessio.ab intesta.colu.vlt.versic.an filius bastardus,& versi.sequen.& consi.19.factum sic proponitur,colum.1.lib.4.& cons.479.quando pater,in fin.eo.lib.4.vbi etiam illam glo. dicit singu.sed eam erranter allegat in l.prima.ff.ad Trebellia.Verùm satis constat ex princi.illius, quòd eam voluit allegare. [& consi. 306. proponitur quòd quidam Antoniolus,colum.1.lib.5.Ioan. Fab.in l.si qua illustris.C.de senatusconsul.Orphit.]& Ange.in §.vltim. siquidem , colum.2. versicu.& prædicta locum habet,in auth. quib. mod.natura.effic.sui.Imol.in l.ex facto,in princ. colum.7.[& ibi Franc.Areti. qui eam glos.dicit singu.colum.9]ff.de vulga.& pupil.Roma. consi.34.licet naturales, vbi de hoc dicit esse text. qui verè est ad hoc optimus, in l.humanitatis , ibi,si hic scilicet naturalis pater voluerit. C. de natu.libe.Pau.Cast.in l.si qua illustris. C.ad senatusconsul.Orphi.[Ange.Aret.in §. 1. colum. 3.versicu.addo etiam.Institu.de inofficio. testamen.Corne.consi.93.primo aspectu,colu. pen. versicu.prout in simili,lib 2.] Alex. qui & eam glo.priorem,asserit sing.id l.in pupillari , colu. vlt.eodem titu.& iterum consi.74.viso processu,ad fin.lib.2.Franc.Curt.senior consi. 13. statuto Ianuæ,colum.3.versi.spurius,& consi. 35. statnto,seu in capitulis,colum.1.Guid.Pap.decisio.426.ait lex filio,paulò ante fin.& iterum decisio.632.eademque vlti.si donatio.Barba. consi.58.sapienter dicit Psalmista,col.2.in secundo dubio,lib.2.& consi.49 clementissimum Deū, col.vl.li.4.Soc.in l.cùm auus,col.6. & 9. & 24. & alibi sæpe in ea.l.ff.de condi. & demonst. Ias. in authen.si qua mulier,col.antepe.versi.secunda quæstio.C.de sacro.eccle.vbi & illam glo.dicit sing.& in l.1.colum. 3. & ibi etiam Philip. Deci.col.4.C.de bon.pos.contr.tabu. idem Ias. consi.202.magnificus bato,col.6.versi.sic videmus,lib.2.vbi & illam dicit reputari sing. Deci. consi.264.reuocatur in dubium,col.2. D. Guil. Bened in repetitio.c.Raynutius,in verbo , Raynutius de clera.nume.37. [& iterum in verbo, si absque liberis,titu.2.nume.t 14.] de testam. vbi & eam gl.dicit singu.& Fabi.Giocchi.in repeti.authen.nouissima,in 3. quæstio. 3. item 4. princ.C.de inofficio.testamen. Et est etiam bonus text.in l.vlti.C.de natura.liber. quē ad hoc expendit Bald.ibi,& Ang.vbi suprà, & Alex.in d.l.in pupillari, vbi enim dicit not. & præterea consi.134.æterni &c.animaduersis,colu.4.versicu.vnde dicit,lib.6.Ex quo illud consentaneū est,vt nec etiam naturalis filius reuocet donationem,quæ plus habet virium,difficiliusque reuocatur,quàm testamentum , vt voluerunt Barto. Ange.& Pau.Cast.in authen.ex causa.C. de lib. præteri.& plenè diximus suprà in verbo , libertis,versicu.66.incipiente,hæc sunt quæ pro posteriori .

59 § Sed nec filius naturalis excludit filiā ex statuto repellente fœminas ob masculos , vt voluit Bald.in d.l.cum acutissimi,colum. 2. versic quæro nunquid naturales,& ibi etiam Barba.in repetitione colum.98.versic.quærit hic Bald.an filij naturales.C.de fideicommissis. & idem Bal. consi.24.statuto ciuitatis,lib.1.& Socin.in l.hæredes mei §.cùm ita,colum.penult.C.ad senatusc.on.Trebelli.& multis etiam rationibus confirmat Georg.Nat.in repetitio c.quamuis, in 1. quæsti.2 quęstio.princ.de pactis,lib.6.& Alber. Bru.in tract.statutorum excludentium fœminas in 3.quæstio.12.articu.

60 § Nec in huiusmodi filio habet locum.§. ex imperfecto.l. hac consultissima. C.de testa.secundum quem valet testamentum factum inter liberos coram duobus tantum testibus, aut alias imperfectum ratione solennitatis,vt voluerunt Bal.l.Angel.& Ias.ibi,ex quibus ipse Ang. dicit id respondisse[Franc.Tygri,& alios]doc. Perusinos,cùm quæstio ex facto incidisset. & rursum idem Bal.& Imos.in l qui testamenro.§.mulier. ff eod.ipse Bald.Salyc.& Pau.Cast.in l.vlti. C.si mil.ercisun. idem Bald. in d.l.humanitatis. C. de nat.libe.[& in l parentes.post medium,vers. sed qd dicemus.ff.de in ius vocan.& in l. si qua illustris,circa medium,versi.quæro habeo filiū. C.de senatuscon Orphit.]Ange in l. filio præterito,colum.1.vers.secundò,quòd ille,& ibi etiā Imol.char.antepe.ff.de iniust.testa. & idē. Imo. in l.ex facto §.si quis rogatus,char.vlt.ff.ad S.C. Trebellia.[Philip. Dec.consi.610. viso themate colum.2. versi.circa primum,& Franc. Curt.senior,consi.74.super memorata,num. 155.] De quo tamen latè per Alexan.ibi,& Francis.Aret. in d.l.qui testamento.§. 1. Nam alij tenuerunt contrarium,vt per Roma.consi.179.amplissime doctor,col.5.versi.secundò respondeo dictum eorum,& recentiores doc. [post Ioan. Fabr.]in d.§.ex imperfecto.& Do.Guil.Bene. in d.c Raynutius,in verbo,testamentum,le t.nu 93.

61 § Neque prodest filius (id quod haud dubiè verum est) naturalis patri ad consequanda priuilegia ac munera,quæ dantur ob liberos.l. 2.§.1.& ibi glos.& Bald.ff.de excusa.tuto. Nec etiam tenetur pater dotare filiam naturalem l. vxorem.§.pater naturalis, & ibi Bart. ff. de leg. 3.& voluit idem Bar.in l.si quis à liberis.§.vtrū .ff.de libe.agno.& in l.1.colum 3. & ibi etiam Imo.& Ro.qui illum.§.dicunt sing.Alexan.tum col.4.versi.pater enim,tum col.6.versi.& subdit hic,& Fran.Are.colum.5. vers. super secundo, & alij recentiores.ff.sol.mat.Bal.in l.vlt. colu 2. versi.sed nunquid pater.C.de dot.promis.& in auth.res quæ,colu. 1. C.commu.de lega.& in l. q liberos.ff.de ritu nup.& in l. neq; mater.C.de iure doti.vbi tamen intelligit,nisi filia esset admodum inops,& in c.super literis,colu 2. vers. item pone exemplum,extr.de rescrip.& consil. 267.ad euidentiam præmitto quod concubinarius,colum.2.versi.item surgit,lib.1. quod sæpe titum est in consi.457 lib.5.Ang.consi.109 pro decisione,

decisione.in princip.Angel.Are.in § fuerat, colum. 16.versi.vlterius quaero,Insti.de acti. Fran. Cur.iunior consi. 10.visa ac diligenter considerata,col.penul.

62 § Et id puto verum esse in casu l.nostrae, vt scilicet filius naturalis non reuocet donationē ex ea,quādo & de legitimato maximum sit dubium,vt mox subiiciemus,licet Franc.Ripa,hic in 289.q.nixus sit contrariam sententiam tueri in simplicibus naturalibus,quibus autem rationibus,aliorum sit iudicium,nec quempiam tamen maiorum in suam,neq; in aliam sententiā citauit. Sed haec nostra tamen temperanda multis forte videbitur, vt scilicet procedat in filijs naturalibus respectu patris, non etiam matris, cui etiam cum legitimis succedunt,secundum distinctionem d.l.si qua illustris. Idq; etiam de iure canonico,vt satis innuit gl.in c. nisi cū pridem,in verbo,manseres,ext.de renū.& expressius Host.in c.lator,ext.qui fil.sunt legi. & Pan. in c.tanta,col.3.ver.quidam sunt filij spurij,eo. ti.& in c cùm haberet,ante fin.de eo qui dux.in mat.quam pol.per adult.de quo tamen per Fortu.Gar.in trac.de vltimo fine iuris,char.7.colu. 1.versi.octauò principaliter. Nec tantùm matri sed auiae maternae,& aliis coniunctis per lineam maternam.l.Modestinus,& l.hac parte.& l.spurius.ff.vnd.cog.[& voluit Io.Fab.post Dy. in d. l.si qua illustris,post prin. & Alb. in l. parentes, ad fi.ff.de in ius vocan.] & latè per Bened. Cap. consi.108.cùm vt praesupponitur,co lu.2. versi. sunt & quintò.[Et è diuerso quoque mater his succedit l.hac parte,& l.si spurius. ff. vnde cogna.& Salyce.in authen.defuncto,paulò ante fi. C.ad senatuscosul.Tertullian.] Possuntque de inofficioso ipsius matris testamento dicere. l.si suspecta.§.de inofficio.ff.de inofficio. testamen. & voluit glo.[in §.tam autem,in verbo, natura les,& ibi Ange.Are.Institu.eod.]in d.l. si qua illustris,in verbo cum legitimis, in princ. [& ibi Ioan.Fab.& Salyce.qui id dicunt tenendum cor di,&]Bald.in additio.Specu.tit.de successio. ab intesta.col.vlt.versi.sed an bastardus.

63 § In eisque habet locum dictus §.ex imperfecto,in testamento matris,secundum Raph.ibi & Alexand.colum.penult.versic.& hoc videtur procedere.Corne.colum.1.in fin.versic.forte tamen opinio.& Iason colum. 1.versi. secundo limita.in eo ipso §.Bal.in d.l.si qua illustris, colum.2.versi.quaero habeo filium.C. ad senatu scon.Orphi.& in d.l.vlt.C.fami.ercis.& Bened. in d.c.Raynutius,vbi supra in fin.cum princip. seq.numeri.[& ante hos Spe.titu.de instru. edi. §.compendiosè,versi.quid si mulier, & ibi quoque Bald.in additio.Tenetur que mater & auus maternus eos alere & è diuerso,etiam de iure ciuili.l.si quis à liberis.§.idem in liberis.ff.de libe. agnoscen.Gentq; mater eorum tutelam, vt legi timorum.l.vlti.C.quando mulier tut.off. & si nolit,tenetur illis petere tutores.l. vl. C. q. pet. tuto.Et illis potest substituere exemplariter D. Bened.in repetitio.c.Raynutius,in verbo,si absque liberis,lib.2.nume.12.Habentq;] & in eis locum leges alias odiose respectu matris.l. lege Titia.§.hoc capite.ff.de ritu nupti.cùm dicitur, tamen iustum patrem intelligendum Octauenus ait:matrem etiam si vulgo conceperit.[Et si mulier acceperit emphyteusim pro se & suis filijs,admittitur filius eius naturalis, nisi ea esset illustris secundum d.l.si qua illustris, ita voluit Imo.in capit.in praesentia,colum.2. versic. quid autem si aliquis,extra de probationib.] Tu autem ex materia dictae l.si qua illustris, facilè intelliges,quid & hic dicendum sit.Quod autem Ripa in 27.quaestio.huius legis tractat de alimē tis spurio praestandis,nihil ad hanc legem pertinet,& nos de hoc abunde diximus in commentarijs nostrarum consuetudinum, tit.19.§.item 19.in glos.3.

64 SED IN DVBIVM vocatur, nec id quidem intempestiuè, vtrùm si filius naturalis natus ante vel post donationem,natalibus restituatur,id est,ut nostri loquuntur, legitimetur, ex hoc reuocetur donatio ante legitimationem facta? Videtur quòd non, quia legitimatio non potest fieri in praeiudicium eorū, quibus est ius antè quaesitum,vt plenissimè not.in l. Gallus. §. & quid si tantùm.ff.de liber.& posthu. & optimè probatur in cap.quamuis,de rescri.lib.6.vbi restitutio,cuiusmodi legitimationem esse dicūt non ei obest,cui ius est iam quaesitum. Ex quo fit,vt & ipsa non retrotrahatur in alterius praeiudicium,per text.apertum in §.liceat,ibi,& suos de caetero.& iterum ibi, & hoc facto exindè filios,& ibi Angel.not.in authe.quib.mod. natu. effi.legi.cum multis simi quae latè congessimus in nostro tractatu primogeniturae, in 34. q. In qua pleuè docui naturalem filium legitimatum non praeferri in iure primogeniturae naturali & legitimato nato quidem post illum, sed ante legitimationem.Et id quidem optimo iure Nam fictio non habet locum cùm alterius iactura & praeiudicio,vt hinc videre licet,quòd licet actio de dote,quae non competit constante matrimonio,facto autem diuortio competit, redintegrato matrimonio non competit.l.si mulier diuertetit.ff.solu.matrimo.nempe quia fingitur non diuertisse.l.plerunque.ff.de ritu nupti. Tamen hoc tantùm procedit,quando dos debetur, vel restituenda est soli mulieri,vel ei simul & patri, non etiam si extraneo.l.stipulatio de dote. ff.de iure doti.& l.insulam.§.vltim. ff.solu.matrimo. Quoniam videlicet in illius tertij praeiudicium non procedit illa fictio.Et hinc quoque consequens fit,vt legitimatus pro legitimo habeatur quantùm ad ipsum & legitimantem,non etiam quantùm ad tertium.§.filium verò, in authent. quib. mod. nat. effi. sui. Nec enim potest quis legitimari per voluntariam iurisdictionem, nisi citatis ijs quorum interest. l. vltim.

cum

cum ibi not. per Iaco. Aret. ff. de nat. restitu.

65 ¶ Quòd si quispiam dicat, quòd cùm sit legitimatio viuente & consentiente patre, non requiritur citatio agnatorum & consanguineorū, vt voluerunt Ioan. Andr. Anto. Calde. Card. Panor. & al. i in c. per venerabilem, ext. qui fil. sunt leg. Bart. quem communiter sequuntur omnes, in d. l. Gallus. §. & quid si tātū. ff. de lib. & posth. Bald. in l. nam ita diuus. ff. de adopt. & consi. 56. an pater qui fecit, lib. 1. & inter ipsius consi. Sal. consi. 17. super legitimatione Michaelis, lib. 4. & Io. Lig. & Io. Rampo. consi. seq. col. 3. ver. surgit tertius punctus. Fed. Senen. cons. 57. videtur mihi quòd in priuilegio. & idem Bal. cons. 361. verba Bartholi. in princip. lib. 5. cum multis concord. quos videre poteris in nostris consuetudinibus, tit. 9. §. 20. in glos. 1. in 2. limita. Huic responderi potest, quòd ratio qua innituntur qui hoc asserunt, videtur concludere contrarium in hoc casu. Ea enim ipsorum ratio est, quia pater disponendo de rebus suis, potest præiudicare agnatis. Ideo non mirum si illis non citatis filios possit legitimare. At hic non potest qui donauit, præiudicare donatario. Quam declaratio nem in specie ad illam Io. And. Bart. & sequaciū sententiam ponunt Imo. & Domi. in ca. grandi, de sup. neg prel. lib. 6. Idem Imo. prout à quibusdam allegatur, licet non comperi in eius lect. quæ circunferuntur, in c. nisi cùm pridem. §. per sonæ, ext. de renun. Pet. Anc. consi. 427. circa primum quæsitum. Ale. in d. §. & quid si tantùm, colum. penul. versi. nec obst. quæ hic not. Bart. ff. de libe. & posth. & consi. 67. consideratis his, colum. 4. versi. iuuatur ista conclusio, lib. 1. & Dec. consi. 85. cuius superscriptio incipit, de gradibus succedendi, in fin. 3. dubij. Et optimè facit quod voluit Bald. in d. l. nā ita diuus. ff. de adop. & in l. vlti. C. quib. res. iudic. non noc. & Angel. consi. 17. comes Brandisius, cum simi.

66 ¶ Sed vt ad alias quoque rationes transeamus, donationem rescripti authoritate rescindi non oportet. l. si donationem. C. hoc eo. titu. Neque enim valent rescripta, quæ ius alterius aufe runt. l. quoties. C. de preci. imper. offe. & l. incipile. C. de rei vendic. cum infinitis similib. Ideo que priuilegia debent semper alias intelligi sine præiudicio iuris alteri quæsiti, l. 2. §. meritò, & §. si quis à princip. ff. ne quid in loc. publi. & l. nec auus. C. de emancipa. libe.

67 ¶ Præterea quod iam perfectum est, absolutumque, ac consummatum, id certè non debet ex superuenienti quopiam casu reuocari. l. si Gaudentius. C. de contrah. empti. & l. si vt proponis. C. de confirma. tuto. & l. pluribus. §. & si placeat, & ibi Barto. & alij. ff. de verbo. oblig. & latius diximus supra in glos. donatione largitus, vers. 282. incip. horum rationes multę sunt.

68 ¶ Ad hæc si aliter diceremus, esset in facultate donantis reuocare huiusmodi donationem quæ suapte natura irreuocabilis est, faciendo sci licet legitimari filium naturalem: quod esse non debet, per id quod in simili dicitur de adoptione, in l. fideicommissum. ff. de conditio. & demōstratio. & supra latè diximus in hac eadem glos. versi. 5. incipien. & id sanè verum est.

69 ¶ Denique, aut hic filius erat natus ante donationem, aut postea natus est. Si primum, non potest esse locus huic l. quantùm ad illum pertinet, per ea quæ diximus suprà in glos. filios non habens. Nec legitimatio sequēs illum denuo nasci faciat. nam qui natus est, recētari (vt vtar verbo Cn. Marij apud Gellium lib. 15. c. 25.) id est, iterū nasci potest, nisi fortè quadam iuris fictione renasci diceretur, qui priori labe originis illegitimæ detersa, veluti natalibus legitimis restituitur, sicuti & apud Cyprianum in secunda ad Donatum epistola, dicitur etiam renasci, qui ve luti in nouam vitam lauacro vnde salutaris animatus, quod prius fuerat exponens, licet manen te corporis compage, hominem animo ac mente mutat. Nam & Ioan. 3. scribitur. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, &c. Et de huiusmodi renatis loquitur text. in cap. Deus, ad fin. extrà de pœniten. & remis. & cap. maiores, & c. debitum, extra de baptis. Et iterum natus sibi vi detur, qui exutis maximis erumnis ac doloribus maxima sibi gaudia adsciscit. cuiusmodi Egio Plautinus in Captiuis. Dij, inquit, immortales, iterum natus videor, si vera autumas. Et à mythicis confictum est Bacchum bis natum fuisse, ex quo illud Ouidij libro 5. tristium ad ipsum Bacchum eleg. 4.

Scilicet hanc legem nentes fatalia Parcæ
Stamina, bis genito bis cecinere tibi.

[Et lib. 3. metamorphos.

Tutaque bisgeniti sunt incunabula Bacchi.]

Quo quidem significabāt futurum sacerdotem statim initiatum oportere renasci. Nam Platoni ci Bacchum ipsum summum sacerdotem fuisse existimant, in idque referunt illud Platonis in Phædone.

Πολλοὶ τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε Βάκχοι.

Id est, Multi narthecophori, pauci aūt Bacchi, [Quāquam Diod. Sicu. lib. 3. aut vt alij numerant, 4. illam binam Bacchi natiuitatem aliò refert.] Et idem propè de legitimato nuncupatim scribit Bal. in l. manumissiones, in 2. oppo. ff. de iust. & iure, cùm dicit spurium legitimatū, non quidem factum, sed natum, id est, non de nouo factum, sed detectum, remota scilicet spurietatis, vt ipse appellat, nubecula. [& idem Bal. con. 374. verba, col. 2. li. 1. vbi dicit legitimatos quo dammodo censeri renatos.] Sed non satis esset ita nasci aut renasci ciuiliter, quantùm ad hanc legem pertinet, quæ intelligitur de nato naturæ beneficio, non opera legis vel hominis; argu. l. filio. ff. de libe. & posthu. Nam & aliàs verba naturaliter sunt intelligenda, non ciuiliter. l. vlti. & ibi Bald. & Pau. Castren. C. de his qui veni. æta. impe. & latè diximus supra in hac eadem glos. versi.

versi.17.incipien.quin si ea appellatio. Si autem post donationem natus est, vt alterum membrũ sumamus, certè ea natiuitas non legitima nõ reuocat, vt diximus supra eod. versi.56. incip. sed & quòd naturales, & sequen. Nec sequens legitimatio auferret ius iam alteri quæsitum, vt nuper diximus.

70 ¶ Et ita, videlicet donationem non reuocari per legitimationem naturalium, expressim tenuit Salyc. hic, & Bald. in l.1. colum penult. versi. v terius quæritur. C. de inoffic. donatio. & in l.2. ante fin. versi. quid de filio legitimato, & ibi quoque Pau. Castren. in fin. C. si in fraudem patro. & idem Bald. in cap. innotuit, colum.3. vers. quæritur nunquid iste, extrà de electio. & cons. 19. factum sic proponitur, duo fratres, colum.3. versi. sed in contrarium est veritas, lib.4. Saly. in l. si totas, versi. iuxta quod quæro, & ibi etiã Angel. C. de inoffi. dona. Pau. Cast, consi.434. respõdeo per ordinem, in secundo dubio, lib.1. Fran. Arer. qui hoc reputat sing. in l. ex facto, in prin. col.7. versi. & adde ad materiam. ff. de vulga. & pupil. Alex. in l. Gallus. § & quid si tantùm, col. vlt. vers. circa tertiũ articulum. ff. de lib. & posth. Bartho. Cepo. in l. irritam, quæ est vlt. col.2. versi. item adde ad glos. C. de vsucap. pro don. Frã. Cur. seni. consi.74. super memorata, colum.26. versi. & consequenter. Card. Alex. in c. per venerabilem. §. quod autem, char.27. in fi.12. q. prin. extr. qui fil. sunt legit. Soc. & Ias. in rub. ff. de lib. & posthu. ille col.3. versic. secunda quæstio est, hic col.1. versi. secundò & fortiùs, & subobscurè idem Soci. in d. §. & quid si tantum, col. pe. versi. tertium correlariũ, & ibi clarius ipse Ias. in vtraque lect. in priore quidem, char. penult. versicu. adde etiam ad istam, in posteriore autem, colu. antep. versi. vltimò adde ad prædictam, & ibi quoque Io. Montefer. char.10. versi. priusquam aggrediar. & idem Soci. consi.251. quoniam in præsenti, colum.11. versi. præterea probatur, lib.2. & ipse quoque Iason in rub. C. de posthu. hære. inst. & in l. cùm acutissi, colum.2. ver. pro ista op. C. de fideicom. & in repet. l. si is qui pro emptore, col.56. versi. quintò donatio. ff. de vsucap, & consi.192. exorta est, col.5. versi. ad idem bene facit, li.2. & Phil. Dec. d. con.85. in fi.4. dubil dum allegat Bal. in d. l.1. C. de inoffi. don. & nouissimè. D. Ioannes Cirierus nunc Senator Parisiensis in suo tracta. primogenituræ. q.13. colu. 6. versi. item de iure. & Ant. Rubeus consi.111. viso instrumento. & Franc. Curt. iunior in l.1. colum.3. num.9. C de pactis. [Et Carol. Ruin consi.69. primo videndum est colum.4. nu.12. lib.3. & consi.106. in quæstione, colum,3. nu.7. eo. lib.3. Martin. Laud. Innoc. in sua disput. incip. Augerius, chart.16. in paruis, versicul. nunquid autem.]

71 SI HANC opinionem teneas, temperabis procedere in aliis legitimatis quàm per matrimonium Nam ij quos matrimonium ipsum legitimat, reuocant ex hac l. donationem præcedentem, vt asserit Bald. in d. c. innotuit, quo loco suprà citauimus, per c. tanta. extrà qui filij sunt legitimi, & sequitur Iason in d. rubr. ff. de liber. & posthu. vbi dicit nusquam alibi hanc decisionem reperiri. & etiam in d. §. & quid si tantum, in priore lect. quo loco nuper signauimus, vbi & hoc dicit sing. negatque se alibi legisse. verũ. & hoc quoque voluerunt Salyc. & Angel. in d. l. si totas. C. de inoffic. donat. & nouissimè Franci. Ripa. hic in 32. q. allegans Bald. & eum quidem solum, in d. l.1. C. de inoffic. donat. vbi tamẽ hoc non dicit. Et id quidem fulci quod ab eodẽ Bal. traditum est in l.1. colum. pen. versi. item quæro vtrùm filius legitimatus. C. de iure fisci, lib.10. quòd legitimatus ex matrimonio habet querelam inofficiosæ donationis, non etiam ex rescripto. Nec id mirum videri debet, quando aliàs huiusmodi legitimatio, quæ fit vi sequentis matrimonii, plus habet roboris, virium, fauoris, quàm aliæ, vt affatim docuimus in nostro tractatu primogeniorum, quæstio.34.

72 ¶ Verùm Alex. ille omnium iudicio in hac nostra iuris prudentia summus, videtur tenere contrarium in d. §. & quid si tantum, quo loco suprà citauimus, hac ratione motus, quòd huiusmodi legitimatio non trahitur retro in præiudicium legitimè nati, ex sententia Ioan. An. in c. sine culpa, de reg. iur. lib 6. & Anto. in c. tãta, extr. qui filij sunt legit. cum aliis multis concord. à me abundè congestis in d. nostro tractatu primogeniorum. d. q.34. quibus est text. id ꝓbás, scilicet legitimationem per matrimonium, non trahi retro, in d. c. tanta, in princ. cùm dicitur, tanta est vis matrimonij, vt qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi habeantur. nam ea verba, post contractum matrimonium, id apertè denotant, quod diximus, sicuti etiam ex eo textu annotauit And. Alciat. in lib.3 paradoxorum. c.12, in fin Sed hæc ratio nihil videtur obstare communi sententiæ, quando non sit necesse legitimationem hic retrotrahi ad reuocandam donationem, quia filius qui post donationem nascitur, eam reuocat, nec fingitur tamen ante natus: quin si ante natus esset, non reuocaret, vt diximus suprà in verbo, filios non habens. Super quo & tu vide quæ dicam infra in versi.85. at substituto, in fin.

73 [¶ Veruntamen opinio Alex. posset sustineri, si quis habens filios naturales in articulo mortis matrimonium contraheret cum matre eorum. Primùm enim sunt qui hoc casu addubitant an valeat huiusmodi matrimonium, & an ex eo legitimentur filij naturales. aliis vtrunque affirmantibus, aliis contrà negantibus. De quo tu omnino vide Ioan. Andr. in ca. tanta, & ibi Collect. col. vlt. Henri. Bo. colu.2. versi. tertiũ verò. Card. Flor. col.2. versi. pone quòd in extremis. Petr. Anchar. col.1. in 2. not. Ant. col.3. ver. quæro an solo cõtractu, & Card. Alex. col.3. ver.

ex

ex quo infertur, ext. qui filii sunt legitimi, & eundem Ioan And.in c.fine culpa,de regul. iur. lib 6.in Mercur. & ibi quoque Philip. Fran.& præterea Richar.Mal.in sua disput.incip.in qui busdam prouinciis.Cyn.Albet. Bald. & Angel. in l.nuper.C de nat.liber.Bald. in l. eam quam, col.6.versi.consueuit quæri.C.de fideicom. & in l.1.col.2.versi.sed hic quero C.de priuil.dot. & in l.sed est quæsitum in vtraque lect. & ibi quoque Angel.Cristo.Castel.Raph. Co. Franc. Aret.& Iason. ff. de liber. & posthu. & eundem Bald.in c.1.§. naturales,col.2. versi. quæro quid de eo. tit. si de feud. fuer. contr. inter domi. & agna.& in c.innotuit,colum.pen.versi.ex prædi ctis apparet,extrà de electio.& in c.quemadmo dum,ante fin.de iureiur.& in sua margarita, in verbo,matrimonium,& conf.319. matrimoniũ in princ.lib.4.Ioan.Fab.in l.cum quis.C.de nat. lib.Ang.in §.1.in authen. quibus mo nat. effic. sui.Imol.in l.si quis post hmos,in princi.& ibi latè Alex.ff.de liber.& posthu.& eundẽ Imol. in l.Gallus,in princ.ff.eod.tit.& in l. cùm tale.§. Meniæ ff.de condit.& demon.Flor.in l.1. colu. 2.ff.de probat.Panor.in c.commissum,in 1.not. de sponsa.& in cap.2.in 3.not.de coniug.lepro. Paul.Castr.consi. 343.primum articulum, colu. 1.lib.2 Ludo.Sard.in tract. legitimationum, in 5.chart.versi.primò quæritur.Felyn.in c.in præ sentia,col.15.versi.& per istam glos.& ibi quo-que Philip.Dec.col.26.vers.quid autem si quis. ext de probat.& ipsum Dec.consi.175. in causa falsitatis.col.6.versi.quartò non obstat.& consi. 599.conclusionem, in fi. & Caro. Ruin. consi. 78.viso ac perlecto,per totum,lib.3.

74 ¶ Et si teneamus valere huiusmodi matri-monium,& ex eo legitimari liberos,quò ad ho nores naturalibus interdictos,& cætera id genus atque etiam vt admittantur ad successionem pa tris,quæ est communior sententia. Adhuc ma-net illud dubium an ea legitimatio reuocet do-nationem perfectam & cõsummatam, per ęquè ac si hi liberi ita legitimati nati essent post eam, nec eis obsit quòd matrimonium contractũ sit in illo mortis articulo.Et certè vt breuiter dicã quod sentio, vix crederem id matrimoniũ obes se donatario,per ea quæ tradunt Ang.in d.l.sed est quæsitum,& in d.l.nuper.Ioan. Ana.in cap. audiuimus,col.2.versi.adde etiam quod habe-tur,de collu.dete.Barb.in addit.Bald.in cap.1.§. porrò,titul.qual.olim feud.ali.pot.& consi. 59. illud in medium afferam,col.11.versi. & addu-co quod sapienter,lib.2.& consi.68.clementis-simi Dei patris,col.vlt.versi.præterea adduco,eo. lib.2.& Carol.Ruin.consi. 211. prima videtur, col.4.versi.secundò principaliter,lib. 1.& cons. 46.quanuis alias,col.3.versi.& confirmatur,lib. 2.& consi.163.casus talis est.Sempronius,colu. 3.versi.sic igitur & in casu nostro, lib. 3. Atque etiam per text.in l.filiæ.& ibi Bald.Imol. & Ale xand.ff.solut.matr.& in c.2.& ibi Doct. de re-nun.lib.6.Quòdque in non longè dissimili ca-su voluerant Specul.tit. de stat.mo.§.1. eodem-que vnico,ad fin.Bald.in authen.nisi rogati,co-lum.vl C.ad Trebellia.& in d.c.in præsentia co lum.antepen.versi quid si quis ingreditur,de ꝓ bat.Pet. Anch.in c.sicut nobis.in 1.not.de regu la.& consi.388.in casu præmisso,colu. 1. & D. Rot deci.361.nota præsumitur , in antiquis. Hucque nonnihil pertinet quod à Valerio Ma ximo scriptum est,lib.7.c.item 7 Septitiam ma trem Trachalorum Ariminiensium filijs iratam in contumeliam eorum cùm iam parere nõ pos set,Publio seni admodum nupsisse , testamento etiam vtroq; præterito. A quibus aditus Augu stus,& nuptias mulieris,& testamentum impro bauit.Nam hæreditatem maternam filios habe-re iussit: dotem,quia non creandorum libero-rum causa coniugum intercesserat, virum reti-nere vetuit.Quod eo velim dicere,quòd pleri-que omnes illud matrimonium in articulo mor tis contractum improbant, quòd tũc nulla spes procreandorum liberorum.]

75 AT SVNT, vt redeamus,qui simpliciter generaliterque temere legitimatum reuocare præcedentem donationem, ex hac l.in quibus est Dyn.vt illum allegat Bal.d.consi.19 colu.3. lib.4.vbi tamen Bald.ipse,vt diximus,tenet con trarium.Sed alibi hanc partẽ sequitur ipse Bal. nulla in parte non secum pugnans,videlicet cõ-si.206.videamus quem sensum,colum. 1. versi. præterea & fortius, & iterum versi. ex quibus euidenter,iũctis iis quæ antè dixerat,lib.2. Pau. Castr.sibi quoq; contrarius,cons.435 super hoc puncto plura videntur,colu.1.& 2.lib.2.quo in loco licet loquatur de legitimato per matrimo-nium,ita tamen de ea re loquitur,vt non obscu rè intelligat ꝓcedere in omni legitimato.& So-cin.sibi contrarius consi.226 quæstio præsentis consultationis,per totum lib.2.vbi solam Dyn. authoritatem ad hanc partem aduocat,quanuis eam rem longè lateq; pertractet.Et idem quoq; videtur voluisse Philip.Dec.in addi.l.posthumo colum.eiusdem addit.1.C.de bonor. poss. cont. tab.vbi ita dicit se consuluisse,vt etiam fecit cõ-si.365.viso consilio,colum.3.versi.postremò,& colum.sequent.versi. non obstat quòd legitima tio,& expressiùs ac latiùs consi. sequen. pro de-claratione.[& Carol.Ruin.sibi contrarius cons. 173.quæritur primò,col.2.num.6 & seq.vsque ad 11.lib.1.]

76 ¶ Et in hancquoque sententiam clanculũ ac veluti tacitis pedibus vadit Salyce.inter con-si.Bald.d.consi. 17.super legitimatione, libr.4. vbi in hac specie consuluit. Quispiam donaue-rat sub illa expressa conditione,quam hîc tacitè propemodum intelligimus,videlicet si morere-tur sine liberis legitimis & naturalibus. Postea decessit relicto tantum spurio, qui legitimatus est patre ipso mortuo,& ita iure prorsus quæsi-to donatario. Concludit igitur Saly. quòd is le-

gitimatus

gitimatus non facit deficere eam conditionem, cùm fuerit legitimatus patre iam mortuo, nõ vocatis iis quorum intererat: quasi videlicet sentiat, quòd si viuente & consentiente patre fuisset legitimatus, secus esset. Et hoc idẽ apertius voluisse videntur Io. Lig. & Ioan. Rampo. in consil. sequent. in quæstione proposita, col. 3. versic. surgit tertius punctus, Consulentes in eodem facto. Nam aut aliquis, inquiunt, legitimatur patre viuente & volente, & nemo necessariò citatur, quia ipsius tantùm patris principaliter interest. l. cum adoptio. ff. de adoptio. Idem si pater testamento id statuerit, authen. si quis. C. de natu. liber. Aut pater nihil de ea re statuit, & nihilominus filius post mortem ipsius se legitimari facit, & eo casu non nocet legitimatio, non vocatis qui ex ea læduntur, & quorum consensus requiritur vt illis noceat. l. penul. ff. de nat. resti. Ex quibus apertè constat horum sententiam esse, quòd si legitimatio facta fuisset à patre, nocuisset donatario, nec aliorum requiri consensum, quàm patris, cuius principaliter intererat, nõ aliorum qui lædi possunt. Igitur si hoc obtinet, quãdo donatio facta est sub expressa conditione & voluntate, si decesserit donator sine liberis: multò magis, aut certè non minori ratione idem dicendum est in tacita aut simili conditione, quia tacita voluntas nõ tantùm habet roboris, quàm expressa, ex text. in l. vlt. in princ. ff. de legat. 2.

77 ¶ Hæc posterior sententia his etiam rationibus adiuuatur. Nam legitimatus dicitur verè legitimus, non fictè, secundum Bart. in d. l. si is qui pro emptore, colum. 14. in 3. q. prin. versic. item quæritur circa prædicta. & rursum versic. & si tu opponis mihi. ff. de vsucap. & in l. maritus, la 2. §. legis. ff. de adult. & Bald. in l. cùm acutissimi, col. 2. versi. quæro nunquid naturales. C. de fideicom. & in l. nuper, in fin. C. de nat. liber. Bened. Plumb. in sua disputa. incip. cum statuto Pisano caueatur, in primo dubio. Raph. Co. consi. 168. reuerendus pater, col. pe. versi. nõ obstat quod dicebatur. Pau. Cast. in d. l. vlt. colum. vlti. C. de his qui veni. æta. impe. vbi dicit omnes in hoc conuenire. & in l. si ita quis. §. is cui. ff. de legat. 2. & in rub. C. de iur. aur. an. & consi. 180. super eo quod primo loco quæritur, col. vlt. versi. nunc videndum est, lib. 1. & consi. 34. super primo dubio, col. 3. in princ. lib. 3. & cons. 252. quæstio ista, col. 2. versi. constat autem, lib. 2. & Alex. consi. 2. visis condicillis, col. 5. versi. comprobatur quia legitimatus, lib. 1. quod repetitum est in consi. 87. lib 2. Soc. in l. sed si hac. §. patronũ, colum. 3. versi. quædam & secundò. ff. de in ius vocand. & Iason in authen. si qua mulier, colu. antepen. versi. breuiter teneo. C. de sacros. eccle. & in l. 1. col. 3. versi. & pro eo facit. C. de bonor. poss. cont. tab. & in l. hac consultissima. §. ex imperfecto, col. 1. versi. secundò extende. C. de testa. & in l. moribus, quæ est. 2. colum. 4. versicu. tu autem aduerte. ff. de vulg. & pup. subst. & consi. 39. Ioannes Vayrolus, col. 6. versi. quintò facit, lib. 3. & Philip. Dec. consi. 258. in casu domini Francisci, colum. 2. vers. & ad hoc facit. & consi. 316. in casu proposito, col. vlt. versi. non ob. primò. & consi. 365. viso consilio, col. 1. versi. in cõtrarium autem, & col. penul. versi. solum superest. & consi. 399. conclusionem, col. 2. versi. pariter conuenit.

78 ¶ Dicitur & legitimatus suus patri hæres, vt asserit Bart. in l. 2. in princ. versi. item quæro quid si aliquis filius. ff. de vulg. & pupil. & Bald. in l. eam quam, col. 2. C. de fideicõ. Raph. Com. d. consi. 168. vbi suprà. Ioan. Fran. à capitibus Listæ, inter consi. ipsius Raph. consi. 97. stante dicto statuto, col. 2. Soc. consi. 63. viso testamento, col. 11. versi. postremò ad minus, lib. 3. Iason in d. authen. si qua mulier, col. antepen. ver. 3. moueor, vbi id dicit sing. & in d. §. ex imperfecto. & in d. l. moribus, col. 5. versi. hinc videmus. ff. de vulg. & pup. subst. & in l. qui se patris, col. 4. versicu. adde etiam quòd dicit. C. vnde liber. vbi negar alibi legisse, quàm apud Bal. in d. l. eam quã. & consi. 154. in causa mota, col. antepen. versic. item filius, lib. 2. & consi. 184. circa legitimationem, col. pen. versic. confirmatur, eod. libr. 2. & consi. 202. magnificus Baro, col 6. versi. item filij legitimati, eo. lib. 2. Et hoc quidem probat text. in §. 1. ibi, suorum iura nanciscuntur, Institu. de hære. quæ ab inte. defe. & in §. si quis verò non habens, ibi, ipsos quidem suos facere voluerit. & iterum in §. liceat igitur, in illis verbis, & suos de cætero & sub potestate habere, in authent. quib. mo. nat. effic. legit. & in rub. quib. mod. na tu. effic. sui. nam ponderandum est verbum sui. & in l. diui. in 2. locis. C. de natur. liber.

79 ¶ Ideoque & ei debetur legitima, vt dicit Bene. Plum. in disput. incip. statuto Pisano, in 2. & 3. dubio. & Bald. in addit. Specul. tit. de dona. an fin. & in c. de causis, col. vlt. versi. & ideo spurius, extra de offic. deleg. vbi etiam dicit, quòd potest institui coram duobus testibus, sicuti & alij legitimi filij, quod quidem primum sequitur Iason consi. 154. col. antepen. lib. 2. & d. con. si. 184. vbi suprà, eo. lib. 2. & d. consi. 202. eo. lib. 2. Et postremum quoq; sequitur is idem Iason in d. §. ex imperfecto, vbi suprà. & in d. authen. si qua mulier, colu. antepen. versi. secundò moueor, vbi & id dicit sing. & in d. l. si is qui pro emptore, num. 237. ff. de vsucap. & in d. l. moribus, vbi suprà. ff. de vulgat. & pupil. subst. vbi id negat alibi se legisse, & Philip. Dec. d. con. 258. col. 3. & consi. 264. reuocatur in dubium, colu. 1. & Catel. Cot. in memor. incip. spurius legitimatus. & Do. Guil. Bene. in repe. c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, nu. 207. & iterum in verbo, testamentum, le 1. num. 83, extrà de testa.

80 ¶ Dicitur postremò per legitimationẽ natus post donationem, sicut & legitimatus post testamento dicitur natus post testamẽtum, tanquam

quam posthumus,id est, vt clariùs dicam, legitimatus obtinet vicem posthumi, vt concludit Bar.in l.Gallus.§ & quid si tantum,col.vlt.ff.de liber.& posthu.& Bal.in l.filius à patre. §. filius fi.[qui est 1.]per illum tex.eo.tit.& in l. si quis posthumos,in prin.[& ibi quoque Pau. Cast.& Alex.]eo.quoq; tit.[& idem Bald.]in l.certum in prin.& ibi Ang.& Imol.etiam per illum tex. ff.de iniust.test.& idem Bald.d.consi.26.vbi suprà,lib.2.& consi.102.est considerandum, col. 1.lib.3.& consi.119.quidam vxoratus, colu.2. versi.ego credo,lib.5.& consi. 203. incip. punctus quidam substituit,eo.lib.5.

81 ¶ Ex hocque inferunt Bald.Angel. Imol.in d.l.certum,quòd testamentum rumpitur legitimatione filij naturalis,ac si ipse post testamentũ legitimus natus fuisset.Id quod etiam affirmat Iac.Bel.in §.quoniã,in auth.quib.mod. na.effic. sui.& in disp.quã illic ponit.incip. patet habẽs filium,in 2.& 3.dubio.Bart.in d.l.si is qui pro emptore.ff.de vsucap.[Ray. Fori. &] Bald.in d. l.filius à patre.§.1.& ibi recentiores.ff. de liber. & posthu.&[idem Bald.]in l.cùm in adoptiuis, col.2.versi.caue ibi.C.de adoptio.& in l.2. paulò ante fin.C.si in fraud patr.& in addit.Specul. tit.de succes.ab inte.§.1.ante fi.& cons.306.pro ponitur quòd quidam,col.5.lib.5.Signo. consi. 127.dominus Guillermus,in prin.& consi.219. factum sic se habet,anno domini,col.3.ver.item dicta Cassandra.[Alberic.in rub.C.de natur.liber.col.vlt.versic.in secundo articulo. & in authen.ex causa,col.5.nu.14.C.de liber. præter.] Ioan.Lig.& Franc.Rampo.in d. consil. 18.inter Bald.consi.lib.4.Salyc.in auth.item si quis,la 1. C.de nat.lib.Ang.consi.76.posita pro constanti legitimantiũ potestate,post prin.Anto.in ca.per venerabilem,char.vlt.versi.alius est effectus, & ibi etiam Card.Alex.in § quod autem,char.25. in 12.q.prin.ext.qui filij sunt legit.Petr.Aoch. consi.225.incip.videtur prima facie,col.3. vers. ad cuius confirmationem.& consi.290. in success.ab intestato.Raph.Fulgos.consi.72. supposita bulla,in primo dubio.Ant.Rosel.in tract.legitim.lib. 2.col.antepe.versi.quæro an filius legitimatus.Pau. Ca.consi.30.super puncto isto plura subtiliter,col.1.li. 1.& consi.180.super eo quod primo loco,eo.lib.1.Ro.consi.34.licet naturalis Pan.consi.86. in quæstione quæ vertitur, col. 1. lib. 1.Marti.Laud.in sua dispu.incip. Augerius, col. 2. Alex.consi.139.eleganter fuit consultum col.1.lib.1.&consi.189.perlectis verbis, col.vl. lib.5.Barb.[in addit.Bal.in d.l.posthumo, colu. 2.eiusdem addit.C. de bonor. possess.cont.tab. &] consi.58.sapienter dicit Psalmista, col.2.in 2.dubio lib.2.& consi.49.clementissimũ Deũ, col.vlt.lib.4.& consi.68.omnipotentem,col.pe. versi.quinto faciat,eo.lib.4.Soc.in l.si cognatis, col. 10.versi.3.infero.ff.de reb.dub.Fran. Curt. senior consi.13.statuto Ianuæ,col.4.versi. legitimatio debetur.& consi.36.vt veritas elucescat. prin.[& Iason consi.202.magnificus Baro, col. 6.versic.& etiam istos sequitur,lib.2.] & Phili. Dec.in l. 1.col.4.versic.tertiò intelligitur. C. de bono.poss.cont.tab.& consi. [52.viso eleganti, col.1.& consi.58.cuius suprascriptio incipit, legitimatio infantis,col.vlt.& consi.] 257.quæritur an legitimatus,col.1.versi.prædictis tamen. & consi.338.in casu proposito,col.vlt.& consil. 345.viso consilio,col.pen.versi. nec obstat si dicatur,cum aliis concord.adductis ab Alex.& Iason. in rub.ff.de liber.& posthum.& eodem Ias. C.in rub.de posthu.hære.instit. Fab. Giocchi in repe. auth.nouissima,in 4.q.3.quæstio. princip. C. de inofficios. testamen. Ex quibus etiam aut eorum multis intelliges legitimatos habere ius contratabulandi de iure prætorio, atque etiam querelam inoff. testa.

82 ¶ Hinc quoq; fit, quòd ex statuto quo masculi excludũt fœminas,legitimati eas excludũt, vt legitimi,ex sententia Bald.in d.l.eam quam, colum.6.versi.item fuit quæsitum.C. de fideic. & in l.cùm acutissimi,col.2. versi.idem puto de legitimatis,& ibi etiam Iason, qui dicit ita bis consuluisse,& fuisse iudicatum eod.titu. Ange. subobscurè, cùm dicit aliter esse dicendum, si statutum loqueretur de filio legitimo & naturali,& ex iustis nuptiis procreato.d.consil. 76.colu.2.Paul.Castr.dum allegat Bald. in posteriore loco,in rubr. C.de iur.aur. annul. vbi hoc dicit procedere in omni statuto loquente de legitimo, vt scilicet comprehendat legitimatum. & iterum in l.sed si hac,§.patronũ, ante fin. & ibi quoq; Alex.Soc.& Ias.in §.not.ff. de in ius voc. & rursus idem Paul.in l.si ita quis.§. is cui.ff.de legat.2.& consi.27.dicendum est dictam hæreditatem pertinere,in prin.& iterum in fi.lib.2. & d.consi.34.super primo dubio videtur dicendũ col 2.in fi.& iterum col.seq.ante fi.eod.lib.2. & cons. 102.videndum est primò de ipso Alarico, in fi.eo.lib. 2.Alex.consi.2.visis codicillis,col.5. versic.& fortificantur prædicta.lib.1. quod & reperitur consi.87.lib.2.& idem Alex. consil. 60. visa legitimatione,colum.2.versicu.istud idem, eo.lib.2.Corne.& Franc. Aret.in l.liberos.C.de collat.idem Aret.in l. Gallus.§.si eius,ad fi.ff.de lib. & posthu.Barb.d.consil.68.col.4.versic.capio nunc aliam,lib.4.Soc.in l.cum auus,col.24. versi.infertur etiam ex præmissis. ff. de cond.& demon.& d.consi.63.col.antepen.lib.5. & cõs. 65.super proposita quæstione,col.3.e.lib.4. Ias. in l.adoptiuum,quam legit cum.§.vlt.l.2. ff. de in ius vocand.& in l.cùm filiofam.col. vlt. ff. de legat.1.& in l.generaliter.§.cùm autem,col.vlt. C.de institu.& subst.& in l.1.col.3.versic. hoc est quòd stante.C.de bono.poss.cont.tab.vbi tamen non confirmat.& consi. 68. viso themate, col.9.versi.præterea posito,lib.3.& Philip.Dec. cõsi.365. viso consilio.colu.3. versicu. secundò hoc in simili,& consi.seq. incip. pro declaratione, colu. 2. & Alberic.Bru.in tract. statutorum

excludentium fœminas, in 4.q.t 2.& D. Io. Ciriercus Senator regius in tract. primogenituræ, in 13.q.col.4.ver.item legitima.[& Carol.Moli.in comment.consuet.Parisi.quos scripsit emptore post primam nostram huius legis editionem. in qua hos omnes citaueram, tit.1.§.8. glos.1. nu. 45.& Lud.Gozad.consi.6.prima facie,col.5.versi.quintò istud priuilegium.]

83 ¶ Et ex hoc postremo dicto facilè potes intelligere, per legitimatos æquè conseruari familiam atq; agnationem, ac per legitimos, cùm ratio & veluti fundamentum illius statuti præferētis masculos fœminis, sit cōseruatio agnationis & familiæ, secundum Cyn.& alios in l.prima.C. de adulter.cum aliis infinitis à me nuncupatim citatis in commentariis nostrarum consuetudinum, titu.20.§.17.in glos.1.versi.3. incip.cuius modi statutorum. Et hoc quidem, scilicet familiam & agnationem conseruari per legitimatos expressim asserit Alex.qui tamen nihil allegat, d.consi.2.col.5.versi.ad prædicta benefacit, libr. 1.& Barb.d.consi.68.col.4.versi. tertiò facit. & col.seq.versi.item est masculus, lib.4. vbi id dicit voluisse Dy. in tit.de succes.ab inte.[& Soc. d.consi.63.vbi suprà, libr.3.]& Philip.Dec.consi. 307.viso puncto,col.vlt.& consi.316.in casu proposito,col.pen.versi.sed prædictis.& d.cōsi. 365.viso consilio,col.3.versi.secundò hoc confirmatur.& consi.433.visa copia, colum. vltim. [& ante hos Ang. quem nullus horum memorat,consi.17.comes Brandilius,col.pen.ver. præterea concludendo & Salyc.in auth.item sine legitimis,col.1.versi.quæro an legitimatus. C.de natur.liber.& in l.imperialis.§.sic itaque. C. de nupt.] De quo tamen vide eundem Deci, consi. 275.in causa quæ Lucæ agitatur,col.4. versi.secundo.& col.seq.versi.sed tamen.

84 ¶ Similiter autem in casu.d.l cum acutissimi, quæ huic nostræ l. (quod iam sæpius diximus) admodū affinis est,& alias quoque in substitutione ita facta, si institutus moriatur sine legitimis hæredibus, legitimatus excludit substitutum, vt plene not.per Alberic. & alios in d.l. generaliter.§.cùm autem.C.de inst.& subst.[inter quos Alex ibi dicit hanc esse commu.opi.] & Iac.Are.cuius disputationem in eam rem refert & sequitur Io.And.in addi.Spec.tit. de succes.ob int.§.1.ad fi. Angel.in sua disputat.incip. quidam nobilis genere. Ant.in d.c.per venerabilem,circa medium, versi.alius est effectus, extra qui filii sunt legitimi, & est communis nostrorum calculus, secundum Imol. in l. ex facto §. si quis rogatus.ff.ad Trebel.vbi & recētiores adducunt concordant. Quibus adde[Petr.Ancha. consi.226.videtur prima facie, in primo dubio.] Pau.Cast.d.consi.30.col.1.lib.1.& Ludo. Bolo. qui etiam alios adfert in addi.consi.Io.Ana.con. 46.dubia quæ tacta fuere, in 3.dubio. [Nā & l. hac cōsultissima.§.ex impfecto.C.de test. habet locū in legitimatis vt dicit Frā.Cur.iunior ibi.]

85 ¶ Horum omnium est optima ratio, quoniam legitimati nihil differūt à legitimis, vt est text.ita loquens per illam dictionē vniuersalem nihil, in §.sit igitur licentia, ibi, nihil à legitimis filiis differentes, in auth.quibus modis naturales efficiuntur legitimi,& in §.& quoniā variè, ibi, nihil dissimilis legitimis, in auth.quib.modis natur.effic.sui.& rursus in §.si quis ergo filios legitimos non habens, in illis quoq; verbis, nihil à legitimis filiis differentes, in eo.auth. Ponderanda est n.ea dictio, nihil, quæ est vniuersalis negatiua, & quæ debet vniuersaliter operari, l. vlt.ff. de liber.& posth.& l.si is qui ducenta.§. vtrū.ff. de reb.dub.& c.Deus omnipotens.2.q.1.& not. glo.in §.1.in verbo, parum, in auth. de hæred.& falc.& doc.sæpe. Et ne existimes ea loca authen. fuisse perperam versa in illis negatiuis vniuersalibus, illud te scire velim, Græcum Iustiniani Codicē vti iis dictionibus, οὐδὲν & μηδὲν, quæ & ipsæ eandem vim & significationē habent. Nam in titulo, περὶ τῶν νόθων id est de spuriis sine naturalibus, vt vocamus, qui quidē titulus is est, q in nostris Codicibus ita inscribitur, qbus modis naturales efficiuntur sui. In eo igitur titulo, ī primo loco suprà à nobis citato, ita script ū est οὐδὲν ἀπεοικὼς τῶν γνησίων .i.nihil dissimilis legitimis. In alio aūt ita, μηδὲν τῶν νομίμων παίδων διαλλάττοντας i.nihil à legitimis filiis differentes,& vt vertit Grego.Haloander, in nullo à legitimis differentes liberis. Quę verba denotāt nullam esse prorsus differentiā, quod & astruit text.in l.eum qui in prouincia.§.diuus.ff. de rit. nupt.vbi legitimati perinde habentur, ac si legitimè essent concepti. Ex quo cōsequitur, ꝙ omnia iura loquentia de filiis legitimis, habeant regulariter locū in filiis legitimatis, ex regula quæ de æquiparatis traditur per Bart. & alios in l.1. per illum text.ff.de legat.1. Præsertim cùm legitimatus dicatur verè legitimus, vt suprà diximus. Ideoque haud dubiè disposita de vno, habent locum & in alio, ex not. per Bart. Imol. & Alex.in l.1.§.lex falcidia.ff.ad leg.falcid.

86 ¶ Nec videntur obstare rationes allegatæ pro priori parte: quarum illa prima est & potissima, quod in præiudicium donatarii nō citati nihil operatur legitimatio. Quę ita facilè refelli potest, quòd quando pater consentit legitimationi filii eo tempore, quo potest præiudicare, & de suis bonis disponere, non est necesse eum vocari cui ius est quęsitum, per id quod voluit Bar. quem omnes sequuntur in d.l.Gallus.§.& quid si tantùm.ff. de libe. & posthu. Sed & si pater disponat vt filius possit post suam mortem petere legitimationem, licet ipso patre mortuo ius agnato sit quęsitum in hęreditate ipsius, potest tamen filius eo non citato petere legitimationem. Id quod etiam voluit Bald. consil.361. verba Bartholi, in princip. lib. 5. Ioan. Lig.& Ioan. Rampo. in consi. suprà à nobis citato. Et ita etiam ex istorum sententia potest

test ab agnato hæreditatem sibi reuocare, vt pote cùm huiusmodi legitimatio procedat ex voluntate & cõsensu patris, quo tempore poterat agnato præiudicare. At in casu nostro talis reuocatio videtur etiam procedere à tacita mente patris à lege præsumpta eo tempore quo donauit, videlicet quòd si hunc casum cogitasset, non donauisset. Quod hinc patet, quòd hæc l. fundatur in hac tacita mente & conditione reuocandi, si donãs postea susciperet liberos, vt plenè iam sæpius diximus. Quæ conditio intelligitur de filiis legitimatis, sicut de legitimis, vt plenè quoque suprà probatum est in præcedenti versic. & alijs superioribus. Et hoc etiam ex eo confirmatur, quod & suprà diximus, filium legitimatum excludere substitutum sub ea conditione, si institutus decedat sine liberis. Nec aliquis eorum qui hoc dicunt, citationem substituti requirunt in legitimatione, quamuis institutus non potuisset disponẽdo præiudicare substituto, quod nõ ob aliud fit, quàm quòd auus substituendo sub ea conditione, si filius institutus non relinqueret liberos, censetur verisimiliter habuisse eandem affectionem ad hunc nepotem legitimatũ, quam ad ipsius patrem remota macula genituræ, vt expresse & in hac specie scripsit Petr. An. consi. 223. videtur prima facie dicendum, colu. pen. ar. l. dedit dotem. ff. de coll. bono. & not. per Bar. in l. 1. de accusat. Nam & quò ad naturale fœdus, vt dicit ipse Pet. An. naturalis proles habetur pro legitima. l. adoptiuus. §. seruiles. ff. de rit. nup. [cum aliis multis quas videbis suprà in verbo donatione largitus. num. 288. incipient. sexta ratio.]

87 ¶ At substituto, dicet quispiam, nõ erat ius quæsitum tempore legitimationis, sicuti hic donatario. Item donatio est actus perfectus, & ex se irreuocabilis; testamentum verò, in quo insti tutio facta est, reuocabile est ad nutum testatoris. Imo verò quantùm ad primum pertinet, ius erat quęsitũ saltẽ spe, cùm institutus nõ poterat, vt iam diximus, pręiudicare substituto, sicuti de iure primogenituręe dicunt doct. in c. licèt, de voto. Quantùm verò ad secundum legitimatus ẽt post mortem testatoris, & ita eo tempore, quo testamentum reuocari non potest, excludit substitutum, vt suprà latè diximus. Prӕterea non cõsideratur actus perfectio in hac l. quæ etiam donationem aliàs perfectam reuocat ex tacita conditione. Quamuis & hic quoque dici possit non dum esse omnibus modis perfecta, donec illa tacita conditio pendet. Et sic ex iis quæ diximus, potest intelligi tale præiudicium nõ induci immediatè & simpliciter ex actu legitimationis, sicuti, in d. §. & quid si tantùm. nec ex actu restitutionis, vt in d. c. quamuis, de rescrip. lib. 6. sed ex mente donantis iam à tempore donationis præsumpta, vt videlicet censeatur fecisse donationem sub ea conditione, vt reuocaretur si postea susciperet liberos; tanquam noluerit præferre extraneum propriæ posteritati, quæ affectio pariter filiũ legitimatum respicit, sicut legitimũ vt nuper diximus. Nec hìc retrotrahitur legitimatio in præiudicium donatarii. Nam nec ideo nocet, ꝙ retrotrahitur, nec illud etiam necessarium est, sed satis est ꝙ à tempore legitimationis tantùm pro legitimo habeatur.

88 ¶ Ex quibus planè etiam constat non obsta re, quod sequentibus prioris sententiæ rationibus dictum est, donationẽ perfectã non esse reuocandam, nec authoritate quidem rescripti, ex casu superuenienti, & si quæ aliæ sunt rationes eiusmodi, quia, vt diximus, in hoc casu reuocatur donatio euentu conditionis reuocandi tacitè intellectę in ipsa donatione, & ex præsumpta mente donantis, quæ æquè locum habet in legitimatis, vt in legitimis.

89 ¶ Similiter nihil obesse põt, quod de facilitate fraudis dictũ est, ex d. l. fideic. ff. de condit. & demon. loquente de filio adoptiuo. Nam est longè dissimilis ratio, cùm facilius sit adoptare, quã legitimare. Potest. n. quilibet idoneus adoptare apud simplicẽ magistratum. l. 2. ff. de adoptio. Legitimatio aũt non facilè, nec nisi à principe impetratur. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. & §. vlt. in auth. quib. mod. natur. effic. sui. & c. per venerabilem, qui filii sunt legit. Impossibile aũt reputatur, quod solus princeps põt concedere. l. apud Iulianum. §. vlt. & ibi doct. ff. de legat. 1. & not. glos. & doct. in l. continuus. §. cùm quis. ff. de verb. oblig. cum si. Et ex aduerso adoptio facilè reuocatur per emancipationem, idq; confestim, si placuerit, fraude facta. quod animaduerterunt qui illud senatusconsultũ fecerunt, de quo locuti sumus suprà in eadem gl. versi. 4. incip. nec alias prosunt. vbi inter cætera breuitatem adoptionis enumerabant. Et Tulius in oratione ꝓ domo sua ad pontifices. Quæ maior, inquit. calumnia, quã venire imberbem adolescentulum, bene valentem, ac meritum: dicere filium, senatorem populi Romani sibi velle adoptare: id aũt scire & videre omnes, non vt ille filius instituatur, sed vt è Patriciis exeat, Tribunus plebis fieri possit, idcirco adoptari: neq; id obscurè, nam adoptatum emancipari statim, ne sit eius filius qui adoptarit? Idq; etiam leges nostræ considerarunt, vt paulopost dicemus. Ideo cessat ratio illius l. fideicõmissum, loquentis de commento, id est fraude, quæ facilè fieret ad exclusionem alterius, prout ẽt eam l. intelligit Bar. in l. si cognatis, col. 2. versi. op. prout hæc. l. ff. de reb. dub. Et de huiusmodi etiam fraude, quę fit per adoptionem, fit mentio in l. cùm ratio. §. ex bonis. ff. de bonis damn. [& apud Pliniũ iuniorem lib. epistol. 8. ad Rufinum epistol. incip. falsum est. Consors (inquit) frater in patris potesta te emancipatam filiam adoptionis fraude reuocauerat, & quidem cum opibus amplissimis.

90 ¶ Et hoc maximè] procedit in casu l. nostrę quia quis posset eodem momẽto fieri filius adoptione.

ptione,& extraneus emãcipatione, vt dicit tex. in d.l.cũ in adoptiuis.C.de adop.& ita per adoptionem reuocaretur donatio,nec tñ reuiuiscerei per emancipationem, per id quod in simili dicit Bart.in casu legis nostræ,in l.Titia.§.imperator.ff.de legat.2.& quæ dicemus infrà in hac eadem glos.nu.187.incipient.in diuersam tamẽ sententiam.& alijs sequentibus. Quod ita non pôt contingere in legitimato. Et hãc fraudis differẽtiam inter legitimationem & adoptionẽ nõ ineleganter descripsit.Io.An.in addit.Spec, tit. de succesſes.ab inte.§.1.versi. item scire debes, qui est in col.pen.[& Alex.consi.2.visis codicillis,col.8.vers.non obstat.2.arg. lib.1.quod iterũ repetitur consi.87.lib.2.]& Soc.in d.l. si cognatis,col.9.versi.secundò ex dictis.ff.de reb. dub. [Et de fraude ẽt emãcipationis loquitur text.in l.1.§.is quoque.ff. de colla. bonor.] Præterea filius adoptiuus non habet iura naturæ, sed tñ ciuilia,legitimatio aũt vtraq;. Ideo fortior est legitimatio adoptione, vt diximus suprà in verbo donatione largitus.[nu.286.imò verò plus.] Et ita quoque responderi potest ad d.l.filio.ff. libe. & posth.quæ similiter loquitur de filio adoptiuo,qui non rumpit testamentum,quanuis legitimatus rumpat,sicut diximus, nempe in quo natura simul & lex locum habeant.

91 ¶ Nec postremò obstat,quod dictum est,si linm spurium natũ tempore donationis,nõ posse reuocare,cũ de eo satis pater cogitasse videatur,nec ex hac l.reuocetur donatio,nisi ob liberos postea susceptos:quia ante legitimationem, & sic tempore donationis nõdum poterat filius appellari,cum filius sit & dicatur quem nuptiæ demonstrant, & sic qui ex viro & vxore natus est.l.filium.ff. de his qui sui vel alien. iur. sunt. nec talis poterat succedere.Ideo nulla est interim illius habenda ratio quantum ad casum l. nostræ pertinet,sed habendus est, tanq̃ si nõ esset natus.l.si post mortem. §. liberi. ff. de bono. poss.cõtr.tab.De quo tñ vide quid dicam in sequent.q.Remota aũt ea labe originis, censetur de nouo natus,ac velnti posthumus, vt suprà diximus.id est,vt hęc omnia breuiùs dicam,pater tempore donationis non cogitabat de huiusmodi filio tanquam sibi successuro,& qui posset donationem reuocare.

92 ¶ At verba,inquies,vt etiam dictum est in illa postrema ratione,naturaliter sunt intelligẽda,non ciuiliter.Illud quidem minimè inficior, sed id etiam assero,legitimatum censeri vtroq; modo filium,& eum quidem legitimũ, scilicet naturaliter & ciuiliter,vt qui habeat vtraque iura,& naturalia & ciuilia,vt suprà etiã diximus: vt interim illud omittam ex iure pendere, non ex natura,quis sit legitimus,vt tradit Bart. in l. si is qui pro emptore,col.14. versi. item quæritur circa prædicta.ff.de vsucap. & Ang. in l.3.ff. de instit.Et vt scribit Petr.Anch. consi. 225.videtur prima facie,col.2.versi.non obst.ꝗ iste dicatur,verbum legitimum semper sonat in ciuilem intellectum.Et hoc probatur ex l. legitima. ff.de pactis.& l.testamenti. & l. si quæramus. ff. de test.& §.liceat aũt patri,in auth.quib. mod. nat.effic.legit.quæ iura in id citat Iason in d.l.si is qui pro emptore,nu. 229. Et ideo cũ lex hũc facit legitimum,nihil est quod non sit ẽt legitimus ad exclusionem donatarii.At in l. vlt.C.de his qui veni.æta.impe.non pôt lex facere de minore maiorẽ.Ideo ibi mera natura,à qua & ipsa res depẽdet,inspiciatur necesse est, & ita ad illũ text.respondet Ant.in c.cùm vintoniensis,colu. 2.in 2.oppo.extr.de elect.& Alex.consi. 2.visis codicillis,col.9.versi.non obstat.l.fi.lib.1. quod repetitur con.87.lib.2.& Philip.Dec.con.155. cuius superscriptio incipit,an natus ex muliere col.vlt.& iterum consi,258.in casu domini Frãcisci,col.3.vers.nõ obstant suprà allegata. & est ex mente Petr.An.vbi suprà,dum respondendo ad d.l.vlt.id dicit quod suprà ex eo retulimus.

93 [¶ Et id generale est, vt lex fingendo aut vtendo verbis fictionis in actu qui pendet à potestate legis,verè id facit,nõ fictè,vt no.per Bar/ & alios in d.l.si is qui pro emptore. ff. de vsuca. & eundum Bart.consi.62.punctus talis est,quidam effectus ciuis,ipsum Ant.con. 20.nulla mulier,circa medium.Idque est quod alii dicũt, ea quæ iuris sunt,verè induci à iure,licet loquatur per verba sonantia in fictionem. quia quæ possunt verè induci,non inducuntur per fictionem l.in rebus,in fi.& ibi Bal.C.de iure doti. Bart.in d.l.si is qui pro emptore,ad fi.3.quæst. & Corn. consi.244.memini,col. 2.versi.ad idem litis.lib. 3.]Non mirum igitur si in hoc casu,qui ex legis dispositione pendet, legitimatus tanquam legitimus est suus patri hæres,& rumpit testamentũ si excludit substitutos ex conditione si sine liberis institutus moreretur,& filias communis patris,est statuto eas repellente existentibus filiis masculis,non secus quàm si ab initio legitimus natus fuisset, vt suprà diximus.Ergo etiam multò maiore ratione debet reuocare donationem ab extraneo.

94 SI HANC posteriorem partem sequaris eam ita primo loco intelliges, vt procedat in filio naturali legitimato viuente patre. Nã si post mortem ipsius legitimaretur non vocato donatario,certè donatio non reuocatur,ex sententia Saly.Io.Lig.& Fran.Rampo.d.consi. 17.& seq. inter consi.Bal.lib.4.quorum verba suprà adscripsimus,atq; ẽt Philip.Dec.consi.366.pro declaratione,col.3.vers. secundò præmittendum, & expresſiùs,col.sequẽti,versi. vltimò non obstat. Nisi fortè fuisset legitimatus post mortẽ patris ex dispositione testamenti ipsius. Nam perinde tunc valet, ac si viuente & consentiente patre id actum fuisset,per auth.si quis. C. de natur.liber.& voluerunt ipsi Lig.& Rampo.vbi suprà.

95 ¶ Secundo intelliges,ꝗ licet aliàs cum dubitatur an pater donans cogitauerit de liberis,

in dubio præsumitur nõ cogitasse, & ita etiã in dubio habet locum hæc l. vt dicit Bart. in d. l. Titia. §. imperator. ff. de leg. 2. cum multis cõcord. suprà collectis in præfati. versi. 66. incip. sed hic in quæstionem vertitur, & seqũe. tñ illud tantũ procedit in filiis legitimis & naturalibus, non ẽt in merè naturalibus postea legitimatis, vt videlicet propter legitimationem in dubio non reuocetur donatio, sed tum demum, si ex probabilibus coniecturis appareat donatorem motũ fuisse ad donandum ob defectum liberorum, quos habere desiderabat, nec tñ legitimè habere poterat, quia habebat vxorem sterilem, cum qua diutius mansit sine liberis, & interim ex vxore alterius spurium suscepit: postea vero mortua vxore sua, & marito illius mulieris, eam ducit vxorem, ob idq; spurius ille legitimatur. Ideoq; verisimile est ꝙ si hunc casum cogitasset, non donauisset: aut certè donauisset sub ea conditione reuocandi, si filium legitimũ, aut ita vt diximus, legitimatum postea habere contingeret. Cessantibus autem iis, aut aliis similibus coniecturis, in dubio non reuocaret legitimatus donationẽ sicut legitimus, vt sic in hoc tantum differant legitimati à legitimis, quantùm ad l. nostram pertinet, videlicet in casu dubio, non autem in certo. Ita expressim & sing. voluit & cõsuluit Pau. Cast. d. consi. 435. col. 1. & 2. lib.

96 ATTENDE tamen lector, quia rationes quibus potissimum innititur posterior op. non omnino sunt concessæ. Nam prima, quæ est veluti cęterarum fundamentum, qua scilicet dictũ est legitimatum esse verum legitimum, multos habet aduersarios, multasque rationes quæ eam subuertere vidẽtur, vt videre licet apud [Iacob. bel. in §. tribus, in auth. quib. mod. natur. effi. legi. Iac. Butrig. in proœ. C. Bald. in l. eam quã, col. pen. versi. quæro vtrùm legitimatio. C. de fideic. & in l. quoties, col. 2. versi. & hæc faciunt. C. de rei vendic. & in l. vlt. C. de his qui veniam ætat. impetra. & in l. si ea quis. §. is cui. ff. de leg. 2. & in addit. Spec. tit. de succes. ab intest. §. 1. ad fin. &] Bened. Plumb. in d. sua disput. incip. statuto Pisano cauetur, in primo dubio. Signo. consil. 218. quidam dominus Ioannellus, col. pen. vers. præterea legitimatus, & Ant. Rosel. in tract. legitimationũ, lib. primo, in causa finali, in princ. & Ro. d. l. si is qui pro emptore, & ibi latissimè Ias. in repe. col. 51. versi. nota diligenter & perpetuo cum multis seq. ff. de vsuc. Alex. d. cons. 2. col. 8. & seq. lib. 1. Barb. in rep. l. cum acutissimi, char. antep. & seq. C. de fideic. & consi. 27. scripsit doctissimus, col. 13. ver. capio aliam dubitationem & multis seq. lib. 1. & Soc. cons. 246. eleganter, col. vlt. versi. tertiò ista conclusio, lib. 2. quod ẽt ponitur inter consi. Fran. Curt. senioris, con. 18. & ipsum Fran. Curt. seniorem consi. 13. statuto Ianuæ, per totũ. & consi. 74. super memorata facti narratione, in tertio dubio. & Philip. Dec. in l. liberos. C. de colla. & cõsi. 265. in causa quæ Lucæ agitatur, colu. 5. versi. sed tamen supradictis, & seq. cum si. & cons. 284. viso puncto, col. pen. & vlt. & consi. 610. viso themate, col. 2. & seq. vsq. ad fin. vbi & ex hoc negat dispositionẽ. d. §. ex imperfecto, in l. hac consultissima. C. de test. habere locum in legitimatis. [atq; etiam cõsil. 610. viso themate, col. 12. & seq.] & Lud. Bolo. consi. 58. dominus Antonius, per totum, cũ si. [Innituntur que hi omnes, vt diximus, multis magnisque rationibus, & testimoniis, sed nullum mihi efficacius videtur, quàm text. quem nullus tamẽ eorum (si me non fallit memoria) citat, in l. 1. C. ad legem Viscel. vbi qui ius aureorum annulorum à principe impetrarunt, imaginem tantùm, non etiam statutum ingenuitatis obtinent.] Imò verò sunt qui negant filium legitimatum propriè dici filium, ac comprehendi sub statuto loquente simpliciter de filio. Cuius sententiæ fuit Bald. consi. 102. est considerandum, paulo ante fin. lib. 4.

97 ¶ Quod autem postea sequitur legitimatum rumpere testamentum, si verum sit, quod tamen non est vsquequaq, indubitatũ, ac expeditum vt videre est apud Soci. & Ias. in rubr. ff. de lib. & posth. & Steph. Bertr. consil. 169. visa copia, col. 2. lib. 3. Tamen nihil ad hoc nostrum negotium pertinet, in quo agimus de præiudicio tertij nihil ad patrem legitimantem pertinẽtis, cum illic ipsius tantum patris præiudicium vertatur, cuius ob id testamentum rumpitur, estq; illi liberum confestim, si velit, aliud testamentum facere.

98 ¶ Et quanuis multi constantes tenuerint legitimatum, etiam ex rescripto, sicuti & legitimum repellere fœminas ex statuto eas repellẽte existentibus masculis: plurimi tamen ex illis ipsis in aliis locis, & alij quoq; multo plures ac frequentiores contrarium asseueranter voluerunt, qui vt numero vincunt, ita & ratione. Hi autem sunt Bald. in c. per tuas, ext. de maio. & obed. per tex. in. §. & quoniam variè, in authen. qui. mo. nat. effic. sui. & idem Bal. consi. 214. casus est talis, quidã habet vxorem, ante medium, lib. 2. & consi. 102. considerandum, ante fin. lib. 4. Ang. consi. 76. posita pro constanti, col. 2 vers. venio ad tertium. Bened. Blumb. in sua disput. incip. statuto Pisano cauetur, in 4. dubio. Anto. in c. tanta, post princ. ext. qui fil. sunt legit. & in c. per venerabilem, chart. pen. versi. sed potest esse dubium, & ibi etiam latè Iac. Zochus in repe. & Card. Alex. ibi in. §. quod autem, chat. 27. versi. quæro. 15. principaliter, col. 2. & alibi sæpe in ea lec. Alter Ant. Rosel. in tractatu legitimationum, in primo libello, sub rub. de causa finali legitimationis, col. 1. versi. hic quæro an stante statuto & iterum in secundo libello de causa finali vel effectiua [colum. 16. versicu. vlteriùs facit.] Imol. & Raph. Com. in l. si ita quis. § vlti. ff. de legat. 2. Raph. Fulgos. in l. vlti. ff. de iusti. & iur. & consi. 62. stante statuto. Ro.

in l.necessarius,& ibi etiam Alex.col. pen. ff.de
acquir.hære.vbi.ipse Ro.dicit de hoc esse text.
aureũ in d.§. & quoniam variè,quem dicit se di
dicisse à Catalano quodam singulari & mirabili
viro sibi incognito,dum fortè cum eo peregre ꝑ
ficisceretur.& idem Ro.in l.si is qui pro empto
re,col.2.vers.circa eandem fictionem , & vbi ẽt
Iason col. 56.versi.iuxta prædicta. ff. de vsucap.
vbi Ro.ipse ita dicit se cõsuluisse in ciuitate Lu
cana,ipsiusq; consi.fuisse approbatũ à multis ce
leberrimis doct.Senẽ.& id quoq; procedere in
legitimato per matrimonium , contra omnium
oppi.Paul.Cast.sibi contrarius,in l.vlt.C. de his
qui veni.æta.impe.& in l.cùm acutissimi, col.1.
C.de fideic.in l.ex facto.§.si quis rogatus , & ibi
etiam Alex.col.vlt. ff. ad Trebel.& idem Paul.
consi.180.super eo quod primo loco quæritur,
col.vlt.lib.1.& consi.252 quæstio ista determi-
natur,lib.2.& consi.343 circa primum articulũ
ante fi.eo.lib.2.Alex.consi.60.visa legitimatio-
ne,col.3.versi.sed præmissis non obstantibus,li.
2.Fran.Are.in l.Gallus.§.si eius,in fi.ff.de liber.
& posth.Soc.in eadem l.§.& quid si tãtùm,col.
pen.& consi.246.eleganter & subtiliter col.pe.
versi.præterea dicta clausula,lib. 2. quod consi.
repetitur inter consi.Fran.Cur.senioris, consil.
18.& ipse Cur.cõsi.13.statuto Ianuæ,post prin.
& con.16 clarus vir,col.4.& con.35.statuto seu
in capitulis,col.4.ver.venio modo. & cons. 74.
super memorata, in 3.dubio , vbi & dicit se ita
alias cõsuluisse cum Soc.& Vinc.Pale.& ita fuis
se iudicatum.& ita sanè cõperimus ipsum Pal.
consuluisse inter consi.eiusdem Cur. consi.17.
viso puncto,col. 3. Geor.Nat.in rep.ca.quamuis,
col.44.versi.secundò quæro an filius naturalis,
de pactis,lib.6.Ias.in l.1.col.11.versi. itẽ atten-
de.C.quando nõ pe.par.Philip.Dec.in l.liberos
in fi.C.de coll.& in l.1.col.4.ver.tertiò intelli-
137 ¶ Sed & idem Soci. in repe. d. l. centurio, colum. 7. versi. posset tamen dubitari. ff. de vulg. & pupil. ita etiam de hac re loquitur. Si defertur alicui ſucceſſio sub conditione tacita vel expressa, si alia persona non extiterit. & is excluditur ob id solùm, quod superest illa persona posita in conditione, & nõ ob id, quod ea persona habeat potẽtius ius in successione, & tunc sola superexistentia excludit, licèt persona quæ potest succedere, nõ succedat. Et ita procedit tex. in d. l. filiusfa. §. cum quis. Aliquando & secundò quis excluditur per existẽtiam personæ etiam positæ in conditione, quia illa persona habet potentius ius in

ius in succedendo: & tunc excluditur, si illa persona superest & succedat. & ita potest intelligi text. in l. penul. cum ibi not. per Nicol. Mat. Bal. & alios. C. de impub. & ali. substitu. Ad quod tradit quod suprà diximus ex Bar. in d. l. 1. §. pe. ff. de bono. possess. cont. tab. quòd stante statuto quòd extantibus masculis filia nõ succedat, quia masculi positi sunt in conditione ad exclusionẽ fœminarum, tanquàm habentes ius potentius in successione: ideo si non succedant, non excluduntur fœminæ. Ex quibus, inquit Socin. videtur inferri, quòd etiam in terminis d. l. cum acutissimi, intelligatur conditio si sine liberis, quasi ex coniectura a mente filij habeant ius potentius. Iis demum superexistentia filiorum videtur facere fideicõmissum deficere, si liberi succedũt: aliàs non. quod dicit signandum & notandum.

138 ¶ Ex quibus planè cognoscis Soci. virum ingeniosissimum in hoc casu admodum nutasse, vt qui nunc vnam sententiam, nunc contrariam secutus sit; nunc item quadam distinctione, nũc alia rem ipsam componere conatus sit. Mihi verò, vt rem breuiter definiam, potiùs semper visa fuit prior sententia in casu legis nostræ, vt scilicet filia quæ non succedit, non reuocet donationem præcedentem, secundum ea quæ statim dicam. Nam ratio huius legis est illa verisimilis & præsumpta donantis voluntas, qui si cogitasset de liberis, verisimiliter non donasset, aut ea lege donasset, si liberos non susciperet. quæ ratió hic cessat. Nam si cogitasset de filia sibi non successura, proindeque nihil habitura ex ea re quam donat, non a donatione abstinuisset. [Præsertim cùm nudum nomen filii noceat donatario, vt in simili dicitur in l. 2. §. sed si sine. ff. ad senatuscons. Tertul.] Nisi diceres imò filiam aliquid fuisse habituram, vtpote cùm dos illius quam debet habere non obstante exclusione statuti, fuisset auctior atque locupletior sine ea donatione. Idcirco & ego arbitror non integram quidem donationem hoc casu reuocari, sed quatenus tantùm dos filiæ ob huiusmodi donationem minuta est; vt quod iuris est de toto ad totum, idem fit de parte ad partem. dicta l. quæ de tota. ff. de rei vendi. cum simi. Nam & in simili Alber. Brunus in tracta. statutorum excludentium fœminas à successionibus, in 6. quæstio. 9. ar. asserit huiusmodi fœminas posse dicere donationẽ patris inofficiosam in eo quod ad dotem quæ ei debetur, pertinet: nihil tamen ad id allegans, quàm quòd in ea est creditrix. Cæterùm si contingat hanc filiam succedere nõ obstãte statuto, videlicet masculis repudiãtibus, aut aliàs, tunc facit locum huic l. Nam si pater cogitasset de filia sibi ita successura, verisimiliter illi non anteposuisset donatarium. Et ideo manemus in ratione nostræ l.

139 QVÆRO ITEM quid si postquã mulier donauerit, ea cùm moreretur, exciso ventre filium edidit, nunquid is reuocabit donationẽ? Id quod multis fortè videbitur absurdum quærere, tanquam minimè ambiguum, ob tex. in l. j. §. [sed & si matris.] ff. ad senatusconsul. Tertul. vbi si matris exsecto ventre filius editus sit, is ad legitimam hæreditatem admittatur. [& in le. 1. §. si qua prægnans. ff. vnde cog. vbi ipse parens in ea conditione est, vt matris suæ bonorum possessionem accipere possit,] & in l. quod dicitur. ff. de lib. & posth. vbi ita scribitur, quod dicitur filium natum rumpere testamentum, natum accipe, & si exsecto ventre editus sit. [& ibi id not. Imò qui eam l. legit cum l. cõmodissimè, & l. posthumus, post princ. ff. de inoffic. testa. vbi qui exsecto ventre extractus quæri potest, cum si. Et quia etiam aliàs non refert, quis nascatur, an exsecto ventre extrahatur. l. si ego. §. ex omnibus. ff. de public. in rem actio.

140 ¶ Sed id] tamen ambiguum facit text. in l. anniculus amittitur. §. vlti. ff. de verbo. significa. cuius hæc verba sunt. Falsum est eam peperisse, cui mortuæ filius exsectus est. quem valde annotarunt [glos. in l. etiam ea mulier. ff. eod. titu. &] Ang. Pau. Ca. Alex. Fran. Aret. & Ias. in d. l. quod dicitur. ff. de lib. & posth. Ex eoque dicunt propè omnes legatum factum mulieri, si pepererit liberos, non obtinere secto matris vtero. Idemque generaliter & in omni conditione si pepererit aut ediderit liberos, voluit Bald. in l. Arethusa, in fin. ff. de stat. homi. & Ange. consi. 51. Simõ notarius, col. 3. & nouissimè Carolus Ruinus in repeti. l. Gallus. §. & quid si tantùm, colum. 24. versi. octauò & vltimò quæro. ff. de lib. & posth. Ideo & glo. in l. posthumus, in verb. posse quæri, & ibi post eam Ang. ff. de inofficio. testamen. negant eum propriè dici posthumum, qui ita editur. Ex quo etiam D. Guil. Benedict. in repetitione cap. Raynutius, in verbo, & soboles quam gestabat in vtero, num. 18. extra de testamen. negat hunc comprehendi in statuto loquente de posthumo. Quin & text. est negans eum esse natum, qui ita editus est, in l. si ego. §. partus, versi. ex omnibus. ff. de publi. in rem actio.

141. ¶ Ego tamen in diuersa sum sententia. nam haud dubiè is natus esse dicitur, qui ita exsecto matri vtero editus est, vt est text. apertissimus in d. l. quod dicitur, vbi etiam (quod iam diximus) æquè ob id rumpit testamentum, ac aliter natus. quod vltimum etiam probat text. in d. l. posthumus, nuper allegata. & ita quidem natus dicitur, vt nihil ab aliter nato differat, vt dicit Bald. consi. 128. ad intelligentiam, paulò ante fi. lib. 1. Ideoque si quis acquireret emphyteusim pro se, & liberis ex se nasciturus, veniunt & liberi exsecto ventre editi, ex sententia Iaco. Ardiz. in sua summa, quem sequitur Bald. qui ita dicit consuluisse in ciuitate Lucana, in l. vlt. col. pen. versi. vidi dubitari. C. de suis & leg. per d. l. quod dicitur. vbi & hoc sequuntur Pau. Cast. Alex. & Ias. Ex quibus Pau. dicit hoc procedere in omni materia quantũlibet odiosa & restringibili, quia

propriè is natus dicitur per illum tex. quod dicit notandum. Similiter [Alber. in l. 1. in fi. C. de posthu. hæredib instituend. dicit, eum dici posthumum, qui exsecto ventre natus est, per eum text. & in dicta l. quod dicitur, & l. posthumus. §. similique modo. ff. de inoffic: testamen. & dicit] Ang. dicto consi. 51. vbi suprà, [id procedere in omni dispositione loquente in posthumo nato, vt scilicet habeat] locum in posthumo exsecto ventre edito, per dicta l. quod dicitur: Plus dicit not. Socin. consi. 197. circa præmissam consultationem, colum. 1. lib. 2. quòd conditio natiuitatis verificatur in eo qui ita editus est, per dictam l. quod admodum notandum est, quia conditio debet adimpleri in forma specifica, per l. Meuius, & l. si hæredi. ff. de conditio. & demonstra. Sed & illud dictum Bald. sequitur Felyn. in cap. sicut ex literarum, in fi. extrà de homici.

142 ¶ Quæ etiam sententia nostra ex eo non parum fulcitur, quod consuluit ipse Bald. consi. 122. verba testamenti sic dicunt, lib. 1. quòd si quis instituerit ventrem vxoris filium masculum peperit, si ea mortua filius ventre exciso detractus sit, habet locum institutio, cùm peperisse dicatur, quę in puerperio decessit, per dictam l. Arethusa, & l. sequen. ff. de statu hominum, & quia par est testatoris affectio: & aliis rationibus, quas veluti nihil ad hunc locum pertinentes omitto. Respondetque ad dictum §. falsum est, quod is procedit in extraneo, non in filio, puta si quis reliquerit mulieri cuipiã extraneæ si masculum pepererit. secus si pater loquatur de filio, cùm sit par affectus, quocunque modo is edatur. Et dicit ipse Bald. idem se antè consuluisse in illo ipso casu, sicut re vera fecit in dicto consilio 128. in fin. eodem libro primo. Et alterius consi. meminit; nisi de vtroque intelligeret idem Bald. in dicta l. vltima, colum. penul. C. de suis & legiti. vbi & hoc dicit, quicquid sit quoad vocis significationem, tamen quo ad rei seu realitatis, vt ipse dicit, effectum comprehõditur ita extractus ex vtero matris mortuæ. Meminerunt item huius consil. Salyce. Corne. & Alexand. qui tamen illud non designant, in l. vl. C. de posthu. hęredib. institu. vbi & hanc rationem adiiciunt, quam satis sentit Bald. in dicto consil. 128. & quę huc bene facit, quod pater per ea verba, si masculum pepererit, non videtur præscripsisse modum, quo filius in lucem prodiret, sed quomodocunque natus sit, illi cõsuluisse. vnde habito effectu non curamus de modo. l. mater. C. de institu. & substitu. & quia mentem magis spectamus, quàm verba l. cùm virum. C. de fideicõmis. Et ad d. §. falsum est, alio quoque modo respondet, vt videlicet procedat, vbi mens disponentis non repugnat. aliàs secus Sed & hoc simpliciter sequitur Alexand. in l. cõmodissimè, ad fin. ff. de libe. & posthu. & in d. l. quod dicitur, vbi & Ias. refert & dubitat, asserit, tamen durum esse in practica ab hac opin. recedere, cùm non habeat contradicentem. Et pro ea etiam adducit, & huiusmodi rationem, quia si testator fuisset interrogatus de isto casu, aut de eo cogitasset, idem verisimiliter statuisset. ergo habetur pro disposito. l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth. & glo. in l. tale pactum. §. vlti. ff. de pact. cum infinitis propè concordan. à me collectis supra in princip. l. versic. 56. incipien. inter tam multa. Sequitur item illud Bald. dictum Socin. in l. prima, colum. 14. in 8. limitatione. ff. de vulga. & pupilla. substitutio. [Felin. in dicto capit. sicut ex literarum, in fin. de homicid. & D. Benedict. in repetitio. cap. Raynutius, in verbo, si absque liberis, le 2. num. 31. de testamen.] Philip. Deci. in l. si quis prægnantẽ. ff. de regu. iur. & in additio. l. posthumo, colum. eiusdem additio. 2. C. de bono. possessio. contra tabu. & Alcia. in dicto. §. falsum est. & iterum in libro. 3. de verborum signification. in. 3. axiomate. Et idem in substitutione facta ventri, si masculum pepererit, vt videlicet substitutio habeat locum, si venter fuerit extractus, voluit Bald. d. consi. 128. ad fin. lib. 1. & Lancello. Politus in tracta. substitutionum, in materia vulgaris, in septima quæstio. principali. Et facit denique tex. in l. negat. ff. de mort. infe. & in l. 1. §. si qua prægnans. ff. ad Tertul. in quibus locis partus appellatur, qui prægnanti mortuæ excisus est. & in l. etiam. ff. de verbo. significatio. vbi ita scribitur. Etiam mulier cum moreretur, creditur filium habere, quæ exciso vtero edere possit.

143 ¶ Et id sanè in casu legis nostræ nuncupatim respondit, aliud tamen agens, ideoque nihil ad hoc allegans, Stepha. Bertran. consi. 86. Christi, &c. visis tribus, colum. 2. versic. si verò teneremus, ibi, propter natiuitatem filiæ quam postea peperit, seu quæ ab vtero illius cæso extracta est, lib. primo. Quid autem dici possit ad tex. in d. l. si ego. §. partus. ff. de publi. in rem acti. allegato pro contraria parte, nõ satis video, vt euites antinomiam. d. l. quod dicitur. Nam in vno loco, hic exsecto vẽtre editus, natus esse dicitur, in altero non natus; nisi eadẽ dicas quæ de partu diximus. Constat autem & hos Cæsares haud dubie parentibus aliisque consanguineis succedere, sicuti & cęteros naturaliter natos, vt clarissimè patet ex legibus suprà in princi. allegatis a & fatentur omnes qui de ea re loquuntur. Quare autem hos appellem Cæsares, videbis latè in nostro tractatu primigeniorum. quæstio. 18. vbi & alia multa de his videbis.

144 SED ET ILLVD quæri potest, an continuò quàm vxor donantis, vel quæ ipsamet donauit, gerit infantem in vtero, sit reuocata donatio, vt proinde sint restituendi fructus ex eo tempore, saltem facta declaratione, secundũ ea quæ postea dicemus in verbo, reuertatur, nu. 273. incipien. sed vt reuertatur. An verò sit expectanda natiuitas? Videtur satis esse mulierem ferre ventrem: quia qui in vtero est, perinde est

ac si in rebus humanis esset.l qui in vtero,la premiere,atq; etiam la secunde.ff.de statu homi. & ibi concord.in glos.cui adde & text.in l.intelligendus.ff.de verborum signifi. vbi intelligendus est mortis tempore fuisse, qui in vtero relictus est.& in l.illud §.vlt.& ibi glos.& Bar.ff.de bon.possess.contra tabu. vbi infans qui in vtero est.aperit edictum scripto heredi ad contratabulandum,quod etiam voluit ipse Batt.in l.venter colum.1.ff de acquirend. hęredita & Bald. qui hoc dicit nor.dignum,in l.si pater, in 9.opp.C. de institutio.& substitutio.[Iason in l.emancipatā,in 2.lect.colum.3.C.qui admit.vbi & idē id dicit valde notab.Isque interim obstat sequētibus.l.inter.§.quandiu.ff.vnde legit.& in l.1.§. si quis proximor ff. vnde cogna.& l.cùm quidā. §.1.ff.de acquiren.heredi.Et facit partem iis qui dari gradu sunt.l.intestato. §. vtiq;.ff.de suis & leg hęred.]Nam & is hæres institui potest.l.placet.ff.de libe.& posthu & l.vlt.C.de insti.& substitu.cum similibus.Eique legari potest.l. si qui quartam § si quis.& l.qui filiabus, in princip.& §.si quis ita.ff.de lega.1.[& l.1.§.ad eos,versicu. sed & si seruo.ff ad legem Falcidiam.]cum similibus.Et donari quoque,vt per Guid.Pap.consi.60. ad dubia elicita,in 3 dubio.& consi.176.pro definitione,in 4.dubio.Et ei stipulari,vt latè etiam diximus in nostro tractatu primogenituræ,quæstio.6.nume.31.at ille.Et ventri quoque competit in integrum restitutio.l.etiam ei.ff.de mino. quem ad hoc expendit, & negat esse alibi Bald. in rub.ext.de in integ.restitu.paulò ante fin.[& Franc. Aret.in l.Pantonius, col.6. versicu. vnde omnibus.ff.de acquirend.hered.Isque mittitur in possessionem.l.communi.§.sed & si. ff.communia diui.& per totum titu.ff.de vent.in possessio.mittend.Et cum eo fit collatio.l. vlti.ff.de collatio. bonor. Teneturque mater prægnans petere curatorem ventri:& si non fecerit, æquè punitur ac si non petiisset tutorem filio iam nato.l.2 §.si mater,& §.quòd si cùm prægnans.ff. ad senatusconsul.Tertul. & voluit Bart.consil. 22. homo Accursuli,col.vlti.versicu.testat modò,& consi.30.in nomine domini amen. Vanutius,versicu.his ergo duobus, & Bal. consi.238. quidam decessit, lib.3. & iterum consil.432. iste casus,rarissimè,eod.lib.2.rursumque consi. 297.visis,colum.2.versi.venio ad tertium, lib. 3.Iti; legitimatur per matrimonium.l.nuper.C. de natura.libe.Bald.in l.vlti. ff. de his qui sunt sui vel alien.iur.]

145 § Ego verò arbitror non prius reuocari donationem,quàm is infans in lucem sit editus. Nam & Aliàs venter ante natiuitatem non rumpit testamentum , vt satis constat ex l.1.§.2.& 3. C.de posthu.hæred,institu.& l posthumo , cùm dicitur posthumo nato,vbi id not.Ias.& Philip. Dec.vterque col.2.in 1.not.C.de bono.pos.cōt. tab.& est tex.omnium clarissimus in l.3.in prin. versi.ex his apparet.ff.de iniust. testa.cùm dicitur hoc interesse inter filios iam natos, & posthumos, quòd illi iniustum testamentum dicũt, hi rumpunt; illi semper,hi nascantur,nec ignoniant se exhæredatos.& hoc quoque voluit Bal. in d.l.si pater,vbi suprà,& in authenti.ex causa, colum.2.versi.quartò præmitte.C.de libe.præte.[& in l.si quis §.si suo,colum.1.in 2.locis,circa medium.ff.de vulg.& pupilla. & consil.299. Laudare,colum.2.versi.sed quicqnid sit, lib.1.] & Per.Iac.in tit.de cond.ex l.omnimodo. char. 4.col.1.versi.vero per lineam , Pau. Cast.in l.cũ posthumus.ff.de libe.& posthu.[Franc. Aret.in l.venter,col.3.versi.nec est inconueniens.ff. de acqui.hæred.]& Ias.in l.3.§ putè.in fin.ff.de libe.& posthu.,& in l.quod dicitur,in princ. eo. tit.& Stepha.Bertrand.consi.367.viso consultationis themate,nume.5.& 12.lib.1.Ex quo consequens fit,nec hos reuocare donationem, cùm testamentum facilius reuocetur ac rumpatur quàm donatio,secundum Bartol.qui hoc vtitur argumento in casu l.nostræ,in authen.ex causa, colum.4.& ibi etiam Ang.& Pau.Castren.C.de liber.præte.cum multis concordan.à me congestis,suprà in verbo,libertis.versicu.66.hæc sunt quæ pro posteriori.

146 § Ad hæc vterus ad partem hæreditatis non admittitur,donec in lucem prodierit.l.antiqui.ff.si pars hære.petat.& apertiùs in l.vtrùm, in princ.ff.de reb.dub.[& in l.si duobus.§. vlt. ff.de lega.1.]vt qui hæres nondum sit.l. si hæres. ff.famil.erciscund.quam ad hoc expendunt Cy. & Bald. in l.si nemo.la 2.§.vlt.ff.de testa.tutel. [& facit tex.in d.l.inter § quandiu.C.vnde legit.]Nec heres esse possit,donec nascatur,vt dicit Bald.in l.cum quidam, col.1. post princ.C. de insti.& substi.& in d.authenti.ex causa, vbi suprà.C.de libe.præter.vbi etiam dicit quòd dominus esse non potest. Nec potest dici esse in potestate patris.l. vltima.ff.de colla.& l. vlt.ff. de assigna. liber.[& in. §: cùm autē,qui est vlt. Inst.de tutel.vbi ita scribitur,si modò in ea causa sint, vt si viuis parentibus nascerentur, sui hæredes, & in eorum potestate fierent.Bal.qui id dicit non,in l.si filius.§.in fin. ff. de liber. & posthu.]Vnde etiam necdum suus est,[vt satis probat text.in d.§.cum autem. &]l.1.§. toties, ibi inter suos hæredes futurum erit, & iterum. §.sed & si incertum, ibi, suus futurus sit. ff.de ventre in possessio. mittend. [& in l. Gallus. §. nunc de lege,ibi,qui cùm nascerentur,sui hæredes futuri essent,& rursum ibi,suus futurus tūc cùm nasceretur, & iterum §.vl.ibi qui cùm nascentur,sui erunt.ff.de liber. & posthu. & in l. cùm quidam.§ primo , ibi, prægnans quæ tum paritura est,qui suus hæres futurus est. ff. de acquirēda hæredita.]& in l. posthum.ibi , qui sui futuri essent,si viuo patre nati essent.& Ias.& ibi Ias. & Philip.Deci.C.de collationib.& in dict.l.3. C.de posth.hæredi.instituend.cũ dicitur, qui si ad lucē fuerit redactus,suus hæres potest existe-

re.& in dicto.§.cum autem, Institu.de tutel.& voluit etiam Bald.in dicta l.si pater, vbi suprà. & in lege cùm posthumus.ff.de liberis & posthumis.& Iason & Philip.in dicta l.posthumo, vterque in primo notab.C.de bon.possessio.contra tabu.[In quo aperiè erat Alexander. qui contrarium tenuit,scilicet vterum suum esse,in l.si filius, in principio,colum.6.versi.fallit in posthumo.ff.de vulga.& pupilla.]Et secundum hæc intelligi debet text.qui posset vderi contrarius, in §.posthumi,Institu.de hæredi.quæ ab intesta. defer.[Nec huic debetur legitima.Bald.in d.l.si pater,& consi.39.restator,col.2.lib. 1. per text. in l.vlt.de assigna.liber.Et quæ scribuntur à Frã. Aret.in l.is potest, colum.5.versi. nec obstat secundum eum.ff.de acquirend. hæredita. Et facit text.in l.si ventri,in princip.ff.de priuileg.credit.vbi priuilegium datum pupillis & cæteris huiusmodi vt præferantur cæteris creditoribus in bonis tutoris vel curatoris,non habet locum, cùm ventri datus est curator nisi is in lucem edatur.vide omnino Iason in l.cùm filiusfamiliãs.§. in hac stipulatione,col.2.vers.sed aduerte.ff.de verbo.oblig.]

147 § Quin etiam is infans nondum pupillus dici potest,dum in vtero est.l.non est pupillus. ff. de verborum significatione. Ideoque non ei fit mora:vt per eum text.dicit Bald.in l.si volun tate, in fin.C.de fideicommis.libert.nec illi tutor datur,dicta l.prima.§.si anus quasi.ff.de eo qui pro tuto.& dicta l.si nemo,la secunda.§.vlt. ff.de de testamẽ. tutel.vbi ex hoc dicit Bal.post Cy.quòd is cui id munus est traditum, non potest facete pacem cum interfectoribus patris huius posthumi,cum nõdum sit tutor, & sequitur Iason in l.pactum curatoris,ante fin.C.de pact. Sed nec is quidem vterus homo est,sed tantùm homo fieri speratur.l.cùm inter.C.de fideicommis.libert.vbi & id not.Bal. infertque ex eo nõ comprehendi vterum in repræsaliis (quas vocant)concessis aduersus hominem alicuius nationis,gentis aut ciuitatis,id est(vt id transeunter dicam)in eo iure prehẽsionis, quod veteres clarigationem vocabant,si credimus Alciato id asserenti,tum in epistola liminari.C.ad lectores, tum in l.prouinciales.ff.de verborum significatione,post Hermolaũ quidem Barbarum. Quãquam aliud mihi fuisse videtur clarigatio, ex Tito Liuio,libro octauo, ab vrbe condi.quo loco de pœna Veliternorum qui toties rebellassent, differit, & Plinio libro 22. capit.2.vbi ipse Hermolaus id etiam asserit quod diximus: quem videas,& prætereà[Seruium interpretantem illud Virgil.libro decimo Aeneidos.

Tum res rapuisse licebit.]

Alexandrum ab Alexandro,lib. Genialium dierum.5.cap.3.& Petrum Crinitum lib.de honesta disciplina.7.cap.4.[Et beatum Rhena.in annota.in Tertu.& Valentinianos, & Beroaldum in Vespasianum Suetonij. cap.7.] & Budæum vnicum nostrę gentis atque ætatis miraculum, in annotationibus posterioribu s pandectarum, in l.aut facta.§. euentus.ff.de pœuis, quo loco etiam id genus prehensionis dici apud Græcos Androlepsiam, vel etiam Androlepsum neutro genere tradit authoritate Demosthenis aduersus Aristocratem, & Pollucis:nec ei interim displicet, vt latinè pigneratio vocetur, vt vocauit Gregorius Decimus in capitulo primo, de iniuriis,libro sexto, vbi ita scribitur in principio, & si pignerationes quas vulgaris elocutio repræsalias nominat, & cætera quæ sequuntur. [Et ita quoque vocat statutum Sabaudiæ, cuius simile est initium in libro secundo, statutorum eius gentis,]quam vulgarem locutionem nostri iuris interpretes sequi malunt, vsque adeo barbaries ad stomachum rusticitatis facit, vt dicit Budæus vbi supra. Quanquam in dicto cap.1.vbi qne legitur pignorationes,sed nihil omnino refert inter vtrunque,quoniam dicimus latinè pignero & pignoro, licèt antiquiores frequentiùs pignero dicebant.Sed & huiusmodi oppignerationum in ea significatione fit mentio in iure ciuili,scilicet in authenti.vt non fiant pigno. tam in rubro,quàm in nigro.& in §.quoniam vero contingit, in authenti. vt nulli iudic. Quibus in locis Græcæ illæ Iustiniani constitutiones id genus præhensionis ἐνεχυρασμὸν vocant.

148 § Sed vt reuertamur,ad id quod diximus, vterum nondum esse hominem, voluit etiam [Alber.in prima parte statutorum. quæsti.133. in multis locis, col.2.versic.& hoc iudicant, & Signo.consi.1.statuto ciuitatis,colum.2. nume. 9.& iterum colum.seq.nume.12.vbi etiam probat authoritate sacrarum literarum, cùm in illis dicitur, conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine, & homo factus est. quasi scilicet nondum homo fuerit antequam natus esset. Et idem quoque voluit] Bald. in dicta l. si pater, vbi suprà. [& in l.quod dicitur. ff. de liber.& posthumis.vnde, ait, non comprehenditur sub statuto loquente de occidente hominem.] & in l.2.in princip.C.de posthumus.hæredi.instituen. Nam licèt, inquit, habeat animam rationalem infusam, tamen sola anima non facit hominem sine corporis perfectione & organizatione,[& idem Bald.consil.390.tam profundè, ante fin. libro.2.& Ioan. Ana.in dicto capitul.] sicut ex literarum, colum.2.extra de homicid. vbi, & illud dicit de repræsaliis. [& Barba. in repeti.l.cùm acutissimi,colum.53.vers.quid si testator dixit,si filius meus decesserit sine homine, & iterũ ver.& inquantum superiùs. C. de fideicommis. & in repe.c. Raynaldus,col.49.versicu.secundò limita,de te sta.vbi dicit ad hoc esse valde sing. text. in d.l. cùm inter. Sed de hac re est text.omnium optimus & expresissimus in l.in lege Falc.placuit. ff.ad legẽ Fal.cuius hęc verba sunt, quia partus nondũ editus,homo non rectè fuisse dicitur. Vt

tamen

tamen non omittam & Phil.Dec.qui & id quo que voluit consi.535.requisitus, col.1.nume.2. Quibus pręter loca suprà adducta succinit,illud D.nostri Iesu Christi apud Ioan.ca.6.Mulier cũ parit, tristitiam habet;cùm autem peperit, non meminit pressuræ propter gaudium:quia natus est homo in mundo. quem locum ad hoc quoque expendit Alber.in 3.parte statutorum,quęstione 59.si statuto caueatur,colu mna 2.]

149 ¶ Quidquid vterus non solùm non homo est, sed nec animal quoque,vt dicit glos.in d.l.qui in vtero,la prima.ff.de stat.ho.per tex.in l.1.§.si quis proximior.ff.vnde cog.quem tamẽ pro contraria sententia allegat Petr.Iacob.tit.de condit.ex lege omnimodo,colu.4.[Quanquam scio Galenum scripsisse librum hoc titulo,vtrũ conceptus in vtero sit animal:in quo idipsũ esse probat tum authoritate Hippocratis, tum duobus legum capitibus.primo,quo ei qui abortus causa fuerit,pœna infligitur,altero quo adire hę reditatem nondum natis permittitur. Deorum enim inuentum & donum leges esse. nam omnia certis legibus inter deos omnium ille patre disposuit. Et alicubi in eo libro dicit id iam potentia esse animal, at tum animal actu fore, cùm in lucem proditum erit.] Verùm sententiæ glos.simpliciter subscribunt Empedocles Diogenes,Herophilus & Stoici omnes apud Plutarchum lib.5.de placitis philosophorum. Sed nec infans in vtero aliud quippiam reputatur, id est, vt breuiter dicam,nihil est,aut certè pro nihilo habetur nisi nascatur,instar cogitationis animi,quæ & ipsa nulla est, id est nullius apud homines momenti, nisi ea in lucem proferatur.Ita enim dicit hanc similitudinem faciens Bal.per dictam l.3.tum in tractatu schismatis, colum. 10.versic.ampliùs sciendum.tum in l.1.colum.9.versi.circa secundum.C.qui admit.& post eum Iason in l.quod quis.ff.de condi tio.indebi.& in l.1.colum.2.versicu.glos.magna.ff.de conditio.causa data, & in l.si ita legatum.§.illi si volet.ff.de legatis primo,de quo & diximus suprà in verbo,libertis,versi.22.vnum tantùm dixerim. Nam nec hi infantes qui in vtero sunt,censentur esse in rerum natura, sine in rebus humanis, vt probatur in l.quod in rerum. ff.de legat.1. & in l.vbicunque,in princip.ff.de ventr.in possess.mit.& in l.interdum.ff.de verb. obliga.& in l.sed & si plures. §.1.ff.de vulga.& pupilla.substitu.& in l.si patet.ff. de solutio.[& in l.sciendum,ibi,vel in rebus humanis,vel saltem concepti fuerant,ff.de suis & legiti. & in l. Titius,in fi.eodem titu.]Nisi tamen impropriè: vt probat text.in l.vel viuo.[cùm dicitur, quodammodo in rerum natura esse existimatur, eo dem, titu.]& in dicta l.qui in vtero, & 1.& 2. ff.de statu.homi.

150 ¶ Ex quibus fit,vt qui vterum vel animatum exanimarit, non puniatur ex statuto punien te homicidam siue hominis occisorem, de quo latè per Alberic. post antiquiores in d.l. qui in vtero,la prima, & in 3.parte statutorum, quæstio.59.si statuto caueatur.[Signo. etiam latè di cto consi.1.]Iacob.Butr.Angel.& Salyce. in l.si quis necandi, quæ est pen.C.ad legem Cornel. de sicar.Bal.Paul.Castren.& Alexand.in l. quod dicitur.ff.de libe.& posthu.Panormi.Ioan.Ana. & Fely.in d.c.sicut ex literarum, extra de homi. Idem Ana.in c.si aliquis,colum.1.versic.& ideo facit eod.titu. [Angel. Areti.in tractatu malefi ciorum, in verbo, & ex interuallo, &c.nume. 10.quid si quis faciat.] Alciat in dicta l. non est intelligendus. & iterum in dicta l. non est pupillus.

151 ¶ Hinc quoque fit, vt si ex statuto imponatur vectigal pro quolibet animali,nihil sit ex eo quod in vtero est,soluendum, vt per Bald.in l.vlti.paulo ante fin.C.de liber.cau.Angel.Alex. & recentiores in d.l. in lege Falcidia placuit.ff. ad legem Falcidiam, [Alberic.in prima parte statutorum,quæstio.133.in multis locis,] & latissimè Firmia.in tracta. de gabel.in 5.quæsti.8. partis principalis.Ioan. Platen. in §.cùm autem, quem legit cum.§.permissum est, colnmna. 1. Institut. de tutel. [& Barba. in d. l.cùm acutissi mi, vbi suprà,] & ipsum Alciat.in d. l. non est pupillus.

152 ¶ Nec si decretum sit certum præmium pro quolibet lupo qui capietur,debetur id præmium pro fœtibus qui existunt in vtero lupæ,ex sententia [Guil.Cug.Alberic.]Bald. & aliorum in d.l.qui in vtero.ff.de stat.homi.Bald.in l.vlt. C.de libe.cau.[Alberi.in d. quæstio.133.1.par tis statutorum. Signo.d.consi.1.colum.3.versic. sexto probat]Imo.& Alexand.in d.l.in lege Fal cidia placuit,Ioan.Ana.in d.c.sicut, colum.2.& ibi quoque Felin.de homi.& Angel.Areti.in d. §.cùm autem.Institu.de tutel.& Alcia.in l.quod dicitur.ff.de verbo.signi.

153 ¶ Denique nec baptizari debet nec potest qui in vtero est, vt non obscurè sentit concilium Neocæsariense.c.6.& caput 54. capitulorum Græcarum synodorũ à Martino Braccarẽsi episcopo collectorum,& apertè scribitur in ca. qui in maternis,& ibi Archi.de consecr.dist.4. & voluit glos.in c.si ad matris,eadem dis.Laud. Archid.& Domi.in c.baptizari.5.dist.[& Card. Flor.in clementi.1.§.ad hæc,post princi.de hære.] & è theologis magister ille sententiarum Petrus Lombardus libr. 4. distin.6. & ibi diuus Bonauentura,ar.1.quæstio.1.primæ partis.& Richar.ar.2.q.1.& cæteri ipsius magistri interpretes,& Alexander Ales ille Theologorum scholasticorum princeps in 4.parte summæ.quæstio. 16.membro.2.& Ang. Claua.in verbo, baptismus, in princip.& omnes propè, quos statim in 2.abhinc versi.citabimus.Nam renasci, inquiunt, ex diuo Augustino,quispiam non potest,

antequam natus sit. Nec priùs quòd spirituale est, sed quod animale, & deinde quod spirituale est, vt scribit diuus Paulus prioris ad Corinthios 15. Nec denique conferuntur sacramenta à ministris ecclesiæ militantis, nisi iis qui super terram sunt. vtpote tū primū ipsi ecclesiæ cogniti, & in foro ipsius constitutis. Nā scriptum est; Quodcunq; ligaueritis super terrā, &c. & quodcunque solueritis super terram, &c. Matthæ. decimosexto, & iterum. decimoctauo. capitu. & repetitur in capitulo solitę, ad fin. extra de maioritа. & obedien. Hi autem infantes qui in vtero, sunt, nondum censentur esse super terram, vt dicit Henric. Bononien. in capitu. maiores, extra de baptis. per dicta l. quod in rerum. ff. de lega. primo, & in d. l. interdum. ff. de verborum oblig.

154 ¶ Cui adde text. optimum in dicta l. tertia. C. de posthum. hæred. instituт. probantem eos tum primum cadere in terram, qui nascuntur. Hæc enim sunt verba illius, licèt illico postquam in terram cecidit, decesserit. Ibi enim in terram cadere, pro nasci ponitur, sicuti [& Sapientiæ 7. ego natus accepi communem aerē & in similiter factam decidi terram.] & apud Papinium lib. 1. Syluarum in epithalamio stellæ & Violentillæ.

Tellure cadentem
Excepi, fouique sinu.

Iterumque lib. quinto eiusdem operis, in Epicedio in filium.

Tellure cadentem
Excepi, & vinctum genitali carmine foui.

[Et huc quoque alludere videtur Claudianus lib. j. in Ruffinum.

Quem prima meo de matre cadentem
Suscepi gremio

Et ipse quoque Statius lib. 2. syluarum in Genethliaco Lucani.

Natum protinus atque humum per ipsam
Primo murmure dulcè vagientem
Blando Calliope sinu recepit.]

Quod tractum potest videri ex more veterum, qui vbi infans natus esset, nudum confestim in terra sternebant, Opemque deam (quæ & ipsa terra est, authore [Varrone libr. primo, de lingua latina. Festo Pompeio] & Macrobio lib. primo Saturna. cap. decimo) [& Seruio in decimo Aeneidos,] hnic officio priuatim destinatam inuocabant, vt nascenti esset auxilio. Cuius rei meminit diuus August. libr. quarto de ciuitate Dei. capit. vndecimo cum dicit. Ipse opem ferat nascentibus, excipiens eos sinu terræ, & vocetur Ops. Et paulo post. Ipse leuet de terra, & vocetur dea Leuana. Et Varro in lib. secundo. de vita patrum, cuius hæc verba sunt apud Nonium Marcellum. Natus si erat vitalis, ac sublatus ab obstetrice, statuebatur in terra, vt auspicaretur rectus esse; ac diis coniugalibus Pilumno ac Picumno in ædibus lectus sternebatur. Cuius etiam meminit Politia. Miscellaneorum. capit. octuagesimonono. vbi tamen Martianus corruptè loco Marcelli citatur. Ad hunc quoque morem respicit Seneca, si is est, in libello de moribus. Omneis infantes terra nudos excipit. & Plinius [lib. 2. cap. 65. Terra nos nascentes excipit. Et iterum] statim ab initio lib. septimo, hominem tantum nudum, & in nuda homo natali die abiicit ad vagitus &c. Et ipse Papinius lib. 2. Syluarum, in Genethliaco Lucani.

Natum protinus, atque humum per ipsam
Primo murmure dulcè vagientem
Blando Calliope sinu recepit

[Et Tertullianus lib. aduersus Marcionem iiij. Non decem mensium cruciatu deliberatus, non subita dolorum concussione cum tanti temporis cœno per corporis cloacam effusus ad terram, nec statim, lucem lachrymis auspicatus.] Et Macrob. qui eod. libr. Saturnaliorum capit. decimosecundo, tradit ex Cornelii Labeonis sētentia, Maiam deam terram esse, & Mercurium illi adiungi in sacris, quia vox nascenti homini terræ contractu datur, eandemque etiam Opem vocari, quòd ipsius auxilio vita constet; & Fatuam à fando, quòd infantes partu ęditi non priùs vocem ædunt, quàm attigerint terram. & nostris Alciatus antiquitatis diligentissimus indagator, simul & solertissimus inuentor, in l. hominis. ff. de verborum signifi. vbi tamen non videtur intellexisse quæ de Ope eademque terra dicta sunt. [Ambrosius autem in epistola, ad Syagrium quæ est omnium sexagesimoquarto, tradit obstetrices ita dictas, quod obsistant, ne fœtus laxatis vteri genitalibus in terrā defluat. Nec interim pretermittemus Homerum libr. Iliad. decimoctauo verbo Græco cadendi pro nascendi vsum fuisse, quod pauci animaduertūt, ita enim scribit.

ὃς νῦν τοῖ πάντεσσι περικτιόνεσσιν ἀνάξει
ὅς κεν ἐπ᾽ ἤματι τῷδε πέσῃ μετὰ ποσσὶ γυναικός. Idest, ad verbum,

Certè quidem hunc omnibus circumuicinis dominatum iri,
Qui in die hoc cadet in pedibus mulieris. Loquitur autem ibi de Euristeo & Hercule.]

155 ¶ Et quod diximus vterum non considerari, procedit hauddubiè in casu. l. nostræ, quæ lata est ad fauorem parentum donantium, nō etiam filiorum postea susceptorum, nisi forte in quādā consequentiam, vt patet ex iis quæ latè diximus in præfatio. nume. 92. incip. sed hic parum attende. & dicemus etiam postea in verbo, in eiusdem

dem donatoris arbitrio.num.12.&]Constat autem eum qui est in vtero,tum demum pro nato censeri,cum de ipsius iure aut fauore quæritur. Aliis autem non prodesse antequam nascatur. d.l.quo diximus. ff.de verbo: significa. [& d.l. qui in vtero.ff.de statu homi.]cum simi. Ac ne ipsi quidem parenti,vt est text. expressus in l.2. §.remittit, versi.qui antem in ventre est, & ibi not.Bald.ff.de excusa.tuto. [& in libertinns.§. posthumus.ff.de oper. libertor. & in l.is cui.ff. quando dies lega.ced.& Fran.Arer. in l.qui filiabus,in princ.colum. 3.ff.de lega.1.vbi dicit primum text.quem solū allegat ad hoc esse not] quamuis certū sit non posse prodesse patri,quin sibi etiam in consequentiam profit,ex iis quæ latissimè dicimus supra in illa præfatione.

156 VERVM maius dubium est,si infans natus est non quidem totus,sed fortè caput, & in his locorum muliebrium angustiis extinguitur. Nam & hic videtur rumpere testamentum,per text.in d.l.quod dicitur. ff. de liber. & posthu. qui postquam dixit eum qui e x secto ventre editus est,rumpere testamentum, hæc verba subdit. Quia tamen si nō integrum animal editum sit, cum spiritu tamen, an adhuc rumpat testamentum?& hic tamen rumpit. Quin ex nostrorum ac Theologorum sententia potest is qui caput tātum exerit extra vterum, baptizari , quasi iam natus esse censeatur,qui caput omnium sensuū atque virium animi habitaculum natus est.Ita enim voluerunt Hostien. in summa titu.de baptis.§.quæ sit eius forma,versicu.licèt autem totus,& sequen.& iterum versicu.quid si mulier. Matthe.Paul.Liazar.& Barba.in clementi. 1.ver sicu.ad hoc,de summa trinita.Archid.Domi.& Cardin.Alex.in d.cap.baptizari,distin. 5. Henr. Bol.in dicto cap.maiores, de baptis. Lucas Pen. in l.cum autē,post princip.C.de agrico.& censi. lib.6.Alberic.& Are.in l.3.in prin.[& ibi Fran. Aret.]colum.antepennlti.ff.de acquiren. hære. Alexand.in 4 parte summæ. q.13.membro 4.ar tic.1.& iterum.q.17.membro 3.Diuus Thomas in 4 senten.distin.6.art.1.quęstio.1.Ricar.in eo. lib.dis.3.ar.4.q.3.Scotus in eodem lib.distin.4. membro 1. q. 3.Pet.Aur. & Per. Reginaldetus ex Franciscanis nostri oppidi Fontenaij theologus pręstantissimus.quæsti.5.Astes.in summa.li. 4.titu.de baptizandis.Pelbartus Themesmarus lib.1.Rosarij.quæstio.1.in verbo, baptismus.§. 33.& alij plerique eius notæ Theologi(necdū enim eos pudet pigetque citare,præsertim cum meliorum deest auctoritas)quos in id tibi congessi in nostris commentariis consuetudinum, ritu.3.§.9.in glos.4.vbi affatim capitis dignitatem excellentiamque declaramus, tam ex nostris legibus. quàm aliis scriptoribus,ex quibus hic multa poteris assumere.

157 ¶ Quinimo sunt & qui tenent satis esse vnum aliud membrum quod exierit extra vterum, baptizari : cùm anima sit tota in toto,& tota in qualibet parte,ex Aristotele de anima & sensu.Et in his est [glos.in ca.vulgaris,in verbo, totum,quæ est 1.de pœniten.distinc.1.& in c. propriè,in verbo,trium millium,quę est pen.de consecra.locis nuper citauimus,& alij quos citat Henr.Bo.in dicto capitu.maiores.[& præterea Ioan.Corser.in decisio.Tholo.post.eum Anfre.in additio.qu æstio.156.item fuit quæsitum quidam P.]

158 ¶ Verùm ego in hac sum sententia, vt is qui non totus nascitur, non reuocet donationē ex hac l. Neque enim & hic rumpit testamentum secundum doct.præsertim Bartol. Cornel. qui id reputat not.& Francis. Aret. in d. l. 3. C. de posthu.hæred.instituend. Barto.& Angel.in d.l.quod dicitur.ff.de liber.& posth. Ang.Aret. in §.posthumi,ad fin.Instit.de exhæreda.libero. & Alcia.in l.qui mortui. ff. de verborum significatio. vbi & hunc tanquàm non natum neque procreatum ex eo text. censet.Et innituntur omnes d.l.3.quæ ad hoc est optima,tum in illis verbis,si vinus perfectè natus est. Nam id demum perfectum esse dicitur, quod omnibus partibus est consummatum,nec ei omnino aliqu id deest l.1.ff.de orig.iur. & ibi concordan. in gloss. & quæ dicemus infrà in glo. proxima.hume.9.eodemque vlt.Tu item in illis verbis, si viuus ad orbem totus processerit. Nam qui totum dicit,nihil omnino excludit.l.Iulianus, in princi. ff.de lega.1. Ex hocq; dicit Corn.in d.l.3. post magistrum suum, quòd is qui non totus exit viuus,non succedit ab intestato:quia ius rumpendi testamentum descendit ex iure succedēdi ab intestato.l.maximum vitium,cum ibi not.ff. de libe.præte.

159 ¶ Quod autem de baptismo dictum est, nihil huc pertinet: quando lex Dei non his claudatur cancellis legis humanę, nullisque includatur limitibus,nullis terminis comprehendatur, vti etiam attestatur pontifex in capitu. primo,in princip. de reliq. & veneratio. sanctorum. libr. 6. Suntque tamen qui huius quod dictum est, contrarium opinantur, & in his Guil. Laud.& Card.Flor.in d.clem.1.§.ad hæc,de summa trinitate & fide catho.Quin sunt qui è diuerso ad dubitant,possitne,infans in vtero matris baptismo flaminis initiari, Nempe Gerson Parisiensis Theolog.& Cancell.in serm.de natiuitate virginis Mariæ:cuius verba hic subiecimus. Constat, inquir, Deum misericordiam saluationis suæ non ita legibus communibus traditionis Christianæ,nō ita sacramētis ipsis alligasse,quin absque præiudicio legis eiusdem possit pueros nondum natos extra vterum, intus sanctificare gratiæ suæ baptismo , vel virtute Spiritussancti. Debent igitur mulieres prægnantes , similiter , & viri sui , per se,& alios diligentius preces fundere Deo, & ad sanctos angelos custodes hominum , & puerorum in vtero: debent,& ad cæteros sanctos sanctasque omnes

confungere, quatenus infans nondum natus, si fortè moriturus est priusquam ad baptismi fluminus gratiam peruenire valeat, dignetur ipsum dominus Iesus summus pontifex baptismo Spiritussancti praeueniendo misericorditer consecrare. Quis enim scit si fortè exaudiet Deus? imò quis non deuotiùs sperare valeat, quòd orationem humilium & in se sperantium nequaquam despiciat? Proficit hæc consideratio ad excitationem deuotionis in parentibus, proficit ad leuandum eorum angustiam, dum sine baptismo moritur puer: quia nó omnis inde spes salutis ablata est: Sed neque absque reuelatione datur (fateor) certitudo. Hactenus Gerson. Nec longè ab eo dissentit Astes. vbi suprà, in fin. Porrò secundum hæc Laud. & Cardina. qui alterius sunt, vt diximus, sententię, consulunt, vt quicquid apparet ex puero extra vterum, imminente periculo mortis baptizetur propter penetrabilem & occultam operationē spiritussancti: de qua in c. multi, circa medium, 1. q. 1. Nam & de Hieremia scriptum est, Ante quā de vulua exires, sanctificaui te. Hiere. 1. & de Ioanne. Et Spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Lucæ. 1. Qua in re subit illud diui Pauli. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia ipsius; & inuestigabiles viç eius. quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? Quæ hoc in loco nolui prætermittere, tum vt ostēdam, quod iam diximus, Dei O. M. leges non his nostris alligari. Tum vt obiter eos post Gersonem consoler, atq; ad orandum excitē, quibus hi partus infelices atque inauspicati contingunt; sed ita tamen, vt interim caueant ne delabantur in errorem Pelagij, qui cēsebat infantes, etiam si non baptizentur, habere vitam æternam. Cuius sententiam planè refellit Augustinus epistola 28. incip. Deum nostrum. & iterum epistola 106. domino, &c. tandem aliquādo. & lib. de anima & eius origine, primo. c. 9. & seq. & in lib. de natura & gratia. c. 8. & seq. & lib. de Genesi ad literam. 10. c. 15. & seq. & Amb. in lib. de vocatione omnium gentium, primo. c. 7. & iterum lib. 2. c. 8. Nam quod de Ioan. & Hieremia suprà dictum est, & quod item de virgine Maria iampridem sancta ecclesia Catholica asserit, id ex speciali priuilegio fuit non de lege communi.

160 ¶ Nec item obstat dictæ l. quod dicitur. Nam ea nō intelligitur de animali quod partim natum est, partim non natū, sed de eo quod non integrum est omnibus membris, vt quia fortè illi deest manus aut pes, aut aliud, quod tamen in monstrum non rendi. & ita totum quicquid est nascitur, sed non integrum est. Ita enim eū text. intelligunt Bald. Angel. Paul. Castren. Alexand. & Iason, vt etiam dicemus, postea in seq. q. nu. 200. incipient. sed vt redeamus. Et si aliter intelligeretur, pugnaret è diametro cum d. l. 3. C. de posthu. hæred. instit. Et ex hoc quoque fit, quòd si infans viuus natus est, aut extractus inciso aliquo membro, quod fortè impediebat partum nasci, rumpit testamentum, etiam si statim moriatur, ut tradit Philip. Corne. in dicta l. 3. Nam is, inquit, infans perfectus esse dicitur, sicut homo perfectus est pede vel manu amputata, cū sit animal rationale, & habeat corpus & animā. ex quorum coniunctione homo componitur. vt dicit tex. in ca. in quadam, extr. de celebrat. miss. Ideoque totus in orbem viuus prodiit, qui parte abscissa prodiit, cùm ea pars non iam sit pars hominis, quia tota anima remanet in reliquo corpore, separaturque ab ea parte abscissa, secundum not. per Bart. in l. stipulationes non diuidū tur, in princip. in 3. opposit. ff. de verb. oblig. & in l. si cui. ff. de seruit. Et ita residet Cornel. cum quo conuenit Alciato in dicta l. qui mortui. ff. de verbor. oblig. Et idem dicas eadem ratione in casu l. nostræ, vt. s. is infans qui nascitur mutilatus aliquo membro, non tamen monstruosus, re uocet donationem.

161 SED HOC rursum in dubium vocatur, vtrū filius qui integer totusque nascitur, sed postea ante patrem mortui, reuocet donationem, necne; aut si reuocet, an saltem donatio vires recuperet ex morte ipsius. Et videtur quòd sic, ex text. in l. posthumus præteritus, in princip. ff. de iniust. testamen. vbi si posthumus præteritus viuo testatore decessit, licèt iuris scrupulositate, nimiaque subtilitate testamētum ruptum videatur, tamen poterit hæres scriptus bonorum possessionem secundum tabulas accipere, hæreditatemq; obtinere. quem text. dicunt singu. Alexand. & Iason in l. posthumo, ille in 4. not. hic in 2. C. de bono. poss. secun. tabul. & idem Iason in l. posthuma. ff. de liber. & posthum. & in l. si quis. eum. §. 1. co lum. vlt. ff. de vulga. & pupil. substitut. Quod & procedit non solùm in primo gradu, sed & in secundo, & ita quoque in substituto, secundum glo. not. in l. si à primo, & ibi Angel. & Imol. qui illam reputant sing. ff. de libe. & posthu. Ex quo & hic dici potest, quod licèt natiuitate filij qui viuo patre mortuus est, donatio censeatur reuocata quadam iuris subtilitate, vires tamen morte illius reassumat, remque ipsam donatarius obtineat, præsertim cum plus virium & roboris habeat donatio, quàm testamentum. l. 1. ff. de pactis. & l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legat. 1. cum simil. Ideoque etiam difficiliùs retractetur, secundum Bart. Angel. & Paul. Cas. in authentic. ex causa. C. de liber. præter. cum aliis suprà latè collectis in verbo, libertis, versic. 66. incip. hæc sunt quæ pro posteriori. aut si retractata fuerit, faciliùs reconualescat, quam testamentum, cum actus viuorum magis suspendi possit, quàm morientium. l. vlt. ff. com. prædio. cū simil. Et quia etiam cū decesserit is filius, perinde habēdus est, ac si nūquā natus fuisset. l. 3. in. 3. respon.

respon.& §. vlt.& l.2.& 3.ff.de assignan. liber.
162 ¶ Et in simili videmus quòd dos per diuortium reuocata, redintegratur redintegrato matrimonio.l post diuortium.ff.de iur.dot.Et tutela vires resumit cessante causa depositionis.l.nõ tolum.§.vlti.ff.de excus.tut. & l.si quis sub conditione.§.si tutor.ff. de testa. tutel. & cùm mulier perdat proprietatem rerum ei à marito relictarum, si nupserit viuente filio ex illo marito, tamen si is filius postea moritur sine filiis, eandem recuperat, vt not.in.§.quoniam infirmas, in authen.de nup.& in §.1.in authen. de non elig. & voluit etiam Bald.consil. 153. quidam testatur, col.1.lib.5.[& Angel.consi.83.subtiliter & eleganter, col.vlt.]Cui & simile est quod scribitur in l.feminæ.§.illud.C.de secund.nupt.quòd mulier quæ iterum nupsit, & successit vni ex filiis prioris matrimonii, tenetur cæteris liberis ex eodem matrimonio relinquere. At si ipsi moriantur, id pleno iure obtinebit, poteritq; de eo vt libitum fuerit, disponere & ad hoc eum text. annotat Bald. ibi, qui & idem uoluit in authen. ex testamento, col. 2. versicu.modò circa istam. C.eo.tit.Angel.in §. 1.col. 3. versic. restat nunc videre in authen.de non eligen.Saly.in authen. vxore mortua.C.de secun.nupt.Pet.Anc.consi. 278.præmittam casus indubitatos, col. 1. Nico. Vbal.in suo tract.succes.ab inte.in 2.parte prin, col.5.versi.item limita nisi omnes.& Steph.Bertran.consi.291.Christi,&c.viso casu, nume. 10. lib.1.& consi.192.ponitur in facto, in 2.dubio, lib.3.[Et quod etiã in simili dicitur in l. si quo. C.ad Senatusc.Tertul.quod mulier habens liberos, nubens intra tẽpora luctus, infamis est, nec ei remittitur infamia, nisi ipsis suis liberis dimidiam partem omnium bonorum suorum purè donauerit: sed liberis mortuis, totum ad matrem ex integro reuertitur.]
163 ¶ A quibus non longè abest quod pulchrè voluit Bart.in l.sicut in annos, quam legit primam totius tit.ff. quemad. vsufru. amit. quòd cùm maritus relinquit vxorẽ dominam & vsufructuariam, extantibus liberis, non videtur relicta proprietas, neque etiam vsusfructus, sed tantùm alimenta, secundum glos.& alios in authen.quod locum.C.si secund.nupt. muli.cum aliis multis concordã. à me collectis in nostris legibus connubialibus, [in l.10.nume.5.cæterum apud Græcos.]Certè si postea moriantur liberi, huiusmodi relictum alimentorum conuertitur in proprietatem aut certè vsumfructum, ac si ab initio nulli extitissent liberi. Quod dictũ pro sing.refert & sequitur Bartol.Cep.in tract. lib.1.c.4.ver.col.3.item quid si maritus. Sed & idem voluit ipse Bar.[in l.si ita scriptum fuerit. ff.de manumis.testa.& in l.Titia.§.ult.ff.de legat.2.prout illum allegat & sequitur Pet.Anc. in c.si pater, in.4.nota.de testa.li.6.& consi.185. quæstio videtur magis dubia, in princ. & rursus ipse Bar.consi.56.Bart.facit testamentum, colu. 2.in.2.dubio, & inter consil. Bald.consil.120. Nicolaus, lib.3.& ipse Bald.consi.426. conclusiuè veritas est, & consi.seq.mortuo dicto impubere, lib.2.Ang.consil.97.Viuianus, colum.vlti. & consi.19.in dicto testamento, col.2. Alexan. consi.42.viso processu, in fin.lib.2.& Philipp. Dec.consi.485.casus de quo quæritur, col.4.versic.secundò responderetur, quod consi.iterum repetitur, cõs.437.nisi quòd prius est amplius.]
164 ¶ Quod multum huc facit. Nã si in hoc casu Bart.relictum sibi vires sumit proprietatis aut vsufructus, quas ab initio non habuit, ob mortem liberorum: certè multò maiori ratione in casu nostro donatio iam à principio omnibus viribus ac partibus integra, omnibusque modis ac numeris absoluta & perfecta, debet ob mortem liberorum vires quas ipsa ab initio habuit, recuperare, per l.qui ex liberis.§. testamẽto.[& ibi Bar.]ff.de bonorum.possess.secun.tab.quam ad hoc not.glos.in l.si testamentum. [& ibi quoque Bart.& Francis. Aretin.ff. de testa.& item Bart.in l.1.§.si filius.ff.de legat.3.& Angel.consil.108.ista quæstio, colum.2. Atque etiam per l.si vnus.§.quod & in]specie.ff.de pactis, quam ad hoc quoque citat Alber. quo loco eum statim aduocauimus.atque item ex not. per glos.in l.vlt.§.Lucius, in verbo, perfectam ff.de donat.per text.ibi, iuncta.l.cum hic status. §.si maritus ea quę.ff.de donat.inter vir.& vxo. & l.si maritus tuus.C.eod.tit.quæ & ex hoc fieri dicit, quòd præterito filio iam nato, ipso iure non valet ab initio testamentum: ideoque & si is filius postea decedat viuo patre, non confirmatur.[§.1.Institut.de exhær.liber.] Verùm præterito posthumo testamentum nihilominus valet ab initio: & licèt natiuitate posthumi rũpatur, tamen si is posthumus viuo patre decedat reconualescit.per d.l.posthumus. ff. de iniusto testa.Et illam glos.sequuntur & commendant Bart.& alij ibi.& est similis glos.in d.l.posthumus.[& ibi etiam Bald.& alia item]in l.2.& ibi Cyn.Bart.& Alber.C.de posthu.hære.inst. & in l.si hęreditas.§.qui filium, in verbo, confirmatũ. ff.de testa.tutel.& in l.omnia quæ ex testamento.ff.de regul.iur.& in d.§.1.in verbo, non constituat, Insti.de exhære. liber. & voluit etiam Bald.in l.filio præterito, col.pen.versic.secundò quæro, & ibi Angel.in fin.ff. iniust.testa. [idem Bald.si à primo.ff.de liber.& posthu.& cõsi.21. super his, post princip.lib.4.] & latè Raph. Co. in repe.l.si filius, in 1.oppo.2.not.ff.de liber. & posth.& Nellus inter cõsi.Pau.Cast. consil 213. si dicta domina, lib.1.& facit quod scribit Soc. in l.1.§.si vir vxori, col.pen.versi.secunda conclusi.ff.de acquir.posse.Ex quo etiam Ioan. An. in addi.Spec.titu.de testa.§.in primis, in addit. incip.huic quæstioni, versi.occurrit, dicit plus nullitatis habere id quod à principio nõ subsistit, q̃ qđ ex postfacto deficit, per d.l.posthumus ff.de iniust.tes.iũcta.l.si filius.ff.de li.& posth.Et

ea quidem ratio multū congruit donationi quæ ab initio valet, sed postea natiuitate liberorum reuocatur, vt morte eorum debeat confirmari.
165 [§ Super eo tamen quod diximus de vxore relicta domina & vsusfructuaria, quoniam à multis in hoc distinguitur, vide omnino Bart. Bald. Imo. Raph. Co. & Flor. in d. l. Titia. §. vlt. ff. de legat. 2. & eundem Bart. d. consi. 56. vbi suprà & consi. 171. Nicolaus, & consi. 244. fuit quidam de Assisio, colu. vlt. Bened. Blumb. in l. 2. ff. de manu. testa. Bald. in l. 3. §. quid ergo. ff. de vsu & habit. & in l. & si contra tabulas, & ibi Imol. Alex. Fran. Aret. & Ias. ff. de vulg. & pupil. sub ipsum Bald. in l. vlt. colo. vlt. C. de indic. vidu. tol. Angel. in d. auth. quod locum, & d. consi. 97. & consi. 109. quidam patronus, col. vl. & con. 301. factum tale legitur, in 4. dub. Pan. consi. 78. quæstionis pūctus in his terminis, col. vl. in 2. dubio lib. 2. Ro. consi. 516. in casu propositæ consultationis, in quo primò quæritur, in 1. dubio. Alex. consi. 40. viso themate, & cōsultatione, in 1. dubio, lib. 1. Maria. Soc. consi. 68. Ioannes, col. vlti, Fran. Cur. senio. consi. 14. nobilis testator, per totum, & Ias. in l. si fundum sub conditione. §. si paterfamilias, in 1. not. ff. de legat. 1.]
166 § Et hanc quoque sententiam confirmat quod in nō longè dissimili casu dicimus, cessante scilicet causa reuocationis donationis inofficiosæ, cessat & ipsa reuocatio, vt dicit Bal. in l. 1. col. 2. versi. tertio sic. C. de inoffi. donat. ar. l. 1. §. si quis in fraudē. C. si quid in fraud. patron. Nā & alias generaliter cessante causa cessat effectus eiusdem: vt scribit Aristoteles lib. 2. Physicorū, & nuncupatim repetit Romanus pontifex in c. & si Christus, ext. de iureiur. & alibi sæpe, & nostris quoque legibus probatur. l. generaliter. C. de episc. & cler. cum multis concord. à me congestis in [nostro tractatu, cui titulus est, cessante causa cessat effectus.]
167 HÆC AVTEM maximè debent procedere, si filius post donationē natus, statim moriatur, quoniam natus non videtur, qui confestim mortuus est, per text. quē ita summant, vt cum nostris loquar, Ioan. An. & Panor. in ca. nā & ego, extr. de verbo. signific. vbi & gl. ex eo non. non videri fuisse, qui parum durauit, & allegat concord. Et hoc planè astruit illud Iob. c. 10. Fuissem quasi non essem, de viero translatus ad tumulum. Ideoque etiam glos. in c. 1. §. quinetiam in verbo, non admittantur, tit. episc. vel abba. asserit, quòd in feudo dato alicui, & suis liberis masculis & fœminis, & in quo propterea nō succedit fœmina, si masculi aliqui extiterint, per tex. ibi, si masculus post mortē patris illico mortuus est, non prohibetur fœmina succedere, tanquam ille non videatur extitisse. & hoc sequuntur Iac. Bel. Ray. Nicol. Neapol. Bald. Aluar. Marti. Laud. qui eā dicit sing. & Card. Alex. ibi. Sed & alia est illi similis in c. 1. §. vlt. in verbo, omnino extantibus, tit. de succes. feu. quam etiam sequuntur Bald. & Aluar. ibi, Qui in priori loco, & post eos Card. Illud. præterea dicunt, eum dici illico decessisse, qui mortuus est antequā nomen sit illi in Baptismo inditum, cui rei tēpus, inquiunt, octo dierum statuebatur in veteri testamento. & allegant Innoc. qui tamen hoc non dicit. in d. c. nam & ego. Sed huc proximè accedit quod scribitur Genes. 17. & iterum Leuiti. 12. præcepisse dominum, infantem octauo die à natiuitate circuncidi, quo etiam die circuncisus est Christus noster. Luc. 2. Cuius legis rationem reddit Augustinus in quæstionibus ex veteri testamento. c. 29.
168 § Nec hinc lōgè abhorret quòd scribunt Plutarchus in Problematis Romanorum, ca. 10. & Aurelius Macrobius cōuiuiorum Saturnaliū libro primo. c. 16. [& Festus Pompeius in verbo lustrici,] veteres Romanos maribus nono die, fœminis octauo nomina imponere solitos, [eosque dies dicit ipse Pompeius ob id fuisse vocatos lustricos siue lustratos.] addit autem Plutarchus hoīs rei rationem, quam breuitati studētes prætermisimus. Aristoteles autem lib. de natura animalium 7. c. postremo, scribit nato infanti ante diem à natiuitate septimum, nomen nō imponi. Sunt & qui scribunt Athenis decima die id fieri solitum, qua quidem congregatis cōsanguineis & amicis peracta re diuina [splendidum] parabatur conuiuium, quod vocabant, *δεκάτην ἑστιᾶν*.
169 § Sed vt exusto diuerticulo redeamus in viam, illam glo. in d. §. quinetiam, sequitur etiā Bald. in l. 3. §. in nouissimo, col. 2. versi. quæro nū quid infans. C. de cadu. tol. & Pau. Ca. consi. 191. visis & diligenter examinatis, col. 2. lib. 2. & Iacob. à sancto Georg. in tractat. feud. in verbo, & fœminis, colum. 2. [Fran. Cur. iunior in 1. parte. 3. pat. prin. col. pen. versi. 27.] & Steph. Bertr. quī & hoc dicit communiter obseruari, consi. 276. Christi, & c. viso casu, col. 1. lib. 1. & Cep. causarum ciuilium consi. 50. in causa quę vertitur inter dominam, col. pen. vers. circa secundum. [& Zazius in epitome Feudorum, in 8. parte in 2. parte conclusione 2.]
170 § Et sicut natus non videtur, qui statim mortuus est, ita nec contrà mortuus esse censetur, qui statim ex morte ad vitam reuocatur, id quod planè Christi domini nostri auctoritate probatur, qui Io. 11. c. asserit Lazari infirmitatē non esse ad mortem, quamuis ex ea mortuus sit, quoniam scilicet haud multò post ab ea esset suscitandus. De qua re Accursius differens in l. ex his. ff. de legib. tradit ipsum Lazarum debuisse bona sua recuperare, quia non videbatur mortuus fuisse, qui tam citò resurrexit, per l. 3. ff. de diuort. vbi non videtur vxor à marito diuertisse, quę breui ad eum rediit. & illam glos. sequūtur Bart. Alberic. Bald. & alii ibi. Rom. & Flo. in l. seruitutes. §. si sublatum. ff. de seruit. vrba. prędi. Ang. in l. debitor. C. de senten. pas. [idē Ang.]

Imol.& Alex.qui addunt concord.in l.si marito.ff.sol.mat.Cui adde glos.ibi similem in l.seruus effectus.ff.de actio.& oblig. & Bartho.Brix. in suis quæstionibus dominicalibus,quæstio.54. esto quod aliquis sit resuscitatus[Io.An.in c.fraternitatis,colum.2.in verbo,miraculum,& ibi latè Cardin.Alex.de frig.& malefic.Alberic. id latè disputante post alios ibi per eum allegatos, in l.inter stipulantem.§.sacram,col.2.versic.expeditis oppositionibus.ff.de verb.oblig.& io l. quod dicitur,post Dyn.ibi col.vlt.versic.vltimò colligit.ff.de impeo.in te.dotata. fact.] & Bal.in l.intercidit,& ibi etiam Paul.Cast.ff.de condit. & eundē Bal.[in repe.l.1.col.vlt.versi.item inci dit.C.de sacrosanct.eccles.& in c.1.col.2.versi. in glos.no.ergo,de electio.]& Barth.à Scarampis inter consil.Alber. Bru.consi.112.casus super quo,col.vlt.& cōsi.seq.venerabilis domine, post princ.In quibus etiam omnibus propè locis comperies, an debuit vxorem suam recuperare.de quo & per glos.& Archi.in c.licet.22. q.7.[Fredet.Senen.consi.26.casus talis est, qui dam est ingressus, col.2.Ro. in rub.ff.sol. matr. col.4.versi.an resuscitatus, in.1.lect. & iterum in 2.col.7.versi.sed quid de resuscitato.] & Firmia.in tractat.de episcopo, in 4.part. 8. partis principalis,lib.4.io 4.quæstio.De quibus etiam vide Guil.Laud.in extra.suscepto,in verbo, vacantium,[vbi tractat,an resuscitatus recuperet beneficium Bald.consi.243.qo idā nobilis,co.j. lib.1.& Alber.in l.adeo.ff.de acquir.rer. dom.] Panor.in d.c.fraternitatis.Rom.in rub.ff.sol.matri. io vtraq; lectura.Iac.Zochi in rubr.extr.de sponsal.Franc.Pani.in tract.de offi.& pote.capi. sed.vac.in vltima parte præludij,col.2.

171 § Facit & quod in simili dicimus, non considerari translationem dominij, quæ momento durat.l.vlt.§.vlt.in fi.C.de bonis quæ liber.& not.Bar.in l.vlt.ff.de condit.insti. & Angel.io l.voluntas,ad fi.C.de fideicom.vbi ex hoc dicit, quòd prohibitus alienare extra familiam, poterit tamen alienare ea lege, vt incontinenti debeat restitui familiæ;quia non dicitur tunc alienatio fieri extra familiam', quæ momento est penes illum duratura,ar.d.l.vlt.§. fin. quem ad hoc dicitur not.Id quod sequitur Iason[in l.vlt. col. antepen. versic. & vltra allegata. C. de inte emphyteut.vbi id dicit sing.&]in l.filiusfa.§.diui,in ij.lect. colum.x. versic. quartò limita, vbi & ad hoc allegat tex. quem dicit not. in l. cogi. §.hi qui solidum.ff.ad Trebel. sequitur etiam,ac commendat Barb. in l.4.§.Cato,col.21.versic.& adduco.ff.de verb.oblig.vbi & idem dicit de vas salo ita alienante feudum, vt confestim ad eum reuertatur,ita per hoc limitans text.in ca.1.tit. quid io tis sit si post ali.feud.vas.id recup.vbi de hoc latissimè per Card.Alex.qui alios eiusdem sententię citat.Et de emphyteuta voluere Rom. in l.sequitur.§.item Labeo.ff.de vsucap.& Ant. in c.potuit,colum.1.ext.de loca.& Iason in l.3. col.45.C.de ior.emphyte.& Hippo.Marsil.consil.136.consului proximis diebus, col.3. versic. confirmantur.

172 § Sed tu præter supradictos qui negant considerari momentaneam translationem, adde ipsum Angel.consi.34. Constantinus, col.1. vbi adfert multa similia.& Paul. Cast.in l.frater col.7.& ibi Ias.col.2.ff.de condi.indeb.& Barb. in rub.de reb.eccles.non alien.& con.12.scribitur apud Prophetam,col.14.versic.modo restatur,lib.1.& Soc.consi.177. suprascripti, col.31 versi.secundo respondetor,lib.2.Ideo licèt non valeat donatio inter patrem & filiumfa.& inter virum & vxorem.l.2.C.de inofficios. donat. & ff. & C. de donat. inter vir.& vxor.per.totum. valet tamen si ita fiat, vt apud donatarium non maneat,sed illico ad alium transferatur.l. si consentiente.C.de donat.ante nupt.& l.profectitia. §.pen.ff.de iure dot.& l.si vxor marito,& l.Sulpitius.ff.de donatio.inter virum & vxor. & voluit Bar.post. Aretin.in l.2.§. si vero pater,colu. 1.ff.de donat. & Roma. in l.si donatione.C.de collatin.

173 § Ad quod etiam benefacit & quod dicitur à nostris quòd si legetur alicui aliquid, cui etiam dispositione legis quippiam debetur, censetur id legatum factum animo compensandi.l.si cùm dotem.§.si pater.ff.solut. matr. cum multis concord. à me latè congestis in nostris consuetudinibus titu.26.§.8.in princ.id tamen procedit cùm legatum debet manere apud legatarium; secus si alteri sit restituendum, tunc.n. non habet locum compensatio secundum Dyn. Bart. Bald.Ang.& Alex.in d.§.si pater.Io.Petru. Franc.Aret. Corne.Iaso. Philip.Decis.& Franc. Pep.in auth.præterea. C.vnde vir & vxor.Bene. Cap.consil.143. cum de pluribus.colum. 2. Ad quam sententiam allegant tex. in d. l.cogi. §. hi qui solidum.ff.ad Trebel.& in l.sed & si mortis. §.item si quis.ff.de legat.præstan.& in d.l.vlt.§. vlt.C.de bon.quæ liber.& in d.l.Sulpitius.ff. de donat.inter vir.& vxor.& in l.vxorem. §. pater naturalis.ff.de legat.3. Id quod intelligunt omnes doct.in d.authen.præterea, quando restitutio fit incontinenti,ita vt is cui fuit legatū, nullum ex eo sit habiturus commodum; secus si ex interuallo. Nam commodum illius modici temporis imputaretur siue compensaretur,ar.l.in lege falcidia non habetur.ff.ad leg.falcid.& in l.in quantitate.§.magna dubitatio,versi. in diem. e. tit.& in l.mulier.§.si hæres,vers.alia causa est.ff. ad Trebel.& not.in l.in fideicommisso,eo.tit.& facit text.à contrario sensu in d.l.sed & si mortis.§.item si quis, dum ibi dicitur, quòd emolumentum ad eum pertinet. & in d.l. Sulpitius. Sed nullus ad id est melior apertiorque text. quàm in l.generaliter.§.cui legatum.ff.de fidei com.liber.vbi si mihi legatum sit relictum,& id rogatus sim Titio cōfestim restituere, & præterea libertatem seruo meo præstare,non esse cogendum

gendum me ad libertatis præstationem; quia nihil pretij nomine videor accepisse, cum id cófestim alteri cogar restituere. Quod si fuerim rogatus post tempus restituere legatum mihi relictum, cogendum me seruum manumittere propter medij temporis fructum.

174 ¶ Facit idem quod tradit Bald. in l. quoniam nouella. C. de inoffic. testa. quòd licèt cùm pater instituit filiam iam dotatam in legitima, debeat intelligi dote computata, per tex. ibi, & in l. omnino. §. imputari, eod. tit. hoc tamen procedit, nisi dos ipsa priùs data non sit permansura apud filium, quia pater stipulatus est eam sibi reddi, vt hæredibus. & sequitur Bened. Cap. vbi suprà, quod & similiter intelliges, vt in præcedēti diximus. Facit quoque tex. in l. cum dotē maritus. ff. ad leg. Falci. vbi si dotem maritus alicui legat ut vxori restituat, non habet locum lex falcidia. Et ex hoc not. Paul. Cast. ibi quòd falcidia non detrahitur ab eo cui ita legatum est, vt piæ causæ restituat; quod etiam voluit Bal. in l. auia. §. Titio, per illum tex. ff. de condi. & demon. cū multis concord. à me collectis in nostris commentariis priuilegiorum piæ causæ. in 26. speciali. Facit denique quod scribit Bald. in l. hac edictali, in princ. col. 2. versi. nunc statim succedit. C. de secund. nup. quòd licèt vir aut mulier contrahens secundas nuptias non possit donare secundæ vxori plus quàm vni ex filiis primi matrimonii, per text. ibi, potest tamen ei donare aut relinquere vltra eum modum, si eum grauet de restituendo alteri, per d. l. cum dotem. ff. ad leg. falci. & d. l. Sulpitius. ff. de donat. inter virum & vxor. Et est etiam bonus text. à contrario in d. l. hac edictali, in fin. in prin. cum dicitur, omni circumscriptione, si qua per interposita personam fuerit excogitata, cessante. [& facit item text. in l. si fidei. ff. de legat. 3. vbi scribitur, si fidei meæ committatur, ut quod mihi relictum, erat suprà quàm capere possum, alii restituere, posse me id capere constat.]

175 ¶ Nec etiam consideratur, vt ad alia transeamus, pretium. quod etiam momento durat temporis, l. pretia. §. vlt. ff. ad l. falcid vbi & hoc not. Bar. & idem quoque Bartol. in l. si seruus, la 2. in prin. ff. de cond. fur. & in l. 1. col. pen. versi. item aduerte ad vnum. C. de sente. quæ pro eo quod inter. Nec solutio rei debitæ quæ momento durat. l. qui sic soluit. ff. de solut. vbi nō dicitur soluere, qui postquam soluit, incontinenti recuperat. Ita enim eum tex. intelligunt doct. Nec videtur versum, quod versum non durat. l. si pro patre. §. versum autem. ff. de in rem verso. vbi glos. allegat multa similia, quæ videre poteris cū multis simil. & concord. latè congestis ab Hippoli. Marsil. in repe. l. vlt. num. 155. & multis sequen. ff. de iurisd. omn. iudic. [& in l. 2. in fin. ff. quib. ex caus. in possess. eatur. vbi ita scribitur. Hæc verba, neque defenderetur παρασταστικῶς, ita scripta sunt, vt neque sufficiat vnquam defen disse, si non duret defensio. & tex. in l. j. §. quod ait prætor nisi. ff. quot. legat. vbi satisdatū accipere debemus, si perseueraret satisdatum.]

176 ¶ Quibus adde text. in cap. 1. extra de iudic. ex quo nota. Petr. Ancha. consi. 75. viso diligenter, colum. vl. quòd non videtur venisse, qui statim abit. nam, vt & ipse subdit, fingitur non fuisse in loco, qui manet breui tempore. l. ex facto. ff. de hæredibus instituendis, & l. seruis vrbanis. ff. de lega. 3. Quod approbat Fabius Quintilianus, si is est, declamatio. 16. Cuius sententia hæc est, eum penè non venisse, qui statim reuersurus est. [Quod & voluit Baldus noster, consi. 299. proponitur, in principio, lib. 2. per leg. Cæsar. ff. de publi. Sicuti] & è diuerso non videtur abesse, q statim rediturus est, [vt dicit ipse Petr. Anchar. consi. 90. considero etiam in fin. per dictam l. ex facto. Et facit etiam] l. cùm antiquitas, ibi, ex breui temporis interuallo. C. quemadmodum testa. ordi. vbi & hoc notat. Angel. qui etiā ad hoc allegat. l. si longiùs. §. filius. ff. de indic. & l. penultima, in fine. ff. de vaca. muner. Ex hocq; effici tradit quod scribit Innocent. in cap. prudentiam, extra de offi. delegat. quòd si causa pluribus delegatur cum clausula, si non omnes, &c. & vnus eorum breui est reuersus, non possunt alii sine eo procedere, tanquam ipse non censeatur abesse.

177 ¶ Sed & ex hoc fit, vt Salyc. in l. 2. colum. antepen. C. de peda. iudic. intelligat text. in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdictio. qui magistratui concedit alteri suam iurisdictionem, mandare, si is abesse cœperit, procedere in diuturna absentia, non etiam in breui: tanquam abesse non videatur, qui breui redire debet, per d. l. si longiùs. & eum sequitur Philip. Dec. in dicta l. prima, colum. 17. versiculo vltimò notandum. Quin si magistratus abfuturus mandauerit, & postea ex absentia reuertatur, statim tamen reuersurus, non extinguitur delegatio, vt voluit Cy. in d. l. 1. in 7. 8. & 9. quæstio. & ibi quoque Alber. nullam illius mentionem faciens, col. 7. & Alex. col. 19. versi. in glos. in verbo, proficiscatur. & Deci. dicta colu. 17. in versi. eiusdem initij. & Fran Purp. chart. 21. nu. 60; . Et simile est quod scribit glo. in cap. si postquā, in verbo mente, de elect. libro sexto, quòd in casu illius. capit. non videtur recessisse, qui statim reuersurus est. quam sequuntur Archi. Ioan. And. Petr. Anchar. Domi. & Philippus Franc. Ex quibus Arch. Domi. & Fran. id not. ad præcepta quæ fiūt à iudicibus, ne quis recedat ex vrbe vel palatio. [& idem quoque voluit Io. Mo. in cap. vbi pernotum. col. 1. in verbo, pono de electio, lib. 6. & in c. cupientes col. 12. versi. sed quid si electus. eod. tit. & cæt. Et facit quod pulchrè respondit Rom. cons. 263. viso puncto cæterisque contentis, excusandum à falso testem, qui deposuerat se continuæ stetisse in ciuitate Lucana, cùm aliquot mensibus fuisset extra eam ciuitatem

tem ob pestem, quæ in ea erat, sed ea cessante confestim rediit.]

178 ¶ Et in hoc allegantur præteriuta præcedentia. l. si quis ita legauerit. ff. de condit. & demon. & l. præsens. ff. de procur. & c. sint tibi, de conse. distin. 5. Nam & per d. l. si quis ita legauerit, dicit Bald. in l. si pater. §. vlti. C. de instit. & substit. quòd momentum temporis non curatur. Et quod Hostien. & Ioan. And. scripserunt in c. ex parte, extr. de cleri. non resid. intelligentes eum text. quo est cautum, prælatum non residentem, qui vocatus venire noluerit, priuandum esse, & alium eligendum, vt scilicet nõ sufficiat ad euitandam eam pœnam, venire, & statim abire, quia perinde est ac si non venisset, per multa ex dictis iuribus. Et ex hoc quoque consuluit in pulchro casu idem Angel. consil. 270. statuto ciuitatis, vt ibi omnibus videre est in promptu.

179 ¶ Quibus concinit quod scribit Bart. in l. sicut. §. superuacuum, col. 3. versi. redeo ad ordinem. ff. quib. mod. pign. vel hypot. soluit. quòd si iudex alicui præceperit, vt domum exiret sub certa pœna, & is exiuerit, sed postea iterum ingressus est, incidit in pœnam, tanquam non videatur exiuisse, qui statim rediit. Et quod tradit Bald. in l. 1. col. 5. versi. quid de errone. C. de serui. fugi. quòd qui fugit è carcere, & post statim reuersus est, non punitur est statuto imponente pœnam fugientibus. quem sequitur Steph. Bertran. con. 61. nõ puto, in fi. lib. 2. & Hippo. Marsil. in l. is qui cum telo, num. 54. C. de sicar. & in repe. rub. ff. de fideicom, nu. 373. & consi. 122. clementissimi, &c. in præsenti causa, col. 1. versi. & ideo dicimus, lib. 2. Et hoc satis confirmat ꝙ scribit Bart. In l. quid sit fugitiuus. §. 1. ff. de ædil. edic. de eo qui primum fugit, tamen citatus cõparuit. quem sequitur Rom. in l. admonendi, colum. 24. & ibi quoque Franc. Curt. senior. colu. 46. vers. secũdò limitatur. ff. de iureiur. Et quod ab eodem Bald. scriptum est in l. 1. colum. 3. versi. sed quid custos. C. de ædil. actio. de eo qui exit è carcere causa voti cuiuspiam implendi, statim reuersurus, vt aufugisse non dicatur, quanuis custos qui id permisit, teneatur, nisi ex consuetudine excusetur. Et quod idem tradit in capit. 1. in prin. col. 1. ver. sed pone quòd vasallus, tit. quib. mod. feud. amit. quòd vasallus qui dominum reliquit in bello per momentum, & statim rediit, non punitur feudi amissione, secundũ illũ text.

180 ¶ Et quod à nostris traditũ est, ꝙ si medicus certa mercede promisit curare ægrotũ, qui curatus, vt videbatur, in eandẽ ægritudinẽ recidit, certè in dubio si statim recidit, nõ cẽset fuisse curatus à primo morb. ar. d. l. 3. ff. de diuor. & simil. Ideo nec eam mercedem habere debet, secus si longo post interuallo. ita enim voluit Pileus in 12. q. & Barthol. Brixi. q. 73. medicus quidam. & Dy. Ricar. Mal. Cy. Marti. Sylli. Ray. Bar. Bald. in vtraque lect. Alberic. Saly. & Pau. Castr. in l. Martius. ff. de loca. Specu. tit. de salar. §. vlti. post prin. Io. An. in c. contractus, in 2. quæstio. de reg. iur. lib. 6. in mercur. [Alberic. in l. contractus, nu. 7. ff. eod. tit. Bald. consi. 255. quidam fœnerator, col. 2. lib. 3.] Imol. Fran. Aret. & Barb. in l. si ita stipulatus essem abs te. ff. de verbo. oblig. Petr. An. Panor. Barb. & Felin. in c. presbyterum, extr. de homi. Hippo. Marsi. consi. 7. summi cæli, col. 2. versic. cum ergo in casu, lib. 1. Et quod item tradit Bald. in l. licet. C. de exceptio. quòd incontinenti recuperans possessionem, fingitur nunquam fuisse expulsus.

181 ¶ Huc quoq; vergit quod scriptum reliquerunt Dyn. Cy. Bar. Bal. & Saly. in l. seruus, per illum text. C. de pœnis, quòd si ciuitas fuerit cõdennata ad subuersionem murorum, si illis diruti iterum eos ædificet, non est satis factum sententiæ. debent enim manere destructi. quod & idem voluit Bart. post Dy. in l. si quis adulteriũ. §. 1. & ibi quoq; Ang. per illũ text. ff. de adulter. idem Ang. in l. in munerationibus. ff. de sol. & in l. si fideiussor. §. meminisse, & ibi etiam Imol. ff. de leg. 1. & idem quoque Ang. consi. 24. Constantinus, vbi & alia multa similia congerit. Pet. An. in c. ex literis, ext. de const. & ibi quoq; Feli. col. 8. ver. secũda cõclusio, & Philip. Dec. col. 4. versi. tertia conclusio. & idem Pet. An. in cap. commissa, in 5. not. de elect. lib. 6. & in c. 1. in 6. not. de vsur. eod. lib 6. & in c. felicis, in 7. not. & ibi etiam Philip. Franc. in prin. col. 2. versic. vltimò not. ibi reparetur, de pœnis, eo. lib. 6. Com. consi. 7. rudis & incomposita, colu. vlt. lib. 1. & Barb. consi. 22. Deum inuocent, colum. 6. lib. 3. Steph. Ber. consi. 232. addendo eleganter, ad fi. lib. 3. Quanquam Dom. in d. c. felicis, voluit contrariũ. Sed quis illi crederet aduersus tot talesque vtriusque iuris interpretes?

182 ¶ Adde & quod tradit Bald. post Iac. Are. & Oldra. in l. Titio centum, in prin. per illũ tex. ff. de cond. & demon. quòd si arbiter iusserit mihi fundum restitui sub pœna, & aduersarius restituerit, sed postea iterũ occupat, cadit in pœnam compromissi Cui germanum est quod scribunt Iac. Bu. Guil. Cu. Bart. Bald. & Saly. & Fulg. in l. sed & si possessori, versi. proinde. ff. de iureiur. quòd si quis condemnatus ex sententia ad rem restituendam, eam semel restituerit, si postea res ad eum redeat, poterit contra eum peti executio sententiæ, tanquam ab ea non sit liberatus, qui iterum rem recuperauit. & idem voluerunt Cyn. & Bald. subobscurè in l. si quis hæredem. C. de instit. & subst. & clarè ipse Bald. in in l. qui licitam, in princ. per illum text. C. vt lit. peti. & in l. debitori, col. 2. versi. sed videamus. C. de pactis. & in c. cum in cunctis, col. 2. versic. sed quid si habuit, ext. de elec. & in ca. significasti. post princ. extr. de offic. deleg. & in c. quærenti, post medium, eo. tit. & in §. si facta, col. 2. versi. extra quæro, tit. si de feud. fuer. cont. inter do. & agn. Ang. in l. permisceri, quæ est pen. §. species.

cies.ff.de acq.poss.Nicol.Neapol.& Imol.in d l. si fideiussor.§.meminisse.ff. de legat. 1. & Petr. An.in cle.ne Romani,de elect.Nellus inter cō. Paul.Ca,consi.204.præsupposito,col.2.versi.tertio domina,li.1.& ipse Pau.con.seq.ego. Pau.& Steph.Bertr.d.con.232.addēdo elegāter, n.14. vsq; ad fi.con.li.3.& Soc.con.133.p facto,colu. 3.versi.tertiò & vltimò,lib. 1.quod & repetitur in consi.174.lib.2.Hippol. Marsi. vbi suprà Fab.à monte sancti Sauini [in tract. de emptio. & venditio.] in 36.quæst.3.prin.vbi pro hoc dicit esse clarum text.in l.si quasi recepturus.ff.de pigno.actio.& in l.inter castellianum.ff. de arbit.& in l.2.§.dominorum.ff.de his qui sunt sui vel alien.iur.

183 ¶ Et licet multi renuerunt contrarium,vt paulopost dicemus;tamen illud haud dubiè verum est,cùm restitutione facta,res incontinenti reuertitur ad condemnatum,vt voluerunt Imo. Paul.Cast.Rom.Alexan.& alii recentiores in d. §.species.Paul.Rom.Alex.& Iason in d.l. sed & si possessori.quam Iason legit cum §.si petitor.in d.l.nam postea.Paul.in d.l.Titio centū,in prin. ff.de condit & demon.& Fran.Are.in d. l.si fideiussor.§.meminisse,col.vlt.ff.de legat.1.Corne. consi.59.placet in hac consultatione,col. 1. lib. 3.& Barb.in d.cle.ne Romani,col.102.in paruis versi.nota quòd constitutio, vbi ad hoc allegat glos.in c.quoniam,ext.de offic.delegat.& in ca. commissa,de elect.lib.6.

184 ¶ Nec in ordinario tantum iudice id obtinet,sed & in delegato quoque, qui licet postquam tulit sententiam,functus sit officio, præsertim si eā semel fuerit executus. l. iudex.ff.de re iudic.& c.in literis,extra de offic.delegat. tamen statim executione facta victus rem iterum occupat,potest ipse iudex delegatus iterum cognoscere,& suam exequi sententiam, vt voluit glos.in d.c.quærenti,in verbo,ad integrum annum,extr.de offic.deleg,quia non videtur, in-quit,possessionem adeptus,qui eam statim amisit.l.non videtur.ff.de acquir.posses. & ar.l.2.§. peruenisse,& §.illud.ff.de hære.vel acti.vend. Et illam glos.sequuntur Ioan.An.& Panor. ibi. nā non videtur.vt ipsi dicūt,iudex fuisse executus, ex quo incontinenti executio fuit perturbata, ar.c.diuortiū,de pœnit.dist.1.& d.c.1.de iudic.

185 ¶ Neq; interim silentio prætermittenda est alia glos.huc etiam pertinens,in d.c. commissa. §.annus autem.in verbo,pacificam, de elect.lib. 6.quod non videtur adeptus fuisse pacificam sacerdotii,aut vt nostri vocant,beneficii possessionem,qui statim ex ea fuit deturbatus. Ideoque non ei currere tempus anni præstituti ad ordinem presbyteratus,per d.c.nam & ego, de verbor.signi.& d.c.diuortium, & d.§. versum autem. & alia quæ allegat. & eam glos. ibi omnes communiter approbant.

186 ¶ Deniq; hanc sententiam in casu nostro adiuuat legis ipsius ratio, quæ est præsumpta mens donantis,qui scilicet si cogitasset de futuris liberis,verisimiliter non donauisset, nec extraneos liberis antepofuisset, vt abūde diximus suprà in præfatione l.nostræ.Quæ quidem ratio siue ea præsumptio in hac specie, de qua loquimur,locum non habet.Nam si cogitasset de liberis statim viuo ipso donante morituris, non propterea donatione abstinuisset. Ergo nec isti liberi reuocant.

187 IN DIVERSAM tamen sententiam vrget text.in l.hæredibus,in princ.ff.ad Trebel. vbi fideicommissum ita factum, si grauatus viuos liberos non educauerit, deficit procreatis duobus liberis,licet moriantur ante patrem. Et text.in l.cùm vxori. C. quando dies legat. ced. vbi cum vxori vsusfructus fundi legatur,& eius proprietas,cùm liberos habuerit,nato filio, statim proprietatis legati dies cedit, nec quicquā obest,si is decedat.Ideo illum text.ita summant, vt nostri loquuntur,Bal.& Corne. sufficit quòd conditio in momento temporis fit impleta. Et text.in l.si quis hæredem.C.de instit.& substit. vbi si quis hæres institutus fuerit sub ea conditione,si filia eius nupta fuerit,aut simili, fatis est filiam nupsisse,etiam si matrimonium nō durauerit,quia fortè filia à marito diuertit. Et ideo omnes propè doc.ibi not.fatis esse conditionem casualem vel mixtam semel fuisse impletam; licet non durauerit. Glos. autem ibi generalius not.sufficere factum fuisse, licet non duret factum.Ex quo Cy.Alber.& Bal.ibi colligunt, quod si ex pacto mulier debet lucrari dotem, si liberos susceperit, fatis est liberos eam suscepisse. quanuis ij statim sint demortui. Id quod etiam voluit idem Alber.in 2.parte statutorū,q. 108. statuto cauetur quòd mortuo marito. Sed & ex eo.text.not.Bal.in l·precibus,colu. 2.in 3.oppo. C.de impub.& aliis substitu.quòd in conditionibus accipimus principium primæ existentiæ, & non curamus successum eius.

188 ¶ Facit text.in l.ex facto.§. si quis autem susceperit.ff.ad Trebel.vbi ea conditio, si decesserit sine liberis,deficit relictis liberis, etiam si momento superstites fuerunt patri. & ita dicit per illum text.Bald.in d.c.1.§.quinetiam. versi. quarto quid si masculus,& ibi etiam Aluar. col. vlt.tit.epi.vel abba. quod reputat sing. Iason in d.l.si quis hæredem,col.2.ver.ad idem secundò C.de inst.& subst.& in l.inter stipulantem. §.sacram,col.8.versi.ex aduerso.ff. de verbo. oblig. & consi.51.Aluisius,col. vlti.lib. 3. vbi id dicit sing.& consi.66.nobilis miles,col 6. versi. moueor in primis,eo.lib.3.Sed & idem voluit ipse Bald.quem Iason non allegat,in authen.sed & si quis,colum.2. versi. præterea natura conditionum.C.de secun.nupt. & in l. cùm acutissimi, col.2.ver.ibi,qui sine filiis. C. de fideicom. vbi & ex eo dicit,quòd in casu d.l. cùm acutissimi, ex qua & similibus deprompta est l.nostra,vt diximus suprà in prin.præfati.fatis est filium grauatum

uatum reliquisse liberos etiam si postea morian tur, vt faciant cessare substitutionem illius l. Et idem Bald. consi. 57. item instituo, colum. 1. lib. 2. & Alexan. consi. 139. circa primum dubium, col. 2. versi. sed præmissis, libr. 6. & Philip. Deci. consi. 139. viso puncto in quo, col. vlti. & Cepo la cansarum ciuilium consi. 50. in causa quæ vet titur inter dñam, col. pen. versi. circa secūdū, vbi & auctoritate illius text. respōdit sing. infantem extractū ex vtero matris mortuæ, & qui illico decedit, ita succedere ipsi matri suæ, vt hæredi tatem ad patrem suum transmittat, exclusis con sanguineis matris. Adde, & tex. in l. quidam in testamento, in princ. & iterum in l. rogo. ff. de fideicom. liber. vbi libertas data sub conditione, si hæres seruum alienauerit, competit confestim quàm alienatus fuerit, etiam si hæres eum rede merit, cùm semel, vt dicit vtraque l. conditio extiterit. & text. in l. maritus. ff. de locat. vbi suf ficit domum quam ædificandam quis promisit, semel esse ædificatam, licet postea cadat. Et quod notat. Bald. in l. si paterfam. column. 2. versicu. ex prædictis. ff. de hæred. instit, per eum tex. iuncta. l. placet. ff. de acquir. hæred. quòd sufficit quem esse momento hæredem, ad exclusionem substi tuti vulgaris.

189. ¶ Adde inquam pulchrū tex. in l. vlt. C. de indic. vidu. vbi relictū factū mulieri sub ea cōdi tione, si vidua erit, vel viro, si ad cœlibatum per uenerit, debetur cū vir erit, viduus, aut mulier, etiam si in viduitate non perstiterint. Et ita illū tex. intelligit Bald. ibi, in 2. not. & Pau. Cast. qui illū dicit sing. refertque ꝙ cùm aliquando super ea re esset quæstio Venetiis, decreuissentque iu dices diffinite cōtrarium moti ex intentione te statoris, quam dicebant huic rei aduersā videri, viso eo. tex. quem Pau. ipse illis allegauit, in ad mirationē versi, à proposito destiterunt. Sed & idē per illū tex. voluit Bal. in l. Titius, in prin. ff. de excus. tuto. vbi aliud dicit fore si ita relictum esset, donec vel quousq; vidua fuerit. & consil. 42. præmittendum est ad euidentiam conditio num, libr. 5. & Angel. qui latè eam rem distin guit. Imol. Alexand. Raph. & recentiores in l. in substitutione. ff. de vulg. & pupil. & idem An gel. etiam distinguens. d. cons. 34. Constantinus, colum. 2. & vlti. & Ant. Andarellus inter consi. Paul. Castren. consil. 184. ex facto proponitur, libr. 2. & ipse Paul. cons. seq. suprascriptius. [facit & text. in l. 3. §. sed & si stante. ff. de libe. & post hum. ex quo no. Bald. sufficere, vt secundum te stamentum momento valeat, ad hoc vt rumpa tur primum testamentum.]

190 ¶ Et per quædam ex illis cursibus consu luit Oldra. consi. 21. thema tale est, testator ha bebat fratrem. & iterum consil. 141. thema tale est, dominus G. quòd substitutio facta sub con ditione, si institutus nō habuerit liberos, expirat natis liberis, & iisdem statim mortuis. & idem voluit eadē penè verba adscribens, licet nomen illius tacuerit, Io. An. ipsius discipulus, in addi. Spec. tit. de test. §. in primis, ad fi. Cy. in d. anth. sed & si quis, in fi. C. de secund. nupt. Bal. in l. vl. col. 8. versi. 25. quæritur. C. de hære. inst. & cons. 56. an pater qui fecit legitimari, col. 2. versi. viso quōdam capitulo, lib. 2. & Raph. Fulg. consil. 46. Andreas de luca, versi. nec rursum prædictis offi cit. Et Pau. Ca. in d. l. ex facto. §. si quis autē, col. vlt. ff. ad Treb. in lec. Paduana. & in d. l. in substi tutione. ff. de vulg. & pup. & consi. 324. super se cundo puncto pro declaratione, col. 2. versi, idē dicendū est, & multo magis, lib. 1. & cons. 97. ne impropriis vtamur vocabulis, col. 2. versic. prima fuit facta, lib. 2. & Pan. consi. 40. venio ad primū dubiū, in 2. dubio. li. 1. Alex. qui nullū horū me morat, consi. 31. ponderatis iis quæ in themate narrantur, col. 1. versi. & quamuis post mortē, li. 3. Ias. in d. l. si quis hęredē, col. 2. versi. item facit regula. C. de instit. & subst. & d. cōsi. 51. Aluisius col. penul. versi. aggredior secundum. lib. 3. & d. consi. 66. col. 6. versi. moueor in primis, eo. li. 3. & consil. 68. viso themate, colum. 8. versic. secundò respondetur, eo. lib. 3. [& Car. Rui. consi. 131. in themate, col. 3. nu. 4. lib. 3.] & Philip. Dec. consi. 13. substitutio facta, col. 2. versi. & licèt liberi. & consi. 205. in causa istorū nobilium, col. pe. ver. nō ob. quòd in sequentibus. & consi. 218. in ca su ad me trāsmisso, col. 2. vers. vlterius, & seq. & consi. 269. cōsultus, col. pe. versi. venio igitur ad secundum. & consil. seq. Dominus Raynaldus, col. 1. versi. & vlterius. & consi. 287. in ciuitate, col. 1. & 2. & consi. 291. visis, col. 3. ver. venio igi tur. & consi. 323. cùm sit quòd nobilis vir, colu. 2. versi. venio ad secundum. & consi. 377. visis & diligenter consideratis, col. 1. & consi. 384. in ca su proposito, col. vlt. & consil. 414. viso eleganti consilio, colum. 2. & consil. 427. licèt in casu, in prin. & col. 2. versi. & respondendo. & Steph. Bertr. consil. 108. Christi, &c. viso casu, lib. 1. & consi. 217. Christi &c. cognito casu, in princ. eo. lib. 1. & consi. 222. ex propositis, etiam in prin. eo. lib. 3. & consi. 367. Christi. &c. viso consulta tionis themate, col. 2. versic. & licèt testamentū, lib. 1. & consi. 300. supposito, nu. 1. lib. 3. De qua re latissimè per Iason. in d. l. si. quis hęredē. C. de instit. & substit. Et idē in omni alia conuentio ne aut pacto in casu nō existentium liberorum. Nam si tēpore mortis existant liberi, licèt postea moriantur, deficit conditio, quia sufficit eos se mel extitisse, vt scribit Angel. in §. quoniam in firmas, per glos. ibi in authen. de nupt.

191 ¶ Hanc quoque partem confirmat quod in multis locis asserit Accursius, obligatum ex contractu vel sententia ad rem tradendam, si eam semel tradiderit, esse liberatum, nec uiuiscere obligationem, etiam si ea ad illum denuo reuertatur. Ita enim scribit gl. in l. ab em ptione, in gl. magna & ibi Bar. col. 2. ff. de pact. & in l. si cum fundum venderes, in verbo, tradat. ff. de contr. empt. & in l. 3. §. vnde vi, in verbo vendicare.

vendicare.ff.de vi & vi armat.& in l.Claudius,in glo.1.post medium,&ibi Bar. ff.qui por. in pig. hab.& in l.Pomponius.§.sed & si is,in verbo,de rato.in fi.ff.de procur.& in authen. sacramenta, in gloi.pen.C.si aduer.vend. Quod & idē volue runt Iac.Aret.Bart.Imol.Pau.Ca.Rom.& cæteri recentiores in d.l.permisceri, quæ est pe.§.species.ff.de ac.possess. Bar.Bal.Ang.Pau.Castr.Rapha.& Alex.in d.l.fideiussor.§.meminisse. ff. de leg.1.Pet.Iac.tit.de cond.ex leg.quæ pro re don. comp.col.2.versi.item rectè dicitur. Ange.in l. qui restituere.ff.de rei vend.& in l.sed & si possessori,in princ.ff.de iureinr.& d.consi.34. Constantinus,col.2.Pe.Anc.in cle.ne Romani.§.porrò,de elec.Pau.Ca.in d.l.qui pendentem, per illum tex.ff.de acti.empt.Barb.consi.22.Deum in uocent,col.v.iunctis seq.lib.3.Corn. in l. si quis hæredem,col.2.C.de instit.& subst. & Lanfran. in tract.de arbitris,in 41.quæstio.vlt.partis prin cipalis[& Iason in §.actionum,num.148.Insti. de actio.]Et facit tex.in l.à diuo Pio.§.si post ad dictum,ff.de re iud.& in l.Nesennius. §. fundū iunctis nota.per doc.maximè Iaso.in 1.not.eod. tit. Nam & generale est actionem aut obligatio nem semel extinctam non reuocari, etiam si res redierit ad priorem statum.d.l. inter stipulantē. §.sacram,ad princ.ff.de verb.obl.l.qui res.§.areā ff.de sol.l.Meuius.§.duobus.ff.de legat.2.c. quæris,de consec.dist.4.cum simil.[vide Bart.in l.in numerationibus,ad fin.ff.de solutio.& cōs.281. præcepit arbiter.]

192 ¶ Nec minùs ad hanc partem facit, quòd si causa semel suum effectū produxerit, ea postea cessante, non tamen cessat effectus.l.vlt.in prin cip.ff.de solu.cum multis simil.à me latè cumulatis[in nostro tractatu,cessante causa.] in 8. limitatione.Ex quibus vnum tantum repetā,huic loco, quo de liberis natis & postea mortuis disputamus,accommodatissimum. Id autem est,ꝙ excusatio tutelæ ob liberos, non irritatur si liberi postea moriantur, vt latè voluit Io.An.in cap. decet,de reg.iur.lib.6.in Mercur.per multa iura & rationes. & ita dicit fuisse decisum in publica disputati,& consultum à præstantissimis doc. & id sequitur Bald.in quibusdam addi. quas ibi fecit ad ipsum Io.An.& Alber.etiam ibi. nam & is regulas iuris canonici commentatus est, quo in loco illam Io. An. disputationem ad verbum retulit.& rursus idem Alber.in l.a.in princi. ff. de excus.tut. vbi dicit ita se ex facto obtinuisse, & ibi quoque Bald.scilicet in §.non solùm, eiusdem lib.2.[Imol.consil.77.visis ac ponderatis.] & Marti.Laud.in tract.de fisco.conclu.198. habens priuilegium,vbi etiam dicit ita se obtinuisse. Fulg. consi.52.quidam Antonius, col.2.ante fin.Paul.Cast.in l.si cum dotem. §. si maritus. ff. sol.mat.Io.Ana.consi.105.eodemq; vltimo,circa dubium oblatum. & Iason qui ad hoc multa allegat contra Alex.qui ibi solus omnium tenet contrarium,in l.sciendū.§.vlt.ff.qui satisd. cog. Phili.Dec.in auth.præterea,ad fi.C. vnde vir & vxor.& in l.vlt.in fi.prin.ff.si cert.pet. & in l. in omnibus.ff.de reg.iur.& in ca.cùm cessante, de appel.vbi hoc reputat.no.& consi.24.mulier cui propter inopiam,col.1.versi. quintò accedat. & Hippol.Marsil.in l.etiā,colu.1.ff.de quæstio. Et Alex.ipse qui est in hac specie alterius sententiæ, vt diximus,tamen dicit in d.l.a.§.non solùm, in addi.Nicol.Neap.quòd hanc & iudicando & cō sulendo sequeretur;sicuti etiam dicit Soci.in d. l.sciendum.§.vlt.ff.qui satisd. cog. Et pro ea etiā videtur esse tex.apertus & expressus in ea ipsa l. 2.§.oportet,in illis verbis,neque rursus nocent, qui postea moriuntur.quem Albe.hic allegat ad casum nostræ quæstionis.

193 ¶ Sed & huc spectat quòd à Bald.proditū est in l.si quis posthumo.§.1.col.vlt.in princi. & ibi etiā Franc.Aret.col.pen.ff. de liber. & posth. quòd si ex statuto masculus expellat fœminam à successione, sufficit masculum fuisse momento temporis, vt fœmina perpetuò maneat exclusa. & idem voluit ipse Bald.in l.in quibus, colu.2. versi.sed hic occurrit alia quæstio.C.de secund. nupt.& Anto.consi.20.nulla mulier.Fran. Aret. [in l.si is qui,col.2.ff.de vulg.& pupilla &] cōs. 50.copiosè & eleganter,col.3.versic.vnde videmus.Soc.consi.114.præsens consultatio,colu. 2. libr.4.Philip.Dec.consi.309.viso puncto, col.2. versi.sed tamen dictus Iason qui hoc dicit singu. in d.§.sacrā,col.8,versi.secundò facit.& in l. antepen.col.2.in prin.C.de instit.& substi. Georg. Nat.in repe.c.quanuis,in 26.eademq; postrema q.2.q.ptinc.de pactis,lib.6.Steph.Aufre.in dec. Tholos.q.459.item fuit quæsitum in filia dotata.& Catel.Cot.qui & hoc dicit sing. in memor. inci.momentum.& iterum memo. statutū quod extantibus masculis.

194 ¶ A quo non longè absunt qui simpliciter dicunt fœminā ob masculos semel exclusam,ma nere perpetuò exclusam,ēt si masculi moriātur, nisi statutū his verbis vteretur,donec,quousq;, quandiu masculi vixerint.Ita.n.voluit Bart. in l. vlt.ff ad Tert.& Bald.in authē.sed & si quis,col. 3.versi.& per hoc infertur.C.de secun. nupt. & in l.si pontionilla,& ibi etiam Corne.C.quando dies lega.ced.& in l.Gallus.§.& quid si tantū. & ibi etiā Angel.& Franc.Are.omnes ad §.ff.de liber.& posthu.& in l.si auus,& ibi quoque Saly. Paul.Castr.& Alex.C.de liber.prępter.& idē Bal. in l.videamus,in fi.in 1.lec.ff.quod met.caus. & d.c.1.§.quin etiā,ad fin.tit.epi.vel ab.& in ca.1. tit.de fili.nat.ex mat.ad morg.cont.& cōsi. 111. ad conseruationē,lib.2.& consi.361. cùm super fit,e.lib.2.& consi.215.verba legis municipalis, in j.dubio,lib.3.& consi. 267. proponitur quod Manfredinus,col.vlt.lib.5.Ang.cōsi.184. ex forma,col.vlt.& omnes penè doc.in d.l. si quis posthumos.§.j.ff.de lib.& posthu.Ant in c.Raynaldus,p tex·ibi,ext.de test.Pe.An.cōs.220.hęc quæstio iā vulgaris,in j.dub.[Imol.cōs.27.viso quodam

dam instrumento,post medium]Raph.Fulg. cõ sil.98.visis petitionibus,col.vlt.Paul.Cast. consi. 159.punctus istius quæstionis,col. vlt.lib. 2. & d.consi.191.visis & diligenter examinatis, colum.2.& iterum 4.versi.& idem esset,eod. lib. 2.& consi.290.visa supra scripta,col. 1. eod. lib. 2.& consi.300.viso quodam processu,col.2.eo. lib.2.Alex.consi.20.viso processu,col. [4.versi. nono & vltimo,& iterum col.seq.]versicu.non ob.sextum argumentum,lib.1.& consi.29.quoniam abunde,ante fi.eod.lib.1.& consi.43.consideratis,his,col.2.versicu.& idem tenet, lib. 3. quod reperitur, conf.54.lib.6. Bened. Cap.con sil.39.extant duo instrumenta,& consi. 71.puncto decessit quidam.Come.consil.404. rem arduam continet,col.10. versic. accedat ad hanc, lib.3.& consil. 160. licèt in hac consultatione, colu.1.& 2.lib.4.Franc.Aret.consi.143. visa cõ sultatione,per totum.& conf.159.viso puncto, col.pen.versic.circa secundum.Maria. in cle. vt hi qui,super verbo,donec,de æta. & quali.& cõ sil.5.præsens consultatio,col.1. versic. secundo loco præmitto.& Socci.illius filius consil.63. in causa vertente,col.2.& 3.& 5.lib.1.& conf. 92. circa primum, col. 10. versic. circa quartam dubitationem,eod.lib.1.& con.10.consideratis & bene pensatis,in princ.lib. 3. & consil. 33.circa præsentem consultationem,col.2.eod. lib. 3. & consi. 50.viso testamento,col.1.& iterum vlt. e. lib.3. Vital. Camb. in tract. clausularum,in rubri.quando filia repellitur à success. in princip. Philip. Deci. consil. 87.pro replicatione casus, in princip.& consi.331. quod est eiusdem prin cip. etiam in princip.& consi.414.viso eleganti consilio,col.2.Laur.à Palatiis in tract. statuto rum excludentium fœminas, col.3. versicu. sed quæritur stante hoc statuto.Iason.consi.230.testator fecit, col.6 comprobatur ista,lib.2.& cõsilio.66.nobilis miles,col.8.versic.confirmo, & secundò,lib.3. [Carol.Ruin.consil. 167. prima videtur,col.5.num. 11.lib.3.]

195 ¶ Et in feudis id quoq; obseruatur, vt cùm fœminæ non succedant extantibus masculis,satis est masculos semel extitisse, etiam si postea moriantur,vt fœminæ maneant perpetuò exclusæ,vt not. And. Iser.Bald. Aluar. & Card. Alex. in d.c.1.§.quinetiam, per illum text.tit.epi. vel ab.vbi ipse And. dicit etiam procedere, si masculus momento fuerit. [contra id quod suprà diximus.]& Calder.consi.4.tit.de feud. Rapha. Cum.consi.99. quædam possessio, in 2. dubio. Rapha. Fulgo.conf.8.dominus Petrus,post prin cip. & iterum consi.12. ad id de quo quæritur, in princip.Paul. Cast.consil. 29. visa supradicta facti narratione cum dubiis,in princip.lib.2. & d.consil.191.colu.4.eod.lib.2.Iac. Aluar. inter consi. feudalia.Alber. Bru.consil.65.super casu feudali.Alexand. consil. 29.quoniam abunde, in fin.lib.1.Philip.Dec.consil. 390.quoniam ex facto,col.3.& Franc. Cur. iunior in tract. feud. in 27. quæst. 3 partis. Aut.Rub.consil. 57.præsupponitur,post medium. [Zazius in epitome feudorum, parte 8. in 2.particula, paulò ante fin.] Sed hęc duo qualiter procedant, vide Pau. Cast.consi. 191. visis & diligenter examinatis, col.2.versi.ex his videtur,lib.2.[His autem duo bus conuenit, quod tradit Bald. in l. videamus, in 1.lect.in fin.per illum tex.ff.quod met.causa, sufficere filiam fuisse semel dotatam, vt perpetuò excludatur.]

196 ¶ Ad hæc si testamentum aut etiam legata fuerint tacitè reuocata, vel quia testator se de dit in arrogationem, vel quia legatam rem spon te alienauit,certè si postea factus sit sui iuris,vel in secundo casu rem ipsam alienatam redemerit:tamen testamentum manet irritum, & legata reuocata,nisi noua testatoris voluntas accesserit.l.qui ex liberis.§. testamento.ff.de bonorum possess.secund.tabul.& l.cùm seruus.ff.de adi. legat.quam ad hoc citat & dicit not.Bald.in l. qui post testamentum,col.1. versi.quęro quartò. C. de legat.

197 ¶ Quid plura? cùm tex. habeamus, quos vix possemus refellere, rumpi testamentum natiuitate posthumi præteriti, nec restitui si illico decesserit.ita enim scribitur in l.2. & iterum in 3.C.de posthu. hæred.instit.Idque etiam procedit si filius viuo testatore decedat. l. si filius qui in potestate.ff.de liber.& posthum.& l. qui vxorem.ff.de iniust.testa.& §. 1. Instit. de exhæred. liber.& tradit etiam Caius iurisconsultus, si is est,lib.posteriore Institutionum,eodem.titu.de exhæred. liber.qui 3.est eius lib.post princi. Ex quibus planum fit, nec hîc quoque restitui donationem morte liberorum, quorum natiuitate reuocata fuerat.

198 ¶ Nec huic rei facit aliquod præiudicium. l.posthumus præteritus.ff.de iniust.test.quam su prà in princ.huius quæstio.attulimus. Nam ibi testamentum confirmatur æquitate quadã prætoria,quæ quidem æquitas hîc scripta non repe ritur.Ideo standum est regulę communi,quæ dicit contractum & aliam quamlibet dispositionẽ semel extinctam nõ reuiuiscere, sublata etiã extinctionis causa, præsertim cùm fauorabilius sit testamentum,quàm actus inter viuos.l.in testamentis.ff.de reg.iur.& c.cùm dilecti,extr. de donat. Ideoque & minùs debet trahi ęquitas in casu testamenti scripta, contra regulas iuris cõis ad actum inter viuos,per plenè not.in l. si verò. §. de viro.ff.solut. mat. Et id quidem maximè, cum in d l.posthumus, non simpliciter reconualescit testamentum, sed vt ex eo tantùm possit peti bonorum possessio secũdum tabulas, vt ibi nuncupatim scribitur, & nota. doct. & latè Bal. consi.215.testamentum,post princip.lib.4. [& consi.233.proponitur ꝙ dictus Antonius, post medium, versic.item quod posthumus,lib.5. & Angel.consil. 51.Simon notarius,col.2.versicu. sed quia dicta.] & Socin.consil.77.visis testamento

mento spectabilis,col.3.versi.& si dicatur posthumus,lib,3. Quæ quidem bonorum possessio non pōt cōuenire donationi,de qua tractamus.

199 § Item æquitas illius l.procedit, cùm venientes ab intestato sunt instituti,vt ibi not. Bar. & ex ea colligitur,cùm dicitur,si bonorum possessio data fuerit ei qui rem ab intestato auferre possit.& voluerunt etiam Bart.Ang.& Pau. Ca. in l.vxoris.C.de posthu. hære.insti.& Raph.Fulgo.consi.69.punctus talis est,Marianus, ante si. & Alex.in l.si pater,col.pen.C.de instit.& substi.& Philip. Dec.in addi.l.posthumo,col.eiusdem addi.vlt.C.de bonor.posses.cont.tabu.Imò verò tantùm,cùm filius testatoris est institutus, secundum Bald.consi.128.ad intelligentiá,post princ.lib.1.quod reperitur consi.113. proponitur quòd quidam,lib.5. Quæ res hìc non obtinet,vt interim omittam quæ circa intellectum illius l.scribit Alciat. lib. Paradoxorum tertio. cap.8.

200 § Quod autem præterea dictum est inter rationes prioris partis de cessatione causæ huius l.ob mortem filii,qui reuocauerat donationem,satis superque diluitur ex multis quæ diximus in rationibus posterioris partis. Nam cum in casu nostræ l. donatio reuocetur ipso iure, vt pleniùs postea dicemus in verbo, reuertatur, in prin.& ita omnino & integrè effectus sit cōsummatus & perfectus,non cessat cessante causa, vt suprà latè diximus.

201 § Sed & quod postea dictum est,non sufficere aliquid factum esse,nisi duret factum, nō perpetuū est, quin multas magnasque habet & distinctiones,& limitationes,vt per [Bart.cons. 181.præcepit arbiter]Bald.consi.42.præmittendum est,lib.5.& latè Angel. & Corne. in d.l. si quis hæredem.C.de instit.& substi.& eundem Angel.d.consi. 34. incip. Constantinus. & iterum consi.159.Corradus,Petr. Anc.in c.non potest,colum.2.versi.iuxta prædicta, de præbend. lib.6.& Corne. consi. 7. rudis & incomposita, colum.penult.versi.non obstat quod dicebatur, lib.1.& Barb.d.consi.22.lib.3.& hoc quoque satis liquet ex multis quæ suprà adduximus in hac posteriori parte.Ex quibus facilè potes intelligere,nihil illud hic obstare.

202 § Denique text.hic nostræ l.non obscurè sentit perpetuò reuocatam esse donationem natiuitate liberorum, quicquid postea contingat de morte ipsorum, cùm dicit, in arbitrio & ditione mansurum. Nam primùm cùm res redierit in ius & arbitrium donatoris, non potest sine aliquo ipsius facto aut culpa eadem re priuari, per l. id quod nostrum. ff. de reg.iur. Deinde id etiam apertè demonstrat verbum illud, mansurum, quod perseuerantiam denotat, & stabilitatem, vt euidentissimè probat illud Terentii in Hecyra. *Manere affinitatem hanc inter nos volo, si vllo modo potest.* præter illud Virgilianum lib.1.Aeneidos.

Manet alta mente repostum
Iudicium Paridis.

Et alibi in eodem lib.

Manent immota tuorum
Fata tibi.

Quo in loco Donatus interpres sentiēs vim huius verbi,sat erat,inquit,vt diceret,manent tibi fata:sed vt satiaret quod asserebat , addidit, immota.Sed & idem in Terentii Eunuchum illud enarrans,Vt maneam solus cum sola , ita interpretatur,remaneá,perseueremque in loco. [Sed nullus omnino locus id apertiùs ostendit,quàm illud Terentij.in Hecyra.

Ego Pamphile esse inter nos, si fieri potest,
Affinitatem hanc sanè perpetuam uolo.

Quam eandem sententiam paulo pòst repetit ijs verbis.

Iamdudum dixi, idemque nunc dico Lache,
Manere affinitatem hanc inter nos uolo .

Vides enim id quod primùm dixerat perpetuā volo, statim ijs verbis repetit,Manere volo, quasi idem omnino sit, perpetuam esse volo, & manere volo.]Vt interim prætermittam tex. apud nos id etiam comprobantem in l.aliud est capere,in prin.ff.de verbo.signi. vbi dicitur mansurum , quod ita ad nos peruenit vt non restitui postea debeat,& in l.vlt.in fin.ff.de liber. legat. vbi etiam probatur manere id quod durat. & in l.vlt.C.de Lati: lib.col. & in c. quia in omnibus,in fin.ext.de vsur.[Et facit tex.in l. Caio. §. vlt.ff.de alimen.legat.cùm dicitur perpetuò maneat,quanquam in diuersum trahi posset , & in l.in laqueum.ff.de acq.rer.dom.vbi desinere & manere sunt velnti opposita.]Igitur non maneret res donata in ditione & arbitrio donantis, si morte liberorum extra ipsius ditionem exiret.

203 § Et ne post tot tantasque rationes auctoritate etiam careamus, ita expressè in hoc casu, vt videlicet non confirmetur donatio per mortem filii,tenuit Albe.hìc in duobus locis[& in l.1.ff.de assignan. liber. dum se ad hunc locum remittit]Bar.post Marti. Fan.in l. Titia Seio. §. imperator,col.vlt.versicu. quæro pone filii sunt nati,& ibi etiam Bald.ff.de legat.ij. idem Barto. consi.235. Lapus fecit testamentum.Bal.in l.1. col.vlt.C.de inoffic.donat.& cons.167. quidam Franciscus tunc carens liberis,col.1.lib 5 Imol. in c.vlt.colum.vi.versic.quærit etiam Bart.extr. de donat.Pet.Ferrar.in tit.forma libel. quo agi. pro donat.in verbo,irreuocabiliter.col.4. uersi. sed circa hoc quæro.Corn.consi.176. in præsenti consultatione,colum.ult.lib.2.[& consi.234. placet mihi,in princip.lib.2. vbi id dicit procedere,etiam si incontinenti moriatur,]& consil. 4.dubia satis,colum.2.versicu. per quam rationem,iunctis iis quæ dicit colum.vlt.uersicu. nec obstat quòd donatio,lib. 3.Franc.Aret.con. 93. viso legato,col.3. versic.præterea si donatio.Socin.cons.126.quæstio præsentis consultationis,

col.

col.4.lib.2.Iaſon in d.l,ſi quis hęre dem, colum 3.verſicu.ad idem facit quintò. C.de inſtitut. & ſubſtit.& in d.l.in ſubſtitutione,colu.3,verſicu. ad idem bene facit.ff.de vulg.& pupil.& conſi. 66.nobilis miles,col.8.verſi,confirmo & tertio li.3.vbi id quoq; dicit procedere, etiam ſi filius illico moriatur.[Carol.Ruin.conſ.60.de re quidem,col.6.nu.17.libr.3.]Philip. Dec.in addi.l. poſthumo,col.eiuſdem addi.2.Ç.de bonor.poſ. cont.tab.& Steph.Bertr.conſi.83. Chriſti, &c. viſis tribus,,col.2.lib.2.& conſi.133.pro facilio ri,col.2.lib.4.[Paul.Pariſ.conſi.82.videtur dicẽdum,col.vlt.nu.61.lib.1.]

204 SVNT TAMEN & qui priorem illam partem ſecuti ſunt,vt videlicet rata maneat donatio,ſi filij poſt eã nati moriãtur ante patrẽ. & in his eſt Phili.Dec,ſibi cõtrarius, in l.precibus,col.5.ver.& pro iſta differẽtia.C.de imp.& ali.ſubſt,id dicens voluiſſe Bal.in dicta l.1.C.de inoffi.dona.& Pau.Caſt.in l.2.in fi.Cde poſthu. hæred.inſtit. quorum tamen prior contrarium nuncupatim tenuit, vt diximus in pręcedenti verſi.vterque autem aliud vnum ꝙ poſtea dicemus nu.212.ſed & hoc expreſsè ꝙ anſam præbuit Decio eos in hãc partẽ trahẽdi. Sed & hãc quoque partem ſecutus eſt Lancel.Gal in rep.l. Centurio,char.10.col.3.verſic.pro reſponſione poteſt dici.ff.de vulg.& pupil.ſubſt. vbi nititur reſpõdere ad l. hæredibus. ff. ad Trebel.ſuprà à nobis citatã,cui potiſſimũ innititur Bar.alterius partis anteſignanus ex Raph.Co.ſentẽtia, ſicut illic videre poteris.Neque enim diutius immorari ducimus in re ab omnibus ſtatuta ac iudicata.Ideo exploſa hac vnius aut alterius ſnĩa, frequentiorẽ ſequimus, quæ negat confirmari donationem morte filij.

205 EAM TAMEN multis modis intelliges.Primo,vt procedat modò fœtus natus poſt donationẽ ſit tẽpeſtiuus & vitalis,id eſt, vt imperitiores intelligãt, natus tẽpore legitimo, vt ſecũdum naturam poſſit viuere, videlicet ſeptimo mẽſe,vt medici aſſerunt, & iuriſconſulti eorũ auctoritate, in l.ſeptimo.ff. de ſtatu hominũ aut nono,quod cõmuni hominũ huius tẽporis ſententia eſt frequentiſſimum: aut aliis,de quibus mox dicemus. Quod ſi naſcatur ante ſeptimũ menſem,vel etiam in octauo,ideoque vitalis eſſe non poſſit,& Philoſophorum & medicorum teſtimonio,vt poſtea dicemus, & è noſtris aſſerit Bald.in l.ea quidem, column. 3.verſicu. ego verò in iſta materia. C.de accuſati. & cõſil. 128.ad intelligentiam,lib.1.& conſi.113. proponitur quod quidam, in fi,lib.5.Is certè nõ reuocat donationẽ,quemadmodũ nec rumpit teſtamẽtum,per tex.in l.quod certatũ eſt, quæ eſt 3.C.de poſthu.hære.inſtit. in illis verbis, ſi viuus perfectè natus eſt. Nam perfectè natus non dicitur, qui ita intepeſtiuè atque immaturè natus eſt,vt viuere non poſſit, per d.l.ſeptimo, in verbo, perfectum partum.Et ita de teſtamento voluerunt Paul. Caſtren. qui ſe dicit habuiſſe de facto in d.l.3.quam legit cum 2.& Alexand. [& Iacob.à S.Geor.] ibi, & Raph. Com. Chriſto.Caſtel.Alex.Io.Bap.à Sanc. Seuer. Lãc.Dec. & Iaſ.in l.ꝙ dicitur.ff.de lib.& pbſth. & Raph. Fulg.conſi.69.pũctus talis eſt, Marianus, col.2. Cepola cauſarum ciuiliũ conſi.50.in cauſa quæ vertitur inter dominã,col.pe. verſi,circa ſecundum,Soci.in l.cùm auus,col.antep.ver.ſed quæritur quid ſi grauatus,ff.de cond.& demon. vbi etiam loquitur in caſu illius legis quæ ad noſtrã proximè pertinet,& dicit ſe ita cõſuluiſſe:ſicuti fecit conſi.275.in cauſa fratrum,col.vlti.verſic: poſt abſolutũ conſilium, li.2.vbi dicit non eſſe ab hac opi.recedẽdum,licet Ang.tenuerit contrarium,in d.l.ꝙ dicitur,ſicuti etiã tenuit Bald. d.cõſ.128.col.2.lib.1.& d.cõſ.113.li.5.Corne. in d.l.3.& Steph. Bertran.conſil.217.Chriſti, &c.cognito caſu, nume.5.libr.1.[& Fel. in c.ſicut ex tuarum, ante fin.extra de homic.]Sed & priorẽ ſententiam tenet Philip.Deci. [ſibi contrarius,]in l.poſthumo,colum.3.verſi.prædicta autẽ.C.de bono.poſ.contr.tab.Hippo.Marſil.in l.vlti.nu.160.ff.de iuriſdi. om.iud.& ſing.106. qui de proximo,paulò ante fi.& cõſ.x.caſus dubitationis,col.9.verſi.& facit optimè, vbi id reputat ſingul.& Matth. Afflict.in dec. Neapo.q. 236.Petrus de ſãcto Iuliano,vbi ex hoc dicit ꝙ ſi mulier à patre dotata decedat relicto filio octimeſtri, & qui ideo ſtatim pòſt moritur, non cenſetur deceſſiſſe cũ liberis,nec tali filio ſuccedit pater in dote materna,ſed pater mulieris poteſt repetere dotẽ,ac ſi nulli ei mulieri liberi nati fuiſſent.Nã ille filius octano mẽſe natus, pro nõ nato habetur.Et ita dicit fuiſſe deciſũ in ſacro Neapo.conſi.Idẽ quoque Alciatus alterum noſtri tẽporis decus,in l.qui mortui.ff. de verb. ſigni.[& Bauer. & Viglius Phryſius in §.poſthumi,Inſt.de exhæred.liber.& nouiſſimè longo tẽpore poſt meam priorem editionem Paul.Pariſien.Card.digniſſimus conſi.56.agitur, colu.2. liſi.2.]Et facit ꝙ dicitur à Paulo iuriſconſulto, ſi is eſt,lib.4.ſententiam,titu.de inteſta. ſucceſſione: Matres tã ingenuæ quàm libertinæ ciues Romanæ, vt ius liberorum conſecutæ videantur, ter & quater peperiſſe ſufficiet,dummodo viuos & pleni tẽporis pariant,[Quòdque tradit Bald.in l.cum proponas,col.vlt.C.de hæredi.inſtit.fieri non poſſe per rerum naturam vt abortiuus hæres eſſe poſſit.]

206 ¶ Ego ſanè cum priori illa teneo,tum per illum text.in d.l.quod certatum eſt. tum etiam per alium text. expreſſum in l.2. C. de poſthu. hæred.inſtitut.vbi ad verbum hæc ſcribuntur, vxoris abortu non ſolui teſtamentum mariti.& eſt ſimilis text. in §.poſthumi, ibi, abortum fecerit, Inſtitut.de exhære.lib.Quid enim eſt, ſi verum dicere volumus, aboriri, id eſt abortiuũ facere,ſiue abortare(nã & hoc vtitur Iulius Firmicus lib.6. Matheſeos, [lib.7.in 6.loco,]

& ante eum Varro lib.rei rusticæ 2.cap.4.& iterum 11.) siue etiam abortire, quod Columellæ est, aliud quàm immaturum atque intempestiuum partum, licèt viuum, edere, vt ostendũt verba Gellij lib.noctium Atticarum.3. cap. 16. quæ ad hunc locum maximè pertinent.Ea sunt. Memini ergo Romæ accuratè hoc atque sollicitè quæsitum, negotio non rei tunc paruæ postulante, an octauo mẽse infans ex vtero viuus editus, statim mortuus, ius trium liberorum suppleuisset, cùm abortio quibusdam non partus videretur mensis octaui intempestiuus. Quibus concinens Festus Pompeius, abortum grauidæ mulieris dici asserit intempestiuè ortum. Et iis maiorem in modum conueniunt quę Sabinus Hippocratis interpres scribit enarrans illud, vt dicit, eiusdem Hippocratis, siue Thessali vel Herophili, vt Galenus arbitratur, in libro, περὶ τροφῆς, id est, de nutricatu, ἔστι δὲ καὶ οὐκ ἔστι ὀκτάμηνος γόνος, id est, est autem, & non est octimestris natiuitas siue partus, vt traducit Theodorus. Quæ cum pugnantia secum viderentur, ita Sabinus ipse declarauit:

ἔστι μὲν φαινόμενα ὡς ζῶα μετὰ τὴν ἔκτρωσιν, οὐκ ἔστι δὲ ὡς ἀποθνήσκοντα μετὰ ταῦτα, καὶ ἔστιν οὖν φαντασίᾳ μὲν φαινόμενα ὄντα, δυνάμει δὲ οὐκ ἔστι, id est, apparent quidem veluti animalia post abortum, sed nequaquam sunt, quippe quæ statim vita excedant. Itaque esse quidem tantisper imaginantur, sed potentia non sunt. Vides igitur hic primum ἔκτρωσιν, id est, abortum de eo dici, qui intempestiuè, videlicet octauo mense (de eo enim loquitur) etiam viuus nascitur. Vides, inquam, eum non esse inter liberos, ac ne inter animalia quidem annumerandum qui ita natus est, vt qui nihil sit, cùm mox vita excedat, licèt primùm aliquid esse videatur, quia viuus nascitur. Ex quo illud Hippocratis veluti ænigma quoddam, Est, & non est octimestris partus. Ex nostris autem Rapha. Fulgo. dicto consil. 69. apertè declarat eum dici abortiuum, qui intempestiuè, nec suo tempore, quamuis viuus, natus sit. [Nam & hinc ficus abortiui dicuntur, qui nunquam maturescunt, apud Plinium lib.16.cap.25.] Ideo dici veriùs fœminã eum partum eiecisse, quàm peperisse, aut edidisse.l.si seruus.§.si mulier, & l. Quintus Mutius. ff.ad legem Aqui.[Et apud Valerium lib. 4 c.6. quod est de amore coniugali, quo loco de Iulia Cæsaris filia partum, inquit, quem vtero conceptum habebat, subita animi consternatione, & graui dolore corporis eiicere coacta est. Et apud Caium Titum probum in Epitome, de pronomine Opiscus, qui in vtero matris geminus conceptus altero abortu eiecto incolumis editus erat. Quibus] adde Plinium facientem huiusmodi discrimen inter eiectum partum, & editum, lib.11.cap.37. Cuius eo in loco hæc verba sunt. Vulua eiecto partu melior, quàm, edito. Eiectitia vocatur illa, hęc porcaria. Et paulò pòst. Aut post partum, aut quo eiecerint die. Vt iam non dubites quin in primo illo loco legendũ sit eiecto partu, non enecto, vt in quibusdam codicibus scribitur. Et ita legit Georgius Merula in inuectiua in Galeotum, & in commentariis in Iuuenalem satyra, ni fallor, vndecima: atque etiam Domitius Calder. in Papinium lib.4.syluarum: quibus accedo, quamuis Cornelius Vitellius in eo libro quem scripsit aduersus Merulam, contendat legendum, enecto, quoniã idem sit eiecto, quod edito: quod omnino falsum esse satis constat ex iis quæ suprà diximus.

207 ¶ Porrò quod eiicere partum in illis locis dicitur pro abortiuum facere, proiicere dicunt sacræ literæ, Numeri duodecimo. Cicero abigere partum dicit, quod est eiusdem significationis, in Aulo Cluentio Habito. Cuius verba retulit Triphonius noster in lege Cicero.ff.de pœnis. & in eadem quoque significatione vsurpauit [Columella libro rei rusti.sexto.capi.22.&] Vlpianus in l.si muliere.ff.ad legem Corneliam de sicariis, [Martianus in lege, diuus.ff.de extra ordina.crimini.] & Suetonius abigere conceptum, in Domitiano capi.vigesimo secundo: Columella libro sexto, capi.vigesimo septimo abigere fœtum. Concilium Anciranum capi.vigesimo primo, excutere conceptum. Nisi quòd hoc scilicet abigere, vi & medicamẽtis fit, illud etiã casu. Fitque vtrunque Græcorum imitatione, qui ἐκβάλλω dicunt nunc pro eiicio simpliciter, idque frequentissimè, nunc pro partum abigo vel eiicio, vt apud Theophrastum libro 9.c. vigesimo, statim post principium. & Galenum, libro secundo de symptomatum causis. Vnde & ἐκβολάς, abortus, ἐκβόλιμος, eiectitius, abortiuus, apud Aristotelem libro tertio, de animalibus, capitu.quarto, post principium, & ἐκβόλια medicamenta, quibus partus abiguntur, de quibus sępe Dioscorides. Quá etiam voce Græca in ea significatione vsus est Plinius libro decimoquarto, cap.decimooctauo, cũ scribit, Thasiam vuam Aegyptus vocat apud se prædulcem, quę soluit aluum. Est contrà in Lycia, quæ solutam firmat. Aegyptus & ecbolimam habet abortus facientem. De qua re multa Budæus Gallorum decus eximium, tum in suis annotationibus prioribus, tum in commentariis Grçcæ linguę. [Cæterum Plinius pro eiicere siue abigere dicit egerere, libro septimo, cap. vndecimo. vno abortu duodecim puerperia egesta.] Porrò discrimen esse inter parere, & abortum facere, satis docet l.prima.§.vltimo.ff.de ventre in possessio.mittend. cùm dicit, aut abortum faciat. Nam vt scribit Paulus libro quarto sentẽtiarum titulo octauo. Abortus & abactus venter partum efficere non videtur. Sed vt redeamus, idem quod Fulgo. vbi suprà, dicit Socin. in dicta l. cùm auus, quo loco suprà designauimus, citans Galenũ in Hippocratem libro tertio aphorismorum, capit.13.& libr. 5.ca.37. & iterum

rum cap. 50. & Iulium Firmicum lib. Astronomiæ. 6. qui tamen nihil in illis locis tradunt, qđ huc pertineat.

208 ¶ Illud tamen admonere te volui lector amantissime, antequam vlteriùs progrediamur, illam Hippocratis sententiam à Sabino declaratam, non iisdē illis verbis scribi apud Hippocratem, sed ipsius hæc verba sunt ex libro suprà aduocato, ἐς ἐκπτωσιν σμ' οὐκ ἔστι, καὶ ἔστι, id est, ad excisionem siue elapsum quadtaginta & ducenti, non est, & est. Quæ verba tamen eandem habent sententiam, nisi quòd ea dilucidiùs Sabinus adscripsit. Nam quadraginta & ducenti dies faciunt octies triginta, id est octo menses. medici enim constituunt mensem ex triginta diebus, vt videre licet apud Galenum lib. de Crisibus secundo cap. item 2. & iterum libr. Therapeuticæ, x. statim post princ. Et id quoque nostræ leges confirmant. l. si maritus præuenerit. §. hæc in maritis, & l. miles. §. sexaginta. ff. de adulte. & authen. iubemus. C. de iudic. & in §. sed & hoc, in authen. vt cum appel. cog. cum concor. tex. & doc. à me latè cōgestis in nostris commentariis consuetudinum Picta. tit. 1. §. duodecimo, in gloss. secunda, nec id quidem abs re. nam tot diebus cùm luna tardissimè à coitu solis, quod interlunium dicitur, remoratur, ad suas vices redit, cursumque cōficit. Menses autem à Luna dictos Græci asserunt, apud quos mensis μήν, Luna μήνη dicitur; quod etiam è nostris annotauit Alciatus in l. cum bissextus, in fin. ff. de verbor. significa. [& ex externis Epiphanius lib. hæreseo. 1. to. 1. sect. 16.] Quod tamen intellige, ne erres, vt scilicet mensis constet triginta diebus, non tamen prorsus completis. Nam vt scribit ipse Galenus in commentariis Præsagiorum Hippo. lib. 3. cap. 4. vnusquisque mensis minor est triginta diebus, maior verò nouem & viginti. Id quod in transcursu dicere uoluimus, ne si quis Hippocratem eo in loco legeret, vt cum Sabini interpretatione conferret deciperetur.

209 ¶ Sed vt redeamus, ex iis quæ suprà dicta sunt, potest uideri malè consuluisse Bald. consi. suprà allegatis, scilicet consilio 128. lib. 1. & cōsilio 113. libr. 5. videlicet masculum octauo mense natum, & ita non vitalem, vt ipse fatetur, facere eam conditionem deficere, si masculum pepererit. Nam partus dici non potest, qui abortiuus est, vt suprà ostendimus, & asserit etiam Laur. Calca. consi. 105. incip. licèt abundè consultum sit, in princip. Quanquam pro Bald. atque etiam pro Angelo, Corneo & Bertran. quos versi. abhinc quarto suprà citauimus, facit text. in d. l. quod dicitur. ff. de liber. & posthu. vbi si non integrum animal editum sit, cum spiritu tamen, testamentum rumpit. ea.n. sunt uerba illius legis. Sed illic intelligitur nō integrum animal., omnibus scilicet membris, vt quia fortè ei deest digitus, aut aliud quippiam, quod tamen in mōstrum aut prodigium non abit, iuxta text. in l. non sunt liberi. ff. de stat. homi. Non autem intelligitur de imperfecto, aut non integro tempore, aliàs pugnaret cum d. l. secunda, & d. l. 3. C. de posthu. hæred. institu. de quo nos latiùs diximus suprà numero 160. nec item obstat. [An autem abortiui partus in posttemo illo iudicio generali suscitabuntur, reperies apud Diuum Augustinum, in Enchiridio ad Laurentium. capitulo. 85.]

210 ¶ Sed hinc non abeundum ducimus, quin primum lectores duceam, quæ antiqui naturæ scriptores de vitali aut minimè vitali partus tēpore opinati sunt, quòdve tempus maturum ac tempestiuum partui censuerunt, tu ad huius loci perfectam cognitionem, tum etiam not. à nostris in l. Gallus, in princip. ff. de libe. & posthu. Primùm igitur adseremus quæ Plutarchus & Censorinus de ea re ex antiquioribus scripsetunt. Ille enim lib. v. de dogmatis Philosophorum, Empedocles, inquit, existimabat, cùm primùm genus hominum è terra enatum est, tantum longitudine temporis diem fuisse propter solis segnitiem, quanta nunc decem sit mēsium dies. Procedente deinde tempore, tantum fuisse, quanta nunc septem mensium; propterea decimestres infantes, ac septimestres, natales. Itaque nimirum natura comparante, vno partum adolescere die, qua prima poneretur nocte. Timæus non decem menses, sed nouem esse existimat. Verùm quoniam & ante conceptus menstrua sisterentur, propterea decem existimatos; sic quoque septimestres videri, qui septimestres non sunt, quippe cùm à conceptu quoque vulua nonnunquam menstruis affluat. ignorari enim & post conceptum purgationum numerum. Polybus & Diocles empirici vel octauum mensem agnouere genitalem, etsi languidiorem quodāmodo, quoniam permulti ex infirmitate perierint, ferè tamen octimestres nō pauci in viros euaserint. Aristoteles verò Hippocratesque putant, si vulua mensibus expleatur septem, tum denique erumpere infantes, vitalesque nasci; quod si erumpant, nec tamen alantur vmbilico languente (id quod accidere solet, si dolente vulua concrementum partus fiat) tunc infantem tabescere. Sin verò nouem menses in vtero manserit, tum demum numeris omnibus suis consummatum esse. Polybus centum, & octoginta duos dies dimidiatumque natales efficere, quod semestre tempus esse, quanto tempore sol ab vno solstitio ad alterum perueniat. Septimestres verò ideo dici, quandoquidem sexti mensis dies in septimo implent. Enimuero Mathematici octo omnis genituræ menses dissociabiles esse aiunt, septem verò fœderabiles. Dissociata autem disiunctaque signa sunt, si stellas, quas οἰκοδεσπότας, id est, domicilij dominas vocant, maleficas nactæ

ſunt. Nam ſi qua harum vitæ viuendique inſtituti auſpicatum ſit, infortunatos non perennaturoſque portendit. Abiuncta autem ſigna, nulloq; mutui conſpectus commercio vincta, numero ſunt octo, veluti Aries ad Scorpionem abiunctus, & Taurus ad Sagittarium, Gemini ad Capricornnm, ad Aquarium Cancer, ad Piſces Leo. Denique abiuncta Virgo ad Arietẽ. Quare & ſeptimeſtres vitales & decimeſtres eſſe, contrà octimeſtres enecari propter mundi diſſidentiam. Hæc Plutarchus: cui, antequã Cẽſorinum capiamus, illud addam, quod ad Mathematicos pertinet, plurimos ex iis illud quoque addere. Infantibus priùſquam edantur in lucem, planetas præfici, & ita quidem, vt Saturnus primum menſem ſibi adſciſcat, Iupiter ſecundum, Mars tertium, Sol quartum, Venus quintum, Mercurius ſextum, Luna ſeptimum; quę quia partubus præeſſe dicitur, ideòque Lucina dicta, quòd partus ipſos in lucem prodat, idcirco eo menſe ſeptimo partum integrum facit. Subinde autem peractis ſeptem menſibus Saturnus rurſum octauũ occupat, qui cùm ſit malignum mortalibus ſydus, meritoque dicatur filiorum deuorator, ideo rarò contingit, quin natis eo mẽſe immineat interitus, præſertim cum & ipſius frigiditas & ſiccitas multùm vitæ aduerſantur. Nono autem menſe, cùm præualeat ipſe Iupiter benignus ac fauens humano generi, fœtus omnes abſoluti integrique produntur ad vitam. Et ſiquando decimum menſem attingunt, tanta eſt Iouis benignitas, vt tueri partũ poſſit à Martis malignitate. Quam ſententiam etiam è noſtris adfert Petrus Iacob. titulo, de cõditione ex lege omnimodo pro legitima portione debita filiis, charta prima & ſecunda, & Do mi. Guillel. Benedict. in repetitione. cap. Raynutius, in verbo, & ſoboles quam geſtabat in vtero, numero 24. & ſequen. extra de teſtamen. Quanquam hæc aſtrologorum ſententia minimè placet Ioanni Pico Mirandulæ, qui eam nuncupatim arguit libr. tertio aduerſus Aſtrologos. cap. 18. Nunc autem accedimus ad Cenſorinũ, apud quem in libro de die natali ad Cerellium, Hippon Metapontinus à ſeptimo ad decimum menſem naſci partum poſſe exiſtimauit. Nam ſeptimo partum iam eſſe maturum, eò quòd in omnibus numeris ſeptenarius plurimum poſſit; ſiquidem ſeptimis formentur [dentes] menſibus, additiſque alteris recti conſiſtere incipiamus, & poſt ſeptimum menſem dentes nobis innaſcuntur, iidemque poſt ſeptimum cadunt annum; decimoquarto autẽ pubeſcere ſoleamus. Sed hanc à ſeptem menſibus incipientem maturitatem vſque ad decimum perductam, ideoq; quòd in aliis omnibus hæc eadem natura eſt, vt ſeptẽ menſibus anniſve tres aut menſes aut anni ad conſummationem accedant. nam dentes ſeptimo menſe infanti naſci, & maxime decimo perfici menſe; ſeptimo menſe infanti naſci, & maxime decimo perfici menſe; ſeptimo anno primos eorum excidere, decimo, vltimos, poſt decimumquartum annum nonnullos, ſed omnes intra ſeptimumdecimum annum pubeſcere. Huic opinioni in parte aliqui repugnant, alii in parte conſentiunt. Nam ſeptimo menſe parere mulierẽ poſſe plurimi affirmant, vt Theano Pythagorica, Ariſtoteles Peripateticus. Diocles, Euenus, Straton, Empedocles, Epigenes, multique præterea. [Et his adſtipulatur Homerus qui libr. 19. Iliadis ſcribit Euriſtheum illũ, qui latè regnauit in Græcia, quique Herculi labores illos iniunxit natum fuiſſe ſeptimo menſe, ſed ita vt eum ἠλιτόμηνον vocet, id eſt, abortiuum, & intẽpeſtiuè natum, Hæc enim ſunt verba Homeri.

ὁ δ' ἕβδομος ἑστήκει μεὶς
ἐκ δ' ἀγαγε πρὸ φόωσδε καὶ ἠλιτόμηνον ἐόντα.

Sed vt redeamus ad Cenſorinum, Horum] omnium conſenſus Euriphronem Gnidium nõ deterret, idipſum intrepidè pernegantem. Contra eum ferme omnes Epicharmum ſecuti, octauo menſe naſci negauerũt. Diocles tamẽ Cariſtus, & Ariſtoteles Stagirites aliter ſentiũt. Nono autem & decimo menſe, tum Chaldęi plurimi, & idem ſupranominatus Ariſtoteles edi poſſe partum putauerunt. Neq; Epigenes Bizãtius nono fieri poſſe contendit, nec Hippocrates Cous decimo. Cæterum vndecimo menſe Ariſtoteles ſolus recipit, cæteri vniuerſi improbarunt. Hæc Cenſorinus, qui mox ſubdit rationes Chaldæorum, cur menſe ſeptimo, nono & decimo tantũ poſſe naſci homines arbitrantur: quas quia ſunt longiuſculę, omiſimus. Deinde verò ſubiicit Pythagoræ de ea re ſententiam, ex Varrone in libro cui titulus eſt, Tubero. Tubero. idque multis verbis, ſed quæ in hoc tendunt, vt oſtendat generaliter eſſe partus omnino duos, alterũ minorem, quem vocant ſeptimeſtrem, qui decimo & ducenteſimo die poſt cõceptionem exeat ex vtero; alterum maiorem, decimeſtrem, qui edatur die ducẽteſimo ſeptuageſimoquarto. Cui cõcinens Paulus noſter, ſi is eſt, lib. ſententiarum. 4. c. 8. Septimo, inquit, menſe natus, matri prodeſt. Ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere, vt aut ſeptimo pleno, aut decimo menſe partus maturior videatur. A quo nõ longius aberrans Laertius in vita ipſius Pythagoræ, tradit eum cenſuiſſe iuxta rationem Harmoniæ intra ſeptem aut nouem aut decem vt plurimum menſes conſummatum atque perfectum infantem gigni. Ex quibus potes intelligere Pythagoram de ſeptimo menſe omnibus numeris perfecto, cùm decem & ducenti dies faciant ſeptem menſes. Quamuis Polybus, quem ſuprà ex Plutarcho aduocauimus, intelligat de ſeptimo menſe incepto ex duobus tantum diebus, & vno dimidiato. Cui concinit Hippocrates in libro περὶ ἑπταμήνου, id eſt, de ſeptimeſtri partu, in princip. Ita enim eum librum

brum incipit Græcè quidem, sed in hunc sensũ. Partus quidem septimestres centum & octoginta duobus eduntur & fiunt, particula diei addita. Ex quo est illud Vlpiani iurisconsulti in l. intestato.§.vlti. ff. de suis & legit. hæred. De eo verò qui centesimo octuagesimosecundo die natus est, Hippocrates scripsit, & diuus Pius pontificibus rescripsit, iusto tempore videri natum. Ideoque & secundum hanc sententiam intelligendum est quod scribit Paul. in l. 7. ff. de stat. homi. Septimo mense nasci perfectum partum, iam receptum est propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis: & ideo credendum est eum qui ex iustis nuptiis septimo mense natus est, iustum filium esse, vbi tamen. Accursius asserit nasci perfectum partum sexto mense & vno die, per dictam l. intestato, quæ tamen id non dicit, sed loquitur de duobus diebus supra sextum mensem. Quamuis etiam Hippocrates particulam alterius diei addit, vt diximus, subiungitque eius rei rationem, vt apud eum videre est. Macrobius autem ab iis dissentiens, sed cum Pythagora consentiens, intelligit hac in re mensem septimum, vt eum perfectum atque completum velit. Ita enim scribit libro primo de somnio Scipionis. Humano partui frequentiorem vsum nouem mensium certo numerorum modulamine natura cõstituit, sed ratio sub asciti senarii numeri multiplicationem procedens, etiam septem menses cõpulit vsurpari, quam breuiter absoluteque duos esse primos omnium numerorum cubos, id est, à pari octo, ab impari vigintiseptem, & esse imparem marem, parem fœminam superiùs expressimus. Horum vterque si per senarium numerum multiplicetur, efficiũt dierum numerum, qui septem mensibus explicantur. Coeant enim numeri, mas ille qui meretur, & fœmina, octo scilicet & vigintiseptem, pariunt ex se quinque & triginta. Hæc sexies multiplicata creant decem & ducentos, qui numerus dierum mensem septimum claudit. Ita est ergo natura fœcundus hic numerus, vt primam humani partus perfectionem, quasi arbiter quidam maturitatis absoluat. Hæc ille: cuius tamen non tanta est apud me authoritas, quanta Hippocratis, qui ut ipse Macrobius alio in loco eiusdem libri asserit, tam fallere quàm falli nescit. Porrò & alia quędam ex ipso Hippocrate postea dicemus, sed primùm adscribere placuit quæ scriptores alii ex antiquioribus prodiderunt. Plinius libr. septimo naturalis historiæ. cap. quinto. Cæteris, inquit, animantibus statutum & pariendi & partus gerendi tempus est. Homo toto anno, & incerto gignitur spatio. Alius septimo mense, alius octauo, & vsque ad initia decimi, vndecimique. Ante septimum mensem haud vnquam vitalis est. Septimo non nisi pridie posterôve plenilunii, die aut interlunio concepti nascuntur. Translatitium in Aegypto est, & octauo gigni. Iam quidem & in Italia tales partus esse vitales. Contra priscorum opiniones variant hæc pluribus modis. Vestilia C. Herdicii, ac postea Pomponii atque Orphiti clarissimorum ciuiũ coniux, ex his quatuor partus enixa, Sempronium septimo mense genuit, Suillum Rufum vndecimo, Corbulonem septimo, vtrunque consulem, & postea Cesoniam Caii principis coniugem octauo. Et paulo pòst. Masurius author est L. Papyrium prætorem secundo hærede lege agente, bonorum possessionem contra eum dedisse, cùm mater partum decimo quarto mensibus diceret tulisse; quoniam nullum certum tempus pariendi statutum videretur. Diuus Ambrosius lib. Hexaemeron. 5. capitulo decimo. Omnes, inquit, animantes præscripta habent pariendi tempora, homo solus in discreta atque confusa. Varro autem scribit matrem illius qui primus dictus est Graccus, duodecim menses filium gestauisse; quare quòd legitimum partionis tempus supergressa sit, cumque diutius quàm sit grauidatum mulierum mos, gesserit partum, Graccum à gestando nominarunt. Aulus quoque Gellius lib. 3. noctium Atticarum. cap. 16. multa & de hac re scripsit, eam scilicet opinionem pro vera receptam, gigni hominem septimo rarenter, nunquam octauo, sæpe nono, sæpenumero decimo mense, eumque gignendi summum finem, decem menses non inceptos, sed exactos. Id Plautum veterem Poetam dicere in Comœdia Cistellaria his verbis.

Tum illa quam compresserat,
Decimo post mense exacto hic peperit filiam.

Hoc idem tradit etiam Menander poeta vetustior humanarum opinionum vel peritissimus, cuius versus ex fabula Plotio hi sunt;

Γυνὴ κύει δεκάμηνος. Id est,
Mulier parit decimestris.

Sed Cecilius cùm faceret eodem nomine & eiusdem argumenti comœdiam, ac pleraque à Menandro sumeret, in mensibus tamen genitalibus nominandis non prætermisit octauum, quem prçterierat Menander. Cecilii versus hi sunt;

Insoletne mulier decimo mense parere?
Pol nono quoque, septimo, atque octauo.

Eam rem Cecilium non inconsideratè dixisse, neque temere à Menandro atque à multorum opinionibus desciuisse, M. Varro vti credamus facit. Nam mense nonnunquam octauo editum esse partum, in libr. decimoquarto rerum diuinarum scriptum reliquit, quo in libro etiã vndecimo mense aliquando nasci posse homi-

admitteretur ad legitimam hæreditatem.Secutiq; etiam videntur Gallus Aquilius & Sçuola, cum hanc institutionis formulam adscribunt, in l.Gallus,in princ.ff.de libe.& posthu. Si quis mihi ex filio nepos neptisq; post mortem meã in decem mensibus proximus quibus filius meus morietur, natus natàve erit, hæredes sunto. & Tullius in Topicis in loco à similitudine ex Curiana causa.Si filius,inquit, natus esset in decem mensibus. Quæ quidem formula nihil omnino abest ab ea quam & suprà ex Varrone in Satyra cui titulus,testamentum est, attulimus. Et ea sanè verba idem significãt, ac si diceretur, si intra decem menses natus erit, quibus verbis vtitur l.vlti.in princ.ff.de fideicom.liber.& l. vlti. C.de posthu.hæredi. instit. Nam in & intra eiusdem sunt significationis,vt nihil intersit dicas in calendis, an intra calendas,ut videre licet apud Gellium lib.12.cap.13. [& est text. apud nos in l.1.§.quod diximus.ff.de successor.edic. & annotauit è nostris Rom.consi.376. quæstio est nunquid,colum.2.versic. tertia ratio, vbi & alios adducit,& inter cæteros d.l.Gallus, in pri. intelligens id quod diximus,ea verba,in decem mensibus, significare intrà decem menses.] Sed vt pergamus vlteriùs, imperator Iustinianus nũcupatim reiicit à successione vndecimestrè partum, qui scilicet vndecimo post mortem mariti mense natus est, nec eum legitimum existimat. impossibile ratus tanto tempore mulierẽ ferre,vt patet in §.vltim.in authen.de restitu.& ea quæ in vnde.mens.par.vbi Accursius hoc ita intelligit, vt supra decimum mensem, sint tamẽ duo dies in vndecimo,sit partus legitimus, arg. d.l.intestato.§.vltimo.quę loquitur de sex mensibus & duobus diebus;quod & idem dicit ipse Accur.in d.l.Gallus,in princi.in verbo, in decem mensibus. & illi assentitur Marius Salmonius vir planè & iuris & humanitatis doctissimus,in posteriori loco,colum.15.versicu. quas quidem visas. Natura enim quamuis eodẽ modo semper agat,& perfectè quidem agat,tamen plerunque non potest.vt dicit ipse Salmon. ex Aristotele.Et his apertè suffragatur Hippocrates quem suprà ex Gellio citauimus.Sed antequam vlteriùs progrediamur, illud te admonitum velim lector candidissime.Nam quod,quisquis is fuit qui primùm Iustiniani nouellas constitutiones,quas authẽticas vulgò vocamus.è Græco (nã ex Grecæ scriptę sunt) traduxit, ita hunc locum vertit,vndecimo meuse perfecto peperit,ita .n. legitur in vulgata editione quam habemus, id certè tale est in Græca constitutione, κατὰ τὸν ἑνδέκατον μῆνα παρασημειων ἔτεκεν. Quę Gregorius Haloander ita interpretatus est,sub finem vndecimi mẽsis peperit.quod significat circa vel paulò ante finem,quãquam dictio sub, nonnunquã & post significat. Ego autem malim vertere ad verbum iuxta vel prope vel circa vndecimũ mẽsem perfectum,siue etiam post vndecimũ mensem perfectum. Nam κατὰ præpositio accusatiuo iuncta, vtraque hæc significat, vt proinde ambiguũ sit in hoc text. vtrum intelligatur post mensem, uel prope mensem completum. Nec ij soli sunt qui vltra decimum mensem partum differri negant. Nam & Ouidius lib. j. Fasto, loquens de anno,qui ex instituto Romuli erat decem tantùm mensium,hæc scribit.

Quod satis est vtero matris dum prodeat infans,
Hoc anno statuit temporis esse satis.

Additque quod & ad hunc locum pertinet,

Per totidem menses à funere coniugis uxor
Sustinet in uidua tristia signa domo.

Quibus significatur fœminas maritos mortuos decem mensibus ex lege lugere, & interim viduas manere debere; quod & tradit Plutar. in Antonio,& patet etiam ex l.si qua ex fœminis, quę est ij. C. de secund.nupt. quo in loco tamẽ duo menses additi sunt.Idque fiebat,ne,quia,vt dicit Bald.in d.l.2.puer gestabatur in vtero decem mensibus,ideo oriretur dubitatio circa partum.l.consensu.C.de repu.proindeque ne inde nasceretur sobolis confusio.§.si verò altera, ibi. circa sobolis confusionem rationabilis est suspicio.& §.sic itaque,versi.& si mulier,ibi,propter seminis confusionem,in authen.de nupt. Ideo id tempus à morte prioris viri ad secundas nuptias statutum est.Hæc propè Bal.Cui adde tex. in l.liberorum.§.j.ff.de ijs qui no. infa. ibi, prætor enim ad id tempus se retulit,quo vir lugere tur,qui solet lugeri propter perturbationem sãguinis.[Sed idem Ouidius,lib.2. eiusdẽ operis.

Luna nouum decies impleral cornibus orbem,
Quę fuerat uirgo credita,mater erat.

Et alibi eod.lib.

Luna resumebat decimo noua cornua motu,
Virque pater subito nuptaque mater erat.

Et lib.5.

Seu quia bis quine fœmina mense parit.

Et lib.item v.

Iamque decem menses & puer ortus erat.]

Nec Plautus in loco tantùm à Gelio citato, sed aliàs sępe decimũ mensem vtero portando præfiniuit.Nam & in Amphitryone ita infit.

Alter decimo pòst mense nascitur puer,
Quàm seminatus:alter mense septimo.

Tanquam.s.ille decem mensium terminus absoluti ac perfecti partus sit omniũ longissimus, hic septem mensium breuissimus. Idemq; in ea ipsa fabula.

Amphi. Grauidam ego illam hìc reliqui, cùm abeo.Sosia.Hei perij miser.
Amphi.Quid tibi est? Sos. Ad aquam præbendam adueni domum
Decimo pòst mẽse,vt rationẽ te dictare intelligo

Item in Sticho.

Nam illa in aluo menses gestauit decem.

Et in Aulularia.

Nam tua grata peperit decimo mense pòst.

Et in Truculento

Mater T 4 *Ancillas*

Ancillas iubet, quoniam iam decimus mensis aduentat,
Aliam aliorsum ire, praemandare & quaerere puerum, aut
Puellam, qui supponantur mihi.
Et paulò post.
Amicam decimo mense pòst Athenas Atticas viso,
Quam grauidam reliqui meo compressu.
Ex quibus potest videri Plautus hunc terminũ arbitratum fuisse cæteris esse frequentiorem, ac veluti ordinarium, quæ est Aristotelis sententia, vt postea dicemus. Sed & Terentius in Adelphis (nam hic locus frequens est apud Comicos) ita scribit.
Virgo ex eo
Compressu grauida facta est, mensis hic decimus est. [Et alibi in Hecyra.
Nam memini ab hinc menses decem fert.]
Sed & apud Theocritum illum Syracusanũ Idylli.26. Alcmena de qua ex Plauto suprà scripsimus, , testatur se Herculem decem mensibus in vtero gestasse. Huius enim in eam rem carmen est.
Μητέρος πλεῦντος ἐνεὶ δέκα μῆνας ἔχοισα.
Sed & idem mox in principio Idyllij triginta vnum, eundem Herculem decem mensiũ fuisse dicit, & Iphiclum vna nocte minorem.
ἡρακλέα δεκάμηνον ἐόντα ποχ᾽ ἁ μιδεᾶτις
ἀλκμήνη καὶ νυκτὶ νεώτερον ἰφικλῆα.
Et quæ sequuntur. [Et Euripides in Electra.
δεκάτῃ σελήνῃ παιδὸς ὡς νομίζεται.
Decima luna pueri, vt receptus mos est,
Et Aristophanes in Cerealibus.
δέκα μῆνας αὐτ᾽ ἐγὼ ὑπεσχόμ.
Decem menses ipsam ego gestaui:
Quin & Virgilius in eã sententiam ecloga. 4.
Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
Et Canace Ouidiana in epistola ad Macareum.
Iam nouies erat orta soror pulcherrima Phœbi.
Denaque luciferos Luna mouebat equos,
Nescia quae faceret subitos mihi causa dolores,
Et rudis ad partus, & noua miles eram.
[Seneca in Thebaide ita facit Iocastam loquentem.
Per decem mensum graues
Vteri labores, perque pietate inclytas
Precor sorores, &c.
In quo illud notato mensũm pro mensium poni causa metri, vt alibi apud Ouidium. Plato autem lib.5.de repub. nullum aliud legitimum pariendi tempus agnoscit, prærerquàm decimum, & septimum. Arnobius libr.5. aduersus gentes tradit Agdestum mense decimo natum fuisse. Ante hos Homerus in hymno Mercurij scribit ipsum Mercurium decimo mense natum.
Τῇ δ᾽ ὅτε δὴ δεκάτος μεὶς οὐρανῷ ἐστήρικτο
εἰς τε φόως ἄγαγε] 123

Nec tamen prætermittam quod scribitur Sapiẽtię 7. post princ. In ventre matris figuratus sum caro decem mensium tempore, coagulatus sum in sanguine. Sed quoniam superius sæpe de Aristotelis sententia ex aliis scriptoribus locuti sumus, operæpretium nobis visum est, vt & quæ ipse scripserit proferamus. Is lib. problematon. 10.cap.41. Solus, inquit, homo ex omnium animantium genere varię generationis tempora obtinet. Nã & septimo & octauo & decimo mense in lucẽ venire potest. Cæteris tempus vnum perficiendi sine mora statutum est. Quo in loco Petrus Aponensis illius interpres doctior quidem quàm elegantior, scribit illum omisisse nonum mensem veluti notissimum, & omnium frequentissimum. Sed & inibi rationem naturalem adducit quare octimestris partus non sit vitalis, ex Auicenna 21. tertij. quam quia nondum adscripsimus, hanc ponere voluimus. Nam embryon mense septimo ex vtero egressum affectat, quia eius membra iam sunt completa, nec illi satis est ex sanguine qui ad illum nutriẽdum per secũdum defluit; nec satis quoq; aeris; ideo plurimum ad egressum colluctatur, atque ob id fatigatum redditur imbecillius. Ig tur si necdum refectis viribus octauo mense rursum eundem conatum petat, oblæsum frequentius moritur. Quam & ipsam rationem posuit Albertus Magnus lib. de animalibus. 10. tract. 2. ca. 4. Subdit autem Apon. & aliam rationem astronomicam, quam nos suprà retulimus. Sed redeamus ad Aristotelem: qui & in libro de natura animalium septimo. c.4. Homini, inquit, multiplex pariendi tempus datum est. Nam & septimo mense & octauo & nono parere potest, & quod plurimum, decimo; nonnullæ etiam vndecimum tangunt. Fœtus qui maturiùs quàm septimo mense prodeat, nullo modo vitalis est. Qui septimo, vitalis quidem hic primus exit, sed magna ex parte imbecillior: quare cunabulis ex lana eum obuoluunt, & fasciis alligant. Et paulò pòst. Qui autem octauo mense nascuntur viuere atq; adolescere in terra Aegypto possunt, & quibusdam aliis locis, vbi mulieres fertiliores sunt, multosque simul & ferunt facilè & pariunt, etiam si monstrosi sunt; sed locis Græciæ multi intereunt, nec nisi perpauci seruantur; vnde fit vt si quis seruetur, non octauo mense natus existimetur, sed mulierem sui conceptus initium latuisse. Et paulò inferiùs, Similimodo & qui diuturniores, quàm vndecimo mẽse nasci putantur. latet enim mulieres cõceptus initium, si cùm antè inflatus fuerit vterus, vt sæpe accidit, pòst coierint, atque conceperint. hoc enim principium esse sui conceptus existimãt, quod simile indicium attulit. Idem præterea lib. de generatione animalium. 4. c. item 4. Cæteris, inquit, animalibus vnum est tempus ferendi vteri, homini plura sunt; quippe cùm & septimo mense, & decimo nascatur, atq; etiam inter septimum

ſeptimum & decimū. Qui.n. menſe viij. naſcuntur,& ſi minùs, viuere tamē poſſunt. Et eadem fermè adſcribit Auicēna illius ſimia, tū in libr. de animalibus, tum fen. 21. lib. 3. tract. 2. c. 1. Sed & illud in priore loco prӕterea dicit uirum probum ſibi retuliſſe atque affirmaſſe, quãpiã mulierem poſt decimumquartum menſem peperiſſe puerum, illiq; dentes ſtatim enatos fuiſſe. Cæterum ad alios tranſeamus, Alex. Aphrodiſeus & philoſophus & medicus preſtantiſſimus, ſi is eſt quod Theodorus Gaza negat, ſciſcitatur in problematis lib. 2. c. 44. Cur ἑπταμηνιαῖοι, id eſt, ſeptimeſtres infantes ſunt ζώσιμοι, id eſt vitales, ὀκταμηνιαῖοι, id eſt, octimeſtres, nequaquã. Quoniam, inquit, ſeptenarius numerus eſt perfectus, vt teſtatur Pythagoras, & Arithmetici & Muſici: octonarius autem imperfectus. Itaque quod tunc pro dit, non aptum eſt ad vitam: qua ratione etiam monſtra viuere nequeũt, quippe quæ non ſint ex naturæ prouidentia, ſed imperfecta, vel per inopiam, vel per redundantiam, & temeritatem materiæ in aliam formam contra legem naturæ cõficta. Nihil enim imperfectum aut tempore, aut informatione, aut ortu à natura procreatur. ideo ſi quid tale erumpat, nec diuturnum quidem eſt. Eduntur autē ſeptimeſtres ob validiſſimam vim in vulua informatricem, quam is Græcè δύναμιν διαπλαστικὴν dicit, quæ vtilem moderatumque ſanguinem comperiens, fœtum celeriùs explicat. ſed ſi econtrario eſt, decimeſtres exeant neceſſe eſt. Numerum autem & ſeptenarium & denarium eſſe perfectū multis probat, quæ mox ipſe ſubiunxit, vt illic videre poteris. Aſclepiades medicus tradit [Naxias mulieres, quæ ſcilicet eam inſulam, quæ Naxos, inter Cicladas dicitur, inhabitant,] ſolas octauo menſe parere ſolitas fœtuſque illos vitales eſſe, Iunonis quidem, quæ puerperis & naſcẽtibus præeſt, munere: vt quæ ſicut ex Iouis liberis Herculem odio ſemper eſt proſecuta, ita Dionyſium vuicè dilexit. In cuius gratiam mulieribus eius inſulæ illi dicatę hanc pariendi prærogatiuam dediſſe eam affirmant. Aut, vt alij contendunt, quoniam Dionyſius ipſe ita ſit in lucē editus. Ideoque & ipſe ſempiterno partus ſui teſtimonio idem ſuis eneiſe popularibus voluit. [Arnobius libro. 5. contra Hæreſes tradit Cererem à Ioue deluſam tauri forma, poſt menſem ſeptimum peperiſſe Proſerpinam, tanquã ſubobſcurē ſentiat de menſe octauo.] Galenus in definitionibus medicis ſcribit ideo fœtus naſos ſeptimo menſe viuere, octauo nequaquam: quoniam octo, numerus recens eſt coniunctus, non autem iudicatorius. Septem, numerus ſuperfluus, & non coniunctus, ſed indicatorius. Soranus Epheſius & medicus & philoſophus item celebratiſſimus, Iſagogæ capit. decimoſeptimo, Rationem, inquit, & perfectam hominis formam ſiue figuram hominis infans in vtero accipit quadrageſimo die. Hos ante numeros, vt partus edatur, ſepties multiplicari oportet. Ita ergo quicunque in vtero materno figuram hominis accipit, in triceſimo die ſeptimo in ſe naſcitur. ergo ſepties duplices fiunt dies ducenti & decē qui faciunt menſes ſeptem. Si quis autem die quadrageſimo figuram hominis acceperit, nono menſe intrante decimo naſcitur, hoc eſt ſepties quadrageni faciunt dies ducentos & octoginta vnum, qui faciunt menſes nouem, & dies decem. Ita ergo ſeptimo aut decimo menſe qui nati fuerint, vitales erunt, qui antem non impleuerit numerũ, legitimus partus non eſt. Tullius libro decimo epiſtolarum ad Atticum, Tullia, inquit, mea peperit puerũ ἑπταμηνιαῖον εὐτόκησεν id eſt ſeptimeſtrem feliciter peperit. Et ſubdit. Quod quidem eſt natum, perimbecillum eſt. Nec prætermittendum cenſuimus quod ſcripſit Philo Iudæus, ſi is eſt, de quo eſt illud Hieronymi prouerbium, ἢ Πλάτων φιλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει, id eſt, aut Plato Philoniſſat, aut Philo Platoniſſat. Is Philo in libro ãtiqnitatum ſcribit Deũ præcepiſſe Sarræ, vt ea citiùs reſtituens Iſaac, quē conceperat, eum redderet ipſi domino menſe ſeptimo. Et propterea, inquit, omnis mulier quæ pepererit ſeptimo menſe, viuit filius eius. [Tullius autem li. de natura Deor. 2. tradit Dianam quę & ipſa Lucina eſt, adhiberi ad partus quòd ij matureſcunt ant ſeptem nonnunquam aut vt plerunq; nouem Lunę curſibus, qui quia menſa ſpatia conficiunt, menſes nominantur.] Deniq; Abraham Euenarte Aſtrologus in libro natiuitatis ita de hac re ſcribit ex traductione Petri Apoſto. Sunt, inquit, aliqui commorantes vſque ad decimum menſem, quibus Mars dominatur, egrediunturque ex vētre, quoniam Mars naturaliter multis mouetur motibus, iſti tamen parum viuunt. Natus antem in vndecimo menſe, quoniam tunc principatur Sol, magis viuit. In quo illi conuenit cum Auicenna lib. 9. de animalibus, quantum ad decimeſtres parum viuentes. Sed & tu præterea vide in hac re Halyabbatem lib. 3. theoricæ. c. 34. & omnino ipſum Petr. Aponen. Concil. differ. 49. & è noſtris Socin. cõſil. 65. ſuper propoſita quæſtione, col. 1. lib. 3. & Alcia. lib. Paradoxorum. 3. c. 7. Ex quibus omnibus facilè intelliges quid dicendum eſt in caſu de quo loquimur, & qui ad hanc l. noſtram pertinet, quidque dicendum ſit in diſputatis à noſtratibus in d. l. Gallus, in principio [An autem abortiuus faciat ceſſare priuilegium prælationis ſtatuti, & venter non natus, vide per gloſ. in l. ſi ventri, in princ. & ibi doctor. præſertim Franciſcus Ripam. ff. de priuileg. creditor.]

211 SECVNDO intelliges procedere q̃ dictum eſt, morte filij, qui ſua natiuitate reuocarat donationem, eandem non reuiuiſcere niſi poſt mortem ipſius filij, aut etiam eo non mortuo (nihil enim quantum ad hoc pertinet, referre videtur, niſi q̃ maior eſt ratio in priore) pater diutiùs vixerit, permiſeritque ſēper dona-

tarium

tarium re donata vti, nec signum aliquod ostenderit immutatæ suæ in ipsum donatarium volũtatis, nec aliquo pacto declarauerit velle donationem reuocari, propter illam sequentem liberorum natiuitatem, cum id facere potuisset. Nam tunc censetur tacitè voluisse donationem ratam manere, non obstante tali natiuitate, nec poterant hæredes ipsius eam reuocare. Ita videtur voluisse Hosti. in summa. titu. de donatio. §. qualiter, versi. hæ autem reuocationes. Nam cũ primùm enumerasset casus in quibus donatio reuocatur, & in his casum legis nostrę, mox in d. versi. subiungit has reuocationes esse personales, nec extendi ad hæredes donatorum, qui in vita tacuerunt, per l. vlt. C. hoc eod. tit. & l. si pater tuus. C. de inoffic. testa. & cap. vlti. extra de donatio.

212 ¶ Sed & hoc expresse in casu nostro voluit Bald. in l. 1. col. vlt. versicu. sed vlteriùs quęritur. C. de inoffic. don. Nam cùm pater, inquit, non reuocauit, videtur decedere in eadem volũtate, & ideo hæredes ipsius non possunt retractare, argu. l. vlti. hoc tit. & l. cùm tacitum. ff. de proba. Subiungitque ad hoc facere l. nostram, in illis verbis, reuertatur in eiusdem donatoris arbitrio mansurum. quibus ostenditur requiri declarationem voluntatis, argu. eorum quæ not. in l. 2. ff. si ag. vecti. de qua re postea dicemus in verbo, reuertatur. Ex quibus Bald. rationibus potes intelligere, quòd licèt loquatur in eo casu, cùm filiùs ante patrem mortuus est, videatur tamen intelligere, etiam si mortuus non fuerit, cùm & hic rationes illius obtineant, sicuti & Hosti. Sed & idem quoque voluit Saly. in l. si totas, paulo ante fin. C. de inoffic. dona. Imo. qui hoc dicit esse æquum, in c. vlt. col. 6. versicu. quærit etiam Bar. extr. de donat. Raph. Com. in l. Titia Seio. §. imperator. ff. de leg. 2. Pau. Cast. in l. 2. ad fin. C. de posthu. hære insti. vbi ita intelligit, vt suprà diximus, videlicet si donans post natiuitatem declarare, & aliter disponere potuit, & non disposuit. Aliàs enim si id facere nõ potuit, quia fortè statim factus est furiosus, certè irrita manet donatio. Idem prętérea voluit Corneus consil. 234. placent mihi, post prin. lib. 2. vbi nuncupatim refert & sequitur Bal. vbi suprà & idẽ Corne. consi. 4. dubia satis, col 5. versicu. concurrit etiam, lib. 3. vbi dicit quòd pater diu tacendo, & permittendo donatarium post natiuitatem filiorũ ipsius vti re donata, præstat vrgentẽ coniecturam tacitæ voluntatis, quod noluerit recedi à donatione, per id quod in simili dicit glo. in l. athletæ. §. dat remissionem, in verbo, nisi priusquam. ff. de excusat. tuto. quòd si tutor datus in testamento postea contrahat inimicitias capitales aduersus testatorem, ita vt ob id censeatur testator huiusmodi tutelam reuocasse, per text. ibi tamen si diu post eas inimicitias stetit, & potuit reuocare testamentum, & nõ reuocauit, satis videtur remisisse, & ita in ea datione perstitisset, argu. text. optimi in l. in confirmando, & in l. vtilitatem. ff. de confir. tut. & in l. tres tutores, in fin. ff. de administra. tut. Idem etiam voluit Guid. Pap. sing. 339. incip. dispositio. l. si vnquã. & Socyn. consi. 126. visum fuit, col. 5. vers. quòd autem etiam fauor, lib. 3. vbi loquitur quando filius ãte patrem mortuus est. & Ias. in l. si mater, col. 1. C. de inoffic. testa. & in authent. ex causa, col. vlt. C. de lib. 2. & Steph. Bert. consi. 83. Christi, &c, visis tribus, col. 2. lib. 2. & consi. 234. viso casu, in fin. eod. lib. 2.

213 ¶ Et hanc sententiam confirmat quod in simili dicitur, quòd licèt secundùm op. Bart. si pater in testamento præteriit ignoranter posthumum, aut iam natum, non conseruentur legata ex authen. ex causa. C. de liber. præter. sed reuocentur ex dispositionem l. nostrę, vt suprà latè diximus in verbo, donatione largitus. in 14. quęstio. tamen si pater post natiuitatem posthumi, aut posteaquam notitiam habuit iam nati, diutius vixit, habuitque potestatem mutandi testamenti, nec tamen mutauit, censetur velle in eadem priori voluntate decedere, & ita legata ipsa rata firmaque manere, vt voluit Iaco. Bel. in sua disputatio. incipien. quæritur quare pater, quam ponit post l. 3. C. de libe. præteri. & Angel. consi. 99. viso themate prædicto, colum. vlti. per tex. in l. tractabatur. ff. de testamen. milit. & expressiùs Paul. Cast. [in l. sicut certi, colum. vlt. versi. secũdò nisi postquam. C. de testa. milit.] in l. 1. C. de posth. hæred. instit. vbi ita dicit se consuluisse, sicuti verè fecit, consi. 200. clarum est testamentum, in fin. lib. 1. & iterum consi. 15. incipien. à secundo quæsito, colum. 3. versicu. per confirmationem prædictorum, libr. 2. rursumque consil. 271. quanquam multa colum. vlt. eod. libr. 2. & consi. 322. in casu suprascripto, in fin. eod. libr. 2. Et vbique allegat id quod voluit glos. in d. §. dat remissionem. & d. l. tractabatur. & præterea. l. 3. C. de inoffic. testa. & etiam quod voluit Bar. in l. lex Cornelia, in fin. ff. de vulga. & pupil. vbi loquens casu illius legis dicit quòd si pupillus viuo tastatore mortuus est, & pater non habuit tẽpus prouidendi ac mutandi, & non fecit, tunc, inquit, lex pręsumit ꝙ testator voluerit quod substitutus pupillariter succederet, per l. quod si filius. ff. de ca. & postl. reuer. Subiungitque hanc distinctionem haberi in d. l. tractabatur, idque probari in d. l. 3. C. de inoffic. testa. Cuius sententiam in ea re secutus est & idem Paul. in d. l. lex Cornelia. Et idem quoque voluit Barto. ipse in l. 1. col. 6. versi. vlteriùs quæro pupillus. ff. eod. de vulg & pup. & in d. l. tractabatur, & in l. neque. §. vlti. ff. de testamen. mil. & Card. Floren. in cap. Raynutius, in materia compendiosæ substitutionis, extra de testa. Sed tu de hoc vide omnino recentiores in d. l. 1. ff. de vulg. & pupil.

214 ¶ Nam quantum ad casum d. authent. ex causa, vt eò redeamus, vnde paulum digressi sumus, id quod suprà diximus, voluit etiam Ro.

eadem in id allegans, consil. 122. circa id quod effectualiter, col. 2. versi. primò quia post conditum. & Alex. consi. 123. discussis hæsitationibus, col. vlt. versic. & hanc op. lib. 1. & consil. 30. ponderatis his, colum. 1. versicu. & subiungit, lib. 5. & consil. seq. eiusdem princip. colum. 2. versicu. & quod dicta clausula, eod. libr. 3. quibus locis allegat etiam quod voluit Bartol. in l. 1. in princ. in 1. q. secundi effectus. ff. de vulg. & pupi. Idem quoque voluit ipse Alex. consil. 142 circa primam dubitationem, col. 2. lib. 2. quod errore impressioñ repetitũ est cõs. 103. li. 3. & iterũ cõs. 50. lib. 6. & Cor. in d. auth. ex causa, col. 11. in 7. limitatione, & ibi Ias. qui tamẽ dubitare videtur in col. pe. & idẽ Corn. consi. 119. videtur primo aspectu, ad fin. lib. 2. & consi. 244. videtur prima facie dicendum, colum 6. eod. lib. 2. & consilio. 158. pro decisione, colum. pen. lib. 2. & consil. 133. in hac consultatione, col. 3. versi. item concurrit, lib. 3. & consil. 150. prima facie, colum. 2. versi. & maximè cùm dictus testator, eo. lib. 3. & consi. 225. antequam aggrediar, colum. penult. versi. cum itaque in casu nostro, eod. lib. 3. Barb. consi. 54. illud in medium afferam, col. pen. lib. 2. & Ias. in d. l. si mater, col. 2. C. de inoffi. testa. & D. Guil. Bened. in repet. c. Raynutius, in gl. super verbo, in eodem testamento relinquens, la prima, nu. 247. [Philip. Dec. latè consi. 49 t. visis & circunspectis, col. 3. versi. venio ad secundum.]

215 § Ad quod item optimè facit q volnerũt multi multę authoritatis viri, id scilicèt quòd di citur donationẽ & feudum reuocari posse ob in gratitudinẽ aut feloniam, vt nostri appellant, per donantẽ aut dominũ tantùm, nõ etiam per hæredes eorũ. Vt de primo est text. in d. l. vlt. infrà. eo. & in c. vlt. ext. de don. Et de feudo voluit gl. in l. omnimodo. C. de inoffi. test. [& in c. 1. §. itẽ si fidelis, in verbo, concubuerit, & ibi Bal. & alij, ti. quib. mod. feud. amit.] cũ simil. procedere ità demum, si donans siue dominus ipse sciuerit & habuerit spatiũ reuocandi. Nã si non fecerit, id videtur remisisse. Ita voluit Io. And. in d. c. vl. col. pen. in gl. vl. per illum tex. in verbo, placuit, & ibi etiam Ioan. Calder. in repeti. colum. 3. & Collect. col. vlti. versic. quid si vassallus, & Imol. col. 7. versi. in ea gl. in fi. dicit. & Pet. Anch. & Panormit. col. pen. versi. in glos. vlt. & iterum versi. in eadem glos. extra de donatio. [Et idem Ioan. Andr. in addit. Spec. tit. de feud. §. vlt. colum. 2.] Petr. Iacob. tit. de can. ex quib. feud. amit. col. 7. versi. item tacite. & Cyn. & Salyce. in l. 1. in fin. C. de reuocan. dona. And. Iser. Iac. Bel. Bal. & Iac. Aluar. & Cardi. Alexan. in c. 1. §. porrò, tit. quæ fuit prima cau. benefi. amit. Iac. Bel. in c. j. §. itẽ si fidelis, [& ibi Aluar.] tit. quib. mod. feud. amit. & Salyc. in d. l. omnimodo, in fin. princip. & in l. vlt. [C. de adulter. & in l. vlti.] in fin. C. de reuocan. donat. & Panormi. consi. 3. nitar in præsenti, in 9. quæstio. lib. 2. & Ro. & Alexan. qui hoc dicit sing. in l. rei iudicatæ. ille col. 2. versi. hic, & pro Romano. ff. solu. matr. [idem Alexan. consi. 139. in causa, col. 2. versi. imo fortius, lib. 6.] Frã. Aret. consi. 14. viso & diligenter cõsiderato, col. vlti. [Carol. Ruin. consi. 159. quia intra colum. 4. versicu. ad istud, libr. 1.] Carol. Cot. qui etiam dicit sing. in memor. incip. donatio perfecta. & iterũ in memor. incipiẽ. vasallus potest priuari. Francis. Cur. iunior, in tracta. feudorum in pen. q. quartæ partis, in fin. [Zazius in epito. feudo. parte decima, quæ est de feudi amissione, char. 9. versi. è diuerso si dominus, de quo tamen vide Bald. in d. l. rei iudicatæ. §. 1. ff. solu. matrimon.]

216 § Idemque è diuerso, si dominus nõ reuo cauerit fundũ beneficiarium à cliente, qui ipse ingratus aduersus eum fuit, nõ poterit ab hærede ipsius reuocari, vt voluit gl. in d. l. vl. infrà hoc eodẽ tit. quam sequuntur Cyn. Bald. & Ang. ibi, & Rapha. Co. cõsi. 164. prælatus certæ ecclesiæ, col. 3. [& Mart. Laud. in cap. j. tit. de lege Corradi, & Carol. Ruin. dicto consi. 159. vbi suprà lib. 1. & consi. 165. Iesu Christi. col. 5. num. 20. eod. lib. 1.] cum simi. Ita tamen, si dominus sciuerit ingratitudinem illam viuente cliente, & habue rit facultatẽ reuocãdi ab eo aliàs poterit, & ab hærede, ex sẽtẽtia Io. And. in additio. Specu. tit. de feud. §. vlt. col. 2. & Bald. in l. imperialem. §. in super, colum. vltim. versicu. considera tamen, & iterum versicu. ex his etiam apparet, tit. de prohib. feud. alie. Federic. colum. 1. & in dicto capit. 1. colum. vlti. versicu. secundò quæritur glos. titu. quib. mod. feud. amit. & Panot. dicto consi. 3. & Pet. Iacob. vbi supra, versic. item econtra. & Paul. Castren. consil. 46. viso & examinato, columm. 2. libr. 2. [Zazius, vbi suprà. Sed huic contradicit Carol. Ruin. consil. 159. vbi suprà.]

217 § Sed & idẽ propè in casu adulterij dissimulati, siue nõ vindicati à marito dum quæritur an hæredes ipsius mariti possunt conqueri, ad lucrandum vxoris adulteræ dotem, vt scilicet non possint si maritus rescinerit, & potuerit conqueri. nec fecerit, aliàs possint, voluit, & consuluit Baldus, consilio 303. ista dos debet restitui, libro 3. & Signo. consi. 50. in quæstione. & ipsius authoritate Cardin. Alexand. in capit. plerunque, in secunda quæstione, extra de donation. inter virum & vxorem. [Salyce. in dicta l. vlt. col. 1. versic. successiue. C. de adulter.] Ro. Alexand. & Francis. Aret. in dicta l. rei iudicatæ. §. hæredi. ff. solut. matrimo. licet alij generaliter tenuerunt non posse hæredem conqueri, siue maritus sciuerit, siue ignorauerit, vt per Bald. si bi contrarium, Imol. Paul. Castr. in d. §. hæredi. & Bal. in l. cũ mulier, in 15. oppo. & ibi Imol. col. 8. eodem titu. [& eundem Bald. sibi contrarium consil. 182. Petr. lib. 3. & Francisc. Rip. in l. 2. col. 3. nu. 10. eo. quoque tit.] de quo & nos latè dixi mus in nostris consuetudinibus, titu. 26. in §. 1. in glos. 7. in vlt. quæstio. Et idem econtrario, vt scilicet maritus non possit monere quæstionem hæredibus vxoris de adulterio ipsius, cũ nõ conquestus

questus est in vita ipsius vxoris, si tamen ipse sciuerit: secus si ignorauerit, vt voluit Bald. in l. libertatem, quæ est vlti. C. de adult.

218 ¶ Facit & quod in simili scribit Pau. Cast. consi. 218. quòd vxor quondam, colum. 1. versi. confirmantur autem prædicta, lib. 1. quòd si testator habens filium, reliquit aliquid vxori, ꝙ fortè non haberet vim pleni vsusfructus propter filium, sed si filium non habuisset, id ipsum comprehenderet, secundū not. in authen. quod locum. C. si secun. nup. muli. Certè si filius viuo testatore decesserit, idque sciuerit ipse testator, & habuerit facultatem mutandi testamenti, nec tamen mutauerit, credendum est eum voluisse testari, ac si filium non habuisset, arg. not. in d. §. dat remissionem. & aliorum suprà allegatorum. quod not. ad id quod suprà diximus in hac eadem quæstio. versi. 162. incip. à quibus non longè abest.

219 ¶ Deniq; huc spectat & quòd ab eodem Pau. consultum est consi. 214. cuius est initium, Ego Pau. de Cast. in lib. 1. quod si quis suo testamento quicquam legauerit pro maritanda puella, si ea viuente testatore maritetur, extinguitur legatum, secundum Bart. post Dyn. in l. Lucius, la 1. ff. de legat. 2. Si tamen postea testator qui sciuit illam nuptam, & potuit mutare testamentum, non tamen mutauit, videtur decedere cum eodem testamento, & debebitur legatum ac si ea nondum nupsisset, per glos. in d. §. dat remissionem, & not. per Bart. in d. l. lex Cornelia. Et idem se & aliàs quoq; consuluisse, vt verè fecit consi. 148. proponitur in facto, in fin. lib. 2. etiam per not. in d. §. dat remissionē. Et ad hęc omnia bene faciat text. in d. l. si mater. C. de inof. test.

220 CONTRARIVM tamen in casu d. authent. ex causa, vt videlicet non confirmentur legata, etiam si testator diutiùs vixerit, & potuerit mutare testamentum, nec mutauerit, voluit expressè Bart. consi. 210. omne illud, versicu. & per hoc non obstat. & consil. 235. Lapus fecit testamentum, subdens quòd illa coniectura quam suprà pro contraria parte adduximus, tunc assumitur quando alij filij sunt instiſtut, secus quando extranei, per d. l. 3. C. de inoffic. testa. Sed, & posito, inquit, quòd testator hoc voluisset in illo medio tempore tamen ista voluntas non fuit legitima, nec facta etiam solenni numero testium, & sic est nullius momenti. Idem quoque voluit Ang. in l. idemque erit, quam legit cum l. qui iure. ff. de milit. testamen. vbi ita dicit consuluisse collegium Perusinum. & rursum in l. j. C. de codicil. vbi item dicit. & in l. 1. ff. de iur. codicil. & consil. 108. ista quæstio principaliter, colum. vlti. dicens de hoc esse text. si rectè & sanè intelligatur, in d. l. tractabatur. ff. de milit. testamē. Nisi, inquit in postremo loco, constare possit ex aliis indiciis, quàm ex diuturnitate, & potestate mutandi, quòd testator voluit cum eodem testamento decedere, per text. in d. l. idemque erit. Et si dicis: Ergo nuda voluntate conficitur testamentum, contra l. hac consultissima. C. de testa. Respondeo non id mirum esse, quia non conficitur de nouo, sed iam confectum, & infirmatum validatur, quod faciliùs fieri potest. l. qui ex liberis, quæ est pen. §. testamento. ff. de bon. possess. secun. tab. vbi est optimus text. Idem etiam voluit ipse Angel. consil. 364. Pierius fecit suum testamentum, colum. 3. per d. l. tractabatur, & Franc. Aretin. in l. Titius, in princip. colum. vlti. ff. de liber. & posthu. vbi de hoc dicit esse meliorem text. quàm in d. l. tractabatur, videlicet in l. si filius. ff. de testamen. milit. vbi quando nato posthumo ignoranter præterito à testatore, ipse testator vult decedere cum eodem testamento, videtur nouum testamentum facere, & ex hoc conualescit tanquam denuo factum. & hoc quidem in milite toleratur, qui potest testari vt vult: sed in pagano, licèt ex hoc quod non mutatur, videretur induci noua voluntas, tamen inutiliter induceretur, per alium text. quem tamen ipse non allegat, in §. ex eo autem, Instit. quib. mod. testa. infir. Subiungitque Fran. Aret. vbi suprà, illam quam suprà diximus Ang. exceptionem. Et iterum idem Franc. Aret. consil. 92. viso legato, columu. 3. versicu. nec potest releuare, vbi, & ad hoc dicit text. sing. in d. l. si filius, in versicu. si verò militante. quem tamen dicit à nemine alio allegatum. sed & ad hoc allegat text. in l. à filio. §. Seia. ff. de adimen. legat. vbi, & ex inimicitiis superuenientibus censentur adempta legata: & si testator postea codicillos fecerit, in quibus ea legata expressè non ademerit, tamen remanent adempta. Allegatque etiam ideo præsumi testatorem tacuisse, quia sciebat sibi esse prouisum iuris remedio aduersus prouisionē ante factā, sicut dicimus de creditore qui tacet, quia scit ius suum semper saluū manere. l. sicut. §. non videbitur. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. Cui adde & text. in l. an inutilis. ff. de accept. cùm dicitur, fingamus eum qui accepto ferebat scientem prudentemq; nullius esse momēti acceptilationem, quis dubitat non esse pactum, cùm sensum paciscendi non habuerit? Rursum idem Franc. consi. omnium nouissimo, eleganter & subtiliter, col. 3. in secundo dubio, vbi, & hoc dicit probari non cauillando, vt ipse dicit literam, in authen. vt nouæ fac. constit. versi. & non accusandos, & versi. seq. vbi dicitur, ꝙ si aliquis fecit testamentum ante ius nouum conditum, secundū formam iuris veteris, postea viuo testatore fiat lex noua, qua statuitur valere testamentum sine noua quapiam forma, valet illud testamentum priùs factum sine illa forma noui iuris, nec debet imputari testatori, quòd post legem nouam superuixerit, & habuerit tempus mutandi testamenti. Et quòd iste sit sensus illius tex. attende, inquit, ad rationem

nem quæ in eo text.adiicitur. Nam ideo non debet imputari, quia posse facere testamentum, non in nobis est, nô enim semper potest aliquis testari, cùm aliquando repentina morte impediatur. Ex qua ratione hoc infertur, quòd licèt prima fronte non appareat aliquem fuisse impeditum, cùm videatur habuisse tempus mutandi testamenti, quia tamen sæpe contingit aliquem impediri, ista sola possibilitas excusat. nam etiam potest esse quòd testator non mutauit testamentū, quia sperabat se semper diutiùs victurum. Posteaque respondet ad d.l. tractabatur, & ad d.l.3. C.de inoffic.testa. vt ibi videre poteris. Idem præterea voluit Barb.consil.60.illud afferam in medium, col.3. & seq.libr.2. & Soci.consi.93. testamentum præmissum, ad fin. lib.3. vni & illam Ang.exceptionem approbat. Et Iason sibi in eadem l.contrarius, in dicta authen.ex causa, colum.5.versi.amplia eam procedere, vbi hoc reputat sing.& solum Franc.Aret. allegat.dicto consi.92. & Steph.Bertran.qui & illum vnum allegat, consi.170. ponitur in facto, col.3.versi.nec oppônat, lib.1.& D.Bene. etiam eodem in loco sibi côtrarius, in d.c.Raynutius, in verbo, in eodem testamento relinquens, le 1. nume.232.extra de testamen.& nouissimè Anton Rubeus consi.125.præsens casus.

221 ¶ Et quia hi omnes loquuntur in casu dictæ authen.ex causa, vt iam diximus; non desût etiam qui idem asserunt in casu nostræ l. Is est Bald.qui omnia est in omnibus, consil.239.cuius initium est, quia vltimus passus, col.2.lib.3. vbi illud expressim dicit, quòd cùm reuocata sit donatio natiuitate liberorum ex hac l. idque sciat pater qui donauit, aut certè scire præsuma tur, non videtur in ea re perseuerare, quæ iam nullius erat momenti, arg.l.nô solum.ff.de acti. & oblig. Adeo est Bald.ingenio feraci ac fœcundo, vt nihil non ab eo discussum ac disputatum sit. Porrò Guido Pap.deci.214.reuocatio, col.2. versi.an reuocatio, in ea quoque est sententia, vt hæres reuocare possit ex hac l.etiam si donâs tacuerit.

222 SED ET HIC paulū attende lector. Nam hi casus, scilicet d.authen.ex causa, & nostræ l.videtur admodum diuersi in ea re de qua loquimur. Nam quantum ad casum d.authen. testamentum non ex sola præsumpta voluntate, sed de iure communi rumpitur natiuitate posthumi præteriti. Ideo si testator id resciuit, & potuit confirmare, non confirmando potest videri noluisse vt testamentum valeat, aut certè aliquid ei potest imputari, quod sibi non prospexit, si volebat valere. Hic autem donatio rescinditur non de iure côm uni, sed speciali & exorbitanti, vt latè diximus suprà in verbo, libertis: idque ex verisimili mente donatoris, quæ hic cessare videtur, non ex eo solùm quod nihil dixit, aut declarauit de reuocatione donationis, sed ex eo quoque, quòd permittis donatarium vti fruique re donata pôst natiuitatē filij: quod verisimiliter non faceret si eo esset animo, vt donatio reuocaretur, ar.l.cùm de indebito. ff.de probat. Quæ res non procedit in testamento, ex quo ij quibus aliquid relictum est, nihil viuo testatore consecuti sunt. Propterea cùm vltra diuturnitatem temporis in hoc casu illud interuenit; certè potest dici satis esse ad præsumendum donatoris animum, secum illam Ange.exceptionem.dicto consi. 108.quam nuncupatim sequuntur & approbant Francisc.Aretin.& Socin.vt suprà diximus.

223 ¶ Item non hic procedit ratio, quam Bar. & alij plerique adducunt de voluntate minùs solenni, quia donatio sola voluntate, id est solo consensu perficitur, nec alia solennitas requiritur, vt in testamento. Ideo in hoc casu nostro putarem conualescere donationē, si pater post natiuitatem filij diutiùs vixerit, nec aliquid de reuocatione donationis declarauerit, præsertim si filius qui eam sua natiuitate reuocarat, mortuus est viuo testatore, isq; habuit spatium declarandi. Nam si filius adhuc viueret, non tam facilè præsumerem patrem velle donationem ratam manere. Et cùm multi sint huius sententiæ, quos suprà in principio huius limitationis retulimus nemo quem hactenus legerim, nisi me fallat memoria, expresse contradicit, præter Bal.d.consil. 239.lib.3.quem non mireris cæteris côtradicere, qui sibi vbiq; cotradicit.

224 ¶ At cessantibus iis quę diximus, quia scilicet pater non habuit tempus aut facultatem declarandi, siue quia statim obiit nato aut mor tuo filio, siue quia fortè ignorauit natum sibi filium. Certè quanuis ipse non declarauerit velle donationem reuocari, poterit tamen hæres illius hoc ipsum declarare, atq; vti huius l. beneficio, vt satis intelligunt omnes quos etiam pro priori parte allegauimus. Et secundum hoc intelligi etiam debent Albe.& Ange.qui hic in nostra l.dixerunt simpliciter non requiri declarationem patris de reuocatione, quanuis aliæ reuocationes non fiant nisi expressè, & donatore viuente, quasi hoc ius reuocandi ex nostra l.trāseat ad hæredes.

225 TERTIO intelliges quod diximus donationem, quæ natiuitate filij est reuocata, non conualescere morte illius, vt procedat in donatione in qua etiam locuti sumus. Secus verò in legitimatione, quæ licèt secundum multos (vt suprà diximus in verbo, donatione largitus, in 16.q.) reuocaretur saltem quantum ad effectū succedendi per natiuitatem liberorum, vt quælibet alia donatio, ex l.nostra: tamen si postea legitimi, qui eam sua natiuitate reuocarant, moriantur, reassumit legitimatio hanc succedendi vim, quam amiserat illa legitimorum natiuitate ita scilicet, vt succedat legitimatus patri, ac si nullus ei post legitimationem legitimus natus fuisset, vt pulchrè ac sing. consuluit Paul.Castr. consil.

cōs.22.cuius caput est, visis oībus quæ narrantur,col.1.lib.2.ar.l. posthumus.ff.de iniust.testa. Nam si conualescit,inquit,testamentum, quod posthumi natiuitate omnino ruptum est,multò magis legitimatio, quæ rupta non fuit, sed tātùm diminuta quantum ad effectum succedendi extantibus legitimis, ne illis fieret præiudicium,hunc effectū recuperat, cessante ea causa. Subditque etiam idem videri, si post mortem patris filius legitimus moriatur, antequam ipsi patri succedat,ar.l.1.§ sed si sint.ff.ad Tertul.Licet secus sit in testamento.l.filius qui in potestate.ff.de liber.& posthu. De qua re etiā diximus in d.16.quæstio.num.320.incip.nec illud prætereundum.

226 SED DE HIS SATIS. Nunc autem quærendum ducimus,quoniam verba quæ nunc interpretamur, sunt in plurali numero enuntiata, videlicet susceperit liberos, vtrum necesse sit plures filios suscepisse, an verò vnus tantùm etiam reuocabit?Et videtur quidem primùm aut duos aut plures requiri, per tex.in l. vbi numerus.ff.de testibus. & l.qui quartam.§. vlt.& ibi Bar.ff.de lega.1.& l. legato.§. qui plures.ff.de legat.2.iuncta l.Meuius.§.eum qui, le 2.& ibi glos.in verbo, eandem rem, eod.tit.& l.3.in princ.versi.quod si ita,& ibi Bart.ff.de an nu.lega.& l.1.ff.de opti.leg.& l.vlt.& ibi Bart. ff.ad Trebel.& l.libertas.§.vlti. & ibi Bart. ff.de manu.testa.& l.inter illam.§.vlti.ff.de verbo.signific.& c.is cui.§.1.de præb.lib.6.& c.pluralis, de reg.iur.eod.lib.& in c.1.post princ.tit.de no tis feud. Quibus planè probatur,pluralem numerum vno minimè esse contentum.

227 ¶ Ideo Bart.in d.l.1. ff.de optileg. dicit, quod iussus distribuere inter pauperes, non potest in vnum tantum distribuere.quod & voluit Bald.in repetit.l.1.colum. 1.versicu.iuxta hoc quæritur an isti. C. de sacro. eccle. & Paul. Castren. consil. 97. super primo quæsito videtur dicendum quod testamentum, column.2. versicu.secunda inspectio, libr. 1. & Philip. Dec. consil.471.iuridicam, colum.2.versicu. secundo. De quo tamen quia non omnino est sine dubio, vide Bald.[in repetit.l.1.colum.vlt.versicu.sed an executor.ff.de legat.2.&]in l.vnum ex familia.§.itaq;,& ibi Rapha. Com. & ipsum Paul.in §.si duos.ff.eod.tit.& ipsum Bald. cons. 162.quidam Franciscus,in 2.dubio,lib.5.& eūdem Paul.in l.cùm quidem,colum.2.versi.nota etiam dum dicit.ff.eod.Rom.sing.451. testator dicit.& Alex.in l.Gallus.§.quid si is.ff.de liber. & posthum. & in d.l.qui quartam,§.1.ff.de lega. primo.

228 ¶ Sed illam Bart.sententiam fulcit, quod a Bal.proditum est in l.iubemus.§.sinautem. C. ad Trebel.quòd statutum eos certa pœna multans, qui domum alterius ingrediuntur cum hominibus armatis,non habet locum in eo qui ingreditur cum vno tantùm armato, cum statutum pluraliter loquatur de hominibus armatis, & eò grauior maiorque est iniuria,quò à pluribus admittitur. l. si plures serui.ff.de in iur.quā ad hoc dicit not.& sequitur Philip.Dec.d.consi. 471.vbi suprà.Super quo tamen vide tex.quem pro alia parte citatibus,in l.2.§.homines, versic. sed & si vnus.ff.vi bo.rapt.vbi ita scribitur. Sed si vnus homo coactus sit, adhuc dicemus homines coactos esse.Nisi dicas ibi tex.loqui de damno,non de iniuria personæ.Nam damnum non augetur ex multitudine,sicut iniuria, vt quibusdam placuit.Sed huic aduersatus Tullius in oratione pro Cecinna.Si tu, inquit, solus,aut quiuis vnus,cum scuto,cum gladio impetum in me fecisset,atq;ego ita deiectus essē,auderēsne dicere interdictum esse de armatis hominibus, hic autem hominem armatum vnum fuisse?non, opinior,tam impudens esses. Nam vt dicit paulopost, in his causis non verba veniunt in iudicium,sed ea res cuius causa verba hęc in interdictum coniecta sunt. Et iterum paucis interiectis. Non maior est iniuria si pluribus armatis, quàm si vno armato fit.Et alia multa in eam sententiam scribit,quæ tu videre poteris.

229 ¶ Et quod idem scribit in c.1.extr.de appel.non satis esse, protestationem,quæ ex eo.c. debet fieri in pręsentia bonorum virorum (sunt enim verba illius c.) fieri coram vno , propter illa verba pluralis numeri.Et eum sequitur Præpo.ibi.& Nicol.Eueral.in locis legalibus, in loco à numero,in princ.Sed tu tamen de hoc vide.vt quod etiam dubium est,Panor.Perusin.& Philip.Dec.ibi, & Specul.locis à Panor.citatis, & Lapum allegat.39.incip.an valeat appellatio, post medium, & vide quæ dicam infra numer. 249.& hinc quoque manat.

230 ¶ Sed redeamus ad Bald. qui consil.242. cuius exordium est,factum tale est, quidam B. habuit gratiam, lib.3.consuluit mandatum papæ de prouidendo alicui de beneficio spectante ad collationem quorumcunque, non habere locū in beneficio spectante ad collationem vnius tantùm,per d.l.vbi numerus.

231 ¶ Hanc etiam spectat responsum Oldra. consi.142.cuius caput est, factum tale est, testator habens vxorem prægnantem,quòd si testator substituit sororem posthumis, si ij decederent in pupillari ætate, non est locus substitutioni si vnus tantùm posthumus natus sit, & decedat in pupillari ætate, & censetur esse casus omissus,Quod quidem consi.ad verbum propè transscripsit Io. An. illius discipulus sine magistri mentione, quod illi ferè est perpetuum, in addi.Specul.tit.de testa.§.1.col.pe.versic.quarta quæstio.De quo tamen vide Fran.Aret.qui hoc reputat sing.in l.placet,col.2.versi.pro ista conclusione.& Andr.Alciat.lib.3.de verbor. significat.in 3.questio.quarti axiomatis, quartæ regulæ princ.

232 ¶ In quā etiam sententiam Ang.consi.56. quidam

quidā nō suppositus, tradit quòd in statuto Florentiæ cauente non admitti accusatorē, nisi satisder per fideiussores idoneos approbatos ab approbatoribus. Cōis, non sufficit dare vnum fideiussorem, nec satis est interuenire vnum approbatorem, licèt vterq; & fideiussor & approbator sint idonei & soluendo, quanuis ita videatur satisfactum menti statuentium, quæ solum voluit satis consulium cautumq; esse indemnitati accusati; ideoq; videbatur vnum sufficere, per l. sci re oportet. §. qui aūt, versi. sed & si maximè. ff. de excus. tut. Sed tñ non satis est, nam quò, inquit, plures sunt idonei, eò quoq; magis cautum est. l. si quis decedens. § vlt. ff. de lib. leg. Et quia statutum in plurali numero loquitur.

233 ¶ Nec hinc longiùs abest quod idē Ang. alibi cōsuluit, videlicet cons. 289. hoc principio, vi so facto & statutis, in primo dubio. Quod si ex statuto requiratur citari proximiores agnatos occisi ad accusationē eius qui illū occidit, nō sufficit vnū citari, cùm statutum de proximioribus in plurali numero dicat.

234 ¶ Huc quoq; vergit quod cēsent dñi Rot. dec. 522. inci. nota q̄ si cōmitatur, in antiq [rur sumq; dec. 79. cōmitatur causa, in nonis.] q̄ si in rescripto facta fuerit potestas citandi in locis vicinis, non satis erit id fieri in vno tātùm loco vicino, sed id dēt fieri in duobus ad minimū locis per d. c. pluralis locutio. Cui omnino simile est quod & tradit Card. Flo. in cle. 1. in 3a q. de so. cōp. q̄ in casu illius cle. in versi. si verò dicti epi scopi, dū facit potestatem citandi in ecclesis, dēt fieri ea citatio in duabus. Quanquam illum in diuersum citet Matt. Affli. in consti. Siciliæ inci. multæ leges, col pen.

235 ¶ Eiusdem monetæ est quod & consultum est à Petr. Anc. viro vtiq; laudatissimo, consi. 36. cuius caput est, visa quadā petitione. col. j. q̄ si statutū requirat aliquid fieri à cōsanguineis, vt in statuto Forlinij, quo cantū est in rub. de tuto ribus dandis pupillis, vt ab aliquibus consanguineis ex parte patris petatur adiunctū dari tutori, allegata aliqua causa suspicionis, vel alia legitima & verisimili causa iudici ostensa; non satis est id ab vno tantùm cōsanguineo peti, & sequitur. Deci. in c. prudentiam, col. 1. versic. & super isto tex. extrà de offic. deleg.

236 ¶ Sed & in hāc sententiā remigrat qd legitur apud Pau. Cast. cōs. 211. hoc initio, ad primū respōdet, q̄ dictū legatū, in 2. dub. lib. 2. q̄ si testator mādauerit hæredi, vt quāpiā numotū quantitatē nō exigat, donec maritauerit sorores suas, non satisfecisse videtur vnam tantùm maritando, quia pluralis locutio non verificatur in vno.

237 ¶ Adde & quod eleganter responsum est à celeberrimo nostræ tempestatis iuriū interprete Philip. Decio, consi. 222. viso puncto, colu. 4. versi. quintò q̄ tale statutum, dū in statuto Lucanæ ciuitatis declarāte bona patrimonialia illa esse quę fuerunt suorum per lineam paternā ascēdentiū, asserit necessarium fore, vt ea fuerint patris & aui, nec satis esse patris fuisse, vt dicantur patrimonialia cū statutū dicat, suorū ascēdētiū, in nu. plurali, p d. l. vbi nu. ff. de testib. & idē quoque voluit ipse Dec. d. cōs. 471. iuridicā. col. 2.

238 ¶ Itē quod ab alio non ēt spernendo nostri tēporis iurisconsulto, quis Gallo, Steph. Bertrā. responsum est cons. 4. visis hincinde propositis, col. 8. in 6. dubio, lib. 3. q̄ l. transactionem. C. de transactio. qua cautum est, præsentiā amicorum tollere suspicionē metus, hēt locū, tū demum, si non vnus tm̄ amicus, sed ad minimū duo interuenerint, cū tex. dicat in plurali, amicis interuenientibus. Et ante eū idē respōdit Soc. quē nō allegat. consi. 263. capio primum consultationis articulum, col. 6. versi. sed adhuc vñr, lib. 2. Sed credo Bertr. non vidisse opera Socin. vt quem nunquam citauit.

239 ¶ His finitimū est & quod scribit Pet. Iac. in tit. de actio. ex empto redhibitoria, colu. 4. q̄ in quib' casibus creditur medicis, aut alijs peritis, nō vnus sufficit, sed ad minimū duo requirunt, per tex. loquentē in plurali numero de medicis, in l. semel. C. de re milit. lib. 12. [& idem voluit Bal. per illū tex. cons. 136. proponitur q̄ Titius, col. 1. lib. 2. & Cepol. cōs. causa. crim. 62. magnifice, col. 2. versi. nec ob. si dicatur, vbi & ad hoc allegat tex. in c. significasti, le ij. de homici. in illis verbis, peritorum iudicio medicorū.] Sed tu in de hoc uide Bar. in j. constit. ff. in fi. princi. & ibi quoq; Bal. col. 3. versi. sed an credatur. [& eūdē Bart. in l j. in princi. ff. de ventre inspi. & in l. 1. §. vlti. in 2. col. & ibi alios, & latè Ias. ff. de verbor. obl. & pręterea Ang. in l. qui luminibus, in prin. ff. de serui. vrban. prædio.] & præterea Ioā. Ana. in c. significasti, col. v. de homici. cum aliis multis concor. adductis ab Alex. in addi. ipsius Bart. [in d. 1. constit. ff. & rursum cōsi. 35. visa scriptura priuata, col. vlt. versic. circa secundū dubium, lib. 1. & Fely. in c. proposuisti, col. 3. versi. secūda cōclusio, ext. de probat.] & præterea Guid. Pap. cōs. 177. nobilis Pet. col. 2. vers. & licèt dic'. [& deci. delphi. 394. de medicis, paulò ante finē.]

240 ¶ Denq; vt multa in vnum colligam, facit quod voluit glos. in §. præiudiciales. in glos. magna, post princ. ibi, item quia postea dicit cęteræ, & ibi etiam Pe. Iac. Dy. Io. Fab. & alij redētiores Insti. de nu pt. & glos. in c. statutū. §. insuper, in verbo, paucis, de rescrip. lib. 6. & in cle. sæpe, versic. & quia, in verbo, de pattiū, de verb. signi. Oldra. consi. 177. testator in suo vltimo testamē to. Io. An. in addi. Specu. tit. de testa. §. in primis, in fi. in addi. magna. incip. huic quæstioni, in 4. quęstio. Bar. in d. l. qui quartā §. vlt. & in l. qui filiabus, in princ. ff. de leg. 1. & in l. vlti. ff. ad Trebel. & in l. si gemina, ad fin. ff. arb. fur. cæsa. & cōsil. 54. Angel. Mariæ, col. 2. versi. pręterea ex verbis, & col. seq. versi. non ob. quod dicit [Bald. in l. a. col. 2. versi. item si statutum loquitur. C. de liber. & eorum libert. & consi. 123. reuerendissimus,

ſimus,col.3.verſi.nunc venio ad ordinationem, & iterum verſic.concludendo igitur, lib. 5.] & Paul. Caſtr.conſi. [166.viſo puncto, colum.1. lib.1.& conſil.]189.videtur dicendum,colum. 2.libr.1.conſi.219. viſis & conſideratis quæ ſupra narrantur, col.1. eod.lib.1. [& conſil.109. viſa petitione,col.1.lib.2.]& Raph.Co. conſil. 13. Titius inſtituit Seium.& conſi. 16. Ioannes quondam vitalis.& conſil.179.facta fuit quædã tranſactio,in 2.dubio,Imol.conſi. 101. in cauſa accuſationum,col.1.Pano,in c.eccleſia,le ij.col. 1.verſic.nota, ibi ad arbitrium bonorum virorum, ext. vt lit.pend.& conſi.65. caſus quidam Raynerius, lib.2.Cepol.conſil.62. magnifice ac generoſe,col.2. verſicu. nec obſtat ſi dicatur.& Corne.conſil.72.viſis ſcripturis, col.1. verſicu. nam ſi alter,lib.1.[& conſil. 28.viſa petitione, col. 2.in litera g.lib.2.& Alex.conſ.18. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Anto. col.3. verſicu. præterea vltra vnum,lib.1.&]conſi.66. in cauſa & lite vertente,in princ.lib.7. [Corn.con.227. viſa copia ad fin.lib.1.& Cepol.conſi.cauſarum criminalium. 69. contra, col.2. verſic.præterea quod illa.] & Socyn.conſil. 124. Sortes habens vnum nepotem,col.1.lib.4.& Philip.Dec.[conſil.222.viſo puncto,col.4.verſicu.quòd tale, vbi ex hoc in pulchro caſu reſpondit,&]conſ.287. in ciuitate Placentiæ,col.6.verſi. ſed videndum eſt.[& conſi.481. iuridicam,col.2.verſic. ſecundò principaliter.] & Matthæ. Afflic. in conſtit. Siciliæ incip.ſuper inciſionibus, colum.2.verſi. tertiò quæro. vbi ex hoc dicit illam conſtitutionem imponentem pœnã incidenti arbores, non habere locum in incidente vnam tantùm arborem.& in conſtitut. incipient. blaſphemãtibus, in 7. queſtio.vbi dicit eam conſtitutionem punientem blaſphemantes ſanctos,non procedere in blaſphemante vnum tantùm ſanctum, & ex medicis Galenus, qui interpretans illum Hippocratis aphoriſmum lx. libro quinto; Si mulieri vtero gerenti purgationes eant, impoſſibile eſt fœtum ſanum eſſe. adnotat Hippocratem dixiſſe purgationes numero plurali; neque enim vnam tantùm oſtendere fœtum pati. [Et ex ſacratiſſimis ſcriptoribus, Diuus Paulus ad Galatas,capite tertio, Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eus, non dicit ſeminibus,quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo qui eſt Chriſtus.]

241 TV TAMEN audenter dicito ſatis eſſe vnum naſci,vt expreſsè voluit Steph. Bertrã. conſi.312.difficultas,poſt princ.lib.3. qui tamẽ nihil allegat. & tacitè voluerunt omnes penè qui de hac re in cõſiliis locuti ſunt, cùm filij aut filiæ natiuitate donationem reuocatam eſſe cenſuerunt ex l.noſtra; cuius optima eſt ratio, quia appellatione liberorum vnus tantùm filius comprehenditur,nec ſine liberis eſt,qui vnum tantùm filium habet.l.non eſt ſine liberis.ff. de verbor.ſign.& l.pater Seuerinam.§. ita fideicõmiſſo.ff.de condit.& demon,& l.à filia,in princ.ff. ad ſenatuſcon.Treb.& in l.is cui.ff. quãdo dies leg.ced.& l.1.& ibi Bald.qui hoc dicit procedere ex naturali æquitate.C.de condit. inſer. & d. l.iubemus.§.ſin autem.C.ad Trebel.& l.1. & ibi Soci.in v.not.Philip. Dec.in 4.nota.C. de pact. & l. cùm vxori.C.quando dies lega. ced. & vbique gloſſ.& doct.& l.hæredibus.§. Titius. ff. ad ſenatuſc.Trebe.& gloſ.in cap.ſi pater, in verbo, liberis,de teſta. lib.6. Oldra.conſil. 141. thema tale eſt,domini G.col.1.§.1.Io.An.in c. Raynutius,col.2.in verbo, abſque liberis,ext.de teſta. Bald.in authen.ſed & ſi quis.col.2.verſic.præterea indefinita.C.de ſecund.nupt.& conſil. 158. quædam mulier, lib. 5. Angel.conſil. 118. quia pro nepte,poſt princ.Anto.in repe.c.vlti.in 4.artic.princ.verſi.fallit nonò,extra de conſu.Raph. Co.conſi.25. Franciſcus inſtituit,colu.1.& cõſ. 106. mulier inſtituit maritũ,col.2. alter Raph. Fulgo.conſi.4.ad id de quo quæritur, in princi. & conſi.18. Solmuntia fecit teſtamentum, col. 2.& conſi.46. Andreas de luca.& conſi.87.proponitur,col.2.& conſil.92. Antonius,colu.2.& conſi.203. viſis inſtrumẽto,vbi & hoc dicit procedere in ſtatuto.Panor.qui ex hoc conſuluit in pulchro caſu,conſ.55.caſus quidam Raynerius, colu.2. verſiculo. venio ad ſecundum dubium, lib.2.Card.Flor. conſi.60.pro examinatione pũcti, col. vlt.& conſi.153. in ſocietate,poſt prin. Rom. conſi. 148. viſis themate.Paul.Caſt.conſ. 287. caſum iſtũ,col. 1. lib. 2. Alex. conſi. 108. viſo themate,poſt princip.lib. 1. & conſil. 109. Sempronia teſtamentum condidit,colu. 1.libr. 2.& conſi.31.ponderatis his,poſt princip. lib.3. & conſi. 38.per ſpectis his,col.1.& ſeqnẽ.libr. 6.& conſi. 6.attentis verbis,in fi.lib.7.& conſi. 133.ſtantibus his,col.1.eod.lib. 7. Franc. Curt. conſi.64. antiquiſſima, col.8.verſic. tamen adhuc oſtenditur. Corne. conſi. 91. viſa facti narratione, col.1.lib.1.& conſi.1.circa primum,colum. antepen. verſic.& quando patet, lib.4. & conſi. 68. licèt hanc conſultationem, col. 1.eo. lib.4. Soci. conſi.55. viſis conſiliis, poſt princi. lib. 3. Philip.Dec.conſil.50.quia uerba teſtamẽti,fermè per totum,& conſi.370. uiſo teſtamento.colu.1. & conſil.414.uiſo eleganti conſilio, col.2.Ludo.Bolo. conſi. 32. Berta ſuum condidit teſtamentum, colu. 1. & conſil. 62. Martinus & Maria, col.6. in quinto dubio. Id quod etiam verum eſt, cum in conditione ſit mentio liberorum, ut ſi dicatur, ſi quis decedat ſine liberis. nam licèt aliàs conditiones ſint præciſæ, debeantque impleri in forma ſpecifica.l.qui hæredi.& l.Mæuius.ff.de condit. & demon. tamen & hoc caſu ſufficit decedere cum uno filio, vt volui gl.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus,& ibi Bar. ff.ad ſenatuſconſ.Treb.& gloſſ.in ca.ſi pater, in verbo,liberos,& ibi doct.de teſta.lib.6. & multi ex iis quos ſuprà citauimus. Sed & id procedit in ſtatutis q̃ aliàs ſtricte ſunt interpretãda,vt

patet

patet ex iis quæ scribit Bald.in d.l.1.C. de condit.insert.& multis etiam ex supradictis,& aliis quos postea citabimus.

242 § Nec id quidem mirum est, qm̃ hæc enunciatio liberorum semper plurali numero profertur, sicut pugillares & codicilli, vt tradit iuriscõsultus in d.l.nõ est sine liberis.ff.de verbo.signific.& Probus Grammaticus in Catholicis, & Seruius in libr.10. Aeneidos, enarrans illud. *Natis parce tuis.* & vt scribit Gellius.lib. noctium Atticarum.2.cap. 13.antiqui oratores, historiæque aut carminum scriptores etiam vnum filium filiamve liberos multitudinis numero appellarunt.idque probat authoritate Sempronij, Asellionis, vt illic videre licet. Cui & tu adde Plautum in Aulularia inducentem Euclionem, cui vnica erat filia, hæc loquentem.

Quamobrem ita faceres, meque meosque perditum ires liberos,

Et in Truculento cùm Phronesium vnicum puerum diceretur peperisse,de ea tamen dicit.

Cumque es aucta
Liberis,gratulor.

Et Terentius[in Andria, cùm de vno loqueretur,vt ex præcedentibus aperte constat.

Domus,vxor,liberi inuenti inuito patre.

Et rursus] in Heautontimorumeno.

Ingenio te in liberos leui puto,
Et illum obsequentem.

Qui locus in hanc rem est apertissimus,& eum etiam annotat Donatus interpres.Et rursum in Hecyra,cum de vna tantùm filia loqueretur.

Qui illum decreuerunt dignum , suos cui liberos committeret.

Vbi & hoc expendit Donatus.Et Cicero in 3.in Verrem actione , quem ipse Donatus loco non designato citat in vtroque illo loco.En cui tuos liberos committas. cùm de vno ageretur Malleoli filio. [& in eadem quoque oratione. Cur hunc dolorem cineri eius atque ossibus inussisti , vt liberis eius bona patria voluntate patris iure , legibus, tradita eriperes , cùm de vnica P. Amij, filia loqueretur vt ex præcedentibus patet.] Et idem Cicero in 1. in Catilinam oratione. Occisus eũ cum liberis M. Fuluius consularis. cùm is tamen vnicum filium haberet , cui facta est optio , vt genus mortis eligeret , vt scribit Appianus lib. primo.[vide D.Augustinum impressio. Paris. Tomo.5.fol.205.]

243 § Quamuis nonnunquam liberum in singulari numero pro filio reperiamus , sed semel tantum in vniuerso Digestorum opere , videlicet in l. ius autem. ff. de pac. vbi Bartol. & Iason id notant. & etiam Socin.in l.2.colum.1. ff. de liber. & posthum. & Cate. Cot. in memor. incipient. liberum pro filio. Sæpe vero in C. & Institut. vt in l. si quis in suo testamento , in principio vbi Accurs. id expendit.C.de inofficios. testam. & in l. si quis prioris.§.vlt,vbi & Bal.obseruauit.C.de secund. nupt.& in §.hoc quoque à nobis, Inst.per quas person.no.acquir.Quæ loca & Iason citat in d. l.ius autem.[& quædam ex his Corn. cons.41. videtur in hoc,paulo ante fi. lib. 2.] Ideo & Sipontinus in suis in Martialem commentariis, inter ea epistola cuius initium est,spero me securum,asserit quòd liber in ea significatione alicquando reperitur in singulari numero, nullum tamen locum nuncupatim citat. & Laurentius Valla in libro elegantiarum.c.106.[& in lib. 2. aduersus Bartolomæum Facium]etiam dicit se liberum pro filio apud Quintilianum , Paulum Caiumque iurisconsultos adnotasse, nullum tamen locum designauit,nec etiam verũ est quod de Paulo & Caio tradit,quippe cùm d.l.ius autem,sit Modestini,nec in totis Digestis alius huiusmodi locus reperitur,vt inibi tradũt Bart. & Iason,qui Laurentium nuncupatim in hoc arguit.& Catel.Cot.in d.memor. incipien. liberũ pro filio. Quanquam sunt qui & Vlpianum quoque ita vsum fuisse scribunt in l. nemo prædo. §.locupletior.ff.de regu.iur.vbi ita scribitur.Locupletior non est factus , qui liberum acquisierit.vbi Accursius accipit ꝓ filio. & etiam And. Alciat.in d.l.non est sine liberis.& Cota vbi supra.de quibus magis miror,cum illic liberorum non pro filio,sed pro libero homine haud dubie accipitur,quem qui acquisiuit de facto,non est factus locupletior,cùm liber. homo non cadat in commercium hominum.l. cùm hæredes. §.vlti.ff.de acquir.possess.[& l.si in emptione. §. liberum.ff.de contrah.emp.& §.1.Institut.de inutilib.stipul.]& c.2.ext.de pignor.& ibi cõcord. Nec rationi recti sermonis admodum congruit vt dicamus acquirere liberos,pro suscipere, vel gignere, vel procreare. [Et vt id concedamus , quia quærere filios legimus in l. si te parens. C. de suis & legit. Tamen quę ratio fuit, vt iurisconsultus scriberet,locupletiorem eum non esse factum qui liberos genuerit. quis enim vnquam de hoc dubitauit? vt interim omittam nonnullos esse qui in ea l. non libertum , sed libertum legant,inter quos est Fortunius Garcia. in l.iurisgentium.§.& ideo,col.9.versi. secundò not.ff.de pactis.] Quintiliani quoque locus nullus est,qui sciã,in oratoriis institutionibus.Scio autem eundem,si is est,quod Valla ipse vbique credit,ego nunquam putaui,in a.declamatione cui titulus est,Cæcus in limine,in hac significatione liberi vocabulo vsum fuisse,cùm dicit.Liberi ac parentis affectus,non alius mihi videtur affectus.Et ita quoque vsus est sextus Aurelius victor in Nerua,cùm dicit.Hic Traianum in liberi locũ,inq; partẽ imperii adoptauit.[& l.qui quartam.§.1.& ibi Alex.& Iason.ff.de legat.1.]

244 § Sed vt redeamus,non tantùm in hac liberorum appellatione , sed alias sępe videmus pluralem numerum poni pro singulari,& quod pluraliter profertur , in vno tantum æquè ac

in pluribus procedere.l.Gallus.§.quòd si is,in il lis verbis,illis viuis,& ibi Bald.Alex. & alii recentiores.ff.de liber.& posthu.& l. 3. §. exactis. ff.de origi.iur.& l.diuus,in fi.& ibi glos.Bald.& Ang.ff.de petit,hære.& l.3.§.negotia,& ibi Bar. ff.de nego.gest.& l. 1.in prin.& ibi Bart.& Bal, ff.de procur.& l.2.§.homines,ver.sed & si vnus & ibi Bart.& iterum.§.vel cuius bona.ff.vi bon, rapt.& l.hæredes mei.§.cùm ita,& ibi etiã Bart, ff.ad Trebel.& l.1.§.quanuis.ff.de assig.liber.& l.si ei cui,in 2.respon.iuncta gl.in verbo, his igitur casibus.ff.de euictio.l.ꝙ si nolit.§. pen. cum glos.in verbo,in his.ff.de ædil.edic.l.quia actionum,cum glo.in verbo,actiones.ff.de præscrip. verb.& l. 1.§. vt in initio,& ibi glo.in verbo,capitibus.ff.de postul.& in c. vt priuilegia, & ibi glo.& Panor.ext.de priuile.& in c.1.& ibi glo, in verbo, originalia,de pœniten.dist.in.4.& voluit gl.in l.Sticho.§.idem quæsiti,in verbo,post mortem eorum.ff.de vsufru.legat.& in l.falsa.§. vlti.& ibi etiam Bart.ff.de condit. & demon. & in l.vltim.C.de serui.reipub.manu.& in l.1.§.il lo proculdubio , in verbo, pactionibus. C.de rei vxor.actio.& in § 1.in verbo, omnes homines,Instit.de iur.perso.& in §.1.in verbo,vtilis, Instit.de vi bonor.rapto.& in §. si verò absit, in auth.de hære.& falci.& in c.2.ext.de rescrip. & in c.accepta,in verbo,pater, & ibi Panor. extrà de appel.& in cle.1.in verbo,alios, & ibi etiam Paul.Genz.Imol.& Cardi. Flo. de renunt. & in c.omnes,& ibi Domi.& Feli.latè.1.disti. & Archi.in c.1.4.quæstio.vlti.Specul.tit.de pri. & secund.decret.§.iam de effectu,versi. sed nũquid sufficeret.Guil.à monte Laud.in extrauag.super cathedram.§.ꝙ si fortè,in verbo, quempiam,de sepul.Luc.Pen.in l.nemo,col.2. versic. secundò quæritur.C.de cur.pub.lib.12.cum sequentib.

245 ¶ Idque frequens est in sacris literis. Nã quod Diuus Paulus ad Hebræos.ca.11. scribit. Obturauerunt ora Leonum, de vno tantùm Daniele intelligitur.Et quod inibi quoq; dicitur, secti sunt,de solo Esaia traditur. Et quod item dicitur,circuierunt in melotis,de solo Helia legitur.Et in Psal.2.Astiterũt reges terræ,& principes conuenerunt in vnum, quorum primum de solo Herode, alterum de Pilato intelligitur, vt videre licet ex actis Apostolorũ.c.4. & quod item Matthæus cap.27.& Marcus cap.15.latrones fuisse Christo conuitiatos, cùm vnus tantũ conuitiatus sit,quem alter increpauit, Lucæ testimonio cap.23.Quo in loco Ambrosius & Beda hæc quæ dicimus , annotarunt. Sed & quod scribitur Psal.50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum,de vno tantùm peccato originali intelligitur. Et Matthæi. 2. Mortui sunt qui quærebant animam pueri,de vno tantùm Herode intelligitur,vt patet ex eo quod pauloante in eodem c.scriptum est. Et Exodi. 32. fecerunt sibi deos aureos. Et Exodi.32.Hi sunt dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti.cùm de vno tantùm vitulo intelligeretur. Quæ loca etiam in eam rem expendit Diuus Augustinus in eo libro,cui Enchiridion titulus est,cap.54.& post eum magister Sententiarum Lombardus, lib.2. dist.33.

246 ¶ Sed & Poetæ frequentes sunt in eo genere loquendi, vt plurali pro singulari vtantur, Ex quibus vnum,qui instar omnium est, Virgilium satis erit aduocasse. Is lib.7.Aeneidos, cũ de vno Aenea loqueretur , qui futurus erat gener Latini regis,ita scribit.

Externi veniunt generi,qui sanguine nostrum,
Nomen in astra ferant,

Et iterum postea eodem libro.

Generos externis affore ab oris.

Quod & Seruius interpres illius expendit in priori loco.[Et rursus eod.lib.

Exulibùsve datur ducenda Lauinia Teucris.

Et paulopòst.

Quò thalamum eripia Teucris.

Cùm etiam de vno eodem Aenea loqueretur, Nam & è diuerso lib.11.soceros ille idem vocat,cùm de vno Latino intelligeret.

Parceret hospitibus quõdam socerisq; vocatis.]

247 ¶ Propterea licet text.in l. apertissimi. C. de iudici.dicat in plurali arbitros esse assumendos,qui iudicent de recusatione iudicis, vt etiã in c.secũdò requiris,& c.cùm speciali, extrà de appel.& in c.licet,ext.de for.compe.& in c. suspicionis,ext.de offic.delegat.& in ca. si contra, & c.ab arbitris,eod.titu.lib.6. & in c. legitima, de appel.eod.lib.Sufficit tamen vnum eligi, vt voluit glos. in d.c.secundò requiris,in verbo, aliquos,dum ita exponit,id est arbitrum vel arbitros,& ibi Panor.col.pen.& alii. & Spec.in titu. de recusa.§.effectus,versi.sed nunquid vna pars & Geor.Nat.in repe.c.quanuis.in 4.quæst.prin. de pactis,lib.6.Et facit optimè text.in l.cum specialis,quæ est vlt.ibi,arbitrum vel arbitros eligere.C.de iudi.

248 ¶ Est & doct.sentẽtia,statutum certo modo puniens producentem falsos testes,habere locum in producente vnum tantum.Ita enim voluit Cyn.in l.1.C.vti possi.Iac.Bu.& Bart.in d.l. 3.§.negotia, & ibi Angel.qui eum §. legit cum principio illius l.ff.de nego.ge.& idem Bart. in d. l.2.§.si vnus, & ibi etiam Dyn. & Alber. ff. vi bono.rapt. & ipse Bart.in d. l. 1. & ibi quoque Bald.ff.de procur.idem Bal.in d.l.Gallus.§.quid si is, paulò ante fin. & ibi etiam recentiores. ff. de liber.& posthum.& in d.l.diuus.§. diuus, & ibi Angel. ff. de petit. hære. & in cap. mandatum, colum. 2.extr.de rescript. Albet. [in l.2.§. 1.ff.de lib.hom.exhib.&] in 2.parte statutorum q.28.incip.secunda quæstio est.Gandi.in tract. malefi,in rub.de falsariis,col.3. versic. item statutum est in ciuitate. [Bonifac. Vitel. in tractatu eiusdem materiæ,titu. de fals. numer.18.] Angel. in l. 1.§. in princip. ff. de dol. mal. Pet. Anc.& Imol.in cap.relatum,le 2.de testa. idem

Pet.

Pet.in c.1.de lit.cont.lib.6.& in c.cùm ab vno, col.2.in 3.no.de sent.& re iudic. eo.lib.6.& ipse Imol.in cle.& si principalis, de rescript. Anto.in repe.c.vlt.col.59.versi.fallit nonò, ext. de consue.Domi.in c.duobus,quod est pe. colu.8. de rescript.lib.6.& in c.si compromissarius,colu.1.de elect.eo.lib.& in c.1.colu.4. versi. fallit decimò.& ibi etiam Philip.Franc. de tempo.ordi.eod.lib.Ang.Aret.in d.§.1.col.2. versi. quod in delictis,Instit.de iur.perso.& in §.1. Instit.de oblig.quæ ex qua.cont.nasc.& in tract. malefic. in verbo,falsario,col.2.Alex.in d. l. qui quartã. §.1.ff.de legat.1.Ioan.Bapti.Seuer.in repe. Lomnes populi,in materia interpretationis extensiuæ,quæ est circa fin.in 14.fal. ff.de iustit. & iur. Fran.Curt.senior consi.69. dominus Ioannes, col.4.versi.credo quòd voluerit.Barb.in l.5.§.satisacceptio.col.vlt.ff.de verbo. obligat. & in repe.c.Raynaldus,col.31.versi.& pondera vnum, ext.de testa.[Bened.in repe.c.Raynutius in verbo duas habens filias nume. 142. Carol. Ruin. consi.114.circa primum,col.3.n.6 lib.5.Georg. Nata.in d.c.quanuis, vbi suprà.Iason.[in l.singularia col.3.versi.ad istud notabile.ff.si cert. peta. &] consil.145.beatissimus Papa,col. pen. versi. quinimo fortiùs,lib.2.Cardin.Alex.in in d. ca. omnes,colu.2.in 1.dist.Matthæ.Afflic.in d.constit.Siciliæ incipien.multæ leges,col. 3. versicu. tertio not.& in constit.incip.qui falsitatem,post princip.& Nicol.Eueral.in locis legalibus,in loco à ratione legis,in 3.casu prin.colum.9.versi. hinc est quòd si per statutum. Ex quibus patet & hoc procedere in statutis,& in materia pœnali. Quanquam in hoc casu contrarium tenuit Domin.sibi contrarius,in d.c.omnes. 1. distin.

249 ¶ Et hinc quoque manat quod voluerunt doc.quòd iuribus quæ requirunt protestationẽ fieri coram tabellariis siue honestis personis,satisfactum est,si fiat coram vno tantùm. Ita enim voluit glos.in l.vt perfectiùs,in verbo,tabulariorum.C.de anna.excep.& Spec.tit.de primo decret.§.iam de effectu,versicul.sed nunquid sufficeret.& Ioan.Andr.in ca.pastoralis,col.2.in verbo onere,& ibi quoque Calleſt.post Ab.anti.colu.1.versi.sed cùm loquatur, & ibi item Panor. in §.præter ea,in fin.extr.de offi.ord.Ro. & Alexan.in l.de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper.nou.nuntiat.& Alex.consi.85.animaduersis optimè,col.1.versi.& licet statutum,lib.4.& Iason dicto consi.145.colum.vlt. versi. ad idem facit,lib.2.Quanquam contrarium nuncupatim tenet Bald.in c.vlt.colum. 1. versi. sed nunquid ista protestatio,extra de appel.per illum text.loquentem in plurali,[& ibi quoque Card.Alex. col.2.versi.nota ex textu.] & vide quæ dixi suprà numer. 229.incip.& quod idem scribit.

250 ¶ Ex quo etiam fit quod dicit Bald. in d. l.1. C.de condit.insert. quòd si statutum repellat fœminas existentibus filiis masculis, repelluntur fœminæ existente vno tantùm filio,sequitur Barb.in repe.cap.Raynaldus,col.31. vbi suprà,extra de testa. vbi hoc dicit mirabile, cùm istud statutum sit exorbitãs,& Maria.qui ita dicit semper vidisse se obseruari,in c.super eo, colum.22.de condit.appo.Alexan. & Iason in d.l. Gallus.§.quid si is,idem Alex.consil.109. super prima consultatione,colum.4.versicu.sextò pro hoc,lib.7.[Benedic.in d.cap.Raynutius, in verbo,duas habens filias, nume. 141. Ludo. Bolo. consi.32. cor mundum,& c.viso igitur casu,colum.1.vbi & alios allegat, quos ibi videre poteris,& prætetea]Georg.Nata.in dicto cap. quanuis, vbi suprà. Alberic.Bru.in tract.statutorum excludentium fœminas à successio. in 12. ar. princip. quæst. 13.Philip.Franc.in dicto ca. si pater,colum.17. super gloss. in verbo, liberis, de testa.lib.6.Iason dicto consi.145.colum.penul. versicul.similiter quanuis,lib.2. Philip. Dec. in d.l.1.in 4.nota.C.de pactis.And.Alciat.in dicta l.non est sine liberis.ff.de verbor.signifi. Quanquam Maria.in c.super eo,col.22. ext.de condi. appo.asserit vidisse se cotrarium consultum, sed noluisse ei consi.subscribere.

251 ¶ Hinc quoque fit quod tradit idem Bal. post Iac.But.in d.l. 1. C. de cond.insert. quòd si ex statuto vir lucratur dimidium dotis, si vxor decesserit sine liberis, certè non erit locus huic lucro,si ea decesserit relicta vna tantùm filia. Et hoc quoque sequitur Philip.Francisc. in d. cap. si pater, vbi suprà. & Iason in l.singularia, colu. 4.versic.quartò adde bene facere.ff.si cert.peta. & Anto.Corse.in suis sing.in verbo,statutũ,sing. incip.statuta Italiæ disponunt.

252 [¶ Nec hinc admodum abest, quod ab Angelo responsum est, consilio. 118.auia pro nepte dedit dotem, post princip. quòd si auia quæ dotem dedit,eam stipulata est, sibi restitui matrimonio sine filiis dissoluto, & postea neptis mortua est relicta filia,deficit conditio, per d.l.1.C.de condit.insert.& alia iura quæ ibi allegat, ideoque dos cedit lucro filiæ ex eo matrimonio procreatæ, vi illius taciti pacti.l.inter socerum.§.cùm inter.ff. de pactis dotal. & hoc dicit voluisse Ia.Bel.per illum.§.in quadam sua disputatione.

253 ¶ Huc item pertinet quod traditum est à Bald.in c.1.col.vlt.versi. quid si dominus.titu. quid sit inue.vbi quia text.ibi loquitur de paribus,numero multitudinis, quærit quid si dominus non habeat nisi vnum parem, an saltem cum eo debeat alter extraneus interesse. quod videtur inquia, innuere is text.loquens in plurali.subdit tamen se tenere contrarium, argu.l. cum antiquitas.C.de testa.]

254 ¶ Sed & ex eodem fonte fluit quod scribit idem Bald. atque etiam Calder. & Card. Florent. in dicto. cap. mandatum, de rescript. quod si papa mandauerit prouideri alicui de beneficio cum clausula, si pro aliis non scripserimus, gratia nulius erit momenti, si

pro vno tantum reperiatur scripsisse. quod & idem voluit ipse Cardin. Flor. consil.30. in hac dubia quæstione,col.2. versicul. pro euidentia, Domi.in c.quanuis,le 1.colu.1. de præben. lib. 6.vbi ita quoque dicit voluisse Archi.ibi, & in c.accepimus,de ætat.& qualit. in quibusdam re port.Barb.in d.l.5.§.sati sacceptio, colum.vlt. ff. de verbor.oblig.[Iason in d.l.singularia, colu.1. versicu.tertiò adde & in d.l.Gallus. §. quid si is. ff.de liber.& posthum. & in authen, si qua mulier,nu.58.C.de sacrosanct.eccles.Philip.Deci. in c.prudentia.§.adiicimus,per illum text. de of fic.deleg.] & Alciat,vbi suprà. Ex quo etiam in telligis & hoc procedere in materia stricti iuris, cuiusmodi sunt rescripta,per c. significante, & ibi glos.extrà de rescript,cum similib.

255 ¶ Nec ab his dissidet quod asserunt Archi.& Ioan.And.in c.1.eodemque vnico, & ibi post eos Domi.col.1.versi.quid si vnus solus, & etiam Philip.Franc.in prin.de rer.permut.lib.6. quòd ille text.loquens in expectantibus,cùm dicit,numero multitudinis,aliqui beneficia vacatura expectant,habet locum si vnus tantùm expectet,cùm sit, vt illi dicunt, eadem ratio, ac si plures expectarent.

256 ¶ His concinit quod à plerisque traditũ est,quòd licet textus in c.constitutionem, in fi. de sentent.excommun.lib.6.loquens de canonica monitione, loquatur in plurali de dierum interuallis: tamen non est necesse duos dies pro quolibet termino assignari; sed vel vnum vel duos vel plures,vt iudici videbitur.Ita enim voluit Ab.antiq.in c.sacro,extra, e.& Guil. Laud. Petr. Ancha.& Philip.Fran.in d.c. constitutionem, per text.in l.inter accusatorem. ff. de public.iudic. & in l.si conuenerit,in fin.ff.de pign. actio.Quanuis Domi.in d.c.cõstitutionem,dubitat,tutius esse existimans duos dies interponi.

257 ¶ Quod item voluit glo. in cle.1. in verbo,simul,in fin. & iterum in verbo,legitimè,de appellat.quòd ille text.qui loquitur de appellatione facta à duobus vel pluribus iudicibus, habet locum & cùm facta est ab vno, qui solus est iudex,quam sequitur Imol.ibi colu.vlti. & Pet. Anc.dum illam allegat in d. c. constitutionem, ad confirmationem eius quod suprà ex eo diximus.

258 ¶ Sed & hanc partẽ adiuuat quod à Cardi.Flor.responsum est consi.153. cuius initium est,in societate accidenti,paulò post prin. quod non dicitur falsa subscriptio mercatorũ in qua dicitur ꝙ Titius & socij, & c. licet ipse Titius vnum tãtùm socium haberet, sicut illud,inquit, sine liberis,in vno tantùm verificatur.quòd nũcupatim sequitur Iason in d.l.singularia, col.4. versicu.secundò adde ad istam regulam. ff. cert. peta.& in auth.si qua mulier,col. 10. versi. istas decisiones,C.de sacrosanct.eccles.& d.con.145. col.penult.versi.similiter quanuis,lib.2. [& Caso.Ruin.d.consi.14.col.3.nu.6.lib.5.]

259 ¶ Nec denique prætermittendum quod scribit Bart.in l.si quis alicui,per illum textum, iuncta glos. C. ad legem Iuliam maiest. quòd licet omnes leges loquantur in plurali de præcedentibus indiciis, sufficit tamen vnum bonum ad torturam. & sequitur & commendat Iason. dicto consi.145.in fine, & idem quoque voluit. [Angel.Aretin.in tractat.malefic. in verbo; ꝙ fama publica præcedente,numer. 13. quæro an vnum indicium.& ante eum.]Signo.cons.209. quæstio præsupponitur, columna prima, versiculo præterea lex licet, vbi tamen hoc dicit procedere in legibus, non autem in statutis,in quibus verba propriè intelligenda sunt contra quã suprà diximus, numero 248. Sed & in primo contrarium simpliciter tenet Ioan.Andr. in additi. Specul.tim. de præsumptio.§. species, versicul. violentia.[& Imol.in l.vltim.columu. penult.ff. de hæred. instituend.] & Corn. consil. 58.hoc capire, visa inquisitione,colum.3. versi. & est ponderandum,lib.2.

260 ¶ Sed vtruncũque sit in eo casu,illud planè verum est, semper plurale in singulari verificari, vt nostri loquũtur, cùm eadem est vnius & multorum ratio, secundum Archi.Io. Andr. Domi. & Franc.in dicto cap. 1. de rer. permut. libr.6.Bald.& Paul. Castren.in dicta l. 1. C. de condit. inseit. Imol. & Cardin. Flor. in cle.1. ille colum.vltim. hic 4. in 6. opposi. de renuntiat. Alexand.in l.qui quartam.§.1. ff. de legat. 1.& in l.si seruus.§. si plura.ff.si quis cautio.Frã. Aret.in l.si quis ante, colum.2.ff.de acquir.hæred.Socin.consi.278.in quæstione vertente,colum.1.versicul.confirmantur, libr. 2. & omnes recentiores in d.l.Gallus.§.quid si is.Philip. Frãci.in dicto cap.si pater,de testa.lib.6.Fran. Cur. dicto consi.69.quæstio.vbi suprà.Iason in dicta l.singularia,colum.4.in duobus locis.Philip.Deci.in dicta l.1.colum.3.in 4.not. C.de pact.[& in l.2.§.mutui datio,in princip.ff.si cert.petat.] & in c.accepta,colum.2.de appel.& consi. 50. quia verba testamenti, ante fin. & consil.80.visis duobus consiliis, colum. 2. versicul. quartò de isto casu. & consi.362. punctus de quo quæritur,colum.2.[& consil.484.æquitati, colum. 1.] quod & Tullius astruit in ea oratione pro Cecinna. Hic autem in casu l.nostræ eadem est reuocationis ratio, siue vnus,siue plures filii nascantur donatori, cum eorum tamen temperamento, quæ diximus supra in verbo, omnia, vel partem aliquam, versi.28.incip.in huius autem rei consideratione.

261 ¶ Aliàs autem, verùm & quando plurale in singulare resoluitur, & ediuerso singulare in plurale, & quomodo, vide præter eos quos suprà citauimus, glos. in l. huiusmodi, la 1.ff. de verbor.obligat. Dyn.in cap. pluralis, de reg. iur. libr. 6. Guil. à monte Laud. in extrauag. execrabilis, in princip.in verbo, plures quàm duas, de præben. Ioan.And.in addi. Spec.ti.da

testa.

testam. §. in primis, in fin. in addi. incip. huic quę stioni. Sig n. consi. 92. dominus, marchio, colu. 1. & iterum 3. & consi. 155. in processu facto, colu. 4. versicul. non obstat si dicatur. Bart. & alios in l. si seruus. §. si plurium. ff. si quis cautio. eundem Bart. in l. penult. C. de impu. & ali. substit. Fed. Senen. consi. 42. testator instituit. Ioan. Fab. & Angel. Aretin. in dicto. §. 1. Instit. de iure perso. Bald. Imol. Paul. Castr. & Iason in l. si pater. ff. de vulg. & popil. Bald. in l. cùm quidam, colu. vltim. versi. modò generaliùs quæritur. C. de impub. & ali. substit. Angel. consil. 266. dictum legatum, in 1. dubio. Anto. Imol. & Barb. in cle. & si principalis, de rescript. Anto. in c. cum venerabilis, de except. Raph. Co. consi. 13. Titius instituit. colum. 1. & consi. 38. maritus quatuor filiis colom. 2. versicul. ex aduerso. & consil. 106. mulier instituit, colum. 2. versicul. cæterum nō obstantibus. Imol. in cle. & si principalis, colum. 1. super glos. de rescript. Pau. Cast. consi. 219. visis & consideratis, colum. 1. Alexan. consi. 136. viso processu, colum. 1. lib. 5. & dicto consil. 110. colum. penult. versicul. non obstat dum secundò, lib. 7. & consi. 167. visis & ponderatis, colulum. penult. versicul. non obstat etiam, & versi. sequent. eod. lib. 7. Corne. consi. 93. licet possit, colum. vltim. versicul. potest autem, lib. 3. & consi. 276. viso suprascripto themate, colum. 4. versicul. & ista ratio, eod. lib. 3. & consi. 320. videtur in hac consultatione, eod. libr. 3. & Lauren. Calca. consil. omnium primo, viso consilio, col. 22. versicul. non obstat quædam responsio, cum duab. sequentib. colum. & omnino Feli. in cap. omnes, colum. 1. & sequent. 1. distin. & Soc. consi. 43. visa prouisione, column. 1. versicul. quod etiam secundò, & colum. 2. versicul. non obstat secunda ratio, & 2. sequen. lib. 1. & Steph. Bert. consi. 141. Christi, &c. viso casu, in secundo dubio, lib. 2. Philip. Dec. consi. 287. io ciuitate, colum. 7. versicul. sed videndum. & Nicol. Eueral. in locis legalibus, in loco à numero. & ex externis scriptoribus Fabium libr. oratoriarum instit. octauo, cap. 6. quo loco de tropis disserit, & iterum lib. 9. cap. 3. vbi de figuris verborum tractat quibus locis ostendit Oratores & Poetas plerunque numerum singularem pro plurali, & econtrario vsurpare.

262 ¶ Sed illud tamen speciatim dicendum operæpretiū nobis visum est, quod à paucis est animaduersum, quod cum pluralitas pro forma alicubi requiritur, nunquam pluralis numerus resoluitur in singularem. ita voluit solus omnium, quos hactenus legimus, si non fallit memoria, Baldus consi. 123. cuius principium est, reuerendissimus pater, columna tertia, versiculo, concludendo igitur, libr. 5. per l. Pędius. §. io seruum. cum l. sequenti, & l. sicuti tribus. ff. de arbitris. & l. Pomponius. ff. de re iudicata.

263 ¶ Quod autem dictum est suprà, satis esse vnum nasci filium, vt sit locus huic l. velim intelligas secundum ea quæ suprà diximus, in verbo, omnia, vel partem aliquam, d. numero 28. incipient. in huius rei consideratione, vt cùm scilicet quæritur, résne donata tanti sit, vt verisimiliter donans non fuisset, aut fuisset donaturus, si cogitasset de liberis, inter alia quæ tunc in hoc consideranda sunt, illud est, an plures postea susceperit liberos, an vnum tantùm, vt plenè videbis ex eo loco, ne hic iterum repetam.

264 DENIQVE quia hæc l. loquitur de natiuitate filiorum donantis, illud etiam quæro, vtrùm natiuitate filiorū donatarii reuocetur donatio, quā ipse donans alteri fecerat post mortem illius prioris donatarii: verbi gratia, vt planius intelligas, Caius donat fundum Titio, tantisper dum ipse Titius vixerit, & post eius mortem Meuio, vt fit in l. quoties. C. de donatio. quæ sub mod. & in l. 1. C. de donat. cau. mort. Postea autem nascuntur liberi Titio priori donatario, cum nullos ante haberet, vtrùm reuocetur donatio, quæ est secundo loco facta Meuio, ita scilicet, vt mortuo Titio, cui primo loco donatum est, transeat res donata ad ipsius filium, non ad Meuium secundum donatariū? Et profectò si Titius prior donatarius sit prorsus extraneus, nemo hactenus de hac re dubitauit, & expressè tenuit glos. in d. l. 1. post princip. & ibi Cy. Bal. & alii. C. de donat. caus. mort. noo esse locum. l. cùm auus. ff. de condit. & demon. & alia glos. in l. ex facto. §. si quis rogatus, in verbo, ex voluntate. ff. ad senatuscon. Trebel. & ibi Dyo. qui eam dicit sing. Alexand. & alii, & alia item in l. cùm acutissimi, in verbo, deinceps. C. de fideicomm. & in l. generaliter. §. cum autem, in verbo, filios. C. de instit. & substit. Bald. consi. 391. factum tale est, quidam nomine Colla, lib. 3. Imol. in cap. in præsentia, colum. 4. versicul. in eadem. ibi, substitutio extrà de probat. cum simil.

265 ¶ At si prior donatarius filius sit donantis, Bald. in l. cùm acutissimi, in fin. C. de fideicommis. asserit eam l. quæ huic similis est, non habere locum in contractibus, qui gratia vtriusque celebrantur. quod sequitur Socin. consil. 93. testamento, colum. 5. libr. 4. Quasi aliud sit in simplici & mera donatione, quæ fit gratia tantùm donatarij, vt ex eo nuncupatim infert Ioan. Bapt. & Philipp. Deci. in dicta l. generaliter, ille in 8. quæstio. hic colum. 4. versiculo, quartò quod hic dicitur. C. de instit. & substit. vbi Deci. ipse ad hoc allegat in ar. hanc l. nostram. Et hoc quoque latè tenuit Socin. in repe. dictæ l. cùm auus, colum. 55. versicul. octauò quæritur. ff. de condit. & demonst. quia cùm l. nostra, inquit, sit fauorabilis, est extendenda, ex sententia Bart. in l. si constante, in 1. quęstio. ff. soluto matrimonio, de qua re latè & nos diximus suprà, in verbo, libertis, numero [61. igitur vt repetamus, & sequent.]

Et quia etiam ſicut donator prætulit filium primũ donatariũ illi extraneo ſecundo donatario, ita etiam veriſimiliter prætuliſſet nepotes ex ipſo filio, ſi de eis cogitaſſet. Hucque etiam trahit textum, in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtin.& ſubſtit. cũ dicitur reliquerit, vel dederit. Nam verbum, ait, reliquerit, ad vltimas voluntates refertur, vt voluit gl. in l. his verbis. ff. de hæred. inſtitut.& probatur in l. 1. §. hoc inter dictum. ff. de tabul. exhib. Cui adde optimũ textum in l. cùm hi, in prin. & ibi Bart. & alij. ff. de tranſactio.& in §. 1; non ſemel, in auth. vt lice: matr.& auiæ.& glo. in l. iubemus nulli. §. vltimo in glo. vlt. C. de ſacroſanct. eccle. & in §. ſi verò nullis, in verbo, relictis, & ibi Bart.& Ang. in authe. de hæred.& falcid.& in cle. 2. in verbo, relicti, de iure patrona.& Bar. in l. vnũ ex familia, in prin. ff. de legat. 2. [& Raph. Com.] conſi. 90. in quæſtione Ioannis, col. 1.& Anto. conſi. 15. viſis themate, col. 1. in fi. Card. Flor. conſi. 60. Guaglorus, col. 2.& Dom. conſi. 46. ſuper iſto dubio, colu. 2. Verbum aũt dederit, ad donationẽ inter viuos pertinẽt. l. ſenatus. §. donatio. ff. de don. Cui adde text. optimum vtrunque probantem in l. filia legatorum. C. de legat. Hæc penè Soci. quem ſequitur Bart. Chaſſe conſi. 54. ex facto hic antè deducto, col. 5. verſi. decimotertio facit. & iterũ col. 11. verſi. decimotertiò pro hac opinio, & colu. 17. verſ. decimotertiò non obſtat. Quibus adde Bald. qui & d. l. generaliter. §. cùm autẽ, dicit etiam & loqui & obtinere in donationibus, in dicto cap. in præſentia, col. 4. verſi. ſed certè teſtator, in illis verbis, plus dico quòd idem videtur, extrà de probatio. vbi & ad hoc allegat. §. ſed hoc præſenti, in auth. de ſanctiſ. epiſcop. Sed contrariũ nuncupatim in donatione cauſa mortis ſcribit Pau. Caſt. in l. ſi cui mortis. ff. de dona. cauſ. mort. Id quod dicit not.& perpetuò menti tenendũ. Idque voluiſſe glo. in d. l. 1. C. de don. cauſa mortis. quæ tamen potiùs contrarium videtur voluiſſe, ſi ſolerter inſpiciatur.

266 ¶ Scio autem Barb. in repe. l. cùm acutiſſimi, col. 9. verſi. ſecundò conſidero. C. de fideic. & rurſum conſi. 28. clementiſſimi Dei, colu. 2. verſi. nec obſtat, quod dicitur, lib. 2. illud in dubium reuocaſſe, vtrùm ea l. quę loquitur in filio & nepote, habeat locum in filio fratris, concluditque habere locum, cum, per multa alia, tum verò maximè, quòd filius fratris etiam nepos dicitur, in quo ea l. obtinet. quæ res admodum ridicula eſt, cùm ea nepotis ſignificatio [pro filio fratris] recens ſit, & nunquam iureconſultis cognita, ſed nec imperatoribus quidem, quorum leges in C. habemus, de quo latè & nos diximus in noſtris conſuetudinum commentarijs, ti. 17. §. 4. in glo. 3. Et quia etiam ſi ea l. non habet locum in fratribus, vt non habet, ſicuti ſtatim dicemus, multò minus in eorum filijs, ar. l. ſi vina. C. de bonis mater, cum ſimil. Et etiam Barb. ipſum nuncupatim reprehendit Socin. in d. l. cùm auus, colum. 1. 2. & 3. [& Philip. Dec. con. 519. Philippus. colum. vltim.] & Barthol. Chaſſe. conſi. 65. ex facto, colum. 2. verſicul. eo etiam maximè, & ſubobſcurè D. Guil. Benedict. in reper. ca. Raynutius, in verbo, ſi abſque liberis moreretur, le 1, numero 3. extra de teſta. Et id quidem non iniuria, quando & communi noſtrorum calculo, dicta l. & ſimiles non habeant locum in fratre ipſo, ſecundum Iacob. Aretin. Cyn. Alberic. Angel. Rapha. Fulgo. Ioan. à monte Sperello. Corne. qui hoc dicit clariſſimum, & cæteri recentiores in d. §. cum autem. Imol. in d. l. cùm auus. [& in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, colum. 1. ff. ad Trebellian. Petr. Ancha. conſil. 71. dubia, circa medium.] Paul. Caſtr. conſil. 14. ſi contingat dictam dominam, colum. vlti. lib. 1. & Alexand. qui adfert concord. conſil. 38. viſo themate, colum. 2. lib. 1. [& Cepol. conſi. cauſarum ciuilium. 54. quædam mulier, columna. 2. verſicu. nec obſtat.] Quorum ſententiam optimè fulcit text. in l. 3. §. 1. ff. de legatis præſtandis. Imò nec in patre matreve, cui relictum eſt, ex ſententia Bart. Imol. & Socin. in d. l. cùm auus. eiuſdem Imol. & recentiorum in d. §. ſi quis rogatus. Raph. Franc. Aretin. & Iaſon in d. §. cùm autem, vel reclamantibus Cyn. & Angel. ibi.

267 CÆTERVM non illud omiſerimus, nihil hìc referre vtrùm donans ſuſceperit liberos ex vxore quam primùm habebat, an ex alia quam poſtea habuit, vt nuncupatim dicit Bal. hic in caſus poſitione. Nam & lex ſimpliciter dicit, & poſtea ſuſceperit liberos, nec diſtinguit ex qua vxore. Ideo nec diſtinguere debemus. l. de pretio. ff. de public. in rem actio. & l. 1. §. quod autem. ff. de ale. luſ. & al. cum ſimil. Quinimo potior eſt ratio liberorum ex alia vxore ſuſceptorum, vt reuocent ex hac l. vt latè diximus ſuprà in princip. l. nume. 100. incip. tertiò declara, & multis ſequent. vbi videre poteris. Sed in hac ſententia nuncupatim fuit Cardin. Flor. Alexand. conſi. 20. cùm in teſtamentis, iuncto caſu illius conſi. in quo loquitur de filio nato ex alia vxore quam poſtea duxit.

TOTVM.

TOTVM igitur, id eſt ſine vlla diminutione, vt declarat Bald. aut quiſquis is eſt inter conſi. illius, conſi. 3. factum tale eſt, quidam nomine Paulutius, colum. 2. lib. 5. per text. in l. 2. §. ad filiorum. C. quam.& qui. quarta pars. lib. 10. & Páu. Caſtr. conſi. 192. verba appoſita, colum. vltim. lib. 1. per l. Meuio. §. à me. ff. de leg. 2. Nam & qui totum dicit, nihil excludit. l. Iulianus, in princ. & ibi Bart. ff. de legat. 3. & l. hoc articulo. ff. de hære. inſt. & l. pediculis. §. Labeo.

beo.ff.de aur.& arg.leg.& c.soliç,extrà de maio.& obe.& not.glo.in l.à procutore.C.mandati cum simil.[cui consentiēs Diuus Paulus ad Hebræos ij.enarrans illud Psal.8.Omnia subiecisti sub pedibus eius.In eo,inquit,quòd dicit omnia; nihil dimisit.]Sicut è diuerso qui totum excludit,nihil non excludit.l.si is qui ducenta.§.vtrū .ff.de reb. dub. l. vltim. C.de reb.ali.non ali.& not. Bald. consil. 349. statuto Placentiæ, colu. vltim.lib.1.ideoque Ang. Imol. & Ro.in l.damni,postrema,nam sunt tres in eod.tit.eius ioitij §.cum parietem.ff.de dam.infect.dicūt q si maritus promiserit totam dotem restituere soluto matrimonio,non poterit retinere lucrum quod ex statuto ei deferebatur quamuis secus esset si simpliciter dotem restituere promisisset. quod & voluit Ray.Alex.& Iason in l. post dotem.ff. solut.matr.Bald. [in l.quod nomine de condi. ob caus.]& in l.vlt.C.ad leg. falci. Ang. & Imo. in l.si patronus.ff.de donat.[& in l.damni infecti.§.cum parietem.ff.de damn.infect.]& Alex. qui hanc dicit esse commuoem opin.consi.5.circa primum dubium,col.vl.versi.bene facit, libr. 3.& iterū cons. 133.super quæsitis,col.1.in fin. lib.5.& Philip.Dec.qui & alia quædam similia congerit,consi.195.studendo breuitati,col.2.in prin. & Fran.Purp.in l.1.col.21.nu. 130. C. de sum.trini.& Iason consi.90.dubitatur an spectabilis,col.2.versi.& quia circa,lib.3.[Carol.Rui. consi.57.quo ad ea col.4.nu.2. lib. 1. & consil. 84.quoniam col.6.nu.13.lib.1.& cons.148.pro decisione,col.2.nu.4.lib.3.& cons.9.in hac causa,col.pen.nu.24.eo.lib.4.] Similiterq; si testator tulerit totam suam hæreditatem ad quempiam peruenire, impeditur detractio legitimæ aut Trebellianicæ,vt voluit Bart.in l. Centurio, col.7.versi.quid dicemus dubito, & ibi post eū Ang.& Frā.Are.& cæteri recētiores.ff. de vulg. & pup.subst.cum multis cōcordāt. adductis per Alex.ibi,col.24.versi.quarta fuit opi.& col. 2.sequent.versi.nota tamen ex verbis.& d. consil.5. col.vlt.versi.circa secundum. vbi & hanc dicit esse communem opin.& respondet fundamentis & rationibus eorum qui diuersum tenuerūt de quo tamen vltra eum vide [& Bald.hoc tenētem consi.398.præmittendum est.ver.4. no.lib. 4.per.glo.quam dicit sing.in l.decem.ff.de fidei com.libert.& Ang.consi.125.hoc est testamentum col.pen.vbi & ad hoc dicit sin. text. in d.l. decem.]Pau.Ca.consi.28.in causa quæ vertitur inter Petrum,lib.2.& consi.77. visa facti narratione,col.1.lib.2.Maria.consi.14.sequendo ordinem,col.vlt.versi.quare superest.& Barb. consi.24.illud afferam,col.2.versi.& adduco, lib.1. & consi.68.clementissimi Dei.col.5.versi. prætera faciat simile,lib.2.& Ias.consi. 84. omissa, col.10.versi.& quidem prima,libr.1. quæ diximus in nostro tracta.de legibus connubialibus in glo.[1.in verbo *expres*,n.99.limita quinto & eq.Et tamen vide Roma.contrarium tenētem, cons.32.visa municipali constitutione,col.vl.& consi.75.nescio qua ex re per totum, & consil. 79.totum fundamentum, etiam per totum, & Frant.Rip.in l.Centurio,nu.131. ff. de vulg. & pupil.]

2 § Sed & si socius promiserit totum vel integrum reddere,videtur renuntiare beneficio, ne conueniatur nisi inquantum facere potest, secūdum Alex.dicto consi.133.in prin.lib.5. & Iason in l.sunt qui in id,col.1.versi.limita istū textum.ff.de re iudicata. [Et licet appellatione rei simpliciter, quando legatum ab eo relinquitur qui habet rem communem cum alio,videtur relicta pars testatoris tantùm. l. serui electionē.§. vlt.ff.de legat.1.tamen si testator, legans rē cōmunem ita diceret,totam eam rem lego, tunc non tantum partem suam,sed & alterius legasse censetur,vt per l.si ex toto in prin.ff.de legat.1. voluerunt Dyn.Iaco.Are.& Bar.in d.l. serui electione.§.1.& sequitur Philip.Deci.consi.69.visis duobus consiliis,colum.2.versicul.ad prædicta tamen facit.]

3 § Ex quo & illud consequens est, integram donationem in casu nostræ legis reuocari, cùm scilicet donatum est extraneo,id est,alii quàm filio,aut ecclesiæ, vt & nūcupatim voluerunt gl. & omnes hic.Alberic.Bald.Imol.& Pau.Cast.in l.Titia Seio §.imperator.ff. de legatis 2. & omnes penè in lege prima,& in l.si totas.C. de inofficiosis donationibus.Arch.in c. vlt.17.quæstio. 4.Barth.Brixi.quæstio.66.quæstio est,q episcopus fuit.Baldus consil. 167. quidam Franciscus tunc cares liberis, col.prima,libro quinto,& cōsi.215.punctus quidam donauit,& in sua margarita,in verbo,donatio, columna secunda, libro quinto.Signo.consi.171.Ser.Antonius,columna penultima.Angelus in § primo, columna tertia,versiculo subsequēter quæro,in auth.de immensis donationibus in filios factis.Imol. in ca. vlti.col.5.versi.iuxta prædicta potest quæri, extrà de donationibus,& Soc.consi 93.testamentum præmissum,col.5.versi.quinto modo respōdetur,libro quarto,& quotquot de hac re locuti sunt. nullum enim hactenus reperi qui diuersum scripserit: nec si omnes dicerent, illorum sententiæ accederem, cùm text. hic noster in eam rem sit apertissimus. At si filio aut ecclesiæ quis donet, liberi postea suscepri non totum quidem, sed ad debitum vsque bonorum subsidium tantùm reuocarent, vt latè diximus supra in verbo, libertis, versi.75. incip. quarto igitur si pater. & versicul. 82. verùm sunt & multi.

4 § Sed & si quis sciens se habere filios,immēsam inofficiosamque fecerit donationem,ad legitimam tantum reuocatur,etiam si ea sit inofficiosa re & consilio,vt tradit Azo,quem secutus est dignus magistro discipulus Accursius, in dicta lege prima, in quinta quæstio. & ibi quoque Iacob.Ra.Ricar.Malum.Guil.Cum.Cyn.

Bald.& Paul.Castren.C.de inofficiosis donationibus,per textum,in l.si liqueat,eodem titulo, vbi & Accursius ipse idem tenet.& rursum idē Accursius in authen.vnde si parens,& ibi Iason in fine.C.de inofficioso testamento,Bald.in authenti.ex causa,colum.3.versi.item non obstat.C.de liberis præteritis vel exhæredatis, Ange. in dicta authen.de immensis donationibus in filios factis,in princ.col.2.Pau.Cast.in dicta l.Titia Seio §.imperator.ff.de legat.2.Franc. Areti. qui hoc latè & subtiliter defendit,cons.47.visis & diligenter ponderatis,col.2.& sequent.Paul. Pic.in repe.l.post contractum,col.3.ff.de dona.

5 § verùm maior pars nostrorum id minimè recipiunt, sed ita distinguunt,: vt donatio sit inofficiosa re tantùm, reuocetur ad legitimam vsque tantùm per l.1.& 2.& 4.& l.cùm donationibus.C.de inofficiosis donationibus.Si re simul & consilio,eaque sit facta filio,idem, vt scilicet ad legitimam tantùm reuocetur,per dictā legem primam.Quòd si extraneo facta sit, totū omnino reuocetur, per l.si libertus.§.penultimo,ff.de iure patronatus.Nam si hoc, inquiunt obtinet in patrono,vt ibi scribitur, multò quidem magis in extraneo.Hæc fuit sententia Hugo.antiqui glossatoris, quem secuti sunt Dyn. Petr.à bella pertica.Bart.Baldus sibi contrarius, Alberic.Imol.Com.in dicta l.Titia Seio.§.imperator,ff.de legatis 2.Iaco.But.Bart.Salyce.& Angelus sibi item diuersus, in dicta lege prima.C. de inofficiosis donationibus.Ioā. And. Collect. Petr.Anchar. Imol.& Panormitan. in capitulo vltimo,extra de donationibus,Iacob.Bel. in dicta authent.vnde si parens.C.de inofficioso testamento,Roman,consi.26.pro decisione eorū, in 4.dubio.& consi 95.viso prius donationis instrumento.Petrus Ferra.in titu.forma libel.quo agitur pro donatio in verbo, irreuocabiliter,colum.2.Soc.consi.126.visum fuit,aote fine,libr. 3.& inter consi.Francisc.Curt.senioris,consi.2. eleganter & subtiliter, in princip. & ipse Curt. in præcedenti omnium suorum primo,columna vltima,vbi hanc dicit esse communem opinionem,& Iason consi.115.Bartholomæus,columna vltima,libro primo,vbi dicit ꝙ ab hac opinione,non auderet consulendo aut iudicando: recedere.& consi.141.visa longa,col.pen. versi, concluditur ergo,lib.4.

6 § Si hanc posteriorem sententiam teneas, eam intelliges vt procedat quando fuit donatio facta extraneo nulla re liberis relicta. At si filio facta sit,aut etiam extraneo,aliquo dato liberis tunc indiscriminatim reuocatur ad legitimam tantùm,per textum,quantum ad primum pertinet,in dicta lege,si liqueat.C.de inofficiosis donationibus,& quantum ad secundum in l.1.& l.vlti.C.eodem titulo,& l.omnimodo, & l.scimus.C.de inofficioso testamento,& ita in vtroque voluit Bart.in dicta l.Titia.§.imperator,columna prima.ff.de legatis secundo, Panormita. in dicto cap.vlt.colu.2.extrà de donatio. Petrus Ferra.quo loco nuper citauimus, & in priori et casu voluit Baldus in d.authent. vnde si parens, per tex.ibi,& in d.l.si liqueat.

7 QVID AVTEM aliàs totum dicatur,& quando,& quomodo, quia lex nostra hic totum appellat,copiosè & subtiliter,vt sęper aliàs, disseruit Bald.consi.335. quędam mulier relicta, col.2.lib.1.Nam aliud est,inquit,totum integrale,vt fundus,& quicquid aliud in sua integritate continetur,l.eum qui ędes.ff.de vsucapio. & l.possideri.§.1.ff.de acquirend.possessio. Aliud est totum numerale,vt decem & viginti.l.si idē cum eod.ff.de iurisdictione omnium iudicū, & l.vlt.C.deposi. Aliud est totum generale, quod prędicatur, id est verificatur secundum naturā suę diffinitionis de qualibet specie sub ea contenta,vel ratione signi. quod dicitur vniuersale,siue terminus vniuersalis. Sed apud legistas, vt ipse appellat, magis dicitur generale vel generalis, uel commune appellationis, vt iste terminus animal,secundum Dialecticos:& iste terminus homo,secundum legistas.l.si quid earū. §.inter emptum.ff.de legatis 3.& not. in l.2.ff. si certū petatur.Denique dicitur totum, id est, totaliter,siue omnimodo.l.2.§.post originem. ff.de origine iuris. Hęc Baldus qui & eadē propè scribit in l.qui vsumfructum.ff.de verborum obligationibus. Quo in loco etiam Bart.& latiùs Iason,col.vlt.multa de toto tradiderūt. [Vide tamen ipsum Bar.in l.re coniuncti colum.4. ver.quartò dubitaui. ff. de legat.3. atque etiam ipsum Bald. in l.in rem actio. §.si quis rei.ff.de rei vendicatio.]

8 § Sed & aliàs de significatione huius vocabuli, & quid intersit inter totum & omne,& inter totum & vniuersum, vide text. in l.Lucius Titius,cum gloss.in verbo,hęreditati, & ibi Baldus.ff.de legatis primo,& in l.Titia,& ibi Alex. ff.ad legem falcidiam,& in l.rectè.ff. de verborum significatio.& gloss.in l.si vnus.§ pactus ne peteret,in verbo,ipso iure,& ibi Bart.colum.2. & Iason colum.4.versi.aduerte etiam. ff. de pactis,& gloss.in proœmio.ff. in princi. & ibi etiā Bart.colum.1.Alberic.Parpal. & Hiero. Cagnolum,& glos.in l.nihil aliud.ff.de verbo. signific. & glo.in §.1.in verbo,totorum,& ibi Ioan.Fab. Instit.pro socio.& Bart.in l.Moschis, in princi. ff.de iure fisc.& in l.1.§.vlt.& ibi Aquen.ff. de verbor.obliga.Fab.& Angel.Aret.in §.restituta. Institut.de fideicom.libert. [Lucan.Pen.in l.si quis procurationem,columna prima, in verbo, totius.C.de decurionibus lib.10.Stephan.Phedericus in suo opere,de legum interpretatione, parte prima, char.secunda, versiculo sed notandum quod totum]& Rapha.Co.consi.34.pater vxori,post principium,Petr. Belu. & Iason in l. 3.§.filius.ff.de liberis & posthumis.& in l.2.columna prima.C.de hęredibus instituendis,[Frāciscus Aretin.in l.Centurio,& ibi Lanc.Galianum.

num. 355. ff. de vulga. & pupilla. substitutio.] & Philippus Deci. In l. omnia, in primo notat. ff. si certum petat. & ex externis scriptoribus Corneliū Nepotem in libello de nominum verborumq; differentiis, [& Nonium Marcellum in dictionū differentiis,] & Seruium in primo libro Aeneidos enarrantem illud,

His tota armenta sequuntur,

9 ¶ Denique Ioan. Mon. in extrauagan. vnam sanctam, in verbo, sponso, de maio. & obedien. tradit ex Philosophi sententia, totum & perfectum idem esse, vel proximum secundum naturam: Nam illud est perfectum, quod totum habet, & nihil ei deficit, & etiam illud totum est, quod omnia habet. Locus autem Aristotelis, ne tu ignores, est in primo lib. de cælo & mundo, & iterum lib. 1. Metaphy. De aduerbio autem totaliter, quòd à barbaris nostris exprimitur ex toto, vide glos. in cap. cupientes. §. cæterum; in verbo, totaliter. & ibi Io. Mo. Archid. Io. Andr. Domi. & Philip. Fran. de electio. lib. 6. & Socin. consi. 266. col. 16. versic. secundo etiam eadem conclusio, lib. 2.

QVICQVID.

ET HÆC dictio quoque est latæ significationis, omnia scilicet comprehendens vel minutissima, quæque, vt nihil omnino reliqui faciat, etiam si ei dictio, totum, non fuisset apposita. Hanc enim vim esse huius dictionis; [vt apertè voluit Donatus enarrans illud Terentij in Hecyra.

Quicquid id est quod reliquit, profuit.

Ad paruitatem (inquit) refertur, vt illud,

At enim id mihi satis est, quod est de me opinionis, quicquid est.

Et] non obscurè vult Guil. à monte Laud. in extrauag. suscepit regiminis, in verbo, & si quicquam, tit. ne sede vacan. vbi loquens de dictione quicquam dicit nihil excipi, quantuncūque modicum fuerit: & allegat. c. quia sæpe, de elec. lib. 6. quod loquitur per hanc nostram dictionē quicquid, dum scribitur, quicquid de bonis perceperint. Tanquam scilicet vtraque dictio, & quicquam, & quicquid, eandem vim habeant; omnia scilicet quantumlibet modica comprehēdentes. [de quo & nos diximus suprà in verbo, omnia vel partem aliquam, nu. 17.] Nam etiam glos. in d. cap. quia sæpe, dicit, omnia in casu d. cap. vsque ad [ouum restituenda.] quam sequuntur Archidia. Domi. & Philip. Franc. Et huc pertinet text. in l. Meuio. §. 1. ff. de lega. 2. vbi si ita legatum sit, quicquid ad eum dotis nomine peruenerit, tota dos sine ratione deductionis impēsarum mulieri debetur. licèt aliud esset si simpliciter dos legaretur, per l. 1. in princ. & l. 3. etiam in princ. ff. de dot. præleg. Id enim est propter illam dictionem quicquid vt expressim scribitur in d. l. Meuio. §. 1. quem ibi ad hoc expendunt glos. Dyn. Bart. & alij. & Alexan. qui illum dicit not. consi. 133. super quæsitis, col. 1. lib. 5. & Iason qui & illum quoque citat pro no. in l. post dotem, colum. 9. versi. vltimò adde. ff. solu. matr. Sed & ita illum allegat Bald. in l. quod nomine, col. 3. versi. sed quid si ex consuetudine. ff. de cō di. indeb. vt ex eo possis intelligere, hanc dictionem esse eius significationis, vt idem denotet ac si dixeris integraliter, vt ipse loquitur. [Allegat item in id text. Lucas Pen. in l. 1. colum. 1. C. publ. lætit. libr. 12. vt scilicet sit signum vniuersalē distributiuum omnia comprehendens, ad quod etiam citat. l. 3. §. nonnunquam. ff. de vsur. & l. quicquid, in princi. ff. de verborum obligatio. vnde vt subdit, est signum effrenatum, nihil excipiens, aut saltem maiorem partem omnium comprehendens. c. quod die, in fi. 75. distinctio. vbi glos. affert concord. Et eadem propriè ponit ipse Luc. Pen. in l. in omnibus, post medium. C. de cursu publ. eod. lib. 12. vbi & pro priore dicto allegat l. Lucius. §. hæredum, & §. seq. ad Trebellia.

2 ¶ Sed & his adde text. in l. cùm uirum, ibi, quicquid ex hæreditate, &c. C. de fideicommis. & ibi Barto. & alios, inter quos Bald. colum. 2. in 2. opposi. dicit ex eo text. hanc dictionem, quicquid, esse præcisè vniuersalem. quem refert & sequitur Philipp. Deci. consil. 29. an debetur restitutio, colum. 2. versicu. secundo nam cùm, vbi etiam ad hoc allegat text. in l. in fidei commisso. §. cùm Pollidius. ff. de vsur. & in cap. cùm causa, in fin. de offic. delega. & in c. vlti. de rerum permutatio. & idem quoque voluit Ludo. Gozad. consi. 8. in hac causa col. 5. nu. 24. vide Bald. in d. §. nonnunquam, & Frā. Aret. in l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pupil. & Barto. in l. quæ ōnia. §. planè. ff. de procur. Bald. in ca. 1. col. 9. versi. item Oldra. quærit, titu. de capi. qui cur iam vend.

3 ¶ Est autem & alia huius dictionis natura; quam prætermittere noluimus, vt scilicet iuncta uerbo futuri temporis faciat conditionem; per tex. in l. qui Romæ. §. Angerius. ff. de verbor. oblig. quem ad hoc expendit & dicit not. Ias. in l. Stichum qui meus erat, col. 1. versicu. secundò amplia. ff. de lega. 1.]

REVERTATVR.

IPSO IVRE; dicit Accursius: ex hoc inferens, quòd donator poterit rem ipsam donatā, natis liberis, vendicare, tanquam ipso iure dominus effectus, vel possessionem ipsius cō dicere. Sequuntur *Bart.* Alexand. Ioan. Fab. Bal. in vtraque lect. Salyc. & Angel. hic. & idem voluerunt

& in l.ex parte.ff.de acquirend. hæredita. [& in l.ſi quis ita.ff.de vſufruct.]& conſil.176. quidã nomine A.col.2.verſi.ſecundò præmittendum, lib.3.& conſil.296.factum ſic ſe habet, colum. 2.lib.6.& omnes propè in cap.ſi pater, de teſta. lib.6.cũ ſimi.Ideoque cùm verba directa diſpoſitionem directam faciant, obliqua verò fideicommiſſariam ex omnium ſentẽtia:certè etiam id quod per fideicommiſſum competit,non ipſo iure competi.l.ſi ſeruus,& ibi doc.C.de fidei com.liber.& l.quærebatur.ff.de milita.teſtamẽ. ibi,apparet eum non ipſo iure valere voluiſſe, ſed per fideicommiſſum.Indeque huiuſmodi fideicommiſſaria ſubſtitutio,quæ ſcilicet directa non eſt,precaria dicitur,in dicta l.quærebatur. ff.de milita.teſtamen.[& in l.cum proponans filios.C. de pact, ſicut alibi voluntas precaria in cauſam ſcilicet fideicommiſſi, in l.cùm proponebatur.ff.de lega.2.& l.nõ idcirco.C.de cod.] & verba obliqua dicuntur etiam precaria.l.cohęredi,§.cùm filiæ,& ibi Dyn.& Bald. ff.de vulga.& pupilla.ſubſtitutio.[& l.2.& iterum l.4 C de codicil.& l.à patre,vbi Phil. Dec. notat in prin. C.de collatio.& l.2.in prin.C.commu.de legat. vbi id optimè declaratur.]

6 § Eſt autem hoc verbum, reuertatur, commune, ſcilicet directum & obliquum, ſecundum Pet.Iac.in ſua practica, titu.de verbis obliquis, col.1.Bart.in d.l.Centurio, colum.vltim. motum ex gloſ.in l.1.in fin.magnæ gl. ff de donatio.& arg.l.Lucius.§.tres hæredes.ff.ad Trebelli.& ſequitur Franc.Aret.in ea. l. Centurio, colum.vlti.& ibi quoque Iaſ.colum.etiam vlti. & Lancel.Gali.in repet.char.pen.in 13. concluſione, & voluit etiam Bald.in d.l.vl.C.de ſacro. eccle.& in tracta.ſubſtitu.colum.vlti.Ange.hic, & in d.l.1.in fin.ff.de donatio.Imol.in cap. Raynutius,char.pen.verſi.octauò,extr.de teſta. Rapha.Co.conſil.114.Antonius Benedicto, in ſecundo dubio.Pau.Caſt.cõſi.341.mater iſta.poſt princ.lib.1.Corn.in l.precibus,colum.17.verſi. verba autem communia.C.de impub.& ali. ſubſtit.& conſi.152.in hac conſultatione,colum.4. verſi.per verba reuertatur,lib.2.Ange. Aret. in §.extraneo,colum.2.Inſtitu.de pupil.ſubſtit.& Stepha.Bertran.241.viſo conſultationis themate, num.7.lib.2.Guid.Pap.conſil.96. caſus ſub nominibus, in quinto dubio,circa medium.

7 § Quin Ioan.Andr.in d.c.ſi pater, de teſta. lib.6.conſtanter tenuit ſemper eſſe directum, per text.in noſtra l.& eum ſequitur.[ibi Arnaldus à Solerio in repeti.colum.4. & iterum 5.] Domi.ibi, in princip.colum. vlti. Cuius etiam opin videntur eſſe Bart.& Ioan.Plat.in d.l. quiſquis.C.de om.ag.deſer.lib.11.dum ſimpliciter dicunt, quod denotat tranſlationem dominij, ipſo iure, per illum text. & etiam Angel. qui idem dicit in §.1.per illum text.in authen.de reſtit.& ea quæ pat.in princ. Bald. qui ob id dicit ſignificare ipſo iure, in hac l.in fin.1.lect.[& in authen.quod mater, nume.3.C.hoc eod.titu.] & Anto.Corſe. in ſuis ſing. in verbo, reuertatur.Et bene facit tex.ſi ſolerter inſpiciatur,in c. 1.extr.de ſchiſma.

8 § Tamen quod ſit etiam obliquum, & ſignificans quòd per manum alterius res rertadatur, eſt text.in l.3.vbi hoc not.Bart.[& Salyc.]C. de pact.inter empt.& vendi.fac.& id etiam [aſſerit Cyn.in l.1.eod.titu.& Rapha.]Co.dicto conſil. 114.per illum text.& conſi.96.ſub nominibus, in quinto dubio, vbi nihil allegat. Et Fab.à mõte Sancti Sauini, in tracta.de emptio.& vendit. in 7.quæſtio.princi.colum.5. verſi.ſecundò quęro.Sed & illius tex.authoritate ſubnixus Signo. conſi.131.factum ſic ſe habet, col.vlti,negat expreſſim hoc verbum habere vim latæ ſententiæ. Quod etiam voluit Saly.in l.ſi totas.C.de inoffi. donatio.dum ſcribit verbum reuertitur, quo ea.l.vtitur, ſignificare ipſo iure, quia eſt præſentis temporis: tanquam ſecus eſſet in futuro tempore.Et in hanc partem eſt gloſ. in d.l.1.in verbo, mortis cauſa donatio, in fin.ff.de donatio.cùm dicit quòd id verbum non habet eam vim, vt poſſit agi rei vendicatione, ſed tantùm perſonali, quaſi ſcilicet res non tranſeat ipſo iure.Ex quo etiam negant Bart. Angel. Roma.& Paul.Caſt.ibi,in fin.hoc verbum eſſe directum, & ſequitur Franci.Curt.ſenior conſi.12.Lucius Titius,colum.vlti.& idem voluit Bal.dum eam gloſ.allegat, in l.traditionibus, colum. vlti.C. de pactis.Pau.Caſt. poſt Cyn.in l.1 in duobus locis, & iterum in l.cùm te,ad fin.C.de.pact.inter empt.& vendi.fac.[& idem Paul. poſt Guil. Cu.in l.ab emptione, colum.3.verſi.adde dicit. ff.de pact.]& apertè innuit idem Pau.conſi.68. in caſu præſenti puro ſic dicendum, poſt prin. libr.2.dum dicit quòd dictio, reuerſus, denotat ipſo iure,quia eſt præteriti tẽporis:tanquam ſi futuri eſſet, non eam vim haberet. Et idem quoque expreſſiùs voluit Aegid,Bellamera conſil.39.factum eſt tale, dominus Humbertus, colum.5.verſi.his præmiſſis, Barb.conſi, 11. illud afferam, colum.9.verſi.modo in caſu noſtro, lib.2.& Guid.Pap.ſingu.757.licet verba.Iaſon conſi.211.inter quoſdam, colum.8. verſi.item hẽt caput,lib.2. & Phil.Dec, in l.traditionibus colum.3.verſi.ſecunda concluſio,C.de pact. & Franc,Cur.iunior, in l. traditionibus, columna tertia,num.22. C. de pact,Et hanc quoque partem fulcit text.in c,3, ibi, liberè ad dominum reuertatur,extra de vſur.& ſimilis tex.in cap, vbi periculum.§.quod ſi præmiſſa, de elec.eod, lib.6.& in c.ſi beneficia, de præben.eo.lib,in c. felicis, verſi.ſi qua vero,de pœnis,eod.lib.6. & in cle.1.verſi.à feudis.eod.tit.& in c. imperialẽ, in §.callidis,tit.de prohi. feud.ali. per Fed. nam illa dictio liberè, eſt latę ſententiæ, vt poſtea dicemus:ideo ſi verbum liberè per ſe fuiſſet latæ ſententiæ, fruſtra addita fuiſſet illa dictio, liberè.

9 § Portò

9 § Porrò Corne.dicto consi.15.colu.5.lib.1. hanc rem animaduertens, dicit quòd d.l. si totas, quæ loquitur in eadem materia, vtitur uerbo præsentis temporis, dum dicit reuertitur, quod quidem præsens tempus haud dubie est latæ sententiæ, vt postea latè dicemus. Et licet l. nostra loquatur per verbum reuertatur, tamen est aduertẽdum, inquit, quod potest esse & præsentis temporis modi imperatiui, & modi subiũctiui, atque etiam futuri temporis modi optatiui. Ideo interpretanda est, vt sit præsentis temporis, & significet ipso iure, vt scilicet consentiat cum dicta l. si totas, quæ, vt diximus, loquitur in eadem materia. Et quanuis aliàs in dubio debeat sumi interpretatio, vt fiat priuatio per sententiam, non ipso iure; tamen in ista priuatione, quæ fauorabilis est, secus est, arg. c. odia, de regu. iur. lib. 6. cum simil. de quo & tu vide quæ dicã infrà nu. 252. incipi. hæc autem quæ diximus. Vel, vt hoc illi addam, illud non procedit, quando per alia iura constaret rem fieri ipso iure, vt dicemus infrà versi. 64. incip. 12. fallit.

10 FVERVNT tamen qui dixerunt donationem hìc certè reuocari ipso iure sed ita demum tantùm, si pater id velit, vt retulit Alber. hìc. Et in hac quidem sententia videtur fuisse Bald. in l. 1. colum. vlt. C. de inoffic. donat. cum dicit requiri declarationem voluntatis ipsius patris, velitne donationem reuocari, an nolit, arg. not. in l. 2. ff. si ager vecti. vel emphy. Quo in loco Bart. dicit per text. & glo. ibi, emphyteutam propter non solutam pensionem, aut etiam per alienationem factam irrequisito domino, tum demum cadere emphyteusi, si dominus velit: quod dicit esse multum notandum, & menti tenendum. De qua re est melior atque expressior tex. quem & ipse Bar. aduocat, in l. 2. in verbo, volenti, & ibi gloss. & iterum in illis verbis, sed omnimodo eum dominus, si voluerit, repellendo, & ibi etiam idem Bartol. Bald. Angel. Salyc. & recentiores. C. de iure emphy. & in §. scire autem, in verbo, volentibus, in authen. de non ali. Et hoc quoque voluit ipse Salyc. in l. vlt. col. pe. versi. quæro an ipso iure, eo. tit. Spec. ti. de loca. §. nũc aliqua, ver. [13. & ibi Bal. & iterum vers.] 46. Bart. in l. 2. circa medium. ff. de exceptio. rei iudic. idem Bartol. & Bald. in authen. qui rem, ille in princ. alter ad fin. C. de sacrosanct. eccle. & ipse Bartol. & consi. 81. Martinus fornicõnis, colum. 2. & ipse Bald. in l. his consequenter §. 1. ff. famil. ercíscun. & in l. Meuius, §. 1. in 8. oppo. post Dyn. ibi. ff. de lega. 2. & in l. cùm seruum, col. 2. C. de ser. fugi. & cõsi. 179. factum tale est. A. ante fi. lib. 5. & consil. sequẽ. ista inuestitura. [Salyce. in l. lex vectigali, per illum tex. in fin. ff. de pigno.] Angel. in §. si verò, versi. sed pone, in authen. de non ali. Anto. consi. 22. visis punctis, colu. 1. versi. puto tamen. Dom. in c. licèt canon. §. is etiam, paulò ante fin. de elect. lib. 6. Panor. consil. 67. in causa quæ vertitur, colum. 2. versic. sed his non obst. lib. 1. Imol. in repetitio. c. vlti. colum. 25. versic. & adde an per illa, de præscrip. & in c. 2. colum. 7. de feud. & in c. potuit. colum. 12. versic. sed contra, de loca. & in c. vlti. colũ. 7. versi. secundò potest obiici, de dona. Cardi. Flor. consi. 15. super premisso casu, colu. 2. versi. confirmatur & aliter. & iterum colum. 7. versi. ad illud de emphyteuta. Rapha. Co. consil. 164. prælatus certæ ecclesiæ, colum. 3. Franc. Aret. & Iason in l. si mihi & Titio, in princip. vterque colum. vlt. ff. de verb. obligatio. & Alexand. consil. 103. videtur prima consideratione, colum. vlti. vers. præterea etiam quando, lib. 1. & consi. 173. viso themate & scriptis, colum. vlti. lib. 2. quod repetitur in consi. 91. lib. 3. & idem Alexan. [cõsil. 6. circa processum causæ vertentis, colum. pe. multis in locis, lib. 3. &] cõsi. 106. magnificè prætor, colum. 4. versi. item in casu posito, eo. lib. 3. & consi. 106. viso themate & instrumentis, col. 2. versi. nec predictis obst. lib. 4. & consi. 113. viso & diligenter considerato, colum. 2. versi. secundo fortificatur, eod. lib. 4. & consi. 127. viso instrumento, colum. vlti. lib. 5. & consil. 27. viso themate, colum. 2. versi. quantum autem ad secũdum, lib. 6. & consi. 150. in causa appellationis, colum. 4. versi. nec huic habet obstare, lib. 6. & Corne. consi. 115. licèt in consultatione, colum. 1. & 2. lib. 1. vbi & hoc respõdit obtinere etiam si expressè pactum sit, vt res ipso facto cadat in commissum. [& consi. 166. quatuor, colum. 3. versi. quia pœna amissionis, lib. 2.] Cepola causarum ciuilium consi. 25. ex quæstione prædicta colum. 2. versi. & ita tenet, & colum. sequ. versi. nec obst. etiam. & iterum sequen. versi. circa tertium. Socin. consi. 208. visis actis, col. 3. lib. 2. & Guid. Pap. consi. 192. ex facti narratione, in primo dubio, in fi. & Cardi. Alexand in c. 1. colum. 2. tit. quę fuit prin. cau. bene. amit. [Soc. consil. 81. in causa, colum. 2. versi. & illud quod dicitur lib. 3.] & Philip. Deci. in authenti. qui rem, col. 3. versi. tertiò principaliter. C. de sacrosan. eccle. & in rub. C. de sacrosan. eccles. paulo ante fin. & consi. 138. cuius superscripto incipit, verba ista, colum. 2. & consi. 146. cuius superscriptio incipit, dubia de quibus, col. 3. versi. vltimo non obstat, & versi. secundo quia etiam. & consi. 185. in causa istorum, colum. 5. versi. sed breuiter; & consi. 26. quæritur an diuisio, colum. vlt. & consi. 452. visa instructione, colum. vlt. versi. non obstat. etiam. & Iason in l. omnimodo, in fin. C. de inoffic. testa. & in l. si insulam, col. 7. versi. quartò vltra Bart. eod. tit. cum aliis concord. adductis per eundem Ias. in d. l. 2. col. 2. C. de iur. emphyteu. sed hic multos videbis, quos ipse prætermiserat.

11 § Et idẽ in feudo quoque voluit [ipse Spec. tit. de feud. §. quoniam, versi. 27.] Bald. in c. quæ in ecclesiarum, colum. pen. versi. extrà quæro, de constitu. & in c. 1. ibi etiam Marti. Laud. Aluar. & Cardin. Alex. titu. de capi. Corra. & in l. vlt..

vlt.in fin.infrà hoc eod tit.vbi & illud dicit generaliùs procedere,vbicunque aliquid ipso iure reuertitur ad dominum,vt semper intelligatur, si dominus hoc velit & petat,per not.in d.l.2.ff. si ager vectig.& idem Bald.in l.1.in vtraque lectu.C.de reuoc.donatio.& consil.31. proponitur quod Petrus,colum.3.[vers.prædicta in feudis,lib.1.quod repetitur consi.301. eod.lib.1.] Imol.in c.vlt.colu.7. versi.secundò potest obiici,extra de donatio. & in c. 2. extra de feud. & Alex.consi.79.circa primum,colum.vlti.lib.j.& consi.103.vbi suprà, eod.lib.1. & dicto consil. 173.viso themate,colu.vlti.versi.& expressiùs, lib.2.& consi.91.eod.princi. colum. etiam vlti. lib.3.[& dicto cons.27.vbi suprà,lib.6.]& consil.92.perspectis diligentet,colu.6.in fin.5.dubij,lib.6.Card. Alexan. in c.1.colum.4.tit.quo tempo.mil.& Iason qui hoc dicit not.in d.l.2. colum.2.& iterum col.6.versi.vltimò contra dictum.C.de iuriemphyteu.& consi.107. in præsenti consultatione,colum.3.versi.nec obst.si diceretur,li.4.Philip.Deci.[consi. 144. quoniam ex facto,colum.vlti.versi.præterea etiam si ipso iure.&]dicto consi.185.& dicto consi.206.quęritur an dinisio, colum.vltima,& consi.341. viso puncto, colum.vlt.& in dicta rubrica,de secund.nupt.in fin.& Guido Pap.consi.192.ex facti narratione,colum.2. & D.Guil. Bened.in repetitio.cap.Raynutius,in verbo,in eodem testamento relinquens,le 1.num.88.& sequen. extr. de testamen.Et sufficit, ne illud ignores, hanc voluntatem domini esse tacitam,vt videre licet ex iis quæ tradit Panormi.dicto consi. 67.col.1. & 2.lib.2.& expressiùs Anto.in dicto consi.22. vbi suprà.& Alexand.dicto consi.106.colnm.2. versi.nec obst.si dicatur,iunctis præcedentibus, lib.4.& Philip.Deci.dicto consi.146. vbi suprà, & iterum colum.4.versi.non obstat secundò,Iason in l.posthumo,col.6.versi.pro ista opi.C. de bon.poss.contra.tab.

12 § Ex iis autē quæ dicta sunt, illud fit, quòd si dominus nolit feudum paternum vel auitum esse commissum ob feloniam, vt appellant, in se commissam.& ita eam vassallo condonet siue remittat,non per hoc censetur feudum nouum, siue de nouo concessum,quamuis eo iam ipso iure ceciderat;sed manet,vt erat,antiquum,vt voluit gloss.in l.quod dicitur necessarias,ad fin. princ. in verbo,creuisse,& ibi Bartol.etiam ad fin. & latiùs Alber.ff.de impen.in reb.dota.fact.& glo. in l.peculium. §.si ære,& ibi[Bart.Bald.&] Pau. Castren.ff.de pecul.& in c.imperialem. §. insuper,in verbo,priuetur,tit.de prohib.feud.ali.per Fed.[And.Iser.]Iaco.Bel. Aluar. Cardin. Alex. & alii in cap.1.tit.de vas.decre.æta. Petr. Iacob. tit.de cau.ex quib.feud.amit.colum.6. versi. ex prædictis causis.Bald.in l.1.in 15.quæstio. ff. de rerum diuisi.& in c.1.§.hoc quoque,tit. de successio.feud.& consi.250.ad euidentiam, ante fi. lib.2.[& in additio.Specu. titu. de loca.§.nunc aliqua,versi.23.Imo.in d.cap.2.colum.vltim.de feud.Pau.Cast.consi.421.ponitur in facto,colu. 2.versic.secundò videndum est,lib.2.Io.Plat. in l.sancimus,versic.item facit ad aliam quęstionē. C.de consul.lib.12.Alexand.consi.30.quoniam omne datum,colum.2.lib.1.]Franc.Aret.in l. si lio quem patet,in fi.princ.per illum tex.ff. de liber.& posthu.idem Aret.Alexand.& Ias. in d.l. si mihi & Titio.Alexand.quidem col. 5. alii colum.vlti.ff.de verborum obligatio. Quoniam,vt ibi dicunt Aret.& Ias.si dominus remittit, non dicitur vasallus iure decidisse,cùm non nisi volente domino cadat,quamuis ipso iure cadat;& ideo non potest censeri nouū feudum.&[Card. Alexand.in prælu.feud.in 6.diuisio.]Bart. à Sca rampis inter consil. Alber.Bru.consil.112. casus super quo,colum.vlt. & iterum colum. sequen. venerabilis dominus, post princip. De quo tamen vide Bald.in d.c.imperialem.§.insuper,colum.vlti.& Card. Alexā. in d. 6. diuisione feud. [& Alexand.consil.33.visis & ponderatis. colu. 2.versi.hoc comprobatur,lib.5.& remissiuè per nos in tracta.retractuum,titu.1.§.32. glo. j. nu. 29.quid autem de fundo,]

13 § Simile est autem,quod videmus testamentum ratione præteritionis ita demum tantùm esse nullum,si præteritus ipse dicat, & petat,nō aliàs.l.filio præterito,& ibi glos. & omnes.ff.de iniust.testa.& l.maximū.§.sancimus.C.de liber. præter.& voluit etiam glos.in l.scimus, in prin. C.de inoffi.testa.& in l.si pater, in glos. vlti.in fin.C. de instit.& substi.& in l.is qui in potestate,in princ.ff.de lega.præst.& in l.si duo, etiam in princ.eod.tit.Specu.vbi suprà. Dy.in l.Gallus in prin.in magna distinctione.ff.de libe.& posthumis Bald.in l.2.C.de posthu.hæred.instit.& in l.si constat,post princ.C.de compensa. & dicto consi.305.lib.1.vbi suprà,& consi.99.factū tale est Nicolaus, col.2.lib.2.consil.393.ad euidentiam,in prin.eo.lib.2.& consi.386. quidam M.decessit,colum.1.lib.5.& Signo.consil.153. verum est,col.2.versi.circa secundum.& consil. 171.Ser.Antonius,colum. pen.versi. item esto. & Card.Flo.d.consi.105.tum primo loco suprà alleg.tum eadem colu.2.versic. ad idem Imo.in c.exhibita,colum.8.versi.& per hoc non obstat ext.de rerum permu.Et id quidem etiam plenè not.in l.posthumo,vbi latissimè Iason disputat, an hoc sit verum.C.de bono. poss. cont.tab. & in l.2.C.de postu.hæred.instit.& Ludo.Bol.cōsil. 73. Antonius Pergamensis, colum.vlti.de quo etiam vide Oldra.cōsi.171.thema tale est, Titius filium,in secundo dubio, & iterum col. 3.versi.quinto quęritur.& Raph.Co.in repet.l. si filius,in 7.oppo.primi no.ff.de liber & posth. & Pau.Cast.post Bald.in l.sicuti certi, colum.2. versi.quęro hic secundum Bald.C.de testa.mil. & consi.323.super primo puncto, lib.1.& Ro. consi.24.postmodum autem,& Iason in l.si filius qui in potestate, in primo not.ff.de libe.& posthu.

posthu.& D. Bened.in repet.d.c.Raynntius, in verbo, in eodem testamento relinquens, le r: num.84.cum multis seq.extra de testa. Ex quibus comperies non id esse omnino certum. Id tamen defendit vetus exemplum testaméti Ebutiæ L.Menenij Agrippæ vxoris, quo alteram ex filiabus hæredem tantùm instituit, alteram præteriit. At Aphronia (id præteritæ nomen fuit) cum sorore cotendere noluit, testamentumque matris patientia honorare, quàm iudicio conuellere, sanctius esse duxit, atque ita testamentum ratum mansit. quod à Valerio relatum est lib.6. cap.8.cui titulus est, de testamentis quæ rata manserunt.

14 ¶ Idem quoque dicimus de supplemento legitimæ, quod & ipsum licèt fiat ipso iure, per d.l.scimus.C.de inoffi.testa.intelligitur tamen, si petatur, aliàs verò secus, vt etiam dicit glo. ibi, quam sequuntur Bart.& pleriq; omnes in eo loco.& voluit quoque glo.in d.l.si qui in potestate.ff.de leg.præstan. Specu. vbi suprà.& Bald. in d.l.si constat. C.de compen. & Corne. consi.264.in hac consultatione, col.1.versic.tamen his non obstantibus, lib.1.& consi. seq.circa primum, colum.1.versi. cùm itaq;.eo.lib.1. Ias.in l.de pupillo.§.qui opus nouum, colu.1.in 3.no.ff.de ope.no.nuntia.vbi id dicit generale, cùm quid fit ipso iure, scilicet si petatur. & in l. ex facto, colum.11.versi.secundò pro op.Bar.ff. de vulg.& pupil.substi.

15 ¶ Adducitque vtraque illa glo. videlicet in d.l.scimus,& in d.l.is qui in potestate, & aliud accommodatissimum simile de compensatione quæ quidem fit ipso iure: sed ita tamen, si petatur, per l.vlti.C.de compensa.& §.in bonę fidei. & ibi quoque glos.Dyn.& alij.Instit.de actio.Et idem etiam tenuit glos.in l.si quid à fideiussore. ff.de compen.Azo in summa, eod.titu.Pet. & Cyn.in d.l.vlti.eod.tit.Specul.vbi suprà. & Bar. in l. verum, & ibi Bald. ff. de compensa. quam ipse Bartol. primam totius titu. legit, licèt prima non sit.& in d.l.si constat, & ibi latiùs Bald. & Salyce.eod.titu.idem Barto.in l.gerit, colum. 8.versi.secundo compensatio.ff.de acquiren.hæred. Bald.in l.1.C.de distract.pig. & Corne.d. consi.15.colum.2.lib.1.Sed tu de hoc latissimè omnium vide Tyndarum in tract.de compensatione, chap.4.versi.& per hoc expediuimus.

16 ¶ Quibus & adde alia similia. Nam falcidia resecat ipso iure.l.linea margaritarum. ff. ad legem Falci.Sed ita demum, si hęres velit. l. patrem.ff.quę in fraud.cred.& voluit Bald.in l.1. C.ad legem Falcid.Item licet actiones ipso iure transeant in fideicommissarium, vt probat text. in l.pen.§.1.in fin.C.ad Trebel.Id tamen intelligitur, si velit & petat fideicommissarius. vt patet ex l.1.§.sed & quoties,& l.cogi.§.Metianus. ff.eod.quos in id expendit Ias.in d.l.1.§.de illo, colum.2.eod.tit.& ante illum, licèt non alleget, Pau.Cast.solus ex antiquioribus, in d.§. Metianus,& Socin.in d.§.sed & quoties, in secundo not.Adde, inquam, quod voluit Barto.in l.si matre.C.de suis & legi.intelligens illum tex.in verbis, ipso iure succedant, si petatur. Et quod subtiliter admodum & eleganter disseruit vir optimus ac doctissimus Ioan.Igne.senator regius in repeti.l.contractus, colum.54.versic.nunc restat articulus, cum multis seq.ff.de regu.iur.& eo tacito. Ludo.Gomessius in §.actionum, colum.8. & multis seq.Instit.de acti.dolum dantem causam contractui reddere contractum ipsum nullum, modo petatur, vt apud Igne. latè videre licèt: quod ante ipsum, licèt non alleget, voluit Ang.in l.si quis aliam.§.sed & si quis.ff.de solutio.& Pau.Cast.consi.295.si dicta pignora, col. 1.lib.2. Quibus suffragantur quæ diximus in legibus connubialibus, in glos.6.[num.91. his cōtine est. Et generaliter ea quę fiunt ipso iure, & ita debere intelligi, si petatur, tenet per quædā ex supradictis Fran.Ripa in l.4.§.hoc autem iudicium, colum.2.num.8.ff.de dam. infect.] Sed his tamen repugnat, quod dicemus infrà in 13. differen.effectuum latæ & ferendæ sententiæ. Sed quantum ad hunc casum nostrum pertinet, vide quæ diximus suprà in verbo, liberos suscepetit, versi.21.incipien.secundò intelliges procedere,& multis sequen.

17 ¶ Sed illud interim non omittemus, quod cùm ex titulo & traditione simul iunctis transfertur dominium, licèt postea titulus annulletur siue resoluatur aut rescindatur, non tamen re transfertur dominium ipso iure sine traditione, per glos.in l.1.in fin.magnæ glo. C. de inofficio. donatio.vbi Bald.etiam in fin.ad hoc not.& commendat.& idem Bal.in l.1.in 6. quæstio. C.si in fraud.patro.vbi illam dicit subtilem. & consil. 482.magnifici viri, colum.2.versi. hic primùm quæritur, lib.1.& Alexand.consil.10. videretur fortasse, col.1.in fin.lib.1.[& consil.92. perspectis, colu.1.versi.& non ob.si dicatur, lib.2.vbi alios quoque citat.]& Cardi.Alexan.in l.imperialem.§.callidis, colum.1.tit.de prohib.feud.al. per Fed.Ias.consi.211.inter quosdam, col.pen. versi.item ex alio, col.pen.lib. 2. & consil. 128. verba permutationis, col.2.ver.primò quia vbi, lib.4.& Steph.Bertran.qui eam glos.dicit not. consi.8.etiam si sententia, col.1.lib.1. & consil. 354.ad primum respondeo, in fin.eod.lib.1.& consi.279.ex instrumento, ante fi.lib.2.

18 ¶ Quod procedit etiam si ipso iure ex dispositione legis vel statuti contractus annullaretur, vt voluit Bar.in l.si ita quis.§.ea lege, col.2.vers. quæro vtrum prohibitio legalis, & ibi Ias. colu. 11.versi.istam regulam.ff.de verbo.obl.& idem Bart.in l.si hominem.ff.de vsucap. & Bald.in d. l.1.si in fraud.patr.& in l.1.colu.3. & ibi Alex. & Thomas Parp.col.quoque vterque.3.ff. solu.mat.& iterum in repet.l. cùm mulier, col.x. vers.de secundo dubio,& ibi quoque Alex.col. pen.versi.tamen si.Bar.hic.ff. eo.tit. idem Alex.

[con.

[consi.10.videretur fortasse,col.1,versi.sed præmissis non ob.lib.1.&] consil.92.perspectis his quæ in themate,col.1.lib.2.Fabia.à monte sancti Sanini,in tract.insinuationum,in 37 quæst.in fin.& Philip.Dec.consi.300.visa petitione Philippi,col.2.[Carol.Ruio.consil,76.circa casum, col.3.num.8.lib.1.Iason consi.212.præsens coo sultatio,col.pen.versi.item ex alio,lib.2.& cõs, 128.videretur in præsenti,col.2.versicu. primò quia vbi,lib.4.] De quo & tu vide plenissimè Alexan.in d.l.1.col.3.versi.ex hac tamen gloss. cum multis seq.ff.sol.matri.vide etiam Bald. in l.omoe,col.1,versi.sed quid in contractibus, C, commu.de lega.& in c.cùm inter,col.2.versicu. item renuntiare,extr.de electio.& Aegid.Bellame.consi.3.circa materiam,col.8.versic. prætærea pro hoc facit,& iterum col pen. versic. tum quia cum dicitur. & consil.39. factum est tale, dominos Humbertus,colum.4. Ex quo palã errasse videri potest Ioan.Ana.dum in capit.conquestus,col.3.extra de vsur.tradit quòd per pactum de retrouendẽdo retrãsfertur dominium in venditorẽ ipso iure ex sola oblatione,vt sing. dicit probari in l.si cùm venderet. ff. de pignor, actio,

19 ¶ Sed hæc omnia velim intelligas,vt nõ procedant in iis casibus, in quibus dominium ipso iure transfertur sine traditione, de quibus per gloss.& doct.in l.traditionibus.C.de pact. Nam tunc in illis etiam retransferretur dominium ex statuto annullante contractum,[sine aliá tradi-tione,]vt satis intelligi potest ex d. gloss. in l.1. & ibi Bald.in fin.C,de inoffi.donat.& Bart. in l, & ideo,per gloss.ibi.ff.de condit.fut. & nuocupatim voluit Ias.d.consi.211.[lib.2.& d.consil, 128.colu.2. vers.confirmatur,lib.4.vbi id multis probat.]& Parpa.in d.l.1.ff.solut,matri. [& Ferdi. Loaz.in repet.l.filiusfa.§.diui,char.23.nume.452.]& ante eos Pau.Cast.consi.216.confirmando,col.2.versi.nec insuper,lib.1.Nam & videmus quòd sicut in legato trasfertur dominiũ sine traditione.l.si tibi homo. §.cùm seruus. ff. de lega.1.& copiosissimè diximus in nostris cõmeotariis consuet.Picta.titu.16.§.4. in gloss. 2. in princ.ita ipso iure retransfertur per actus resolutiuos,per tex.in l.vlt.iuncta gloss. in verbo, remeantibus,& ibi Bar.& alii.C. de legat. & in authen.cui relictum,ad fin.in verbo,vendicari. C.de indic.vidnit.Et hoc quoque expressim voluit Alex.d.consil.10.tum col.1.versi.& primò, tum col.3.vet.non obstat.d.l. libt.1. [& iterum consi.10.videretur fortasse,col.3.versi. non ob, d.l.fin.eod.lib.1.& Fran. Aret.in l. qui absenti. §.1.col.2.ff.de acquir.possess.] & Anto. Rubri. consi.58.series facti, colum. 2. & propè omnes quos suprà citauimus. [& faciuot not.per Bartol. in l.si vi proponis.C. de cond. ob causam.]

20 CÆTERVM posteaquam hunc perueni mus lector amantissime, libet hoc loco affatim abundeq; tractare quando lex aut statutum intelligatur esse latæ sententiæ, aut ferendæ, in vnumque veluti corpus congerere quæ à nostratibus doct. vellicatim diuersisque locis de ea te scripta sunt,vt hinc faciliùs possint legum studiosi exprimere qnod in rem suam futurum esse putabunt:quandoquidem res est non inutilis neque contemnenda,sed quę in controuersiam quotidie adducitur.Igitur in primis Bald.in l. iubemus.§.vlti.C.de sacro.eccle,ita in eam rem distinguit:Aut loquimor in pœna obligatoria. & requiritur sententia.l.si qua pœna,in verbo, virtus,ff.de verbo,signi.Aut in pœna afflictiua, & idem. l. quòd ad statum. ff. de pœnis. Aut in pœna priuatiua, & idem, nisi sit dictio mox, vel dictio, ipso iure, vel dictio, ipso facto ; vt not. in anth.de nupt.io princ.facit l.vlt.C. loca. & c.2. de reb.eccl.noo alie.lib.6.& cle. eod. tit. Quędam est pœna ab actione exclusiua, & tunc idem l.vlti.C.de iuramen.calũ. quia requiritur sententia.authen.qui semel,C.quomo,& quãd. iud. Quædã est pœna tacitæ confessionis inductiua,& tunc si potest probare contrarium, intelligitur per sententiam, vt d.l. vltim.aliàs ipso iure. l. qm.ff.de his qui not.infa. Quædam est pœna iurisdictionis prohibitiua,vt puta,nõ red datur ius.In quo dicit Iac.Are.in qoadã disput. quòd intelligitur ipso iure , nec valet iudicium si contrà fiat.facit.l.si seruus.C.de his qui ad ecclesiam confu.Adde tamen quòd vbi noo requiritur senteotia dispositiua,si tameo factum reuocatur in dubium, requiritur sententia declaratoria, per l.eius qui delatorem.ff.de iure fisci, & cap. pro humani,de homic.lib.6.Facit quod not.gl. in authen.de tabel.§ pen.vbi glos.dicit, quòd si tabellio per senteotiam legis est priuatus officio tabellionatus, hoc tamen non est declaratum per sententiam hominis,sed est occultum,si iste tabellio exercet officium,quia est in quasi possessione officii, valent instrumeota sua.quod alibi in iure ciuili non habes. Hactenus Bald. vbi suprà.Alexand.autem in additio.Bartol.in l.imperator. ff.de iure fisci,alia multa io eam rem allegat, vt ostenderet quando quid intelligatur fieri ipso iure , vel per sententiam. multa quoque Barba.in c.si diligenti , colum.37.& multis sequen.vsque ad.7.colu. extra de for. competen. Omnium autem plurima Felin.in c.Rodolphus colum.15.versi.vltimò quia text.cum multis sequen.extr.de rescrip.& ante hos quædam etiam allegat Bart.in authen.de incest. nupt. in princ.

21 EGO VERO rem hanc cæteris dilucidiùs vberiusque ac ordinatiùs tantùm(nam meliùs quis posset?)hoc loco tractare constitui,Igitur vt ad rem accedamos,Verbum aut participium præseotis temporis, vt ordioem Grammaticorum sequamur,in dubiò est canon latæ sententiæ,vt planè innuit gl.in l.si quis maior, in verbo,infamia,iuncto text.in verbo,notatur. C. de trunsact.quam sequuntur Bart.Bal. Salyce. Pan. Cast.& receotiores ibi,& expressiùs voluit glos. in l.1.

in l.1.§.afficereutur.C.ne lice.poten. & in l.ficut,in verbo, minime.C.de testa.mili. & in l.si quis in tantam,in glos.magaa,versi.quartò quęro,& ibi Bart. Ang.vterque col.vlti. C. vnde vi. idem Bart.in l.iubemus nulli.§.sanè si hoc, col. vlti.& ibi Alex.C.de sacr. eccle.& in authent. qui semel,ante fin.C.quomo.& quand.iud. Archi.in c.inolita,col.1.ad fi.11.q.1.Bald.in l.2.in addit.in 3.q.& ibi quoque Saly.etiam in 3.q.C. de iure emphy.idem Bald.in c.1.§.si quis miles, in verbo,amittat,ti.de feud.sine culp.non amit. [& in additio.Specu.tit.de loca.§.nunc aliqua, in 46.quæstio.]& consi.9.factum tale est,col.3. versi.sed hoc est aduertendum, lib.1. Salyc.in l. cum postea quàm,& ibi Ias.in 3.not.C.de pact. & idem Saly.in l.decernimus.C.de sacro.eccle. & in l.si totas.C.de inoffic.donat.& in authent. hoc amplius,& ibi Corne.col.1.& Ias.colum.3. versi.secundo.C.de fideicom. Ang. consil.371. multùm considero,in fin.Anto.in c.accedentib. col.pen.extra de priuile. Imol.in proœmio decret.& in repet.c.vlt.colum.45.in paruis, extr. de præscrip.& in c.si quis,extr.de vita & hone. cler.& in c.si quorundam,column.3. extr.de solutio.& in c.vlt.extr.de accu.Raph.Com.consil. 164.prælatus certæ ecclesię, colum.2. Domi.in c.1.in fin.de iniur.lib.6 Rom.cõsi. 212. quo ad primum,in 3.dubio.& sing.406.fuit à me quæsitum.Panor.in c.cęterùm, colu.1.de rescr.& in cap.nonnulli.§.sunt & alij,colum.3.versi.sed dubitatio remanet, eod.tit.& in c.quisquis, de electione,& in c.querelam,colum.2.de iureiur. & in c.nouit,in fin.de his quæ fiunt à præla. & in rep.§.quia verò,col.7.versi.secundo discutiendum,& seq.extr.de præben. & in c.2.col.vlti. de solu.& in disputa.incip.Augerio,colum. 14. versi.contrarium credo.Ioan.Plate.in l.quoties, quæ est pen.col.1.versic.sed quęro nunquid.C. de dignita.lib.12. Fran. Cre.no.7.tu scis quod verbum.Io.Ray.in.§.callidis,versi.pœna,in.9.& 11.quæstió.primæ partis princ.tit.de proh.feud. ali.per Fed.& in.§.præterea si quis, in 18.q.eo. tit.Aegidius Bellame.consi.9.factum tale est,cũ esset lis,colum.10.versi.item non obstat quod dicit Barb.in l.stipulatio non valet,in prin.ff.de verbo.ob.& in addi.Panor.in c.1.extra de adul. Corne.consi.15.ex quo dictus Franciscus, col. 5.versi.tamen est aduertendum.lib.1. & consil. 312.in hac consultatione,col.3.versi. cum non solum,eod.lib.1.Fran.Aret.in c.2.in 5. not.ext. de for.comp.ia.in l.eam quam,col.8.vers.teneo communem.C.de fidei.& in l.manifestæ, colu. vlti.ff.de iureiur.& in l.posthumò,col. 7.versic. pro qua op.C.de bon.pos.contr.tab.& cons.54. circa primum dubium,col.1.lib.3.& cons.118. videretur in præsenti,colum.3.versicu. secundò verbum,sit,lib.4.Phil.Dec.in authen.cassa,colu. 3.C.de sacrosan.eccle.& in l.cum posteaquam, col.2.in 2.not.C.de pact.& in l.1.col.10. nume. 67.C.de sum.trini.Fortu.Garc.in lib.de vltimo fine iuris,char.23.versi.quartus casus.Fran. Purpu.in l.more,col.ante pe.versi.tertiò ampliatur. ff.de iurisd.om.iud.[Io.Crot.in rep.c.1.colu.8. versi.contra tamen principalem,de constit. libr. 6.Iacob.à sancto Geor.in tra.feud.in verbo, qui quidẽ inuestiti,&c.col. 2.vers.item dubitatur.] Et hæc quidem est frequentior nostratum sententia.

22 § Quam si sequaris,vt sequendam esse arbitramur,temperabis,vel,vt nostrates non omnino malè loquuntur, limitabis iisdem modis, quibus, & verbum præteriti temporis, de quo statim postea dicemus,etiam limitabimus.Nam & eiusdem (quantum ad hanc rem pertinet)naturæ est, atque etiam de vtroque simul in illis limitationibus differemus, ex quibus assumes quæ huic loco subseruire cognoueris.

23 § Sed & tu alio item modo limitabis procedere, nisi alia verba eiusdem constitutionis quę verbo præsentis temporis vtitur, aliud inducerent, videlicet ferendam sententiam, non latam. Nam & tunc id verbum præsentis temporis latam non diceret. Ita expresè voluit Salyc.in c.cùm posteaquam. C. de pact. Quod confirma ex iis quæ dicemus in simili infra in verbo, futuri temporis.versicu.63.incipi.vndecimò fallit.

24 § Quanquam sunt qui ex diametro illi communi sententiæ repugnant, nempe negantes verbum præsentis temporis esse latæ sententiæ.& omnes propè sibi contrarij, videlicet gl. in l.1.in verbo, publicatur, & ibi quoq; expressiùs Bart.ff. de vi priua.Pet.Iac.ti.de cau.ex quido.debet amit.prop.in 13.dist.feud.col. illius 2. versi.item cum dicitur. Ang.in l.1. C. de pœna iudi.qui male iudi.nisi ibi sit mendum in dictione præsentis.Pet.Anc.consi.102.contra dictam donationem, versi.secundò & subtiliùs.Imo.in c.si diligenti, & ibi etiam Francis. Aret. de for. competen.Domi.sibi contrarius, & Cardinal. Alexand.in c.si quis, vterque in fin.23.di.Pau. Castren.in d. authent. hoc amplius, colum.2. versicu.in text.ibi excluditur Rom.sing.2. licèt verbum præsentis.Et ita etiam sentiunt Barb. & Corse.quibus locis.4.colum.hinc. versi. secundo citabimus.& Franc.Luca.in tract.de priuil. fisci.in 2.parte prin.in 12.eademque vlt.q.dum allegat Bart.in d.l.1.

25 § A quibus stant multi text.iungentes verbis præsentis temporis huiusmodi dictiones, eoipso, ipso iure, omnino, videlicet in l.is cui lege, ibi, ipso iure non valet.ff.de testa. & in l. 1.ibi, & pleraque ipso iure non valent. ff.ad senatuscon.Velleia.& in c.si gratiosè,de rescrip. libr.6. & in c.si postquam, ibi, eoipso viribus euacuatur, de electio.eod. lib. & in c.clericis, versi.prælatis, de immu.eccle.eo.lib.6. & in c. 1.versi.omnem personam, de schisma.eo.quoque,lib.6.Nam si verba pręsentis temporis,quibus illi text.vtuntur,fuissent per se atque natura latæ

latę ſentent:æ, fruſtra additæ fuiſſent illæ dictiones, quæ latam ſententiam demonſtrant, vt poſtea dicemus, contra. l. 1. §. ſed ho: ſtudioſum. C. de vete. iur. enu. cũ ſimili. Ideoq; additas fuiſſe, vt latam ipſam ſententiam oſtenderẽt.

26 ¶ Sed quod his reſpondeatur, in promptu, eſt nempe has dictiones adiectas fuiſſe, non ꝙ verbis deeſſet vis illa latæ ſententię, ſed ad maiorem certioremq; ac dilucidiorem latæ illius ſententiæ declarationem, vt plerunque aliàs fit, id atteſtante glo. in re ſimili, in c. licèt canon, in gl. 1. de elect. lib. 6. cùm dicit, nec fuit hoc propterea ſuperfluum, cum clariùs exprimat, & ibi hoc quoque no. Domi. & Philip. Franc. & eſt ſimilis gloſſ. in c. 1. in verbo, & filio, de ſum. trini. & fide catho. eo. lib. 6. vbi etiam Domi. & Philip. Fran. not. non dici ſuperfluum quod clariùs ac diſtinctius exprimit id quod per ſe intelligitur. nam vt etiam dicit Panor. in c. ſolitæ, column. 2. uerſ. in gloſſ. in verbo tanquam, ext. de maior. & obed. quandoque verba ponuntur tollendæ dubitationis cauſa, cùm tamen tacitè inſint, per l. qui mutuam. ff. mãd. cum multis concor. à me collectis in noſtris commentariis conſuetudinũ Picta. titu. 2. c. 2. Modò id vnum non omittamus, quod iuriſconſultus in l. 1. §. ſed ſciendũ. ff. de ædil. edic. tradit, ędiles in ſuo edicto tollendę dubitationis gratia bis ἐκ παραλλήλων, id eſt, ex geminatione, idem, (ſcilicet morbi vitiìve) dixiſſe, ne qua dubitatio ſupereſſet; nam & aliàs videmus nonnunquam binas, atque plures dictiones latę ſententię coniungi, vt in cap. cùm ex eo, in fin. de elec. lib. 6. vbi dicitur, extũc dictam pœnam ipſo iure ſe nouerint incurſuro. Nam dictiones extunc, & ipſo iure, eam vim latę ſententię habent, vt dicemus poſtea in 43. & 46. fal. futuri temporis; imo & verbum incurſuros, per ſe eandem vim habet, vt dicemus etiã in quadrageſimaſeptima fallen. eiuſdem temporis. Quin & aliquando videmus quatuor dictiones eiuſdem roboris ſimul iungi, vt in cap. excommunicamus. §. credentes, ext. de hæreti. vbi dicitur, extunc ipſo iure ſit factus infamis. nam præter illas, extunc, & ipſo iure, ſit per ſe eſt quoq; latæ ſententię, vt dicemus infrà in lx. fal. futuri temporis. ſed & factus vt participium præteriti temporis, de quo etiam dicemus ſtatim numero videlicet. 32.

27 ¶ Et ſępe aliàs videmus has dictiones ipſo ipſo iure, omnino, & ſimiles latę ſententię annecti verbis pręteriti tẽporis, quę hauddubie ſunt & latę ſententię, vt ſtatim dicemus. nam id videre licet. [in l. ſcribit. §. item ſcripſit, ibi, ipſo iure ſit obligatus. ff. de auro & argen. leg. & in l. in ſuis hęredibus, cùm dicitur, ſtatim ipſo iure hęredes exiſtunt. ff. de ſuis & legit. vbi cum verbo futuri temporis ponuntur hęc duo, ſtatim, & ipſo iure, quę ſunt eiuſdem ſignificationis, vt poſtea dicemus] in c. quiſquis, & ca. congregato, & c. dudum eccleſia, extra de lectio. & c. cum olim, de maio. & obedien. & c. de multa, de pręben. & c. ſtatutum. §. vlti. de reſcrip. lib. 6. & c. j. in fin. de conſue. eod. lib. 6. & in c. 1. §. vlt. & cap. auaritiæ, in fin. & c. ſundamenta. §. quod ſi ſecus, de electio. libr. 6. & in aliis infinitis locis iuris, præſertim canonici. nec enim omnes voluimus nec poſſumus, nec ẽt neceſſe eſt adducere. alios tamen videbis multos inferiùs nu. 47. nec hactenus, & aliis multis huius tractationis: nam & talia multa ſępius poſtea occurrunt, in quibus id tibi præcipuè menti tenendum eſt, quod in hoc verſi. diximus.

28 [¶ Quibus addere potes quod ſcibit Hoſt. in cap. nimis iniqua, paulò ante fin. extr. de exceſſibus prælat. ſatis fuiſſe dixiſſe in eo text. vniuerſi, quantum ad mentem, additur tamen & ſinguli vt occurreretur illorum malitiis qui ad detrectandum bonum obediẽtiæ, friuolas, licèt ſubtiles occaſiones prætendunt, ut patet in cap. eam te, extr. de reſcrip. ideo ſi non dixiſſet, ſinguli, forſan aliquis aſſereret, quòd non comprehenderetur ſub hoc nomine, vniuerſi; quia ſcriptum eſt aliud eſſe ius vniuerſitatis, aliud ſingulorum. l. ſed ſi hac lege. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. Ex quo ſubinſert quòd in literis, inſtrumentis & priuilegiis non poſſunt nimis ſpecificari quæ ſpecificãda ſunt ad malignorum ſophiſticam interpretationem tollendam, vt ibi, & in cap. ad audientiam, ext. de deci. & in cap. in his, extr. de priuileg. Et hoc quoque repetit Ioan. Andr. in d. cap. nimis, etiam ante fin. & Fel. qui alia quædam ad hoc adducit in c. venerabili. in 2. not. de offic. deleg. & in d. c. eam te, col. 13. verſ. ex his infertur. Et facit text. in l. qui ſmutuam. ff. mand. quòd quæ dubitationis tollendæ cauſa inſeruntur, ius commune non lędunt.]

29 ¶ Si tamen hanc poſteriorem partẽ teneas, quæ negat verbo præſentis tẽporis vim latæ ſententię ineſſe, eam temperabis procedere, niſi ratio ſubiecti argumenti ſiue materię aliud ſuaderet. ea enim magis ſequẽda eſſet, quàm vis ac natura & proprietas verbi, vt ſic eſſet potiùs ferendæ quàm latæ ſententiæ, ſecundum Imol. in c. ſi quis, ext. de vit. & hone. cler. Quod confirma ex iis quæ latiùs ſtatim dicemus in verbo, pręteriti temporis. in 1. fallen.

30 ¶ Limitabis item procedere, niſi verbo, agit, quod eſt huiuſmodi temporis, adiiciatur dictio nihil, ita videlicet, nihil agit, quia hauddubie intelligitur ipſo iure, per tex. in l. vlti. in verbo, nihil agit. ff. de libe. & poſthu. Ex quo not. Bald. ꝙ ſententia lata ſuper libello inepto, eſt ipſo iure nulla, & ſequitur Barba. in cap. ſuper literis, col. 26. de reſcrip. & in c. prudentiam, de offic. dele. & conſi. 44. ſcribitur apud prophetã, col. 2. libr. 1. quibus dicit idem ſi dicatur, fruſtra agit, per text. in l. fideiuſſor. ff. de nego. geſt. & ſequitur vtrunque Anton. Corſe. in ſuis ſingu. in verbo, nihil agit, vbi & pro poſteriore dicit facere

X tex.

text.in l.nisi.ff.de tute.& tatio. distra. vbi Bald. illud idem colligit, quod suprà ex eo diximus, videlicet nullam esse ipso iure sententiam latã super inepto libello. Sed & pro priore est bonus text.in §.1.iunctis ibi not.per doct.Instit. quib. ex cau.manu.licet. Cæterum de posteriore, vide licet de dictione frustra, latiùs infra dicemus in 38.fallen. Constat autem apud omnes dictionẽ nihil, esse vniuersalem negatiuam, per l.si is qui ducenta.§.vtrùm.ff.de rebus dubiis, & diximus suprà in verbo, susceperit liberos, versicu.83.horum omnium.

31 ¶ Poteris & tu hanc posteriorem sententiam, si eam sequi velis, iisdem modis limitare, quibus & inferiùs limitabimus, quod statim dicemus de verbo futuri temporis. Nam si ea obtinent in futuro, quod citra omnem controuersiam est ferendæ sententiæ, vt ibi videbitur, multò magis & in præsenti, quod multorum & quidem numerosiorum opinione est latæ sententię obtinebunt. Sed iam ad reliqua pergẽdum est.

32 VERBVM & particip.um præteriti temporis etiam in dubio est latæ sententiæ, vt de verbo est glos.in d.l.iubemus nulli.§.œconomus, super verbo, priuetur, & ibi Bart.qui dicit illam glos.esse notandam & signandam, & Bal. & alii. C.de sacrosanct.eccle.& glos.in l.in criminali, super verbo, habeatur, in fin.& ibi Bal. & Ang. C.de iurisdict.omn.iudi.& glos.in l.si quis maior, in verbo, priuatus.C.de transact.glos. in d.l. si quis in tantam, quo loco suprà allegauimus, & ibi etiam Bart.& Bald.col.pen.& Ang. C.vnde vi.& glos.in c.2.§.inhibemus, in verbo, innodari, & ibi Philip.Fran.de hæreti.lib. 6. Bart. in d.authe.qui semel, ad fi.C.quomo.& quan.iud. & in l.extat, colum. vlti. versic.sed vtrùm creditor.ff.quod met.cau. & in l. Meuius.§. duobus, col.vlti.ff.de legat.2.& in l.si quis maior. C. de transact.Bald.& Sal.in authen.incestas.C.de incest.nup.in lect.antu.[& idem Bald.in authe.in donatione.C.de secun.nupt.in 2.lect.] & in ca. at si clerici, colum.penult.extt.de iudi.[& in addit.Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua, in 46. quæstio.] Salyc.in l.decernimus, post princ.C. de sacro.eccl.Imo.in c.vlt.de transf.& in c. si diligenti, col.2.ver.in gl.perdant, ext.de for. compe. & in cap.vltim.colum.17.versf.sed certè vbi statutum.extr.de pręscri.& in cap.si quorundam, colum.3.de solu.Marti.Laud.in c.1.§.illud tamen post princip.& ibi etiã Card.Alex.in §.item qui domino, etiam post princ. titu.quæ sit pri.can. bene.amit.Anto.consi.4.Iesu Christi, &c.viso testamento, in princip.Ioan.Plat.in d.l.pen. colum.1.de dignit. lib. 12.Aegid.Bellame.d. consi.9.& Pan.in cap.nouit, in fin.extr. de his quæ fiunt à prælat. sine conf. cap. Ioan. Ray. in d.§. pœna, in 8.q.primæ partis, tit.de prohib. feud. ali.per Fed.Franc.Cre.d.not.7.Corn. consi. 89. viso supra dicto puncto, colum.penult. lib.3.& con.40.viso pcessu, col.4.ver.ex quibus verbis, lib.4.[Ias.consi.46.pro fisco regio, in prin.li.3.]

33 ¶ De participio voluit glos. in authentic. cassa, in princip.C.de sacr.eccle.& in d.l.si quis maior, in verbo, priuatus, & ibi Bart. col. vlt. & Saly. colum.1.C.de transac. & in l. vltim. in verbo, constituti.C. loca. & in cap.cum in cunctis.§.vltim.in verbo, priuatos, ext.de elec. & in cap.quoniam, in verbo, mucrone percussum, ext.de offi.ord.& in cap.extirpandæ.§.qui verò, in verbo, priuatum, & ibi quoque Innoc.Host. & alii ext.de præben.& in cap.ita quorundam, in verbo, subiectos, ext.de Iudæ. & in cap. grauem, in verbo, priuatos, ext.de sen. excom. & in cap.administratores, in verbo priuatos, 23.q. 5. & in cap. vlti. in verbo, suspensum, de tempo.ordi.lib.6.& in clemen. sępe, ad fin.in verbo, irritus, & ibi Imo.colum. vltim. de verbo. sign.Inno.Hosti.& Ioan.And.in cap.ad falsariorum, omnes in verbo, innodatos, ext. de crimin. falsi.Host.in c.licèt, colum.vlt.ext.de voto. Bart. in l.impetator.ff.de iure fisc.Panor.in ca.si diligenti, col.8.super gloss.in verbo, perdant, ext.de for.compe. Pau.Castr.consil. 68.in casu pręsenti puto sic dicendum, lib.2.Corn.consi. 246.videtur in hac consultatione, post prin.lib.3.& Cardin. Alex.in c.in nomine domini, col.4.versf.nota ex tex.ibi, à liminibus. 23.di.& Alc.in l.postquam, in verbo, irritum.C.de pact.

34 ¶ Hęc tamen procedunt, nisi lex quę pœnã imponit, veniat ad interpretationem legis veteris, quę eandem pœnam imponit, sed non ipso iure: nam tunc verbum pręsentis (vt vtrunque iungamus) & præteriti temporis, quo noua hæc lex vtitur, ita temperatur à lege veteri, vt canonem ferendę tantum sententię, non etiam lata; inducat, vt voluit Franc. Aretin. qui monet perpetuò menti tenendum, in cap. 2. per illum tex. iuncta gloss.in verbo, sequestratus, extr. de for.comper.

35 ¶ Sed hic tamen aduerte; nam si lex noua nihil aliud operaretur aut induceret, quàm quod semel statutum est in lege veteri, crederem tunc verbum præsentis aut præteriti temporis positum in noua lege esse intelligendum, vt præter id quod iam statutum est, inducat canonem latæ sententiæ, ne frustra fuisse facta hæc noua lex videatur, sed potiùs aliquid noui adderet, per not.per Bartol.& alios in l.4. §.ait prætor. ff. de dam. infect. cum multis simil. à me latè congregatis in nostro tractatu retractuum, ritu.1.§.9.glos.2.numer. 56. incip. contrarium tamen. Nam si id obtinet in verbo futuri temporis, quod suapte natura est faciendæ tantum sententiæ, vt hoc casu latæ efficiatur, vt postea dicemus in 3. fal.futuri temporis, multò magis in iis verbis pręsentis & præteriti temporis, quæ per se sunt latæ sententiæ. At si hæc noua lex aliquid aliud noui adferat, crederem tunc eam sibi mutuari interpretationem ferendæ sententiæ à veteri lege, ex sententia Are.

36 ¶ Fallit

36 ¶ Fallit secundo & generalius, vbi per alia iura constaret quòd huiusmodi verba præsentis vel præteriti temporis essent ferendæ sententię tunc enim perdunt vim suam, & accipiunt interpretationem ab illis iuribus, vt asserit [Sal. in l. cùm postea quam. C. de pact. &] Pan. in d. c. 2. in fin. de for. compe. ita illum tex. & glo. simpliciter intelligens, indeque subinde inferens huiusmodi verba esse semper intelligenda secundum subiectam materiam. & rursum idem Pan. in cap. si diligenti, colum. 8. in glos. in verbo, perdant. & ibi etiam Imo. colum. 2. versi. in glo. perdant, eod. titu. de for. compet. Philip. Dec. in l. 1. colum. 3. versic. quintò no. C. de secund. nup. & Alcia. in d. l. cum posteaquam, vbi suprà. C. de pact. Et optimè facit quod in simili dicemus infra in 12. fal. futuri temporis. & iterum in 60. & 71. fal. quod & hac ratione confirmo. Nam hæc verba in dubio sunt eius naturæ, vt sint latæ sententiæ. At si ex aliis iuribus aut ex subiecta materia euidenter appareat latam eo casu esse sententiam, nihil amplius de illo dubio est disputandum, cùm in incertis non certis locus sit coniecturis. l. continuus. §. cum ita stipulatus. ff. de verb. oblig.

37 ¶ Et alias etiam videmus verba impropriã significationem assumere ex subiecta materia. l. si vno. in prin. & ibi glos. & Bar. & Bal. & iterum l. si lege. ff. locat. l. si stipulatus. ff. de vsur. l. dam. infecti, omnium eius capitis posttema, in prin. & ibi Ange. ff. de dam. infect. & l. sed & si posses sori. §. primo, versi. sed & si rerum. ff. de iureiur. & cap. constitutus, extr. de relig. domi. & per Bart. in l. 1. C. de nego. gest. cum multis si congestis à [Stepha. Phed. in lib. de legum interpretatione, parte 3. char. 2. versic. amplius licet à verborum, &] Iaso. In l. 3. in 2. not. C. de transact. & [in l. stipulatio ista habere licere. §. hi qui sunt colum. 1. & sequen. ff. pe verbo. oblig. &] Cano. præsertim recen. scilicet Fely. & Deci. in ca. nam concupiscentiam, extr. de constitutio. & in cap. quoniam ab. extr. de offic. deleg. & ipse Deci. in l. quoties idem sermo. ff. de regu. iur. & consil. 388. verba landi, colum. 2. & vlt. & Hippo. Marsil. sing. 510. verba in dubio. Nicol. Eueraldo latissimè in locis legalibus, in loco à subiecta materia. & Geor. Nata. in repet. clemen. sæpe, in princip. colum. 2. versicul. quartò limita, cum multis seq. de verb. signifi. & Alcia. qui totum hoc argumentum elegantissimè, vt cætera omnia, tractauit, lib. 2. de verb. signific. statim post princip. [vt interim non omittamus quod scribit Bald. consl. 454. pactum. col. 2. lib. 1. verba esse intelligenda secundum naturam.]

38 ¶ Idque etiam procedit, vbi verba sunt prægnantia, vt nostri appellant. ea enim nihilo seciùs intelliguntur & restringuntur secundum subiectam materiam ex sententia Alexand. consil. 35. vi sò processu, colum. 4. versicul. circa tertiam particulam, libro 4 & Dec. in d. l. quoties. Sed & procedit in materia in qua sit stricta interpretatio, vt per quædam ex dictis iuribus respondit Alexand. consil. 5. puto de iure, colu. secunda, libr. quarto. & Philip. Deci. vbi suprà. & iterum cõsilio. 278. non leuis perplexitas, colum. 4 versicu. decimò, & in l. prima, in addit. colum. eiusdem addi. 1. C. qui admit. Et id satis probatur ex eo quod suprà diximus ex Bald. in d. rub. de rescrip. Et huc etiam faciunt quæ diximus suprà in verbo, pręsentis temporis, versicu. 29. incip. si tamen hanc posteriorem, & dicemus infrà [num. 48. 82. 96. 108. 132. 150. 166. 183. 242.]

39 VERBVM autem & participium futuri temporis est canon ferendæ sententiæ, non latæ, gloss. Bartol. Bald. & alii in dic. l. iubemus nulli, gloss. in l. prima. [& ibi Francisc. Aretin.] C. ne lice. poten. & in dict. l. in criminali, & ibi Bald. Bartol. Salyc. Angel. & Pau. Cast. C. de iurisd. omn. iudic. gloss. in authen. habita, in fin. C. ne fili. pro pat. & in dic. l. si quis in tantam, vbi suprà, & ibi quoque Bartol. & Angel. C. vnde vi. gloss. in cap. quisquis, super verbo, fiat, & iterum in verbo, suspendantur, & ibi Panorm. colum. secunda extr. de elect. & gloss. in cap. quia propter, in verbo, priuentur, & ibi etiam Panormit. extr. eodem titu. & capit. secundò in verbo, afficiant, extr. de ali. iudi. mut. cau. fac. & In cap. si diligenti, in verbo, causam perdant, & ibi Anto. & Panorm. ext. de fo. com. & in cap. clericus neque, extr. de vit. & hone. cler. & in c. cum tu, in verbo, priuandos, & ibi etiam Host. in princ. ext. de vsur. & in c. vlt & ibi Io. Ana. col. 2. ext. de hæret. & in cap. extirpandę, in verbo, priuatim, ext. de præbend. & in c. graué, in verbo, obscindat, ext. de excess. præla. & in c. cùm infirmitas, in verbo, arceatur, & ibi Inno. Hostien. Ioan. And. & Panor. ext. de pœnit. & remis. & in c. cupientes. §. si verò in discordia, in verbo, priuentur, & iterum in §. vel si personas, in eodem verbo, de elect. lib. 6. & in d. cap. 2. in verbo, inhibemus, & ibi quoque Philip. Fran. de hære. eod. libr. 6. & in cap. in pœnis, in gloss. mag. ante fin. de reg. iur. eod. lib. 6. & in extranagan. execrabilis. §. qui verò deinceps, in verbo, ipso iure priuati. Archidiaco. & Card. Alex. in d. c. inolita. 1 t. q. 1. Bar. in d. l. Meuius. §. duobus, colu. vlt. ff. de lega. 2. & in d. authen. qui semel, & in d. l. extat, & in l. imperator ff. de iur. fisc. & in l. 1. col. 2. versic. secundo quęro. C. de pœna iudi. qui malè iudi. & in authent. vt defun. seu fune. eor. & ibi etiam Angel. vterque in princi. Collect. in c. propterea, col. 1. vers. quid si lex, ext. de verbo. signific. Bald. in l. 1. §. si pecunia. ff. depositi. & in d. l. 2. in addi. in. 3. quæstio. C. de iure emphy. [in d. authen. in donatione. C. de secund. nupt. in 2. lectu.] & in c. cùm in causa, colum. 1. extr. de iura. calum. & in cap. 1. §. denique, titu. quæ fuit pri. cau. bene. amit. & in c. j. §. si quis miles, in verbo, amittat, ti. de feu.

fine cul.non amit.[& in addi.Spec.titu.de loca. §.nunc aliqua,in 46. quæstio.] & in dicto consil.9.colum.3. lib.1. Angel.in §.si quis autem, in authentic. de hære. & falci.& in §.1.ante fin. in anth.vt hi qui obli.se hab.perhi. res mino.& in §.si verò expectet,in auth.de nnpt. & in §.1. in auth.de incest.nup.& in §.vlt.in fi.in auth.de litigio.& consi.37.multum considero,colu.vlt. Pet.Anc.inter consi.Calder.tit.de feud.consi.6. incip.an ex iniuria,in fi.Saly in l.cùm postea.C. de pact.& in l.vlt.col.penul.C.de iur.emphyte: [& in authen.incestas.C.de incep.nnpt. & in d. l.decernimus.C.de sacrosan.eccle.]Anto.consi. 22.visis punctis,colum.1.& consi. 58. constitutione regni,paulò ante fi.Imo. in c. si diligenti, colum. 2.versi.in glos.perdant, ext.de foro competen.& in d.c.vlt. loco suprà allegato, de præscrip.& in d.c.si quorundam,col.3.ext. de solutio.& Mart.Laud.in d.c.1.§.illud tamen, & ibi quoque Cardi. Alex.in §.item qui domino etiã in principio,ti.quæ sit pri.can.bene. amit. Paul. Cast.consi.8.quæstio ista vertitur, col.vlt. lib.2. Rom.d.sing.2.& consi.212.quò ad primum, co lu.vlt.Aluar.in c.1.col.2. titu. de feud. sine cul. non amit.Panor.latè in c.clericis, in primo not. & iterum col.vlt.ext.ne cleri.vel mon.& in c.1. & ibi etiam Ioan.Ana.ext.ne præla.vices suas & in c.licèt de vitanda,col.3.in 7. not. de elect. & in c.vlt.col.2.extra de iura.calum.& in c.in quibusdam,in fi.extra de pœnis,& in c.nonnulli.§. sunt & alij.col.3.ext.de rescrip.Rom.cons. 212. quò ad primum dubium,paulò ante fin. Cepol. consi.causarum ciuilium 59.spectabiles domini,colum.pen.Io.Ray.in d.§. pœna, in 8.& 10. quæstio.primæ partis prin.titu. de prohib.fend. alie. per Fede. & in §. præterea si quis, in 19.q. eod.titu.Ioan.Ana.consi.32.vltra alia dubia, in prin.Fran.Cre. d.no.7. Mathes. no. 115.nota q vbi.Maria.in c.Iudæi,le 2.ext.de Iudæ. & consi. 32.omnipotés Deus adsit,seqnẽdo ordinẽ, post prin. Alex.consi.92.perspectis diligenter, colu. 5.versi.nisi quando vasallus,lib.6. Barb. in repe. c.Raynaldus,col.94.ext.de testa.& cõsi. 12. scribitur apud prophetam,col.3.lib.1.Corne.consi. 237.in hac consultatione,colu.2.versi.& quando,lib.1.& consi. 119.circa primum,colu.7.lib. 2.& consi.165.circa primum, col.6.versi. & licet verba,eod.lib.2.& consi.seq.quatuor vertuntur,colu.2.versi.quamnis verbum, eo. lib.2.[& consi.196.pro parte inqnirentis,in fin. eod.lib. 2.]Cepo.consi.24.spectabiles domini,col.4.ver si.sed qnando pœna.& Guid.Pap.in statuto Delphinali,incip.si quis per literas, in verbo, mulctabitur,in prin.Card.Alexan.in ca. 1.vasallus, tit.de feud.fuer.contr.inter do.& agna. & in ca. 1.§.callidis,col.2.tit.de prohib.feud.ali. per Fede.& in c.quoniam,col.4.distinc.100. & in ca. presbyter,colum.vlt.1.q.1.& in c.si quis episcopus 7.q.1.Ias.in l.rem quæ nobis,colum. penul. ff.de acquir. possess. & in l.1.§.sublata,in priore lect.col.2.& in 2.lect.colu.4.ff.ad senatus. Trebel.[& consi.148. videretur in præsenti dubio, colum.3.versicnl. prædicta fortiùs,lib.4.Ex quo Franc.Curt.iunior in l.traditionibus, colum.3. nume.23.C.de pact.dicit verbum futuri temporis sua natura non esse directum.]

40 § De participio quoque voluerunt multi ex iis quos suprà citauimus,& alii præterea, & inter eos glos.in l.improbum.C.ex quib.cau.in sa.irrog.& glo.in c.cùm tu,in verbo,priuandus, ext.de vsur.& in d.cle.sæpe,in verbo,irritandis, de verb.signi.Host.in d.cap.licet,col. vlt.ext.de elect.Panor.in cap.cùm ecclesia, colnm.3.versi. nota ibi irritandum, ext.de cau. possess. & proprie.Alciat.in cap.1.colum.1.titu.quæ fuit pri. cau.bene.amit. & omnes vbique.

41 § Vides igitur multos,& eos quidem maximæ authoritatis,& in iis glos.ordina. vtriusque iuris & ciuilis & canonici, in ea esse sententia,vt futurum tempns suapte natura ferendam sententiam,non etiam latam significet,& nemo omnium qnos hactenus legimus, nisi nos fallat memoria,contradicit,præter Barb.vnus, vt est leuis atque inconstantis ingenii,contrarium, sibi & omnibus contrarius, probare nixus est, in d. cap.si diligenti, extra de for.compe.sed leuioribus argumentis & rationibus,quàm vt opus sit eas palam infringere.

42 FALLIT tamen ea regula multis modis Primo vbi natura iudicij intentandi repugnat pœnæ infamiæ,quæ irrogatur per verbum futuri temporis.tunc enim censeri debet imposita ipso iure, ne alteretur (nam & hoc verbo in hac significatione vti authoritate Nasonis Fastorum lib.primo nobis permisimus) natura actionis & iudicij.Ita eum ad hoc expendit tex.in d. l.improbum.C.ex quib.cau.insa.irrog.Fran.Areti.solus omnium,ni fallor, in ea ipsa l. dicitque sing.not.Et ad hoc certè optimè facit ille tex. iũcta glos.ibi enim dicitur quòd improbum fœnus exercentibus pœna infamiæ irrogãda est, & glo.ibi intelligit ipso iure:aliàs enim,inqnit,nõ posset infamari,nam cùm condictione indebiti, vel sine causa,vel ex l.ista tantum possit conneniri ad repetitionem vsurarum, & ipsa non infamet,per l.cessat,ff.de actio.& obliga.necesse est vt ipso iure sit infamis.& ita illam sequuntur & declarant Cy.Bal.& Saly.ibi.

43 SECVNDO fallit generaliùs ex sententia illius glos.à paucis in hoc annotatæ,in d.l.improbum.vbi lex, vel alia dispositio, quæ vtitur verbo futuri temporis, esset illusoria, nec aliàs posset habere effectũ,q̃ si intelligatur ipso iure. Et hoc ita quidem confirmatur.Nã verbũ cuiuscunq; temporis,si non possit operari in suo tempore,ad aliud trahendũ est, in quo poterit operari.l.si debitor.§.verisimile.ff.de contrahen.empti.& in l.qui Romæ.§.Augerius,vbi Alexã. ff. de verb.oblig.& l.quoties in stipulationibus. ff. eod.iuncta.l.cũ certus.ff.de vino tri.& ole. lega.

& vo

& voluerunt Bart. Ang. & Alex. in l. cum stipulamur. ff. de verb. oblig. cum concor. quos videbis in [nostro tractatu cui titulus est, nihil frustra .]

44 TERTIO fallit (& hoc quidem ex eodem fonte manat) si cùm esset lex vel alia dispositio vtens verbo futuri temporis, superuenit alia idem per omnia disponens, vtensque & ipsa futuro tempore. Nam tunc, vt ista posterior constitutio aliquid addat ad primam, erit verbũ illud futuri temporis quo vtitur, latæ sententię, secundum glos. not. in c. dispendia, in verbo, processus valeat, de rescrip. lib. 6. quam ibi omnes sequuntur in eo quod interpretatur illa verba, nec processus valeat, scilicet ipso iure. sed nullus expendit rationem illius. nam aliàs, inquit, nihil videretur hæc constitutio addere.

45 ¶ Hoc autem generale est, vt vltima constitutio, siue quæuis alia dispositio idem statuens quod prima, ita debet interpretari, vt aliquid addat ad primam, ne sit superuacua, vt not. per Bar. & alios in l. 4. §. ait prætor. ff. de dam. infect. & in l. 2. ff. de vsucap. cum infinitis propè concord. à me collectis in [dicto tractatu nihil frustra.] Quibus addes vnum quod huc proxime accedit, quòd licèt aliàs pactum de non petẽdo non tollat actionem ipso iure. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & §. præterea, Instit. de excepti. & Bald. in rubr. extr. de offic. iudic. colu. 3. versicu. quæro nunquid per pactum, cum similibus. hoc tamen fallit, cùm fit ei qui aliàs erat tutus exceptione, puta Macedoniani vel Velleiani, quia tunc tollit ipso iure, ne sit superuacuum. ita voluit glos. in l. legitima, in glos. magna circa medium. [ff. de pactis.] & ibi quoque Odof. Bald. in vtraque lect. qui id dicit not. dignum Angel. Paul. Castr. Alexã. & Iason qui id assignat robori & naturæ duplicis vinculi, & dicit not. & sing. & omnes propè ad fin. & idẽ quoque Iason in d. §. pactus ne peteret, col. 2. versic. vltra alios. Ex hocque dicit Anton. Corse. in tracta. de verbis geminatis, colum. 7. versiculo 45. quòd geminatum pactum de non petendo, tollit actionem ipso iure, licèt simplex non id efficiat. Et hoc confirmatur ex his quę dicam in sequen. fal.

46 QVARTO fallit, vbi etiam in eadẽ constitutione esset duplex siue geminatum verbũ futuri temporis. Tunc enim est latę sententię. Ita voluit Bald. loquens in iis verbis, cassentur & irritentur, in titu. de pace Constantię, in versiculo. hoc quod nos, in verbo, cassentur. quod dictum sequitur & sing. dicit Roman. d. singu. 3. & in repet. l. si vero. §. de viro, in xiij. fal. ff. solu. matrim. & Corne. consi. 67. pleuè quidem & egregiè, colum. secunda, lib. primo. & consil. 208. circa pręsentem consultationẽ, col. penultim. versic. accedat quod not. eodem libr. primo & consi. 59. diu post consilium, colum. 2. versic. geminata, lib. 1. vbi hoc dicit not. & cõsi. 86. quamuis videatur, colum. 2. lib. 3. & consi. 95. diu post redditum, colum. penult. eod lib. 3. & consil. 158. videtur in hac, colum. vlti. libr. 4. & Alexan. in addi. Bartol. in d. l. imperator. ff. de iur. fisci. & consil. 116. visis quę subtiliter, colum. vlt. lib. 6. Barthol. Cepol. in l. tertiam, quę est vlti. post princip. de vsucap. pro donat. vbi id dicit sing. & iterum consil. causarum ciuilium. 66. Titius procreauit, colum. 12. versi. quinto modo. Franc. Curt. senior consil. 3. super verbis, post princip. vbi & hoc dicit singu. & consil. 4. cùm impręsentiarum, colum. 4. versic. quinto ad idem, dum allegat Bald. vbi suprà. Socin. consil. 249. materia, colum. 10. versicu. primò in effectu, lib. 2. & Anto. Cochus inter consi. illius. consil. 101. quia per suprascriptos, col. 2. lib. 4. Cardi. Alex. in d. cap. 1. §. callidis, colum. 2. titu. de prohi. feud. ali. per Fede. vbi hoc reputat not. & in capitu. quoniam, post princip. 18. distin. & Vital. Camb. in tract. clausularum, in tit. enuntiatiua verba confessionis extra ius ad liberandum, chart. 3. uersic. secundo, nisi confessio. Iason in l. 1. in princip. col. 9. in fin. 2. not. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. & in d. l. non dubium, in x. not. C. de legi. & in l. cum posteaquam, in 3. not. C. de pact. vbi & hoc quoque dicit sing. & in l. manifestè, in fin. ff. de iureiur. [vbi id dicit procedere generaliter, vbi lex vtitur dictionibus geminatis, licet verba non sint.] & consi. 54. circa primũ dubium, col. 1. lib. 3. & Felyn. in cap. si cautio, col. 12. uersicu. & dicit Bald. & iterum in cap. Rodulphus, colum. 24. uersic. prędicta etiam pleniùs, ext. de rescript. Philip. Deci. in authẽ. cassa, col. 1. C. de sacrosanct. eccles. ubi hoc dicit sing. & in cap. ut nostrum, in 4. not. extr. de appel. & consil. 138. cuius superscriptio incipit, verba ista ipso facto, post princ. & cõsi. 327. viso casu proposito, col. 1. vbi & hoc dicit sing. & iterum colum. 3. versi. nec videtur obstare. Corse. in d. tracta. geminatorum, vers. 76. qui est omnium vlt. Hippo. Marsil. consi. 2. altissimum refugium, col. 5. versi. & quod dicta inquisitio, lib. 1. & Nicol. Euaral. in locis legalibus, in loco à geminatione locutionis vel actus, col. 4. & Catel. Cot. qui & hoc dicit sing. in memor. incip. geminatio verborum. & iterum in memorali huius capitis, verbum futuri temporis. Ferdin. Loaz. in repet. l. filius famil. §. diui, col. 4. versicu. hinc etiam dici solet. ff. de legat. 1. Ant. Rubeus consil. 147. viso instrumento transactionis, col. pen. Franc. Curt. iunior in l. more, numero. 95. ff. de iurisdic. omn. iudi. Et id quidem est, vt omnes asserunt, propter verborum geminationẽ, quæ debet aliquid operari, per illam vulgatam. l. balista. ff. ad Trebel. cum aliis multis similibus & concord. à me late cumulatis in d. tractatu nihil frustra.

47 ¶ Nec hactenus reperi qui de hac re dubitaret, præter Felin. & Philip. Dec. sibi in ea re ma-

le[constantes,illum in c,vlti. colom. 1. extra de offic.delegat. hunc] in d. l. cùm posteaquam, post medium. C. de pactis,ea ratione motos, quòd ratio quæ est in primo verbo futuri temporis,eadem est in secundo.& allegant præterea text.in c.nullus primas,9.q.3,vbi dicitur, irritum erit & vacuum.& gloss.ibi.interpretatur,irritum,id est irritandum.Et hæc quidem sententia confirmatur ex tex.in l.statuimus,in fin. C. de episco. audi. cùm dicitur. extunc irritas decernimus & inanes.Nam dictio extunc, est latæ sententiæ, vt postea dicemus[num.141.quadragesimotertio.] Ideoque ea frustra apposita fuisset, si illa duo verba geminata latam quoque sententiam significassent.Et in c,dudum, versic. si verò nulla,de præbend.lib.6.vbi est similis text. & in ca. statutum.§.vlt.de rescrip.lib.6.vbi ita scribitur, sit ipso iure irritum & inane.& similis text. in c.mulieres,quod est.2. in fin.de iudi.eod. lib.6. & in cap.vlt.§.vlt,in fin.de offic.delegat.eo.libr. & in cle. 1.§.propter quod.versi.duro,de hæret. & in cle.pastoralis,in fi.de sentent.& re iudi.in illis verbis,declaramus fuisse & esse omnino irritos & inanes,nam & hæc dictio omnino, est etiam latæ sententiæ,vt dicemus sal.18.etiam ex text. & in c.accepimus, ibi. omnino friuolas & inanes esse decernas,ext.de pactis,& in c,fundamenta.§.quòd si secus,de elect.lib.6. vbi ita scribitur,irrita prorsus exnūc & vacua nuntiamus. & in c.quorundam,in fin.de elect.lib.6.cùm dicitur,omnino decernimus irritum & inane. & in c.2.in fin.de iudic. eo.lib.& in c.vlt.in fin.de offic.deleg.eo.lib.& in c.vlt.in fi.princ. de offic. leg.eod.item lib.& in cle.1.in fin.de rescript.& in cle.1.de elect.& in cle.1.ibi, extunc etiā inane decernentes & irritum,de concess. præben.

48 ¶ Sed si verum esset quod dicunt Felin. & Deci.in prima ratione illius posterioris sententiæ,perirent omnia quæ vbiq; de verborum geminatione scripta sunt.Tex.autem & glos.in d. c.nullus primas,non probant contrarium prioris sententiæ.Nam primùm ea glo. dubitat vtrū ille text,intelligatur ipso iure, an per sententiā vt ibi videre licet. Et si per sententiam intelligatur,fatetur impropriè accipi.sed id fieri propter subiectā materiam,& ex aliis iuribus, iuxta ea quæ suprà diximus in 36. versic. incip. fallit.2. & generaliùs.Nam & dictio irritum,simplex & per se, & sine adiectione alterius latam sententiam declarat, vt nuncupatim voluerunt Hosti. & Ioan.And.in c.tua nuper, in verbo,irrita, de his quæ fiūt à prælat. Bald.in c. constitutus, col. 1. in verbo,irritum,extra de rescrip. & in auth. non licèt, post.princ.C. de liber. præter. & iterum in authen.ex causa,col.3.versic.his igitur, & seq.& ibi recentiores,eod.tit.& in cap.1.§. si vero,in verbo, ad irritum reuocabatur,tit. qualit.olim feud. ali. pot. [Salyc. in l. cùm posteaquam, C. de pact.] & Cepola in dicta l. irritā, post princip. ff. de vsucap. pro donat. & Aegid. Bellam. consi.3.circa materiam,colum. antepe. versi.secundo modo.Panor. in ca.quisquis in 1. not. ext.de elect. & ante hos glo.in clem.sæpe, ad finem,in verbo,irritus,& ibi Imol.colu. vlti. de verborum signific.& ante hanc gloss. in cap. cùm dilecta,in verbo, irritum, extr. de rescrip. & alia in c.congregato,in verbo,irrita, de elect. & in cap.vlti,in gloss.vltim. de sup.negli.prælator. & in cap.inter cætera, in verbo,irritum,de præbend.& in cap. de iure,in eodem verbo, & ibi quoque Hostien.extr.de iure patronat. & in cap. vltim. in gloss. vltim. extr. de restitu. spolia. & alia in capitulo inter dilectos, in verbo, irritam,extr.de excess. prælat. & est bonus text. in l. cùm sententiam, C. de sentent. & interlo. omn.iudic. quem ita intelligunt Bar.& Angel. ibi in summario. Et satis patet ex his quæ suprà diximus de verbo & participio præteriti temporis,cuiusmodi id est. Et tamen interdum ex subiecta materia impropriatur, & pro irritandum accipitur ob subiectum argumentum,vt præter glo. in dicto c.nullus primas, probat etiam tex. in l. 1.iuncta gloss.in verbo, irrita,[& ibi quoq; Saly.]C.de rescind.vendit.& text.in l.non omnia,& ibi etiam gloss.ff.de minor.[& in dicta l. cùm posteaquam,& ibi Salyc.C.de.pactis.] Sed & quod plus est,istud interdum procedit, etiā si huic dictioni irritum, sit additum ipso iure, vt nihilominus ex subiecta materia intelligi debeat pro irritandum,vt probatur ex cap.auditis, & ibi gloss.in verbo,postfacto,& Hosti. in verbo irrita,ext.de elect. Sed & è diuerso Io. And. ibi volens etiam seruire subiectæ materiæ,exponit irritandam pro irritam denuntiandā. Quod autem cum eo verbo non solùm simplici,sed ēt adiuncto cùm alio verbo nonnunquam ponuntur & aliæ dictiones etiam latæ sentētiæ vim habentes,id fit ad maiorem certioremq; rei significationem,vt supra in simili diximus vers.25.incip.sed quod his.

49 ¶ Tamen pro sententia[Felini &]Decij potest & illud adduci,[quod & Felinus ipse affert in d.cap.vlt.de offic. deleg. scilicet,] quòd non potest dici geminatio efficax, & vt nostri dicūt, effectualis, id est, quæ habeat vim & effectum geminationis, vbi non est temporis interuallū. vt clarè patet ex eo quod voluit gloss.not.in l.si conuenerit. ff. de pignor.actio. vbi trina interpellatio nullo interuallo facta habet uim unius tantùm interpellationis,cum aliis multis simil. [adductis à Feli.vbi suprà,& quæ nos latiùs] cōgessimus in nostris consuetudinibus.ti.v.§.6. in gloss.1.in t. limitatione. Et hac ratione motus Barb.in d.c.vlti.versic.idem quoq;,ext.de off.de leg.reprobat dictum Bald.ibi,col.2.in princ.scribentis quòd licèt papa vel princeps in rescripto dicat,per te cognoscas,non per hoc intelligitur electa industria personæ, quin possit alteri subdelegare,quia illud pronomē per te,ponitur ad demonstrandum, non ad coarctandum. Sed si

po

poneretur geminatè, verbi gratia, si diceretur, tu tu cognoscas, vel per te te cognoscas, intelligitur electa industria personæ. Nam vt dicit Barb. nihil operatur illa geminatio, vbi nullum est téporis interuallū. & idem voluit Thomas Parp. nullam Barb. mentionem faciens, in repe. l. 2. §. quòd si in patris, colum. 1. ff. solu. matr. [vt non immeritò illam quoque Bald. deci. reprehenderint Card. Flor. & Imol. in d. c. vlt. ille in §. idem in 3. nota. hic autem col. 1. Et hoc confirmatur ex tex. in l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro & argē. leg. vbi non mutat substantiam rerum non necessaria verborum multiplicatio, & l. balista. ff. ad Trebellian. secundum vnam lecturam. & qđ auctoritate eorum tex. scribit Rom. in l. si quis cùm aliter. ff. de verbo. obliga. dum reprehendit Bald. qui tradit in l. 2. C. de rescind. venditio. tol li remedium eius legis per ea verba, donat omne id & totum quod pluris valet.]

50 ¶ Sed huic rei ita respondere poteris, quòd actus hominum, ad hoc vt dicantur geminati, vimque habeant geminationis, requirunt interuallum, verbi gratia, confessio, interpellatio, solutio, & huiusmodi similia non habent effectū geminationis, etiam si fuerint sæpiùs repetita, nisi habeant interuallum temporis; & ita procedit gloss. in dicta l. si conuenerit, & alia similia loco prædicto allegata. At in geminatione verborum non requiritur interuallum, per tex. in d. l. balista. [secundum communiorem lecturam. & in l. 2 §. quod ait, le ij. ff. qui satisd. cog.] & notat per Bar. in repet l. 1. col. 4. C. de sacros. eccles. & Bald. in proœmio. ff. in princ. col. vlt. & in cap. eam te, de rescript. cum multis simil. quæ videbis in dictis nostris commentariis, tit. 22. §. 9. in glo. 2. in 6. q. Et ita huiusmodi obiectioné soluit Iason in dicta l. 1. in princ. col. 9. in fin. 2. not. ff. de offic. eius cui manda. est iurisd. & in l. pen. col. vl. C. de pactis.

51 ¶ Quanquam ipse Decius in d. l. pen. post princ. C. de pactis, scribit huiusmodi distinctionem non habere vrgentem rationem diuersitatis: ideo meliùs ait distingui posse, quòd vbi agitur de declaratione voluntatis, verba geminata magis ostendunt exuberantem voluntatem: sed vbi agitur de præiudicio tertii, videlicet ad conuincendam alterius contumaciam, vel vbi maior deliberatio requiritur, opus est interuallo. & ita procedit glos. in d. l. si conuenerit, & similia. Quæ etiam distinctio huc spectat ad probandū priorem sententiam, cùm agamus de declaratione voluntatis ac sententiæ iurisconsulti, qui vsus est verbis geminatis.

52 ¶ Ideoque etiam illam Bald. doctrinam in d. cap. vlt. de offic. delegat. qua scilicet dicit per hæc verba, tu tu, videri electam industriam personæ, quam improbat Barb. ibi, vt suprà diximus, secutus est tamen Panor. ibi, in fin. princi. & ipse Barbat. sibi contrarius in aliis multis locis, videlicet in l. prima, colu. vigesimasecunda, versic. si dicatur. ff. de verborum obligatio. vbi & illam Decii differentiam ponit, quanuis Decii. illius non meminerit. & idem Barb. in l. Stichum aut Pamphilum. §. stipulatio, colum. penult. eodem titu. & consil. primo. ex sacris, colum. vigesimasecunda lib. 1. & consil. 27. scripsit doctissimus, colum. vigesimaprima eo. lib. 1. & consil. 37. illud adducam in medium, colum. 8. eod. lib. 1. & consilio. 51. scripsit sapientiæ fons, colu. 14. [versic. & si quispiam.] eodem lib. 1. & consil. 59. clementissimi Dei. colum. 2. eod. lib. 1. & consil 15. præclarè scribitur, col. 7. libr. 2. & consil. 28. præclarè scriptum est, colum. 14. eod. libr. 2. & consil. 34 præclarè optimus, colum. 6. eod. lib. secundo. & consilio 53. præclarè scripsit, colum. penult. eod. lib. 2. & consil. 70. præclarè scribitur, colum. 5. eod lib. secūdo, atque etiam Anton. Corset. illius discipulus in tracta. de verbis geminatis, colum. 2. versiculo octauò. vbi aliter respondet ad illud quod dictum est requiri interuallum ad vires geminationis, vt ibi videre poteris. & Cotne. d. consil. 67. colum. 3. lib. 1. & Iason in d. l. 1. vbi suprà. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdi. vbi id dicit singu. & paucis cognitum. & iterum in d. l. penult. ad fin. C. de pact. & in l. 1 §. 1. tum in prima lectu. ad fin. tum in 2. colum. item 2. versiculo sed hoc vltimum, vbi hoc dicit sing. ad fin. ff. de acquirenda possessio. & Hippol. Marsil. d. consilio secundo, altissimum, colum. 6. numero 59. libr. 1. Nicol. Euerald. in d. locis legalibus, vbi suprà, colum 4. & Catel. Cot. qui & id dicit singu. memoriali incip. geminatio pronominis.

53 [¶ Et facit text. in l. peregre. §. vlt. ff. de acquiren. possess. cùm dicitur, per nosmetipsos, nō per alium. Nam ibi videtur probari per illa verba geminata nosmetipsos, omnino excludi qđ per alios nomine nostro fit. Sed id non admodum tutum est, quia etiam sine geminatione huiusmodi loquendi formulam reperimus, vt in c. qui accusare, ibi per se non per alium. 3. quæstio. 9. Quod autem pertinet ad illam Ro. sententiam in d. l. si quis cum aliter Franc. Aret. ibi. col. penult. versiculo item adde inquantum Bartol. reiicit illam Ro. rationem, & aliam eius sententiam comprobatam refellit, vt ibi videre poteris.]

54 QVINTO fallit, quando verbum futuri tēporis profertur à testatore: verbi gratia, si hęres meus molestauerit vxorem meam, priuetur hęreditate. tunc enim intelligitur ipso iure, nec requiritur sententia. Ita vulgo allegatur voluisse Bald. in l. 1. col. 7. in lect. anti. C. de his qui pœnæ nomi. Sequitur Franc. Cre. sing. 7. tu scis qđ verbum, in fin. Alex. in addi. Bar. in d. l. iubemus nulli. §. sanè si hoc, col. pe. C. de sacrosanct. eccle. vbi & hoc dicit not. & Ioan. Bapt. Castel. in addit. Roma. in d. singul. 2. & in addit. Alberic. in suo repertorio, in versi. verba futuri temporis. &

Fely.in c.Rodulphus,colu. 17. versic. priuetur, extrà de rescrip. & vide quæ dicam in sequent. fallent.

55 SEXTO fallit,quando verba futuri temporis ponuntur in legibus siue aliis dispositionibus conditionaliter loquentibus, exempli causa,si quid tale non fiat,actus coronat, quia tunc intelligitur ipso iure.Ita nuncupatim voluit Angel.consi.36.pro decisione quæsitorum,colum. vlt.ea ratione fultus,quoniam propter cõditionis defectum,ipso iure deficit dispositio tã inter viuos, quàm in vltimis voluntatibus. l. Meuius,& l.qui hæredi.§.vlt.ff.de condi. & demõ. l.si rem.§.omnis.ff.de pigno.actio.& l.Iulianus. §.offerri, & l.qui pendentem vineam.ff.de contrahen.empt. Et vide quæ dicam inferiùs in 15. fal.vbi differemus de forma. Nam & conditio impleri debet in forma specifica; vt not.in illis primis legibus & secundum hoc potest intelligi quod dicimus in præce.fal.

56 SEPTIMO fallit, quando pœna priuationis imponitur propter omissum actum extra iudicialem ex contractu faciendum,& huiusmodi pœna est tituli resolutiua,quia intelligitur ipso iure,quamuis dispositio vtatur verbo futuri temporis. Ita voluit.Bald.qui omnes legum interpretes acumine ingenii superauit,in d.l.2.in addit.in 3.quæstio.& ibi post eum Salyc. ferme ad verbum,colum.3.versi.& vt hic clariùs.C.de iure emphyt.per tex.ibi,& alios quos allegat & sequitur Feli.in d.c.Rodulphus.extr.de rescrip. Nec abs re dictum est, quòd pœna sit tituli resolutiua,quia si non esset huiuscemodi, tunc non intelligeretur ipso iure,sed per sententiam, vt dicunt Bald.& Salyc.in eodem loco,per text.in §.si verò tacuerit,in auth.vt hi qui oblig. res mi not.se hab.perbi.Et subdũt,quòd in dubio præsumitur tituli resolutiua, quando priuatio est à iure per contractum quæsita, & ipsi contrahenti pro futura, vt ibi, quia tunc habet vim legis commissoriæ.

57 § Iason tamen in d.l.2.colu.4. versic. & ad contraria.& iterum in l.vlt.col.31. versic. & tenendo hanc opinionem.C.eod.tit.allegans tantùm Saly.dicit simpliciter id procedere in omissione actus extra iudicialis, nulla distinctione facta,vtrùm pœna sit tituli resolutiua, an verò nõ sit,Id quod etiam simpliciter dicit ipse Salyc. in d.l.vlt.col.pen.versic.non obstat.l.& Panormit. quem ipse Iason non allegat,in c.si diligenti. colu.7.versic.in gloss.in verbo,perdaur,de for. cõpet.& Card.Alex.in d.§.callidis,col.2.ad fin. ti. de prohi.feud.ali.per Fed.& Lud.Bolo. qui hoc reputat sing.in addi.consi.Ioan.Ana. consil. 32. incip.præstantia domini,in princ.

58 OCTAVO fallit, quando verbum futuri temporis refertur ad iudicem,quia tunc est lata sententiæ,vt voluit Bart.in d.l.extat, col. vlt. ff.quod met.caus. & nulla illius mentione facta Anto.in c.clericis,per tex.& gloss.ibi, extrà, ne cleric.vel monach. Id quod confirmatur ex eo quod tradit Ricar.Mal.in sua disputa.incip. statuto cauetur.quam refert Ioan. Andr. in addit. Specul.tit.de iudic.delegat.§.restat.versic. quid si statuto.& in tit. de procur. §. nunc breuiter, versic.licèt autem.Quòd si statutum mandat iudici, vt causam intra certum terminum expediatur,nullum est,per multa quæ ipsi allegant.

59 § Sed illud dictum Anto.in d.cap.clericis, et siue mentione Bartol.vbi suprà, reprehendit Panor.in eo ipso cap.nec id quidem iniuria, vt quod sit contra omnia iura, & etiam contrariũ voluerunt Bald.& Salyc.in d.l.2.C.de iure emphy.in locis allegat.in præcen. fal. Et hanc opinionem corroborat quod voluerunt Iaco. Aret. Cy. Bart.Bald.& recentiores in.l. properandũ, in princip.C.de iudic.quòd si tempus instantiæ statuitur iudici,& non parti,valet quod facit iudex post tempus, licèt ipse puniatur, per l.1. in fin.C.vt omis. caus. tam ciuil. quàm crimina.& idem tenet Oldr.in quadam disputat.quam adducit Bar. vbi suprà. & Ioan. Andr. locis suprà allegatis.& Panor.in c.peu.col. antepen.extr.de iudic.& in c.de causis,extr.de offic.deleg.Rom. consi.415.quo ad primum an syndicus,in 2.dubio.Pau.Cast.consil. 184. videtur dicendum ꝙ declaratio,lib.1.vbi & alia similia adfert.

60 § Potest tamen illa opp. Bartol.& Anto. in princip.huius fal.adscripta procedere in vno casu,videlicet cùm lex vtitur verbo priuatiuo potentiæ & potestatis ad iudicẽ directo,verbi gratia si lex aut statutum dicat, iudex tale aliquid facere non poterit.Nam tunc actus in contrariũ factus erit ipso iure nullus,vt dicit Barto.in l.1. C.de dilat.& in l. r.ff.de feri.& Fraucis. Aret. in c.in causis,de testibus. & Felin. qui hoc egregiè disputat in cap. pastoralis,col. vlt. versic.considera quod aliquando,ext.de exceptio. Sed & tu vide quæ latè etiam diximus in nostro tractatu de legibus cõnubialibus.in gl.3.in verbo, *ne peut*, in prin.Ex quibus intelliges id semper procedere,etiam si non ad iudicem referatur.

61 NONO fallit,(& id quidem ex diametro præcedenti repugnat) quando verba diriguntur parti,non iudici,secundum Rom.in l.admonẽdi,col.pen.& ibi quoque Raph.Fulg. Petr.in repe. Bapt. Cacial.colum.3. versicu. ex quo dicto inferunt.& Franc.Cur.seniorem,col.9. versicu. secundò not.& Iason in repe.col.5. versi. eandẽ opi.tenet.ff.de iureiur.Nam vt inquiũt, vbi lex concedit aliquod beneficium, nec exprimit ꝙ debeat iudex adiri,competit parti ipso iure,nec necesse est adiri iudicem,per l.de pupillo.§. si is cui,cum gl.ff.de op.nou.nunt.& facit l.quæ sub conditione.ff.de condit.institu. & quod scribit Anto.consi.22.visis punctis,col.1.

62 DECIMO fallit,vbi imponitur pœna ex crimine commisso circa bona, & ex quo nulla pœna irrogatur in personam delinquentis. Tũc enim ipso iure semper intelligitur imposita.Nã cum

cum ex eo delicto persona non affligitur, non est expectanda sententia, quæ nihil prodesset. l. aliquando ff. ad Velleian. & facit l. eum qui, in princ. ff. de his qui vt indig. Quòd si pœna extendimr vltra bona, necessaria est sententia. l. 1. C. de his qui ex publi. ratio. lib. 10. & l. scire. C. de bonis vacan. eod. lib. 10. Hęc Calca. quem vix (vt ingenuè fatear) intelligo consi. 51. licèt his quæ suprà, col. 3. versi. ad tollendum. & iterum consi. 66. visis omnibus & ponderatis, col. 1.

63 VNDECIMO fallit, quando ex aliis verbis ipsius constitutionis vtentis verbo futuri téporis, apparet mētem ipsius constitutionis esse, vt inducat canonem latæ sententiæ glos. est in d. c. quisquis, in verbo, fiat. extr. de elect. quæ dicit quòd licèt verbum quo vtitur d. c. sit futuri temporis, tamen intelligitur ipso iure, propter verba sequentia, non absque dispensatione, &c. & ad hoc ponderant illam gl. Panor. & Domin. ibi, & ad hoc etiam allegat ipse Domi. text. in d. ca. dispendia, vbi & hoc dicit ipse Domi. in 5. not. de rescrip. libr. 6. & idem Domi. in c. vlti. §. pars vero, in princ. de offic. deleg. eod. lib. & in c. 1. §. vlt. col. 1. versi. quæro an deficiens, eo. lib. [Frã. Aret. in l. 1. col. 4. versi. ad tertium. ff. de testa.] & Card. Alex. in c. imperialem. §. callidis, col. 2. tit. de pro. feud. ali. per Fed. & Feli. in d. c. Rodulphus, col 19. uersic. & subdit. ext. eo. tit. Et bene facit quod in simili dicit glos. in c. inolita. 11. q. 1. & Salyc. in l. cùm posteaquam, & ibi recentiores. C. de pactis.

64 DVODECIMO fallit etiam quando ex aliis legibus & constitutionibus cōstat illud verbum futuri temporis esse latæ sententiæ, per gl. in l. 1. in verbo, amittat. C. de pœna iudic. qui. mal. iud. quę exponit illud verbū amittat, ipso iure, quantum ad illum qui iudicem corrupit, per l. venalem. C. quan. prouo. non est nec. & gloss. in d. c. 1. §. 1. in verbo, reuertatur, ti. de prohib. feu. ali. per Fed. quę exponit illud verbum reuertatur, ipso iure, quantum ad illum qui feudum alienauit, per iura quæ allegat, & Bald. & Salyc. in d. l. 2. quibus locis suprà citauimus. C. de iure emphyt. Et hoc quidem generale est & perpetuum in omnibus verbis & dictionibus. vt contra naturam propriam sint vel latæ vel ferendæ sententiæ, propter alia iura quę id disponūt vel declarant, vt apertè intelligit glos. in c. si quis ex clericis, & ibi Imo. ext. de vit. & hone. cleri. & in c. si quis. 23. dist. & not. Domi. in c. 1. 2. quæs. 3. Panor. in d. c. 2. in fin. de fo. comp. & iterum in d. c. si diligenti, col. 7. e. tit. & quod diximus suprà in 2. fal. prçteriti temporis.

65 DECIMOTERTIO fallit, vbi quis priuatur ratione status incompatibilis. nam tūc semper ipso iure priuatur, ex sententia Bald. in c. 1. §. qui clericus, in princ. per illum tex. quem ad hoc dicit nota. tit. si de feud. fuer. controuers. inter domi. & agna. Quam sequitur & commendat Feli. in d. c. Rodulphus, colum. 21. versi. quotiens ratione status, ext. de rescript.

66 DECIMOQVARTO fallit, quando sunt verba declaratoria, quia tunc semper sunt latæ sententiæ, vt pulchrè voluit ille Cano. princeps Panor. in d. c. si diligenti, colum. 7. de foro compet. per text. & glos. in c. nouit, extr. de his quæ fiunt à prælat. sine consen. capi. Quæ autem sint ea verba declaratoria, facilè poteris cognoscere ex iis quæ tradit ipse Panor. in d. c. si diligenti.

67 DECIMOQVINTO fallit, vbi verbum futuri temporis apponeretur in dispositione, quæ induceret formam siue solennitatem formalem, quia illius omissio redderet actum ipso iure nullum, vt not. glos. in c. cùm dilecti, in verbo, irritum, ext. de rescrip. Bart. Bald. & latè recentiores in l. vniuersa. C. de prec. impe. offes. Bartol. in l. item eorum. §. sed si ita, per illum text. ff. quod cuiusque vniuers. Bald. Ang. & recentiores in l. 1. & 2. ff. de liber. & posthu. & in l. cùm hi. §. si præt. ff. de tran. & in l. 1. C. qui test. fac. pos. Sign. cons. 87. factum sic præsupponitur colum. 3. versicu. item omnis dispositio. Angel. consil. 36. pro decisione quæsitorum, colu. vlti. Domi. in c. quia propter, col. 6. versicu. venio ad versicu. vel saltem, extrà de rescript. Socin. consil. 176. visa facti contingentia, colum. 1. libr. 1. cum his quæ latè dixi in nostris cōmentariis cō suetud. ti. 6 §. 5. in gl. 5. in 2. ar. modicorum, ver. hoc tamen intellige. & quæ copiosissime etiam cumulauit Hippolyt. Marsil. consil. 133. omnipotens, col. 2. & 3. lib. 2. Idq́ue etiam si actus esset pius & fauorabilis, per l. qui Romę. §. Flauius Hermes. ff. de verbo. oblig. secundum Bald. in l. vlti. post Oldr. ibi. C. si manci. ita fuer. ali. ne mano. & in l. testamentum, in 2. not. C. de testa. [& in l. omnes populi, col. pen. ff. de instit. & iure. & consi. 283. visa inquisitione post medium, libr. 1.] & Iason in l. 5. §. sublata, in priore lect. col. 2. versic. istam primam. ff. ad senatuscons. Treb. & consil. 149. pręsens quæstio, col. 3. versi. item formæ, lib. 2. & consi. 152. in causa contradictionis, in fi. eod. lib. 2. [& consil. 191. placet mihi, col. 1. eod. lib. 2. & Matth. Afflic. in constitutio. si quis in posterum, colu. 2.] quibus locis Iason & alia Baldi loca in id citat, sed mendosè tamē. Cuius rei ratio satis aperta est ex dicto Aristotelis vbique aduocato. Forma est quæ dat esse rei. ad quod nostrates allegant. l. Iulianus. [§. si quis reus.] ff. ad exhi. atque perfectionem ipsius esse (si ita more Grecorum loqui possumus.) l. iurisgentium, in princ. ff. de pact. per quos text. ita dicit Bal. in c. vlt. versi. quæro vtrùm sit differentia, de consuet.

68 ¶ Hoc tamen intellige, nisi huiusmodi solennitas quę omissa est, suppleatur à lege, tunc enim ipsius omissio nunquam reddit actū nullum. aliàs enim ea suppletio esset superuacanea. l. his verbis, cum l. seq. & quod ibi tradit Bal. in 3. lect. versic. item not. quòd aliquid. ff. de adop. & l.

& l.1.in princ.C.de rei vxor. acti. & expresse et voluit Fran. Aret.in c.super his,col.4. versi. pro ista op.facit,ext.de accusat.

69 ¶ Intellige 2.in solennitate formali,vt iam diximus,quæ videlicet debet interuenire in ipsa actu:secus in alia solennitate,quæ post actum interuenire potest. Nam tunc illius omissio nõ vitiat ipso iure, etiam si apponantur ea verba, aliàs non valeat, vt voluit Bart.in d.l.vniuersa, & ibi etiam Bald.& Raph. & recentiores C.de preci.impe.offe.& Bart.in l.1.col.vlti.in prin.ff. de testa.& in l.si ita quis.§.ea lege, col.1. versic. quæro vtrùm prohibitio.ff.de verb.obligat.& in l.cùm lex,col.3.versi.sed pone quod lex dicit.ff. de fideiuss.& in l.a.C.de cano.fru.vr.Rom.libr. 11.& Bald.in l.1.§.vbi autem,colum.vlt.versic. & prædicta faciunt.C.de cadu.tol. & in l.hi qui ad ciuilia,col.3.versi.ex hoc facit.C.de appel.& in l.1.col.2.versi.& scias.C.quan.prouo.non est necess.Imol.in c.exhibita,col.8.versi.tertio quæritur,extr.de rer.permut.& latè Berth.qui multos concord.adsert.in tract.gabellarũ,in 3.parte 8.partis principalis.quæstio.24.& Cepola causarum ciuilium consi.35.celeberrime,col.1.& Felin.in c.quoniam,colu.3.versi.tu vero attende, extr.vt lite non contest. & Philip. Deci.qui & plerosque alios citat,in c.2.versi.successiuè,exr. de testib.& Fab.à monte sancti Sauini, in tract. Insinu.in 27.quæstio.

70 DECIMO SEXTO fallit,quando verbo futuri tẽporis iungitur participium præteriti temporis.nam tunc est latæ sentẽtiæ, habita scilicet ratione participij præteriti temporis, magis quàm verbi futuri. Ita expressè voluit Bart. in l.1.ff.de vi priua.& in l.1.§.sed & constitutio circa medium.ff.de calum.& in l. imperator.ff. de iure fisci.& Imol.in c.1.§.vlt.de elect.libr. 6. secutus Ioan.Mo.Archi.& Ioan.Andr.vbi volẽtes hæc verba, nouerit se suspensum, esse latæ sententiæ.

71 ¶ Quanquam Domi.ibi,col.prima, versic. quæro an deficiens, tenet expressè contra Imol. per not.in c.in pœnis, de reg.iur.lib.6.Nã quod in d.c.1.illa verba sunt latæ sententiæ, non est, inquit Domi.ex propria eorum natura, sed ex aliis verbis illius text. quæ planè demonstrant quod debent intelligi ipso iure.nam mox subditur, quòd si postea administret, si priuatus. Et dicit hoc Domi.esse notandum ad statuta.sequitur & commendat Feli.in d.c.Rodulphus,colu. 21.versi.nouerit se suspensum. Et in hanc partem inclinare videtur Collec.in c.1.col.3.vers. aliqui dicunt.extr.de iudic.Et facit in hanc partem text.in cle.cùm sit,in fin.de magi.ibi,eo ipso nouerit se suspensum,Nam frustra eo ipso dictum fuisset, si ex propria vi aliorum verborum intellectum fuisset.

72 ¶ Sed pro priore sentẽtia est bona gl.quam nullus illorum allegat,in c.cùm in cunctis.§.vlt. in verbo,priuatos,ext. de elec.quæ dicit hæc verba, nouerint se priuatos, intelligi ipso iure. & glos.in c.2.in glo.vl.in prin.& ibi. [Host.]Imo. & Pan.qui eam not.ext.de solut.& alia in c.extirpendæ.§.quia verò, in verbo, priuatum,ext. de præbend.quæ interpretatur illa verba, sciat se priuatum ipso iure.& alia in c.si quis, quod est pen.in verbo,suspensos, ext.de simo.quæ posteriores loquũtur de his verbis, nouerint se suspensos.& glos.Hosti.Ioan.And.& Ioan.Ana. qui loquuntur in his verbis, absolutos se nouerint,in c.absolutos, quod est vlt.extr.de hæret. Glos.& Hostien.loquentes in verbis,sciat se excommunicatum,in c.2.ext.de cler.excom.mi.& in c.quoniã,in verbo,mucrone percussum,extr. de offic.ordi.quæ dicit illa verba,nouerit se mucrone percussum, intelligi, ipso iure & eam sequuntur doct.ibi. Estque illi & alia omnino similis in c.vt inquisitionis,in fi.in verbo, percussum, de hæret.lib.6.& item alia quæ loquitur in illis verbis nouerit se suspensum, in c.vlt.in fin.de tempo.ordi.[lib.6.& glo.in c.pen.de sen ten.excom.

73 ¶ Et in eadem sententia fuit] Specul.licèt admodum confusè,tit.de citat.§.iam de citatione, col.vlt.versi.quid si iudex. & planiùs Oldra. consi.291.hæ sunt rationes,col.2.versi.testat ergo videre.vbi voluit quòd hæc verba, noueris potestatem tibi interdictam, denotent interdictionem ipso iure.& Bald.in l.qui volebat.ff.de hæred.instit.vbi loquitur de his verbis, excommunicatum te esse cognoscas.& in Rub. C. cõ. vel epi.col.2.versi.modò ego quæro, loquitur in his verbis, excommunicatum se esse noscat. & in c.præterea requisisti, in 2.not.& ibi etiam Ant.& Panor.col.pen.versi. vlterius quæritur, extr.de appel.& Collect.in c.si quem.ad fin.ext. de sent.excom.& Imol.in cle.1.col.1. versi.not. quod per hæc verba,extrà, de seq.poss.& fruct. per illum text.qui nihil ad hoc facit, sed potiùs in contrarium,cùm id exprimit per verba, hoc ipso.& Mathe.no.115.nota quòd vbi lex.vbi & hoc dicit generaliter procedere, quando verbo futuri temporis adiungitur participium præteriti & Domi.sibi contrarius, & Cardin. Alex. in c.Engeltrudam.3 q.4.vbi dicunt per hæc verba noscas vel intelligas te excommunicatum, proferri sententiam. excommunicationis. & idem dicit ipse Domi.in c.1.2.q.3.& Felin.in eodem c.sibi contrarius,videlicet in d.c.Rodulphus,colum.22. noueris te anathemate percussum. & rursus in c.1.col.7. versic.nota quod ista verba, extra de indic.

74 ¶ Et est bonus text.in c.præterea requisisti & ibi per Pan.post alios,col.pen.extrà de appel. & in c.1.de sent.& re iudic.lib.6.cum dicitur, ab executione officij per annũ nouerit se suspẽsum.Nam postea subdit,Sciturus quod si suspẽsione durante ingesserit se diuinis, irregularitatis laqueo se inuoluet. Et in c.1.versi.si quis autem,iuncto versi.vlt.de sent.excom. lib.6. Nam

priori loco hæc verba ponuntur, à diuinis officiis noverit se suspensum. & in posteriori, quod si cótingat eos sic suspensos diuina officia exequi in irregularitatem incurrunt. Et faciunt etiam quę dicam inferiùs in 60. fal.

75 DECIMOSEPTIMO fallit, quando etiam verbo futuri temporis iungitur aliud verbum, quo suapte natura est latæ sententiæ. tunc enim dispositio intelligenda est ipso iure, magis scilicet inspecto illo verbo quod iungitur quàm verbo futuri cui iungitur: verbi gratia, verbum subiaceo etiam in futuro, aut in in finitiuo quod hoc casu sumit naturam futuri verbi, vt postea dicemus, habet vim latæ sententiæ, vt etiam dicemus in 48. fal. Igitur si ita dictum sit, nouerint se excommunicationi subiacere, intelligitur ipso iure, habita scilicet ratione verbi subiacere, magis quàm verbi nouerint, vt voluit glos. in c. excommunicationi, & ibi quoque Panor. extrà de rapto.

76 DECIMOOCTAVO fallit, quando verbo futuri temporis adiicitur dictio, omnino, quia idem est ac si diceret, ipso iure, secundum Bald. in l. 1. §. si pecunia, per glos. ibi. ff. depo. sed tu de illa gl. vide quid dicam in seq. fal. & idem voluit ipse Bal. in l. 2. in addi. in 3. q. & ibi etiam Salyc. col. 2. in fin. & Iason colu. 5. versicu. secundo pro hac parte facit. C. de iure emphyt. & idé Bald. in sua margarita, in verbo, priuatio, vbi facit illam glos. sing. & Archi. in §. qui verò res. in verbo, omnino. 10. q. 2. Barto. in auth. vt defunc. seu fune. eor. in princ. Angel. in §. vlti. in fin. per glos. ibi in verbo, actione, in authe. de litigio. & in l. imperator. ff. de iur. fisci. Ro. qui illam glos. ad hoc dicit sing. in primo sing. Domi. & Philip. Frá. in c. 1. vterque in vlt. no de his quæ vi met. ve caus. fin. [idem Philip. in c. vlt. §. vlti. de offic. delegat. libr. 9.] Mathes. no. 112. nota quòd vbicunque. Francisc. Cre. singul. 7. tu scis. Barb. cós. 64. scribitur libro Hester, col. 4. lib. 1. & in repe. c. Raynaldus, col. 45. iterum colum. 162. ext. de testa. & in c. qualiter, colum. 4. ext. de iudic. & in c. ex parte, le 1. extr. de offic. deleg. & ibi etiam Feli. col. 1. qui dicit de hoc esse text. in c. si religiosus, de electi. lib. 6. sed hoc ibi exprimitur. & in l. generaliter, col. 6. ff. de verbor. oblig. vbi ad hoc allegat multa iura. Marianus in c. Iudæi, le 2. extr. de Iudę. Fran. Aretin. in c. si diligenti, col. 5. ext. de for. compe. vbi ad hoc dicit sing. illum tex. iuncta gl. in d. §. si pecunia, idem Aret. in c. fraternitatis, col. 10. versi. in contrarium arguitur, & col. seq. & ibi etiam Felin. col. 3. versi. sed istis non obstantibus, de testib. & in c. cùm venisset, & ibi quoque Feli. vterque col. 2. eod. tit. Corne. consi. 59. diu post consilium, col. 2. versi. quod maximè dicendum, lib. 2. & consil. 203. in hac consultatione, col. 2. eod. lib. 2. Alexá. in l. si insulá, col. 5. ver. ex hoc infero. ff. de verb. oblig. [& consi. 6. circa processum, col. pen. lib. 3. Corne. consi. 59. diu post consilium, col. 2. versi. & licét pœna lib. 2.] Cardin. Alex. in c. præter, col. 2. versi. quæro an istud. 32. dist. Philip Franc. in ca. quàm sit. §. cæterum super glos. vlt. de elect. lib. 6. & in c. 2. col. 2. in 6. not. de pactis, lib. 6. Ioan. Bap. Cacia. in l. more, in 21. quæstion. ff. de iurisdic. omn. iud. Feli. in d. c. Rodulphus, ext. de rescript, & in c. gratum, ad fin. extr. de offi. delegat. & in c. pastoralis, col. pen. versi. quarto, ext. de excep. & in c. de regularibus, in 2. no. ext. de simó. vbi illam glos. dicit sing. Iason in l. pen. colum. 2. versi. sextò pondera. C. de pactis, & cons. 168. statuto inclytæ, col. vlt. lib. 2. Philipp. Deci. in c. ad hæc, le 1. col. 3. ext. de appellat. Franc. Purpu. in l. more, colum. antepen. versi. tertio ampliatur. ff. de iurisdic. omn. iudic. Corse. in suis singul. in verbo, omnino, vbi & ad hoc allegat glosam in l. obsignatione. C. de solut. relatam ad text. in dicto §. si pecunia. Hippolit. Marsil. in sua practica causarum criminalium. §. aggredior, nume. 113. [Stepha. Bertrand. consi. 142. ex themate, colu. 2. versi. ad secundum. lib. 4.]

77 ¶ Et quanquam ea glos. in d. §. si pecunia, propè sola in id ab omnibus citetur, à multisque sing. dicatur, est tamen & alia, & ea quidem expressior, in c. vlt. in fin. in verbo, omnino, quam ibi expendunt & commendant Dom. & Philip. Francus, de offic. delegat. lib. 6. quam & ad hoc obseruauit Franc. Aret. in c. 1. colu. 4. versicu. aliquando facultas, ext. de accusa. vbi & de hoc dicit esse text. in c. iudex, ad fi. de offi. delegat. lib. 6. Est item alia glo. in c. licèt canon, in verbo, carere. de elect. lib. 6. nisi dicas ibi hoc esse propter verbum carere, quo etiam vtitur text. ibi, de quo postea dicemus. Alia denique glos. in ca. 1. in verbo, vacuamus, quod met. caus. lib. 6. nisi dicas & id esse propter verbum vacuamus, quod est præsentis temporis. Et est bonus text. si rectè inteligatur, in §. præterea, Instit. de except. quanquam aliò trahatur à glos. & doct. Sed nullus melior neque apertior text. est, quàm in l. si non sortem. §. indebitum. ff. de condit. indeb. cùm dicitur, non solùm si omnino non debebatur, sed & si per aliquam exceptionem peti nó poterat.

78 ¶ Et in hanc sententiam optimè facit, quòd hæc dictio omnino, id operatur, quòd sit parata executio, vt dicit Bart. in l. 1. colu. vlt. ff. iudi. sol. Et quidem executio præcisa, vt asserit Cardin. Alex. in c. tuę fraternitati, colu. 12. versic. solutio abbas, ext. de sponsa. per not. per glo. in l. Græcè. § illud. ff. de fideius. & in cle. 2. de æta. & qual. & in cle. 1. in verbo, omnino, de vita & hone. cler. Vt quæ etiam sit dictio præcisa, vt dicunt Bald. & Salyc. in d. l. 2. C. de iure emphyt. Bald. in l. vl. col. 1. in 3. oppo. C. de cótra. empt. & in c. si Christus, col. 2. ext. de iureiur. Rom. in l. quod te ff. si cert. petat. Barb. qui ad hoc multa allegat, in l. 2. §. & harum. col. 2. ff. de verbor. oblig. & cósi. 45. mandato & iussu, col. 3. versic. item adduco, lib. 2. Franc. Aretin. qui item multa adfert in d. cap. qualiter & quando, le 2. colu. 6. versicu. est enim

omnino,

omnino, extr. de accusa. & Alex. qui item multa adducit in l. precibus, colu. 1. C. de impub. & ali. substit. & consi. 88. in causa dominæ Bartholomeæ, in prin. lib. 4. [Corn. qui item multos ac multa citat d. consi. 59. col. 2. versic. quod maximè, lib. Franc. Cur. senior consi. 44. super contingentia, col. 3. versicu. pro conclusione, vbi etiam multa ad hoc aduocat. & Soc. consi. 149. materia col. 10. versi. primo in effectum, lib. 2. & consil. seq. in causa Bononiensi, col. 3. vers. aliud est, eo. lib. 2. Geor. Nat. in repe. c. quanuis, col. 10. num. 51. versi. quinto not. de pactis lib. 6. Iason consi. 85. octo dubia, col. 2. lib. 3. Ideo etiam eam vim habet, vt quis præcisè cogatur ad factum, vt voluit Ro. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbor. oblig. & Felin. in d. c. ex parte, colum. 1. ext. de offic. delegat. & facit quod infrà dicemus de dictione, omnimodo, & quod scribit Oldra. consil. 143. thema tale est, dominus B. paulò ante medium.

79 § Quod quidem (scilicet præcisè) significat (vt id obiter dicam) vt sine vlla exceptione, & vt vulgò dicimus sine remedio & ad vnguem indistinctè, & sine conditione id fiat. Cicero epistolarum ad Atticum lib. 8. epistola cui initium est, Dionysius. Ego nemini, cuius causam non reciperem, nunquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tamen nocenti, tam alieno, tam præcisè negaui, quàm hic mihi planè sine vlla exceptione præcidit. Et ex nostris Bald. in rubr. ext. de constit. colum. 2. versi. statuta præcisa. & iterum versi. quid est dicere præcisè, dicit id verbũ præcisè significare ad vnguen, omnimodo, & indistinctè. Et sequitur Barb. consi. 39. clementissimi Dei, col. 3. lib. 2. & consi. 76. illud in medium referam, col. 11. versi. quintò est aduertendum, li. 3. & consi. 6. illud in medium adducam, col. 13. lib. 4. Et idem propè voluit ipse Bald. [in l. 2. C. de exceptio. rei iudicat. &] consi. 170. ad euidentiam, lib. 3. De quo & tu vide eundem Bal. in c. 3. ad fin. & ibi etiam Panor. in vlti. not. & Card. Flo. de rescrip. & glos. in l. iusiurandum & ad pecunias, in prin. col. 13. li. 4. in verbo, certioretur. ff. de iureiur. & in l. sed & si me putem. §. cùm iter, in verbo, condicam, post princ. ff. de condit. indebit. & in l. cum is qui. §. vlt. in verbo, qui hominem, post princ. eod. tit. & in l. hæreditatem, in verbo, cogendam. ff. de dona. & in l. 1. in verbo, in aliis. C. de sen. quæ pro eo quod interest, quas omnes citat Bald. in sua marga. in verbo, præcisè, ad interpretationem significationis huius dictionis. Cui adde & glos. in l. Pomponius, in verbo, haberi, post princ. ff. de negot. gest. & bonum text. in l. 1. §. vlti. ff. vt legat. no. caue. & in c. 1. extr. de plus petit. & in c. contra Christianos, de hæret. lib. 6. [& Angel. consi. 53. in quæstione proposita, ad hu. Franc. Aret. in l. si stipulatus sim damnã. ff. de verbor. obligat.] cum simil. adductis per recentiores in d. c. 2. de rescript. & per Iason in l. omnes populi. col. antepen. versic. item dum Bart. cũ moltis seq. ff. [de iust. & iure.

80 § Tullius autem, ne id omittamus, lib. 2. de natura Deorum, aliter illud præcisè accepit, Volo à te ipso hesterno die dictum est, anum fati dicam Prouocam fingi, quasi quandã Deam singularem, quæ mundum gubernet & regat, sed id precisè, vt si quis dicat Atheniensium rempublicam consilio regi, desit illud Areopagi: sic cùm dicimus prouidentia mondum administrari, deesse arbitror Deorum. plenè autem & perfectè sic dici, existimato prouidentia Deorum mundum administrari. Est ergo ibi precisè idẽ quod cõcisè, ita vt aliud desit quod intelligitur. vnde & illud Gelij alicubi obscurè & præcisè dictum. Et Quintiliani lib. 10. qui præcisis conclusionibus obscuri, Sallustium & Thucydidem superant, id est, arruptis & abscisis, metaphora inde sumpta, quòd quæ præcisa sunt, ea sunt iusto conciliora.

81 § Sed vt redeamus,] hæc dictio omnino, de qua loquimur, excludit omnem gratiam & dispensationem, vt dicunt. [Archid. in c. 1. in verbo, personis omnibus, de religios. domib. lib. 6.] Ioan. Andr. Panor. Ioan. Ana. col. 4. & Franci. Aretin. in d. c. qualiter & quãdo, le 2. & ibi quoque Felin. col. 4. ext. de accusa. & idem Ioan. Andr. post Arch. in c. cùm ex eo, & ibi etiam Domi. & Philip. Franc. vterque col. 1. de elec. lib. 6. & ipse Panor. in c. cùm inquisitionis, in princ. eo. tit. & in cap. non magno, col. 2. versic. quæro nunquid, ext. ne cle. vel mo. Domi. in c. 2. colum. 2. post alios ibi, de pactis lib. 6. Cardin. Alex. in c. de accusatione, col. 53. versi & ideo dicit. 2. q. 8. & in c. si quis cum clerico. 11. quæstio. 1. Felin. in d. c. de regularibus, ext. de simo. & in d. c. ex parte, le 1. col. 1. ext. de offic. deleg. & in c. at si clerici. §. de adulteriis, col. 3. de iudic. De quo tamen per Philip. Deci. in c. at si clerici. §. de adulteriis, col. 1. ext. de iudic. & Philip. Frã. & Georg. Nata. in dicto c. 1. vtrunque vbi suprà, de pactis, lib. 6. Proinde moræ purgationem non admittit, ex sententia Angel. in l. vl. per text. & gl. ibi. C. de fideicom. & Alex. in d. l. si insulam, vbi suprà. Et ad superiora facit quod de vi huius dictionis tradit glos. in clemen. multorum, in verbo, nullius omnino, & ibi Pau. Liaz. Guil. Laud. Genez. & Imol. de pœnis. & Feli. in c. vlt. colum. 23. in fin. ext. de rescript.

82 § Sed hæc omnia intelligas nisi subiecta materia aliud suadeat, vt videre licet ex c. 1. in fin. & ibi glos. & doc. extr. de despon. impub. vbi Panormi. in fin. illud assignat subiectæ materiæ. [Quod cõfirmare potes ex his quæ diximus supra num. 37. incip. & alias etiam, & alibi sæpe: vt tamen interim non omittas, quod scriptum reliquit Bald. in l. super rebus, col. 1. C. de contrahend. emptio. & vendition. hanc dictionem omnino, esse præcisæ significationis, verumtamen recipere congruam interpretationem per d. l. si stipulatus sim damnum. ff. de verbor. obligat.]

83 DE-

83 DECIMO NONO fallit, cùm dictio vniuersalis omnis, ex qua aduerbium illud, omnino, conficitur, adiungitur ei rei, qua quis priuatus, verbi gratia si dicatur omni iure, omni commodo priuetur, omne ius emittat, & id genus cætera. nam tunc ipso iure intelligitur, & ita in his terminis loquitur glo. illa, quam suprà in præcedenti fallen. citauimus, in d. l. 1. §. si pecunia. ff. depos. quæ text. ibi dicẽtem depositatium omni actione liberari, ita exponit, omni, id est, ipso iure. quam tamẽ omnes passim non ad hoc allegant, sed ad id quod diximus in dicta præced. fal. de dictione omnino, quasi scilicet sentiant nihil interesse siue dicatur iure suo omnino priuetur, siue omni iure suo priuetur. Et ita nuncupatim voluit Angel. in §. vlt. in fin. per gl. ibi in verbo, actione, in authen. de litig. & Barb. in clem. 1. colum. 13. in paruis, versi. no. de clausula, de elect.

84 ¶ Tamen Mathesal. nota. 112. incipient. nota quòd vbicunque, constanter asserit hęc verba, cadat omni iure suo, siue priuetur omni cõmodo, & similia non esse latæ sententiæ, ob illã dictionem omni, quanuis dictio omnino eam habeat facultatem, vt latam sententiam significet: adducitque apertam rationem diuersitatis inter vtrunque. Nam cum dicitur, cadat omni iure suo, hęc dictio vniuersalis omnino, verbum priuandi qualificat, vt ipse loquitur: at cũ dicitur, cadat omni iure, ea dictio omni, non qualificat verbum siue actum priuandi, sed rem siue ius quo quis est priuandus. Id quod dicit notandum, quia à paucis est tactum. Et idem ad verbum propè retulit & secutus est Alex. in addit. Bar. in l. imperator. ff. de iure fisci. Allegat autem Mathes. glos. in cap. cupientes. §. si verò in discordia. in verbo, priuentur, de electio. libro sexto, quæ intelligit illum text. qui est huiusmodi, omni iure ipsius ex tali electione quæsito priuentur. vt scilicet intelligatur per sententiam. vbi enim inquit, vult hæc decretalis, quòd sit canon latę sententiæ, bene exprimit. Vides igitur quemadmodum ea glo. apertè sentit, non ob id constitutionem esse latæ sententię, quod in ea dicatur, omni iure priuetur, nisi id aliter exprimatur, sicuti sanè exprimitur in ca. 1. de vita & honesta. cleric. libro sexto, cum dicitur, ipso iure careant omni priuilegio clericali, vbi glos. in verbo, omni, hoc, inquit, dicit, quoniam multiplex est clericorum priuilegium, quasi dicat, quòd omnibus priuatur, intelligens scilicet id quod dicit Mathe. quòd illa dictio vniuersalis, omni, determinat illud substantiuum, priuilegio. Ideo etiam additur, ipso iure, ad determinationem verbi, quasi non id intelligeretur sub verbis, omni priuilegio, sed fuisse aliter necesse exprimi, secundum, dictam glos. in dicto cap. cupientes. Et in hanc etiam sentẽtiam Cyn. in authentic. qui semel, in 5. quæstio. & ibi quoque Bart. & Bald. columna prima, & Angel. Pau. ante finem. C. quo. & quan. iudex, intelligunt text. ibi, cuius hæc verba sunt in fin. ab omni causa dat actione, vt scilicet sententia opus sit, nec ipso iure cadat.

85 ¶ Cęterùm ad illam rationem Mathes. & hanc addere potes, quòd aduerbia in iure nostro tenent locũ formæ, & magis sonant quàm nomina, vt tradit Bald. qui hoc extollit, in ca. apostolica, quod est vltima, columna secunda, versiculo tertiò quæritur, extrà. de offic. delegat. per notat. in l. Pomponius, de negotiis gestis, videlicet in glos. in verbo, probauero, ad finem, & ibi Baldus columna penultima, versiculo venio ad ratihabitionem. Sed quantum ad text. & glos. in dicto. §. si pecunia, qui loquuntur in verbo, liberandi, vide quid dicam infra in 73. fal. [quæ est in num. 240.] Sed & de verbo, cadat, in quo loquuntur Mathes. Cyn. & alij vbi suprà etiam dicemus in 61. fal.

86 ¶ Sed tamen antequã hinc habeamus, non omnino perpetuum esse arbitror quod suprà ex Mathes. diximus. quid enim si ita dicatur, careat omni robore firmitatis, vt scribitur in cap. decet. §. vlt. de immu. eccle. lib. 6. & in cle. quia contingit. §. vt autem, de religio. domi. vel etiã simpliciter, careat omni firmitate, omnibus viribus, omni robore, & cætera id genus, quis negauerit intelligi ipso iure, & sine ope exceptionis? Nam aliàs non careret omni firmitate, si quid competeret, ad quod tollendum necessaria esset exceptio, vel sententia: Ideo illud mihi visum est verissimum, quòd si hæc vniuersalis dictio iungatur cum re qua quis priuari debet, videlicet omni priuilegio, omni iure aut actione, & similibus, non ipso iure, significat secundum Mathesal. sententiam. At si adiiciatur verbo quod vim & efficaciam, quam vocamus, siue effectũ ac robur actus significat, ita hæc tollere, vt ne sẽtentia quidem desideretur, vt vniuersalis illa vniuersaliter operetur.

87 VIGESIMO, quoniam dictio prorsus, idem quod omnino, de qua diximus in duabus præced. fallen. significat, teste Donato tũ in Andriam Terentij, tum item in Eunuchum, tum postremo in Heautontimorumenon: ideo etiam hæc dictio prorsus est similiter latæ sententiæ, vel si iungatur futuro tempori, vt voluerunt Hostien. Ioan. And. & Panor. in c. in quibusdam, colum. vlt. extr. de pœnis. Archidiaconus, in cap. 2. post princip. de præscrip. lib. 6. Anto. [in cap. super literis, colu. 3. de rescript. &] in dicto c. si diligenti, extr. de foro compet. & in c. ad aures [& ibi Feli. col. 1.] extr. de præscrip. Domi. in dicto c. quàm sit. §. vlt. colum. vlti. de elect. lib. 6. Mathe. dicto not. 112. Corne. consi. 312. in hac consultatione, colu. 5. versic. quod etiam demonstratur, libro primo, vbi ad hoc dicit facere tex. in l. derogatur ff. de verbor. signifi. & in c. sacris, extrà, de his quæ vi met. ve causa fiunt, & in dicto c. in quibusdam [& Felin. in ca. inquisitionis, in prin-

princip. colu. 1. extr. de accusat. dum allegat dictum c. in quibusdam] & Corse. in suis singu. in verbo, penitus, in fin. Et facit quod de ista dictione scribit Panor. in d. c. ad aures, in vltim. no. de præscrip. & Philip. Deci. consi. 113. viso tenore, col. 2. Hippo. Marsi. in sua practica causarum criminalium. §. aggredior, nu. 123.

88 VIGESIMO PRIMO fallit, cùm etiã verbis futuri temporis additur dictio omnimodo, siue in numero multitudinis [omnibus modis, vt de singulari voluit glos. collata ad text. in authe. qui res, in verbo, sed meliùs, & in verbo, irroganda. C. de sacrosanct. eccles. & Anto. in c. si diligenti, extr. de foro compet. Corne. consil. 203. in hac consultatione, col. 2. lib. 2. & Franc. Aretin. in d. c. 1. col. 4. ext. de accusat. & Barb. in d. l. generaliter, col. 6. ff. de verbor. oblig. & Alex. in l. si insulam, colum. 5. vers. ex hoc infero. ff. de verbor. oblig. vbi loquens de dictione omnino, allegat text. vtentem hac dictione omnimodo, tanquam eandem vim in hac re habeat, & iterũ consi. 44. visa facti narratione, col. 1. lib. 3. & Hippo. Marsil. in sua practica, vbi suprà.

89 ¶ Est enim & hæc dictio præcisa, secundũ glos. in l. si cum exceptione. §. sed & si quis, in verbo, omnimodo, & iterum in §. quatenus, in eodem verbo, & ibi Bar. ff. quod met. caus. & in l. vbi autem. §. vlt. ff. de verbor. obligat. & ibi quoque est bonus tex. & facit præterea text. in l. Græcè, & quod ibi voluit glos. & Bart. ff. de fideius. & in cle. 1. & ibi glos. & Petr. Anchar. de vita & honest. cleric. cum aliis iuribus in id allegatis à Philip. Deci. consi. 356. in casu dominæ Mariæ, colum. 1. & quod tradit Bald. consi. 389. reperitur quod quondam, ante fin. lib. 5. & in l. si quis argentum. §. sin autem, qui est vlt. circa medium. C. de donatio. vbi dicit quod hæc dictio facit vt quis præcisè teneatur, [& in l. quoties, in princ. ff. de noxali. action. vbi ex hoc dicit. quod hæc dictio facit, vt quis præcisè ad factum cogatur.] & quod etiam scribit Saly. in l. vlt. col. 2. in 3. oppo. C. de contrahen. emptio. Sed & hæc dictio tacitè censetur habere decretum irritans, & tollere facultatem dispensandi, secundum Anto. in cle. 1. super glos. in verbo, nullatenus, & ibi quoque Imol. col. 4. versi. ex hoc not. de seq. pos. & fruct. Angel. in repet. l. si insulam, col. 7. versicu. non obstat. c. potuit, & ibi Alex. col. 6. versic. pro ista op. ff. de verbor. oblig. & Barb. consi. 64. scribitur Exodi, col. 4. versi. idem dicimus, lib. 4.

90 ¶ Vide tamen glos. quæ voluit huiusmodi dictionem, aut si mauis dictiones omnimodo non esse latæ sententiæ, in authen. ad hæc, in verbo, cadat, in princ. C. de vsur. Nam text. ibi dicit, ab actione cadat omnimodo. & tamen glo. intelligit, non quidem ipso iure, sed per sententiam, quam adiuuat tex. in l. si à matre. C. de suis & legitim. his verbis loquens, omnimodo patri suo matrive suæ ipso iure succedãt. Nã si ea dictio, omnimodo. per se significasset ipso iure, frustra illa verba ipso iure, fuissent adiecta. & similis text. in l. Iulianus noster, in fin. ff. de condit. & demon. cùm dicitur, omnimodo inutile erat legatum ipso iure.

91 ¶ Sed ego priorem sententiam potiorem esse arbitror. Neque enim video, quid possit interesse, siue dicas omnino priuetur, siue omnimodo, nec quantum ad significationem, nec quantum ad determinationem. nam vtrunque determinat, siue qualificat, vt loquitur Mathes. verbũ ipsum, nõ rem qua quis priuatur. Ideo & eadem est in vtroque ratio. Quantum autem ad text. in d. l. si à matre, & in d. l. Iulianus, potes dicere quod suprà diximus cum de verbo præsentis temporis loqueremur in versic. 25. incip. sed quod his respondeatur. [illud autem quod de dictione omnino dicit Bald. à me citatus suprà numer. 68. in fi. idem & ipse dicit de hac dictione omnimodo.]

92 DE PLVRALI autem, omnibus modis, voluit glos. in §. 1. in verbo modis omnibus, & ibi etiam Bart. & Angel. in authen. vt defun. seu fune. & Bald. in d. l. 1. §. si pecunia. ff. deposi. Ang. in authen. de litigio. in fi. & in l. 1. ad. fi. C. de pœn. iudi. qui malè iudic. & in l. si quis in tãtam, col. vlt. C. vnde vi. Rom. qui illam glo. facit sing. d. sing. 1. Mathes. d. not. 112. Maria. in d. ca. Iudæi, le 2. de Iudæ. Alexand. d. consil. 44. col. 1. lib. 3. Barb. in d. l. generaliter, loco suprà allegat. ff. de verbo. oblig. Ioan. Rayn. in d. §. callidis, versicu. pœna, in 13. quæstio. primæ. partis princ. tit. de prohib. feud. ali. per Fed. [Barb. in c. vlt. colu. pen. ext. de deposi. vbi & illam glos. dicit singularem.] Socy. in l. Marcellus. §. 1. colu. 3. ff. ad senatusconsl. Trebel. Iason. cons. 163. statuto inclytæ, col. vlt. lib. 2. Hippo. Marsil. in d. sua practica, vbi suprà. Quibus suffragatur quod tradit Bart. prout eum aliqui allegant, in l. si quis. C. depos. huiusmodi verba habere executionem paratam, vt rẽ iudicatam, nec aliam exigi condemnationem. Sed videtur Bart. ibi magis innixus fuisse dictioni illico, de qua postea dicemus, quàm huic de qua tractamus.

93 VIGESIMO SECVNDO fallit è cõtratio in illa vniuersali negatiua, nullo modo, quæ etiam est canon latæ sententiæ, vt expresè tenet Iason in l. 1. §. sublata, in 2. lect. col. 3. ff. ad Trebel. & d. cons. 168. statuto inclytæ, col. 6. versicu. item est diligenter, & iterum, col. vlt. libr. 2. & sentit Ro. quem ipse non allegat, consil. 326. in præsenti consultatione, col. vlti. Et hoc mihi placet. Nam si id obtineat in vniuersali affirmatiua, multò magis & in negatiua, quæ sẽper plus habet virũ & roboris, efficaciusq; obligat, ac magis præcisè astringit secundũ Arch. in c. si peccauerit. 2. q. 1. & Pan. in c. nouit, col. 12. versi. secũdò quæritur, ext. de iudic. cũ multis simil. & concord. à me traditis in nostris cõsuetudinibus. tit. 10. §. 5. in prima limitatione. & in nostro tracta. primigenitorũ. in 24. q. n. 11. sed nec priuilegio.

94 ¶ Porrò

94 ¶ Porrò ea dictio tantum habet virium, vt omnem etiam dispensationem impediat secundum glos.not. in cle.2.in princ.in verbo,concedatur, & iterum in versi.illi verò,in verbo,nullo modo,de ætate & quali.quā sequuntur Paul. Leaz.Imol.col.6.versi.in glos.cōcedatur, & Domi. in 7. nota. dicto versicu . illi vero . & Ioan. And. in cap.cùm ex eo,de elect.libr.6.Bart.in l. omnes populi , in 3. quæstion.3.q.princ.ff.de instit.& iur.Angel.& Imol.qui illam facit sing. & alij recentiores in l. si quæramus. ff. de testa. Imo.in c.2.ext.eod.tit.Pan.& Ioan.Anan.& Felin.in c.qualiter.le ij.illi quidem col.6.hic 3.de accusat.& Panor.in c.non magno,col.2.versic. quæro nunquid prælatus,ext.ne cleric. vel monach.vbi dicit illam glos.not.Rom.consil. 326. quòd ad primum,colum.2.versi. secundò idem videtur.Barb.qui & illam gloss.dicit sing. in repe.c. testimonium.colu.25.versic.opponitur ad primum,ext.de testi.& in c.qualiter,col. penul. ext.de iudic.& in c.cùm vicesimum,col. 5. ext. de offic. delega. & consil.19. scripsit Propheta clarissimus, col.7.lib.1.vbi dicit sing.& iterum consi.37.illud adducam in medium,col.9. eod. lib.1.Alex.in l. vlt.col.2.C.de testa.mili. & Frācisc.Cur.senior qui illam dicit not.consi.44. super contingentia,colum.3.recentiores,in l.vlti. C.de testā.Feli.in d.c.Rodulphus,col.19.de rescrip. & in d.c.de regularibus,col.2.ext.de sim. & in c.ex parte,le 1.col.1.ext.de off.deleg.& in c.at si clerici.§.de adulteriis,col.2. versic . idem si diceret ibi.& Philip.Deci.col.5.ext.de iudic. & idem Deci.consil.3.cuius superscriptio incipit,quando iurisdictio.colum. vltim. versiculo sextò & vltimò,vbi eam glos. dicit not.& Iason in d.§.sublata , vbi suprà.[& in l.de pupillo.§.si quis fortè,post medium.ff.de oper.nou.nuntia. & consi.166.videretur,col.3.versi. secundò facit,lib.2.vbi eam quoque dicit not.& consi.seq. motiuis,col.4.versic.item illa verba,eod.libr.3. itemq́ue & consi.seq.in isto subtili, col.vlti.& consi.53.statuto ciuitatis Florentiæ, col.3.vers. moueor in primis,lib.3.& consi.152. quod est eiusdem initij,colum.3.versi. sed præmissis nō obstantibus,lib.4.]consi.168.col vl.lib.2.

95 VIGESIMOTERTIO cum dictio nullatenus,eandem habeat significationem, sitq́ue etiam vniuersalis negatiua,vt dicit Archi. in c.solent , in verbo, sed natura,de conse.dist. 4.& Domi.consi.35.attendentes , col.2.& Ro. consi.326.in præsenti consultatione , colu.vlti. [Ita vt omnimodam nullitatem significet,vt dicit, Franc.Aret.in l.1.col.2.ff.de testament.]Ea etiam habet vim latæ sententiæ,secundum glo. in authen.si qua mulier, vbi etiā est bonus text. C.ad Velleia.quam glos.sequitur & dicit sing. Cardin.Flor.in cap.super literis, & ibi quoque Barb.extr.de rescript.& idem Barb.in repetit.c. testimonium,colum.10.versi. & ex istis elicio, extra, de testibus , & consil.7. Christi nomine inuocato , columna tertia,libro tertio , & Fran. Aretin.in cap.licèt causam , in 5.notab.& iterū colum.5.extr.de probatio.& in d. cap.causis , columna penultim.& ibi etiam Felin.colum.4. extr.de testib.& Iason qui illam glos.facit singu. in l.de pupillo. §. si quis fortè. [circa medium] ff.de oper.nou.nuntiat.& rursum in l.vlti.colu. 5.versi.tertio pro eadem parte.ff.de feri.& in dicta.l.1.§.sublata,in 2.lect.colum.3.ff.ad Trebel. & consi.7.adeo copiosè,colum.1.lib.1. & dicto consi.167.statuto inclytæ,colum.vltim.lib.2.& consi.128.videretur in præsenti,colum.3. vers. quartò dicitur,lib.4.Felyn.in c.pastoralis,colu. 10.versi.sexto quia dicit,ext.de exceptio.[glos. pragmat.sanctio.tit.de collation.§ quod si quis ex dictis,in verbo,nullatenus.]& Corse. in suis singul.in verbo,nullatenus.& Hippolit. Marsil. in repeti.c.at si clerici , num. 23. & iterum. 28. extr.de iudic.& singul.675.anno præterito.Sed & idem voluit glos.in cle. 1.in verbo , nullatenus , de seq.poss.& fruct.quæ dicit & post eam Genz.Anto.Imol.& Panor.quod nō tenet actus factus cōtra dispositionem vtentem hoc verbo. quod & idem voluerunt Ioan.An.& Dom.in c. Romana §.sententias,& ibi Philip.Franc.de appel.lib.6.& Imol.& Cardin.Flor.post Mathes. in cle.1.ille colum.penulti.versi.sed an teneat, hic in 33.quæst.de deci.Quinetiam Genz.Ant. & Imol.in dicta cle.1.de seq.pos.& ibi quoque Cardi.Flo.in §.si quis autem,in 6.quæstio.dicūt per huiusmodi dictionē tolli potestatem dispensandi in cōtrarium:quod etiam voluit Archid. in c.quoniam,in verbo,nullatenus, de immun. eccles.lib.6.& in c.1.56. distinct. & Collect.in cap.1. in princ.ext.de filiis presbyter.& Imo.in cle.vt 2.qui,col.6.de ætat.& qualit.& Ioā.Ana. in dicto c.qualiter & quando,le 2.col.4. versic. & quod not.extr.de accus.Ex quibus ipse Ana. & Imol. primo loco asserunt hanc dictionem habere vim decreti.Sed & quòd sit latæ sententiæ,tenet[Petr.Anchar.cons.170.principaliter, colum.1.]& Ioan.Ana.in c.quia frustra,colu.2. extr.de vsur.& in d.c.qualiter,le 2.& ibi etiam Felyn.colum.3.extr.de accusat.& in c.si aduersus,colum.2.extr.de hæret. Barb. in repet. dicti cap.testimonium,vbi suprà,de testi.Iason in dicte l.vlt.vbi subrà, de feri.& in l.scriniarios.C. de testa.milit.vbi tamen illum videas.& Philip. Dec.in c.eam te , columna penultima, versiculo, expeditis nota. extrà. de rescript. Et facit quod scribit glo.in clem. 1.in verbo, nullatenus admittatur, & ibi Cardin.Flor.in 19.q.de sent. & re iudic.

96 ¶ Non tamen omnino siue dubio est quod sit latę sententiæ,quando id apertè negat Dom. in c.1.col.vlti.de iudic.lib.6.per text.in dicto c. quia frustra,extr.de vsur.vbi etiam Panor.in fiu. idem non obscurè sentit , & ibi quoque Ioan. Ana.col.2.& ante hos glos.in c.super literis , in verbo,nullatenus,extr. de rescript.quæ eam di-

dictionem

ctionem interpretatur, opposita exceptione, tan quam non ipso iure, sed ope exceptionis. A qui bus stat text. not. iuncta glos. in c. pueri. 1. quæstio. 1. vbi ita scribitur, Pueri ad sacros ordines nullateuus admitantur. Et tamen, vt dicit glos. ibi, si admissi fuerint, recipiunt characterem, cùm adminores recipi possint. c. in singulis. 77. distin. Et per illum text. & glos. dicit Fran. Aret. in d. c. in causis, colum. vlti. extr. de testib. quod non semper hæc dictio nullatenus, habet vim latæ sententiæ, secundum subiectam materiam. & sequitur Feli. in d. c. pastoralis, col. pen. versic. considera quod aliquando, de excep. Ex quibus illud teneo, hanc dictionem suapte natura eam vim latæ sententiæ obtinere, sed interdum ob subiectam materiam vim suam perdere, secundum ea quæ diximus suprà in verbo præteriti temporis. in 2. fall. Quid autem sit de dictione aliquatenus, videbis infra numero 234. incip. nisi dicas.

97 VIGESIMO QVARTO fallit cum dispositio vtitur his verbis, nullius momenti. tunc enim qualicunque tempore loquatur, est latæ sententiæ, ex sententia glos. in c. 2. in fi. de fili. presbyt. lib. 6. & Archid. in c. ordinarij, in fi. de offic. ordin. lib. 6. [Bald. in l. si posthumus. §. vlt. ff. de liber. & posthum.] & Angel. in l. si mulier. §. si dos. ff. quod met. caus. & in authen. sacramenta puberum, in fine. C. si aduers. vendit. & Cardin. Flor. consi. 137. redemptoris, &c. ad primū dicimus, col. 1. in fi. vbi ex hoc infert, quòd obligatio incarcerati est ipso iure nulla, per tex. vtentem his iisdem verbis, in l. qui in carcerem. ff. quod met. causa, quem text. ita etiam intelligit Pan. in c. 2. col. vlt. vers. excipio duodecimū, extr. quod met. causa. Idem quoque nūcupatim de his verbis voluit & Fran. Aret. in l. 1. col. 6. ff. de test. & in l. qui à latronibus, in prin. col. 4. eo. tit. per text. quem dicit ad hoc clarum, in l. non dubium. C. de legib. Alex. & Ias. in l. posthu. ille quidem col. 6. versi. tertia fuit op. hic vero, col. 7. versi. pro qua op. C. de bon. poss. contr. tabul. Barb. in c. Rayn. col. 94. de test. & in l. 1. §. si quis ita, col. 5. ff. de verbor. oblig. & in dicta l. generaliter, col. 2. & iterum col. 7. & ibi etiam Iason in primo not. eo. tit. vbi ipse Barb. dicit de hoc esse tex. meliorem totius iuris, in l. an inutilis. ff. de accept. Socy. consi. 115. fundata est intentio, ad priu. li. 3. Card. Alex. in §. item sacramenta, col. vlt. tit. de pace iur. fir. Ias. in l. seruum. §. Titius hę res, col. 3. versi. 3. not. ff. de vulga. & pupil. substi. & in l. ex facto, in fi. eo. tit. & in l. si filius qui in potestate, in primo not. ff. de liber. & posthu. & in l. 1. §. sublata, in lect. col. 2. ff. ad senatusconsf. Trebel. [& in l. filiusfa. §. diui, in vtraque lect. & vtrobique colu. 1. & ibi quoq; Ioan. Montes. & Ferdi. Loaz. in repet. vterque, col. 2. in 2. limit. ff. de legat. 1. & idem Ias. in l. 4. §. condemnatum, post prin. & ibi, quoque Fran. Rip. col. 1. nu. 3. ff. de re iudic.] Fely. in d. c. Rodulphus, col. 22. ver. nullius momenti.

98 ¶ Sed & ante hos omnes voluit glos. quam nullus, si rectè memini, illorum allegar, in l. Fulcinus. §. si quis bona. ff. qui ex caus. in pos. eat. quæ interpretatur hæc verba, nullius momenti ipso iure. & licet subiiciat, vel impetrata in integrum restitutione, tamen priorem sequuntur Bart. & Ang. qui ad eam nuncupatim expendit ea verba, nullius momenti. Posterior autem, vt inquiunt, habeat locum in aliis casibus. ll. ab ea glos. allegatarum. Sed & est alia glos. expressior in l. si quis plures. ff. de iur. pat. quæ exponit, nullius momenti, id est ipso iure, & in c. in nostra, ad fi. de proc. dum verbum irritandum exponit. Id est irritum esse ostēdimus propter alia verba præcedentia quæ sunt huiusmodi, qua probata iudicium nullum est & nullius momenti, &c. Imò verò est text. à nemine quoque expensus, in eadem l. post prin. quo apertè probatur hæc verba intelligi ipso iure, nec opus esse reuocatione siue restitutione: & etiam text. in l. 1. in prin. ff. de fer. vbi postquam dicit sententiam eo casu latam esse nullius momenti, ex hoc mox infert non opus esse appellatione.

99 ¶ Et bene facit text. in l. cùm hi. §. si prætor ibi, transactio erit nullius momenti, iunctis illis verbis postea sequentibus, trāsactionem esse irritam, ff. de transactio. & in l. 1. ff. de iniust. testa. & in l. nec mandante. §. si prætor. ff. de tut. & cur. dat. ab his. & in l. 1. §. quod meus seruus. & iterum in l. quod seruus. ff. de stipula. ser. [& in l. si quis Sempronium, in fin. ff. de hæredi. Instit. [& in l. ex eo. C. de inuti. stipula. & in authen. sacramenta puberum, & quod ibi dicunt Cyn. Bart. in fin. Bald. & Angel. C. si aduer. vend. & in §. est autem, qui est 2. in fin. iuncta glos. Insti. de hæred. instituen. Et facit etiam quod de his verbis in alio casu scribit Franc. Aret. in c. 2. de testib. Id scilicet, quòd per eum text. qui vtitur his verbis, sing. probatur, quòd dictum testis examinati parte non citata nullam prorsus facit indicium. Et idem ante eum dicit Panormi. ibi, col. 6. versicu. sed circa prædicta. quem sequitur Barba. qui & alia multa allegat consil. 83. supremus dicit Deus, colum. 2. in 2. dubio, versi. secū dum est, lib. 4. facit item quod scribit Raph. Co. in repet. l. si filius, in 7. oppo. 1. not. versi. quid ergo in hac varietate. ff. de libe. & posthu. [Facit, denique, quod de hac dictione scribit Ang. con sil. 260. dicta interlocutoria, col. 1. in fin. quòd id quod est nullius momenti, nullum omnino potest producere effectum.]

100 ¶ Contrarium tamen, videlicet hæc verba latam sententiam non dicere, tradit Iason si bi contrarius, in d. l. de pupillo. §. si quis fortè, in duobus locis. ff. de ope. nou. nun. per tex. in d. c. ordinarij, in fin. de offic. ord. lib. 6. vbi est tex. in hæc verba, nullius penitus est momenti: quasi scilicet ea verba nullius momenti, non induxissent canonem latæ sentētię, nisi fuissent adiecta dictio,

dictio,penitus, quæ haud dubiè est latæ sententiæ, vt postea dicemus in 26.fal. Et idem videtur voluisse ipse Ias.in l.filiusfam.§.diui, in primo no.iam in lect.quàm in repe.ff.de leg. 1. dū de hac re loquens simpliciter se remittit ad ea quæ dicit in d.§.si quis forte.

101 ¶ Tu autem ad Iaso.adde alios tex.ei quē allegat,similes,in c.vlt.ext.de pactis,& in c.vlti. in fi.de re iudi.lib.6.& in d.c.2.in fi.de fil.presbyt.eod.lib.6.& in cle.1.de præben.vbi gloss.in verbo nullius,dicit hoc verbū,nullius, esse vniuersale negatiuum,& nihilominus tex.illum ad iecisse hoc verbum,penitus, & in ca. credentes, titu.de statut.& consue.contr.liber.eccle.edi.in feudis.sed est tex. melior atque expressior in l. item eorum.§.sed ita.ff. quod cuiusque vniuer. cùm dicitur, ipso iure id decretum nullius momenti esse.& alij omnino similes,in l.3.§.vlt.in illis verbis,ipso iure nullius esse momēti.ff. pro socio.& in l.3.§.sciendum,versic.si stipulanti.ff. de donatio. inter virum & vxor. & in l. oratio. ff.de sponsa.Et facit præterea text.in d. l. qui in carcerem,& quod ibi not.Bald.in 2.lec.ff. quod met.cau quem quidem tex. & ad hoc expendit Fulg.qui & ipse hanc partem sequitur, quamuis Ias. etiam non alleget, consi.122.quidā.S. agit, col.1.& 2.facit etiam tex.in l.1.§.vlt.C.de com. seru. manu.

102 ¶ Ego verò priorem partem teneo, cùm habeat tex.expressiorem ac clariorem, quàm vt refelli possit,in d.l.si libertus,post prin. Et quia etiam,vt diximus ex glo. in d.clemen. 1. dictio nullius,est vniuersalis negatiua,quæ scilicet vniuersaliter neget,nec esset nullius momenti, qd ipso iure valeret, imo haberet aliquid momenti, & quia etiam prior illa pars multò pluribus ac crebrioribus calculis innititur. Ad illos autē text. pro alia parte allegatos dici potest quod in simili diximus suprà in verbo, præsentis tempo ris, versi.26.sed quod his respondeatur.

103 VIGESIMO QVINTO fallit, cùm apposita fuerit dictio fundilus, si credimus, vt par est credere,glo.in l.decernimus, & ibi Saly. C.de sacro. eccle. & Bar. in tract. de tyrannide, col.3.in 7.q.in princ. [Sal.in l.vlt.colu. 1.versic. ego etiam.C.de acquiren.possessio.] Domin.& Philip.Franc.in c.quàm fi.§.vlt.de elect.libr.6. Fran.Cre.d.sing.7.Corne.d.consi.312.in hac cōsultatione,colum.3.versi. quod etiam demōstratur,lib.1.Barb.in d.l.generaliter,in princi.ff. de verb.oblig.Fran.Are.in d.c.diligenti,colu.4. de fo.compe.Iacob.à sanc.Geor.in l.si quis maior. C.de transactio.

104 ¶ Nam & hęc dictio idem significat quod omnino, vel in totum, tanquam si dicas à fundo, veluti ab imo, nullo prorsus relicto, vt radicitus à radice, stirpitus à stirpe. Plautus in Mercatore, Quo te consiliumque tuum atque mentem perdit funditus. & Terentius in Andria. Quod si fit, pereo funditus.

Et Tullius de amicitia. Quæ enim domus tam stabilis, quæ tam firma ciuitas, quæ non odiis atque dissidiis funditus possit euerti? [& etiam in l. secunda. C. de prætor. & hono. prętor. cùm dicitur, funditus iubemus aboleri. & in capitu. sacratas,vigesimaoctaua distinctio. & in capitu.nullus episcoporum, vndecima quæstio. secunda.] Et stirpitus in eadem significatione ponitur in l. in rebus, in fin. C. de iure doti.& in l. secunda, in princip. C. de peti. bon. subl. lib. decimo. [Id enim, vt diximus à stirpe significat, quæ verè in eum sensum visus est, quis quis is fuit, qui apud Sallustium orationem habuit ad Cęsarem de republi. ordinanda. Nam quæ seditio, aut dissensio ciuilis tot tamque illustres familias à stirpe auertit? Et ipse Sallustius in Catilina. Carthago æmula imperij Romani à stirpe interiit, & Liuius libr. quartò. belli Macedonici in oratione Potiij latronis. Equidem fabulam & fictam rem dicebam esse virorum omne genus in aliqua insula coniuratione muliebri à stirpe sublatam esse.] Et verisimiliter radicitus, in l. prima. C. de formulis, & in capitulo ex frequentibus, extra de institut. vt intelligas eas dictiones & similes eandem vim habere.

105 VIGESIMO SEXTO idem de dictio ne penitus, ex gloss. in l. si qui aduocatorum, in verbo, arceantur,& ibi Angel.& Raph.Fulg. qui eam dicit sing.C.de postula.& Ioan.Andre. in capitulo primo, ad fin.& ibi Domi. column. 2.versi.quæro vltimò,& Philip.Franc.in vltimo notab.de postul.præla.lib.6.& idem Domin. in cap. Romana.§.vlt.ad fin. & ibi etiam Philipp. Fran.colum.2.de senten.excommunicatio. libr. 6. vbi & hoc sentiunt Hostien.Ioan. Mo.& Archid. Petr. An. & etiam Panorm.in c.in quibusdam,paulò ante fin. extra de pœnis, per text. in capitu. vlti. eodem titu. vbi & ipse Panormita. hoc idem not. in vlti. notab. [& ibi ante illum Ioan.Andre.& Salyce.in l. vlti.colum.1. versic. ego etiam. C. de acquirend.possessio. Francisc. Areti.in l.si colonus,colum.1.ff.de acquirenda possessio.] Perus. in capitu.ex tenore,& ibi etiā Philip.Deci. colum.v. extra de appellationibus per not.in l.2. C.de constitu.pecunia, Barba. in cap.1. extr. de iudi. & in c.si diligenti, de foro competen.& consil.24. illud asseram, colum.1. versicu.& si quispiam,lib.1. vbi & ad hoc quędam iura allegat.& consilio.38. illud adducam, colum.9.versicu.tertiò pondero,eod. libr. 1. & Philip. Corne. dicto consi.312.colum.3.lib.1. Mathesal.d.singu. 112.Alexand. in l. qui vsumfructum,colum.2.ff. de verborum obligationibus, & consilio decimo. visis dispositionibus, columna quarta, versiculo.eodem modo, lib. 1. Franc. Aret. in l.1. colum. 5. versiculo, & pro prima responsione.ff. de testamen & in l. vltima in 5.nota.per illum text. C. de pactis, & in l.si colonus,post prin.ff.de acq.possess. & in c.

veniens,colum.vlti,extra de accusationib. quibus locis hoc dicit probari per text.quem priori loco dicit not.& menti tenendum, in l.solutum.§.si in sortem,in fi.ff.de pign.actio. iuncta l.si non sortem,in prin.ff.de condi.indeb. Ang. Are.in §.quæ de fullone,in 3.not. Inst. de obli. quæ ex delict.nascuntur.[Fel.in c. insinuatum, col.1.de simo.] Iacob. à sancto Georg. in d.l.si quis maior.Iason in d.l.de pupillo. §.si quis forte.ff.de oper.no.nunt.Philip.Deci.in auth. cassa col.2.in 3.not.C.de sacro.eccle.& in c.cæterùm col.2.ext.de rescrip.& consi.327.viso casu proposito,col.1.& Hippo.Marsi.in sua practica causarum criminalium.§.aggredior, nu. 123. & ex Gallis nostris Rebuf.vir optimus atque doctissimus in tepe.c.postulastis,nu.149.tit. de cleri.ex com.min.

106 ¶ Nam & hæc dictio est præcisa, nec recipit limitationem, aut modificationem, vt prodit Ang.consi.31.cuius initium est,viso laudo, col.vlt.per l. ambiguitatem. C. de vsufruct. & l. vltim. C. de edict. diui Adr. tol. & C. de serui. & l. vltim. C. de summa trin. & cap. super eo, de hæret. libr.6. & idem quoque voluit Alex.in d.l.qui vsumfructum.ff. de verbor. oblig.& Phil.Dec.in auth.qui tem,col.vlt. C.de sacro.eccle.& consi.137.cuius superscriptio incipit,de absolutione,col.1.& consi.401. licèt in causis,col. 2. Et excludit dispensationem Ioan. Ana.in c.qualiter,le 2,col.4. versi. & quod not. ext.de accu.vbi præterea dicit quod habet vim decreti.& Barb.con.19.scripsit propheta,col.7.li.1.Et vide Ro.con.82.quo ad id quod quæritur,in fi.

107 ¶ Et huc quoq; facit quòd hæc dictio, si nostris credimus,idem significat quod in totum vel ex toto, quæ est significatio illius dictionis omnino,quæ haud dubiè est latę sententię,vt supià diximus.Id enim asserit glos.in cle.1. in verbo,nullius,de præben.& Arch.in c.1.post prin. in verbo,penitus, de supp.negli.præla.lib.6. [& in c.1.colu.2.in verbo penitus, de cler.ægrotan. eo.lib.6.]& in c.ordinarii,ad fi.de offi.ordi.eod. lib.6.& Ioan.And.in ca.1. in verbo,penitus,de postul.præla.lib.6.in nouella. & Lucas Pen.in l. vlt.ad fi.C.de decur.lib.10.Cepo. causarum ciuilium consi.66.Titius,nu.27.& Alex.con. 13. visis & consideratis,col.3.vers.tertiò respondeo lib.2.& consi.72.visis & diligenter ponderatis, col.1.lib.2.quod repetitur consil.58.lib.6.& cõsi.72.habita,col.vlt.eo.lib.6.& consi. 173. visis depositionibus,col.4.versi. non obstant allegata,lib.7.vbi dicit probari ex tex.in l.1.C. de gladia.penitus tollen.lib.11.cum dicitur, omnino gladiatores esse prohibemus,iuncta ea.rub. sed in codicibus qui circunferuntur, in ea rub. tantum scribitur de gladiator. & quod voluit Ro. consi.81.quod reliqua,ad fi.Maria.Soc.post alios consi.21.visis & diligenter lectis,col.3. versicu. item ponderandum est,& Soc.ipsius filius consi. etiam.21.abunde & subtiliter,colum. vlt.lib.4. & in l.singularia,colum.4.versi.quarta conclusio.ff.si cert.pet.& in l.qui vsumfructum, colu. 3.versi. sed tu aduerte. ff. de verbo. oblig.Barb. consi.86,magnus dicit,col.7.versi. capio modò secundum articulum,lib.4.& Cepo. consi. causarum criminalium.134.si vnquam magnifice, colum.8.versicul. septimò. & consi. seq. in hac quæstione,colum.2.[Ias.in l.2.nume.171.& tu pondera.C.de iur.emphyteu.lib.6.]& ex Grammaticis antiquioribus Priscianus in lib. de 12. carminibus,cap.9. vbi dicit, penitus significare prorsus,quę dictio idem significat quod omnino, vt suprà diximus, & etiam satis probatur ex l.quidam,ibi,nullo ei penitus relicto.C.de fideicom.& in l.omnimodo,versi.si verò, ibi,nihil eis penitus reliquerint. C. de inoffi. testa.& in l.2.§.si quid autem, ibi, penitus in nullo peccare.C.de vete.iur.enucle. & in l.1. ibi, nullam penitus habeant potestatem.C.de offi.mag. mili.& in l.lege, ad fi.C.de legi.hære.cùm dicitur, cæteri gradus remaneant penitus semoti.& in l. 1.ad fin.C.de iure emphyteu.vbi in id est text. optimus,& alibi sæpissime.

108 ¶ Contrarium tamen, videlicet hanc dictionem penitus,non esse latæ sententiæ, videtur voluisse glo.in c.quisquis,in verbo, suspendantur,ext.de elec.quæ hæc verba illius tex.penitus suspendantur, intelligit per sententiam, quod & facit Inn. ibi, in eo verbo, & sequitur Pan.ibi etiam in fin.Et alia glos.in d.cap. Romana.§.vlti.de sen. excom. lib.6. vbi licet text. ita dicat, in vniuersitatem vel collegium proferri excommunicationis sententiam penitus prohibemus, tamen glos.ibi dicit, quòd si lata fuerit sententia excommunicationis, tenet. Et ex ea glos.dicit Fran.Aret.in d.cap. in causis, colum. vltim.ext. de testi. quòd aliquando hęc dictio non est canon latæ sententiæ secundum materiam subiectam. quod & idem asserit ipse Aret. in l.1.§.sed & si mihi,colum.4 ff.de verbo.obliga.& Ias.consi.173. circa primum consultationis articulum,colum.3.versicul. prętereà ad dictam, lib. 4.Ex quo intelligi facile est ex sua natura eam vim habere, sed ex subiecto argumento sua vi decedere, iuxta ea quæ diximus suprà in verbo, præteriti temporis, in fin. Et id quidem perpetuum est in omnibus dictionibus & verbis, vt semel id dicam. Nam & idem videmus in dictione omnino, quę sine controuersia vim habet latę sententię, eam tamen perdit ex subiecta materia, vt patet in cap. 1. iuncta glos.ext. de despon. impub. Sed & de nostra dictione penitus, vt hoc addam Aretin. habemus tex. in capit. si fortè, in fin. iuncta glos. in verbo, initium, in vltim.solut. de electio. lib.6.Et idem diximus suprà de dictione nullatenus,in 23. fal. & dicemus postea de dictione frustra,in 38.fal.

109 VIGESIMO SEPTIMO fallit,cùm dictio mox,additur verbo futuri temporis.nam

est

est latæ sententiæ,testimonio glos. in authen.de incest.nup.in princ. in verbo, imminere, & ibi Bartol.& Angel. & voluit etiam Cy. & Salyc. in authen.incestus.C.de incest.nupt.Bart.in l. Meuius.§. duobus.col.vlt. ff.de lega.2.& in l. imperator.ff.de iur.fisci,& in d.l.iubemus,la ij. §.sanè si hoc,colum.vlti.& ibi Bald.C.de sacro. eccles.& idem Barto.in d.l.si quis maior,col. 2.& ibi Bald.col.2.versi.vlterius no.Alexan. col.2.& Franc.Aret.in 7.not.Ias.in 13.no.& Aquen.colum.2.& Thomas Parpa.in repetit.in 23.not.& iterum in 26.not.& etiam Iacob.à sancto Geor. col.5.& Hiero.Cagno. etiam in repet. char. 61. num.144.C.de transactio.& rursum Batt. in d. authen.vt defun.seu.fune.eor. in princ. & Bald. in d.l.1.§.si pecunia.ff.deposiri.& in l.1.in fin.ff. sicert.pet.[& in authen.in donatione.C. de secun.nupt.in additio.]& in c.quia propter,colu. 4.versi.ibi mox,extr.de elect.& in c.bonæ,le 1. colum.vlt.versi.& scias,eo.tit.Ang.in l.in crimi nali,& ibi etiam Pau.Castren.C.de iurisdi. omn. iudic.idem Angel.in l.idemque. §. sicut. ff. qui potio.in pigno.habe.& in l.si quis in tantam.colum.vlti.C.vnde vi.& in authent. de nupti. §. si verò expectet.& in authen. vt sine prohib. mat. debi.& in authen.de litigio.in fin.& cons.371. multùm considero,colum.vlti.[Pet.Anchar.inter consil.Ioan.Calderi.titu.de verborum signi. consi.10.futurum tempus.]Paul.Castren.in l.1. colum.3.in vlt.no.ff.si certum peta.Aluar.in ca. 1.colum.2.tit.de feud.sine culp.non amit. Ioan. Plat.in l. penult. colum. 1. C. de dignit.lib.12. Roman. in l. 1. §. qui præsens, column. prima. [& ibi Franc.Aret.col.1. in fin. & Barbat. colu. 2.] ff.de verborum obligatio. Mathesi.d.singu. 112. Franc.Cre.d.singul.7. vbi dicit illam glos. sing.Corne.consi.246. videtur in hac consultatione,colum.pen.versi.itaque dictus,eod. lib.3. & consi.266.in hac consultatione,colu.3.versi. si itaque dictus, Antonius.eod.lib. 3. & consil. 309.circa primum quæsitum,colu.4.eod.lib.3. & consi.40.viso processu,colum.4.versi.ex quibus verbis,lib.4.Alexand.in l.diuortio , colu.4. ff.solu.matri.[& consi.139.viso puncto,colum. 2.lib.7.Philip.Franc.in c.in pœnis,de regul.iur. lib.6.]Angel.Aret.in §.extraneo,colum. 2.Insti. de pupilla.substitu.Francis. Aret.in l.si quis hæres,col.1.in secundo notab.ff.de acquit.hæredi. & in cap. si diligenti , col.4. de foro competen. Anastasius Platus inter consi.Barbat.consil. vlti. multos futuros esse,colum.4. versicu.in hoc articulo.lib.1.Gardi.Alexand.in §.callidis, col. 2. titu.de prohib.feud. ali.per Fed. Ioan.Ray. in §. pœna , in 8.q.& iterum 15.j. partis princip.eo. titu. Felyn.in d. cap. Rodulphus. Philip. Franc. in d.cap. quàm sit. §.cæterum, de elect.lib.6.& in cap.1.in vlti. not. de vit.& honest.cleri.eod. lib. 6. & in cap. in pœnis, de regu. iur. eodem quoque lib. [Iason in l.2.colum.3.versicu. secundò pondero.ff.de iureiurand.& consilio.118.in causa & quæstione,colum.vltim.lib.1.] Philip. Deci. consil. 235. in casu magnifici, column.3. versicu. venio igitur ad alia. Stepha. Bettrand. consil. 275. vilis pactis, nume. 5. Catel. Cot. in memor. incipien. mox,in fin.& Hippo. Mar sil.in dicta sua practica,vbi supra,& Pet. Rebuf. in repe.l.diuus,char.12.versi.nota ibi mox pargasse.ff.ad senatuscon.Sylla.Nam & ea dictio habet executionē paratam,vt dicit Ias.in l.2.colu. 3.versi.secundò podero.ff.de iureiut.quod probat tex.in l.si quis posthac, in princ. ibi , veluti manu iniecta mox vēdicet. C.de bonis proscri. & quod ibi scribit Ang. in prin.

110 ¶ Nec quempiam hactenus reperi qui neget[hanc dictionem esse latæ sententiæ,]præter Simonem quendam Columb. apud Aegidium Bellamer.consil.9. factum est tale,cùm esset lis, colu.8.Nā hæc dictio,inquit, habet spatium tēporis,quandoque quinque dierum,quandoque vnius anni,quandoque aliorum temporum,per multa iura quæ illic allegat. De quibus & tu vide glo optimam in cap.1.xx.quæstio.2.& in ca. quia propter,in verbo,mox,& ibi Panorm.in fi. prin.de elect.& Bald.in l.fructus,in princ. & ibi latissimè Iason colum.prima.ff. sol.matri.& Alexand. in l. diuortio, colum.3.& sequen. eodem tit.& in l.1.colum.10.versicu.in gloss.in verbo, mox,[& ibi quoque Saly.colum.vlti.] ff.si certum petatur,& Maria.in cap.in literis,column. 2.extra de mutuis peti.& Iason in l.Gallus.§. ille casus,post princ.ff.de libe. & posthu.& in l.si arrogator,col.3.versic. secundò diligenter.ff.de adoptio. vbi colligunt multa diuersa tempora, & ex iis quædam admodum longa, de quibus mox dicitur.

111 ¶ Sed tu hic dicito,quòd licèt mox varijs modis sumatur secundum subiectum argumentum,eius tamen propria ac genuina vis & natura est, vt accipiatur pro confestim,& sine interuallo,vt apertè sentit gloss.in d.c.quia suprà,[& gloss. in l. si patet , & ibi Bald. qui eam l.legit cum l. lex.Cornelia.ff.de vulg.& pupilla]& no. Barto.in d.l. 1.& ibi etiam Salycet. c ol. vlti. & recentiores.ff.si cert. peta.& Bald.in l. Gallus. §. ille casus,col.pen.versi.vltimo collige.[ff. de liber.& posthu.vbi & ex hoc casu dicit , quòd ex sua propria natura est canon latæ sententiæ,] & Cardin. Flor.consi. 29.iudex.colum.2.versicu. & de arbitro.& Imol.in l.diuortio. in princ.super gloss.in verbo statim,& ibi Alex.col.4. ff.so lut.mat.& in l.1.ff.de verbo. obligatio. & in d. cap.quia propter,col um.2.de elect.Ro. Franc. Aret.non semel;& Iason,in d.l.fructus. ff. solu. matrim.& in l.apud Iulianum.§.si Titius,col.2. versicu.quartò pondera. ff. de leg.1.& in d. l. si arrogator, vbi adducit alios concordan. Et id apertè probatur in l. ratum . ff.de solutio. vbi ita scribitur, ratum autem habere dominus debet mox,cùm primùm certior factus est,sed hoc ἐν πλάτει, & cum quodam spatio temporis acci-

cipi debet. Nam illud ἐν πλάτει, quod inemendatis codicibus deest, significat quod nos dicere solemus largo modo, scilicet non obseruatis iuris angustiis, vt declarat Alciat, in lib. 2. Dispunctionum. cap. 11, & iterum in lib. 4. de verbo. significatio. Ex quo potes intelligere, quòd cùm mox denotat interuallum, id fit ex larga & impropria significatione. Et bene facit text. in l. scimus. §. cùm autem. C. de inoff. testa.

112 ¶ Hãc tamen fallentiam, quam vocant, cũ cæteris similibus, velim intelligas, nisi hæc dictio & similes quæ sunt latæ sententiæ, iungerẽtur verbis necessariò requirentibus sententiam siue ministerium hominis, verbi gratia si diceretur, mox vel protinus condemnetur, vt in l. 2. C. vt lit penden. Ex tunc condemnetur, vt in ca. excommunicamus. §. qui autem, ext. de hæreti. vbi Vincen. no, ea verba esse ferendę sententiæ, quamuis Hosti, Ioan. And. & Ioan. Ana. aliud sentiant, sed non per illum text. verùm ob alia iura. Idem si dicatur, mox audiatur, vt in l. momẽtariæ. C. vnde vi. Illico reddat, vt in l. si quis. C. depo. Protinus exigatur, vt in l. missi. C. de exac. tribu. lib. 10. Penitus absoluatis, vt in c. vlt. extr. de offic. Archid. Protinus absoluendus, vt in ca. cùm contingat, de offic. deleg. Penitus cassanda, vt in cap. tuæ, extra de præben. Penitus rescindatur, vt in cap. cum esses, ext. de testa. Protinus absoluatur, vt in c. venerabilibus. §. porrò, versi. idem est etiam, de senten. excomm. lib. 6. Mox absoluatur, vt in eo, c. §. sanè, versic. si verò. Penitus excludatis, vt in cap. quoniã, ext. de fili. presby. & in c. cum in eccl. in fi. extr. de maio. & obed. Omnino infirmanda, omnibus modis priuetur, expellatur, deponatur, & cætera id genus quia tunc non sunt latæ sententiæ, nempe repugnante natura verbi, sed accelerãt accedunique vim executionis, vt per Fel. in d. c. Rodulphus, colum. 19. versi. verbum aliàs importans, & rursum col. 23. versi. considera quòd aut verbum, ext. de rescript. vbi adducit quædam iura. Nam & iudicium reddunt summarium, vt not. Bart. in l. res quæ. §. 1. ff. de iure fisci. & in d. l. si quis, & ibi quoque Bald. & Ang. C. depo. Imol, in l. naturaliter. §. nihil commune, & ibi Ias. numer. 175. ff. de acquir. posses. [Rom. & Barb. in l. 1. §. qui præsens. ff. de verb. oblig. & Franc. Aret. in l. cum res. §. 1. col. 1. versi. secunda conclusio. ff. de lega. 1. & glos. prag. sanctio. titu. de concubi. §. necnon, in verbo, mox. Et] bene facit quod not. Bald. Paul. Cast. & Ias. in d. l. 1, C. vt lit. pend. & Franc. Aret. in d. l. si quis maior, col. vlt. C. de trãsac. Vide tamẽ quæ dicam de verbis expellatur, & priuetur, infra in 56. & seq. fal. de verbo autẽ excludendi, vide glo. in c. cupientes. §. cæterùm, in verbo, excludentes, de elect. lib. 6.

113 VIGESIMO NONO cum dictio confestim sit eiusdem naturæ & significationis, vt probat text. in l. placet. ff. de acquir. hære. vbi hæc dictio nec momentum quidem aliquod patitur. & in l. amissi. §. fideiussores, ff. de fideius. & in l. idem est, §. cùm igitur. ff. de vi & vi ar. [& in l. vl. §. vl. ff. quod vi aut clam, & in l. Titius, §. qui fideicommissariam, ibi, si cõfestim vel post tempus. ff. ad senatuscon. Trebel.] & in §. omnis, & ibi glo. Instit. de verb. obl. Et illud Tullij Philip. 5. Rem administrãdam arbitror sine vlla mora, & cõfestim gerendam censeo. Et paulò pòst. Bello, inquam, cauendum est, idque confestim, legatorum tarditas repudianda est. Ideoque etiam hæc dictio est latæ sententiæ, vt tradit Bartol. in d. authe. incestas. C. de incest. nupt. dum quærit vtrum bona ibi confiscantur ipso iure, an per sẽtentiam. Et text. inquit, in corpore authen. vnde sumitur ea authen. dicit ipso iure, quia dicit confestim. & idem Barto. in l. 1. colum. 2. versi. præterea verbum. ff. iudic. sol. vbi dicit quòd hoc verbum importat, vt non requiratur noua sententia. & Philip. Francis. in d. cap. in pœnis, de reg. iur. lib. 6. & Francisc. Aretin. in d. §. qui præsens. [Et tu interim vide text. in l. 2. §. confestim autem. ff. ad senatusconsult. Tertulian. & in l. tutor. §. 1. ff. de administrand. tutor. vbi cùm primùm dixisset, debuit enim confestim suo officio fungi, post ea id interpretatus subdit, non quidem præcipiti festinatione, sed nec moratoria, & Raph. Co. & Iason in l. de pupillo. §. quis fortè. ff. de oper. no. nuntia.]

114 TRIGESIMO idẽ quoque in dictione incontinenti, quæ & ipsa idem significat, affirmat ipse Bart. in d. l. imperator, ff. de iure fisci. [Bald. in l. lecta, colum. vlti. ff. si cert. petat.] Angel. in d. l. in criminali. C. de iurisdict. omn. iudi. & in d. l. si quis in tantam, colum. vlti. C. vnde vi. & in d. authẽ, de incest. nup. in princ. & in d. authent, de litigio. quib. locis suprà citauimus. & in d. §. si verò expectet, in authent. de nupt. & rursum in d. l. 1. C. de pœna iudic. qui malè iudi. & Angel. Aret. in d. §. extraneo, col. 2. Instit. de pupil. sub. Nam vt etiam dicit Bald. in l. lecta, in fi. 2. lect. ff. si cert. pet. cum hęc dictio profertur à lege, trahit secum executionem iuris. Et facit glos. in clemen. 1. versicu. nos igitur, in verbo, incurrant, de vsur. iunctis not. super ea per Pau. Liaz. Guil. Laud. Imo. & Car. Flor. exponentes gl. illam, quæ adiecerat ad verbũ incurrant, scilicet incontinenti, id est, ipso iure. [Nam licèt hoc verbum variis modis sumatur ex subiecta materia, vt per glos. & doctor. in c. an sit, extr. de appellat. & latè Rom. & Barb. in l. 1. in princip. ff. de verbor. obligat. & text. in l. 1. §. item si ita. ff. ad legem Falcidiam, tamen ex propria eius natura (quod etiam de dictione mox, diximus) significat sine interuallo, vt etiam probat glos. in cap. quia propter, in verbo, mox, extra de electione, cum exponit mox, id est, incontinenti nullo actu intermedio. & text. in l. quod ait. §. vlti. ff. de adulter. interpretatur incontinenti, veluti vno impetu.]

115 TRIGESIMOPRIMO idem & in

dictione

dictione illico, quæ & idem significat, vt patet ex l.idemque.§.cui mandaueto.ff.manda.asserit idem Angel.in d.l.in criminali,& in d.l.siquis in tantam, & in d.§.si verò expectet, in authen. de nupt.& d.consi.371.ad fin.Lucas Pen.in l.vltima col.2.C.de specta.lib.11.[& Pet. Anch.inter consi.Ioan.Calder.tit.de verb.signifi. consil. 10.an futurum tempus,] Ange.Are.in d.§.extraneo,Instit.de pupil.subst. Cremen. d. singul.7. Franc.Aret.in d.§.qui pręsens.Card.Alexā.in d. §.callidis,tit.de prohib.feud.ali.per Fed. & Iasō in l.posthumo,col.7.versi.pro qua op.C. de bono.possess.contra tab.Et facit tex.in §.filiusfam. versi.sed ex constitutione,iuncta glos.in verbo, illico,Institu.quibus mod. ius patr. pote. sol. & tex.in l.vlti. C. de fideicom. liber. cùm dicitur, censemus illico ad libertatem capi seruum. Nā quod ipso iure intelligatur, patet ex iis quæ sequuntur,& illum quidem liberum esse. & in l. vlt.C.de iudi.dum exponit illico, sine vlla dilatione.Et hoc confirmat quod scribit Barto. in l. si quis.C.deposi.hanc dictionem habere executionem paratam vt rem iudicatam, nec requiri aliam condemnationem,quamuis Bal.ibi id neget.Tu autem vide Alex.cons.42. viso processu. colum.1.versi.nec pręd ictis obstat.lib.4. Et tex. simul iungētem,illico modis omnibus, in dicta l.si quis.C.deposi.

116 TRIGESIMOSECVNDO in dictione statim,vt quæ eandem significationē habeat. l. 1.in fin.ff.de solu.vbi exponit in re pręsenti, id est, statim. & in l. si usus fructus.§.vlti. ff. quandodies lega. ced. [& in l. si finita. §. non autem statim. ff. de damn. infect. vbi statim dicitur cùm non est interuallum, & l. cum quidam.ff.de lega.2..cum dicitur & statim offerat,sine aliquo scilicet interuallo.]& ī l. ex morte, in fin. C.de pact.conuen. Illud quoque obtinet, vt designet latam sententiam, secundum gloss. in l. commissa, in verbo, statim.ff.de public. & vectigal. & in l.vlti. in fin. C. de bon. quę liber. & in §. primo, in verbo, statim. Institut. qui. non est per. fac. testa. & in capitu, cum excommunicato,vndecima quęstio.tertia. Bartol. in dicta l. iubemus, la secunda.§. sanè si hoc. colum.vlti. C. de sacro. eccle.& in d. l. imperator. ff. de iur. fisci, & in d. l. prima [circa medium.] ff. indica. sol. & in d. l. Menius. §. duobus,colu.vlti.ff.de lega.secundo,& in d.authent.de incest.nupt.& ibi etiam Angel. & ipse Angel. in d. authen.de litigio. & dicto consilio 371.quibus locis suprà citauimus.& in §. si verò expectet,in authen.de nupt.& in d.l.1.C.de pœna iudi.qui ma.iudi.& Saly. in d.authen. incestas. C. de incest.nupt. Domi.in d. cap.quàm sit.§.vlt.col.vlti.& ibi etiam Philip.Franc. super glo.vl.de elect.lib.6.Imol.in c.si diligenti,colu. 2.versi.in gl.perdant,ext.de for.comper.& in c. vlti.colum.18.versicu.sed certè vbi statutum,de pręscri.[Pet.Anch.inter cons.Io.Cald.quo loco citauimus,in præceden.versi.]Aluar. in d.ca.1. col.1.tit.de feud.sine culp.non amit.Pau.Castr. consi.68.in casu præsenti puto sic dicendū,post princ.lib.2.Ioan.Plat.in l.pen.col.1.C.de digni. lib.12.Philip.Fran.in d.c.1.in vlti. not. de vita & hone.cleri.lib.6.& in c.si pater,col. 32. versi. quid autem sit,de testa.eod. lib.6. & in c.2.§.inhibemus,de hæret.eod.lib.6.Angel.Aret.in d.§. extraneo.& Fran.Aret.in d.§. qui præsens. [& in l.si quis maior,in 7.not.C.de transactio.& in l.qui à latronibus.§.si quis capitali,col.3.ff.de testa.Alex.consi.139.viso puncto,colu.2.libr.7.] Ioan.Ray.in d.§.pœna,in 8.q.& iterum in 15. primæ partis principalis, titu. de prohib. feud. ali.per Fed.Iason in l.diuortio,in prin.col. 3.ff. solu.matrimo.[& consi.191.placet mihi, col.1. in fin.lib.2.]Fran.Purpu.in l.1.char.21.versi.& ponderanda est,sub num.602.ff.de offi.eius cui mand.est iurisd.& facit quod scribit Ang.in l.si quis posthac,col.1.C.de bon.proscrip.

117 ¶ Et est text.de hac re apertissimus, à nemine[ex tot huius sentētiæ assertoribus,aut alio quonis]quem legerim,annotatus,si me memoria non fallat,in cap.literas, extra de concessio. præbend.cū dicitur, vtrùm cùm aliquis de vna præbenda eligitur ad aliam, statim prior vacare incipiat,an per sententiam debeat adiudicari.vides enim ibi,statim,& per sentētiam,veluti opposita poni,vt proinde statim significet sine sententia,& ipso iure.

118 ¶ In contrarium tamen facit tex.in l.in suis.ff.de suis & legi.hæred. cum ibi dicitur in hæc verba,statim ipso iure hæredes existūt. Nā si dictio statim, sola, ac nullo alio adminiculo suffulta, ipso iure significaret,cur in eo text. ea verba,ipso iure,essent addita?Sed dic ob id fuisse adiecta,vt rem clariorem efficerent, secundū ea quæ diximus supra in verbo præsentis temporis,versi.25.inci.sed quod his respōdeatur.quæ quidem ex eo redduntur certiora, quòd hæc dictio statim,de qua nunc tractamus, hauddubie ac sine controuersia latam sententiam demonstrat,& tamē ei addita sunt illa verba, ipso iure.

119 ¶ Sed & in diuersum quoque vrget, quod hæc dictio statim, dicitur etiam de re quæ fit ex interuallo, vt probatur in d.l. diuortio, in princip.iuncta glos.in verbo, statim. ff. de iur. fisci, vbi dicitur de viginti annis. Et aliàs secundum subiectam materiam dicitur de longiori aut breuiori tempore, vt per glos.in cap.quicunque, in verbo, statim.77.dist. & in cap.1. extr. de mut. pet. & per Bart. & alios in l.1. §. qui præsens, in fin. ff. de verbo. [obligat. & Lucam Pen. in l. diui. C. de succept. præpo. & archar. libr. 10. & in l. actuarii. C.de erogat.milit.anno.lib.12.]

120 ¶ Sed ad hoc dicendum est quod suprà de dictione, mox, quæ est eiusdem significationis, diximus, videlicet hanc dictionem nonnunquam dici de interuallo, sed im-

propriè ex subiecto argumento. Verùm ex vi propria nullum habet interuallum, secundum Bald.& Alexan.in d.§.qui præsens.& Imo.in d. l.diuortio,in princ.col.penu,& ibi Ias.col.3.[& Fran.Aret.in l.cùm res.§. 1.in 3.not.ff.de legat. 1.]& probat text.in l.tutor qui repertorium.§. vsuræ.ff.de admini.tut.& alij suprà in princ. citati,atque etiam optimus text.in l.si quis in suo in princ.C.de inoffic.testa.vbi & illud præterea satis probatur, hanc dictionem non postulare iudicium aut sententiam,quamuis à nullo illorum qui id dixerunt,fuerit citatus. Quòd si sententia requiratur ex subiecta forte materia,tunc ostendit summariam cognitionem secundum Bart:& Angel.in l.1.col.2.ff.iudi.solui.

121 TRIGESIMO TERTIO quod in superioribus dictionibus, idem & in dictione protinus,habet locum,quæ & ipsa est latæ sententię,secundum Hosti.in c.in quibusdam, extr.de pœnis.& Imo.in d.cap.vlt.vbi suprà, de præscr. Domi.& Philip.Fran.in d.c.quàm sit,vbi suprà de elect.lib.6.Franc.Are.in l.in illa stipulatione in princ.per illum text.& ibi quoque Ias. col. 3. versi.sextò pondera,ff.de verbor. obliga. [& in l.3.§.in amittenda,col.1.in 2.not.ff.de acquire. possess.]Iac.à sancto Georg.in d.l.si quis maior, col.5.C.de transact.

122 ¶ Nam vt dicit Baldus, & post eum Pau. Cast.& Ias.in l.2.C.vt lit.pend.hęc dictio excludit omne interuallum, & quemcunque processum,allegantque not.in simili in d.authen.de incest.nupt. vbi glos. & doct. dicunt de dictione mox,id quod suprà diximus, scilicet habere eā vim latæ sententiæ, tanquam & hi sentiant eadem vim & significationem vtranq; habere. Sed & glos.in §.illud proprium, qui est pe.Insti.de adop. exponit protinus, id est statim, quod & idem facit glos.in §.1. Institut.de hære.quali.& diffe.& in §.idem iuris,qui est 2.versicu.nec in pendenti.in verbo,protinus,Insti.de inutil.stipul.& in l.diuortio,in verbo, si non protinus.ff. de nego.gest.[& in l.eas causas, in princip.ff.de condi.& demonstra.] & in c.cum olim, in verbo,protinus,ext.de offic.deleg. & Dyn.in d.l.3. §.in amittenda,& ibi quoque Alex. qui sequitur illud dictum Bald.in 1. nota.& Ias.in 3.not. qui item illud sequitur,de acquiren.possess. Lucas Pen.in l.Circensium.C.de decur.li.10. Frā. Aret.in l.1.colum.2.in 3. not. ff. eod. & in l.1. colum.2.in princ.[& ibi quoque Alexand.colu. vlt.]ff.de verbor.obligatio.vbi Francis.ipse dicit sing.illud dictum Bald.[& Catel.in memorabil. incipient protinus.] & ex vetustissimis Grammaticis Caper in lib.de orthographia,& latinitate verborum. In huncque sensum trahunt ipsi Grammatici illud Vergilianum li.4. Aeneidos.

Protinus ad regem cursum detorquet Hiarbas.

Nec tamen id minus probat illud eiusdem libr. 10.

Traiecto missa lacerto

Protinus hasta fugit,seruatque cruenta tenorem.

Et apud nos tex.[in l.à quo fundus,& ibi Bald. ff.de dam.infect.&]in d.l. in illa stipulatione si calendis.ff.de verbo.obliga. vbi quod per statim prius dixerat,mox per protinus idem dicit.& in l.Lucius Titius.§.Caio.ff.ad senatuscon. Trebe. vbi econuerso quod primum per protinus quæsiuerat,id per statim respondet. [& in l.liberto. §.vlt.ff.de annuis lega.vbi etiam id quod primū per protinus dicit,per confestim repetit.] & in l.diuortio.ibi,non enim.ff.de nego. gest. Quin & illud Bald.dictum apertè confirmat text. in l. non abs re. C. vnde vi. cum dicitur protinus id est non expectato iudiciorum ordine. Quē quidem text. non possum non mirari fuisse à gloss. Bal. & aliis suprà citatis animaduersum.

250 ¶ De qua re est text. optimus in §. cùm igitur, in authen. de non elig. secun. nu. ibi, nec est lex aliquid tale dicens. Cuius authoritate Bald. in authen. ex testamento, colum. penulti. versicu. modo quæritur. C. de secund. nup. dicit id quod lege non est cautum, non inducere, priuationem & ad hoc quoque not. illum tex. Ioā. Ana. in c. 1. colum. 2. extr. de maled. & Alex. in l. etiam. § j. colum. 3. versi. confirmo. ff. solu. matrimo. vbi illum dicit not. & d. cōsi. 103. colum. penulti. versi. pro hoc facit, lib. 1. & dicto consi. 124. in fin. eod. lib. 1. & consi. 92. perspectis diligenter, colum. 4. versicu. condescendo ad quintam, lib. 6. vbi dicit illum text. esse ad hoc not. Barb. in c. 1. colum. 8 extra de offic. delega. & in repe. c. Raynaldus, cha. 44 extra de testamen. Iason latè in l. 1. column. vltim. & ibi quoque Aquen. column. item vlti. C. de transaction. & ipse Iason in l. si quis maior, columu. 2. & ibi Thomas Parp. in repetit. in 17. notab. in 3. quæstion. eod. tit. & idem Iason in l. illam, col. 3. versicu. addo ad regulam. C. de collat. vbi dicit illum tex. esse ad hoc sing. & in l. ex facto, colu. 9. versic. contra Barto ff. de vulga. & pupil. substitu. & in l. quod te, colum. antep. versicu. breuiter ego teneo. ff. si cert. peta. & in l. diuortio. §. si fundum, colum. 3. versi. ego puto quòd ista. ff. sol. matri. & Felin. in c. translato, colum. pen. versicu. item vbi imponitur. & in d. c. 2. colu. 1. extr. de rescrip. & Franc. Rip. in d. rubr. de iudi. col. 3. & Thomas Parp. in repe. l. 2. col. 7. versic. præterea de adulterio. ff. sol. matr. & Nic. Eueral. in locis legalib. in loco à simili, col. vlt. vbi dicit illum tex. non solere ad hoc allegari. Sed & ex

Illo tex.dicit Bald.in l.si.pater, colum.3.versic. aduerte quantum.C.de inst.& subst.quod caret lege,non curat legis minister.

251 § Est & tex.quoq; optimus in cap.is qui, in princ.de senten.excom.lib.6.per quem dicit Domi.consil.105. super dicto dubio, colum.3. versi.secundò arguitur, quòd pœnæ non sunt imponendæ ex magistrorum opinionibus, sed in casibus tantùm expressis.ad quod etiam allegat c.si habens.23.q.3.& cap.Rom.de supplen. neg.prælat.lib.6.& glo.in c.porrò,in versi.separari,de diuor.Cui adde & tu tex.in l. at si quis. §.diuus.ff.de relig.& sumpt. fune. cùm dicitur eum hæredem qui prohibet funerari ab eo quẽ testator elegit,non rectè facere, pœnam tamen in eum non esse statutam.quem tex.ad hoc quoque not.Barb.consi.11.scripsit bellissime, colu. 3.versi.modò si dicatur,lib.1.& consi.16.clemẽtissimi Dei,colum.1.eod.lib.1.& consi.24.illud afferam,colu.1.eod.libr.1.& consil.46 præclarè scribitur,col.2.eod.lib.1.& consi.51.scripsit sapientiæ fons,col.17.versi.capin nunc alium,eo. lib.1.& consi.61.scribitur Sapientiæ septimo, col.pen.eod.lib.1.& consi 9 præclarè scribitur, col.7.versi.præterea facit,lib.2 & Iason in d.l.diuortio.§.si fundum, vbi suprà.ff.solu.matri.& in d.l.illud,colu.3.versi.addo ad regulam C.de collation.& Philip.Dec.in d.rubri.de iud. & in. authen.qui rem, colum.2.C.de sacro.eccle.[& consi.pen.cuius supra scriptio incipit,si statutũ, column. 2. versiculo sed tamen vlterius, & consil. 163. non fuisset propositi, column. 2. versicul. & hoc confirmatur.] & ante eos Bald.qui eum dicit notat.in l.nemo martyres, post princip.C.de sacrosanct.eccles. Adde item tex.in §.quia verò Leonis,in authen.de non alie. per quem dicit Bald in l.super chirographis, in 3.notat.C.si certum petatur, quòd pœna nunquam imponitur nisi in casibus à l.expressis, & tex.in l. si seruus.§ prætor ait,versi.non dixit prętor.ff.de acquir. hæred. & in c.1.§.illud, & §.porrò,tit.quæ fuit pri.cau.amit.benefi. quas & in id expendit Francis.Cur.consi.63.antiquissima,col.13.versic.quintò etiam respondendo. Adde & glo.in c.1.81.dist.& in summa 15.q.8. quæ dicunt nullum crimen inducere depositionem, nisi specialiter à canone sit expressum.& quod scribit Bal.in l.improbum. C.ex quib.cau. infamil.irro.quòd vsurarius nulla pœna criminaliter afficiendus est, cùm nulla lex hoc dicat,& sequitur Saly.ibi,& latè Phil.Dec.consil. 170.viso themate, col.2. versi.2. principaliter.

252 § Hæc autem quæ diximus, & probauimus,verbum dubium censeri potiùs esse ferendæ quàm latæ sententiæ; velim intelligas cùm agitur de pœna imponenda, vel alias sumus in materia odiosa,in quibus etiam terminis locuti sumus.nam & huc conueniunt omnia quæ in eam sententiam diximus. Quòd si in alia materia loqueremur, in qua fauorabilius esset interpretari verbum dubium in sensu directo, id est, vt ipso iure,& sine alterius adminiculo intelligeretur,ita potiùs esset intelligẽdum quàm in sensu obliquo, vt expressè voluit Cornel. loquens in casu nostræ legis, vt scilicet quia est fauorabilis, debeat interpretari in dubio ipso iure, consil.15. ex quo dictus Franciscus, column.5. libr. 1. Et hac tantùm ratione motus, quòd odia restringi,fauores ampliari decet.ca. odia.de reg.iur.lib.6.

253 § Sed & hoc ex eo apertè probatur,quòd in materia substitutionum in dubio debet intelligi substitutio potiùs directa quàm obliqua, vt non obscurè innuit tex. no.in l.vlt.vbi hoc not. Saly.Fulgo.Alexan.C.de hæred.instit.& est tex. apertissimus in cap.si pater, & ibi Ioan.And.in nouella.Pet.An.col.5.in 19.not.Domi.in versi. præmissæ,in 1.not. & Philip.Fran.in 14.not. de testamen.lib.6.& voluit glo.in l.verbis ciuilibus, in fin.& ibi Bald.qui eam dicit sing.de iure ciuili,& Ang.qui etiam dicit singul.Paul. Cast.& Alex.ff.de vulga.& pupil.substi.& Bart. [cons.13.ex facto proposito,col.4.ver. restat de secũdo.&]con.15.in nomine,& c.pater habens filium,col.2.versi.ad secundum,[& consi.244. fuit quidam de Assisio, colum.3.& Fran.Tigr. inter consi.illius consi.152.& ego Franciscus.] Bald.in l.Centurio,[col.2.vers item & ratio,& ibi Ang.colum.3.versi.sed huic decisioni.ff.de vulga.& pupil.subst.& idem Bald.in l.precibus, col 13.ver.vnum etiam aduerte.C.de impub.& aliis subst.]& in l.vlt.paulò ante fi.C. de sacro. eccle.[& in l.si quis ita, per illum tex.ff.de vsu fruct.& in l.vlt.col.1.C.de hæredib. institut.]& in c.1.col.vlt.in 2.lect.extrà de iudiciis,& cons. 35.pater filio,circa mediũ,li.2.[& cõs.422. verba testamẽti,li.j.& cõs.35.pater,in princ.libr.2. & cõs.35.decreto, in fin.lib.3.& consi.412.statutũ,circa medium, eod.libr.3. & consil. 296. mittendum est, circa medium, libro.4.& consil. 175. præmissis verbis, column.1.libr. 5.] Angel.consil. 125. hoc est testamentum, column. 2. versicul. huic descendit. Raphael. Com.consil.2.proponitur quòd Ser. Blancus. column.3.Petr.Ancar.consil.8.difficultas quæstionis, colum.1.[Paul.Castren.in l.1.column. 2.C.de pact. inter empt. & vendi.Roma.consil. 503. diligenter inspectis, column.2.versicul. secundò probatur.Francisc.Aret.consi.155.periculosum est, column. 2. versicul. quòd autem ista pars. Alexand.consil.12.attentis verbis testamenti, column.3. versicul.rursus posito, lib.3.]& Philip.Corn.in l.precibus, colum.16. versi.dicit tamen Ang.C.de impub.& aliis substit.[& consil.47.videtur prima facie,colum.2. lib.1.& consi.295.videtur in hac, colum.2.eo. lib.1.& consi.112.quanquã videatur,col.4 ver. nam præmittenda est, lib.2.& consil.237.circa primũ,col.2.ver.aliud autem,eo.lib.2.& consi. 316.videtur, colum.2.lib.3.& consi.138.nulli du-

li dubium,colum.3.versi.pro quo facit,lib.4.& quisquis est inter consi. Alex.consi.14.adsit,col. 5.versi.non enim filij,lib.4.]& Soc.in l.1.colu. 7.versicu.confirmò istam.ff.eod.tit.[& Ias.in l. Marcellus quę est 3.in prin.col.6.versi.ad tertiā inductionē.ff.ad S.C.Treb.]& Phil. Dec.consi. 95.cuius superscriptio incipit,substitutio facta, col.2.& cōs.371.in causa magnifici militis,col. 2.vers.& hoc etiam confirmatur,& iterū col.vl. versi.non quod potiùs.vbideclarat quomodo id intelligatur. Nam in his fauorabilius est directum, quam obliquum,vt colligitur ex l.vlt. C. de his qui à non dom.vbi id not.Bal.Et vide quę diximus supra nu.9.incip.porrò Corn.

254 POSTREMO scias huiusmodi verba sub pœna excōmunicationis,centum librarum, aut alterius rei,vel etiam hæc,sub interminatione anathematis, vel simpliciter sub excommunicatione,non esse latę sententię,[vt non obscurè probat tex. si modò paulò penitiùs introspiciamus, in d.c.relatū,de iure patr.nā ibi primū dicit,sub anathematis interminatione prohibere cunctis. Subdit autem postea, si quis autem prohibitionis vestræ contemptor extiterit,eum excommunicationi subdatis, quibus postremis verbis satis ostendit illum nondum fuisse excōmunicatū ex illa interminatione anathematis.& hoc etiam no.gl.vlt.Hostie.Ioan.An.Collect. & Panor.ibi.

255 ¶ Et hoc quoq; voluit gl.in c.]cùm esses, in glos.vlt.&ibi Tancre.Inno.Host.& Ioan.An. ext.de test.& in c.cum ecclesia,in verbo,anathematis, & ibi Hostien.& Ioa.An.extra de immu. eccle.& in c.dolentes, in verbo, sub pœna, & ibi etiam Vincen.Hosti.in eodem verbo, & Io. And.col.vlt.ext.de celeb.missl.& gl.in c.1.& ibi etiam Panor.& Io.Ana.& alij.ext.de sagit.& in c.sicut tuis,& ibi Collecta.in prin.Pan.Io. Ana. & Fel.extra de simo.& in ca.2.ext.de mat.cont. cont.inter eccle.& in capit.1.& ibi etiam Inno. ext.de eo qui fur.ordin.susce.& in c.salonitanę. 63.distint.& in cap.non solùm,in verbo,sub pœna,de regul.lib.6.& in capit.1.in fin.& ibi Domi.de biga.eo.lib.6.& in cle.1.in prin.in verbo interminationem,de exces.præla. Zenze.in ext. Io.22.incip.quorundam, ver.ideoq; omnes,in verbo, sub excommunicationis pœna. Hosti. in summa tit.de sagit.versi.sed nunquid, & seq.& iterum titu. de senten.exc. §.3.in 24.casu canonis latæ sententiæ.Bal.in c.P.& G.col.2.ver.not. quod licet, ext.de offic.deleg.[Petr.Anc.consil. 251.ex his quę superiùs,col.2.]Imon.qui hanc dicit esse communem op.in c.1.col.2.ver. & aduerte,& ibi etiam Pa.ext.de loc.idem Pan. in c. dura,in 1.not.ext.de crim.fal.Domi.d.consi.23. quia diffuse per patres meos,col.2.Paul.Cast.& Ias.in l.ad diem,in 1.no.ff.de verb.oblig [idem Pau.Ca.cons.99.quia per suprascriptos,in prin. lib.1.]Cepo.latè cons.criminaliū cons.13. stāte quodam decreto,col.2.versi.& secundum istam op.[Alex.cons.103.videtur prima cōsideratione,col.pen.ver.item posito,lib.1.& Barb. in ca. Raynaldus,col.101.vers.octauo adduco, de test. vbi aliter declarat quàm alij.]Steph.Bertr.cons. 28.existentes,num.5.lib.1.Philip. Dec.in l.non videtur.§.in pœnalibus,in prin.ff.de reg.iur. Et facit quod scribit Inno.in c.cùm in tua, ext.qui matr.accus.poss.

256 ¶ Sed hoc tamē primo loco limitabis procedere,vbi lex aut iudex illis verbis vtitur,secus si paciscentes aut contrahentes, verbi gratia, si quis promittat sub pœna centum.Hęc enim verba eam vim habent, vt nisi id fiat, quod actum est aut promissum,ea pœna ipso iure debeatur, ad idque agi possit,per tex.in d.l.ad di.ff.de verbo.obli.quem ad hoc not.Pau.Cast.& Ias.ibi,& ad hoc quoque facit tex.in l.rescriptum.§.si pacto.ff.de pact.vbi glos. in verbo, vtraque, facit hanc differentiam inter pœnam legalem,& conuentionalem. Ex quibus potes intelligere non verum esse quod scribit Fel.in d.c.sicut tuis, in 2.limitatione,ext.de simo.

257 ¶ Limita secundo procedere,nisi posteaquam is,cui sub pœna excommunicationis aliquid iussum fuerat,non id fecit, iudex declaret voluisse se excommunicare re non impleta, secundum Host.in d.ca.1.extr. de sagit.& Guil.à mont.Laud.in d.cle j.& ibi Imo,col.2.de.exce. præla.Non nocebit tamen talis declaratio impetrationi beneficij, & aliis actibus interim factis ante ipsam declarationem,cùm agitur de graui aliquo præiudicio,vt asserit Pan.ibi,quia declaratio producit effectum ex eo tempore tantùm quo fit,nec retrotrahitur secundum Ioan. Ana. ibi,quem sequitur Felin.in d.c.sicut tuis, extr. de simon.qui & ad hoc dicit facere glos.singul. in capitu.apostolicæ, de cleric. excommun.quæ dicit valere impetrationem beneficij ab eo factam, qui probabiliter ignorabat se esse excommunicatum.

259 ¶ Quin Card.Alex.in d.c.salonitanæ.63. dist.in nullo casu admittit illud dictum Hostie. quia non creditur,inquit,verbo iudicis in præiudicium partis,per gl.in c.sicut,ext.de senten. excom.Subditque facere quæ habentur in c.cū à nobis, extr.de testib.cum simil. Et huic sententiæ accedo, cùm huiusmodi iudicis declaratio siue interpretatio sit contra vim ac naturā verborum per ea quæ latè diximus suprà in verbo, libertis, numero 1. Nam & ipse Hostien. in summa d.titul.de sagit.vbi suprà citauimus, tradit hæc verba non esse latæ sententiæ, nisi proferens aliud intenderet, subditque tum demum cōstare de intentione, si id ipse proferens expresserit: aliàs, inquit, non esset à verbis recedendum esse iudici, sed antequam declarauerit, excusatur non seruans sententiam. Quanquam Guil.& Imol.in d.cle.1. de exces.prælat. fuerunt in hac sententia, vt facta declaratione effectus pœna retrotrahatur.

259 ¶ Limita tertiò, nisi lex aut iudex ita dixerit, sub excommunicatione, quam statim contraueniendo incurras. Aut sic, sub pœna excōmunicationis, quam ipso facto incurras. Aut etiam sic, sub pœna excommunicationis, quam exnunc prout extunc, vel simpliciter exnunc (ita enim nostri loquuntur) proferimus, vt de primo voluerunt omnes in d.c. vnico, de sagit. De secundo Pan. post alios in c. præterea requisisti, colum. pen. ext. de appel. De tertio Pau. Ca. & Ias. in d. l. ad diem. ff. de verb. obli. De postremo Panor. in cap. secundo, de mat. contr. con. inter. eccles. Ex quibus potes facilè intelligere, idē esse in similibus verbis. Nam & Host. in d. capit. sicut tuis, col. 2. versi. sed nunquid hæc verba, dicit quòd si iudex simpliciter dicat, sub pœna excommunicationis, quam cōtraueniens incurrat, habent vim sententiæ. Idemq; si dicat, sub sententia excommunicationis. Nam illud verbum sententia, declarat esse latæ sententiæ, vt voluerunt Host. & Ioan. Anan. in cap. innotuit, in verbo, sententia, extr. de eo qui ord. fur. sus. Sed & idem si dicatur, sub interpositione excōmunicationis, vel sub interminatione, vt dicit glos. in d. c. relatum, de iure patro. Sed quantum ad secundum ea gl. est cōtra tex. ibi, vt ibi etiam no. Host. & Io. And. ibi. Idem si postea verba, sub pœna excommunicationis, hæc & similia subiiciantur, quod si quis contrà fecerit, sciat se excommunicatum, secundum eundem Host. in c. non minùs, in verbo, sub anathematis districtione, & ibi quoq; Ioan. An. in illo verbo, districtione, extr. de immunita. ec. per text. ibi, cui adde similem text. in c. clericis, extr. ne cle. vel. mo. & ibi quoq; Host. & Ioā. And.

260 ¶ Idem denique si dicatur simpliciter sub pœna, vel sub banno, secundum Host. qui hanc facit differentiam inter hæc, sub pœna excommunicationis vel banni, & sub interminatione excommunicationis vel banni. illud enim esse latam sententiam, hoc minimè. Ita enim voluit in d.c. 2. de mat. cōtrac. cō. interd. eccles. sed huic oēs aduersantur. Et cōtra Host. facit tex. in cle. 1. ver. nos tam, de relig. dom. quę ad illa verba, sub pœna excōmunicationis, mox hæc addit, quā in cōtrariū faciētes incurrere volumus ipso facto.

261 ¶ Limita quartò procedere, nisi iudex ipse qui hæc verba protulit, præmiserit causæ cognitionem, vel etiam ea solenniter protulit, scilicet accensis extinctisque cādelis: videtur enim tūc proferri excommunicatio ipso facto, quia à lege non potuit talis solennitas aut cerimonia proferri, vt voluit Anto. & post eum Pānor. in d.c. 1. extrà, de sagit. & Cardin. Alexan. in d.c. salonitanæ. 63. dist.

262 ¶ Limita quinto, nisi ex aliis verbis cōstitutionis, quæ his verbis vtit, appareret hæc verba esse latæ sentētiæ, vt probat ex gl. in d. ca. 1. in verbo, sub excōmunicatione. ext. de loca. quę dicit ea verba esse illic latę sententię, quā sequuntur Tan. Vin. & Philip. ibi, & Hostien. & Lapus, qui casum illius c. ponunt inter cæteros casus excommunicationis latæ sententiæ, ille quidem in summa titul. de senten. excom. §. 3. in princi. hic in tract. de censura ecclesiastica, col. 2. Dicitque Panorm. in d.c. 1. quòd ea glos. respiciebat ad alia verba eius constitutionis, de qua ille tex. loquitur. Nam aliàs, inquit, nō essent illa verba latæ sentētiæ. Et generale est, vt verba suam vim mutent propter alia verba eiusdem constitutionis id declarantia, vt diximus suprà in 11. fal. futuri temporis.

263 ¶ Limita sextò nisi priùs esset lata sententia excommunicationis à iure vel statuto, & postea iudex hac interminatione vtitur. Nam tūc infert & aliam excommunicationem, & ita is erit duplici sentētia ligatus. ita voluit Gui. à monte Laud. & Imol. in d. cle. 1. de excel. prælat. per c. à nobis, le 1. extrà de sent. excom. Sed vt scribit Cardin. Flor. in d. cle. col. vlt. q. 3. d.c. id non probat, nec verum est. in qua etiam sententia est Collec. in d.c. relatum, de iure patro.

264 [¶ Limita septimo, nisi aliquid fuerit iussum aut prohibitum sub pœna periurij, nam cū ea pœna ipso iure incurratur, si contrà fuerit factum. c. cùm quidam de iureiur. consequens est eum qui non paret, ipso iure eam pœnam incurrisse l. 3. §. si ad diem. ff. de re milit. Ita voluit Fran. Aret. in c. transmissa, extrà de foro comp. & sequitur Fely. in c. 2. col. pen. versi. quando autem exprimitur, extrà de sponsal. Qui & ipse respondet ad ea quæ suprà diximus, hęc verba, sub pœna, non esse latę sententiæ, quia ea procedunt, vbi comminatio potest habere alium effectum, quàm latæ sententiæ. Hic autem propter pręcedens iuramētum contrauentio statim operatur periurium. quod dicit not. quia non est alibi adeo bene declaratum. Quamuis sint alij, vt & idem dicit, qui tenent contrarium, vt ibi videbis per eum.]

265 ¶ Parum abfuit quin omiserim rem ad hunc locum pertinentem. Id scilicet est, quòd cum regulariter opus est sententia ad aliquid reuocandum: tamen in casu aliàs irreuocabili si valeret mero iure, nullum est ipso iure: verbi gratia, si quid in fraudē creditorū alienatū fuerit regulariter valet mero iure, sed retractatur actione reuocatoria, vt per totum titu. de his quæ in fraud. credit. & l. si sciens, in fin. ff. de contrahe. empt. Tamen quia libertas semel data non reuocatur, vt in l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de minor. Ideo ea data in fraudē creditorū, ipso iure nulla est. §. 1. Instit. quib. ex caus. manu. nō licet, vbi Ioan. Plat. Angel. Aret. & alij recentiores huius rationem esse dicunt, quoniam quod difficulter reuocatur, etiam difficulter conceditur, vt not. glos. in l. si noxale, in princ. in verbo, ipso iure durat. ff. de noxa. actio. [Et huc spectat quod tradit Bald. in l. 1. colum. 2. C. de necessar. seruis hęred. instituend.

266 PENE HVIVS tractationis me cepit fastidium, quod ex eo pedem referre monet. Sed illud priùs dixerim, non modicum interesse, vtrùm aliquid fiat ipso iure, an verò per sententiam. Sunt enim multi huius rei effectus, & discrimina. Ex quibus aliquod, & eos quidem memorabiliores & insignores, prætermissis cæteris operæpretium visum est subscribere. Quorum etiam multi ad legem nostram pertinent. Ex quibus planè intelliges non rectè scripsisse And.Iser.in c.i.§.callidis,ti.de prohi.feu.ali.per Fed.inuistigationem illam, de qua inibi tractatur, vtùm vasallus cadat ipso iure, an per sententiam, esse inutilem: pro quo tamen est tex.in l. nihil.ff.de regul.iur.vbi ita scribitur, nihil interest, ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. [& in simili text. in l. Fulcinius. §.si in diem, & seq.ff.quib. ex caus. in possess.eat.& facit tex.in l.si cum exceptione in princ.ff.quod met.causa.] Quod vtique verũ est in eo primo casu quantum ad effectum, vt dicit glos.[in d.§.callidis.]& Pet.Iacob.in titu. de causis ex quib.domi.debet amit. [prop.in fi. & Petr.Aucha.consi.62.duplici respectu, in fin. Et quantum ad d.l.cum exceptione, videbis etiã Bald.ibi, in priore lect.]

267 § Sed & in aliis casibus plurimũ interest, vt ex iis quæ subiiciemus, liquido apparebit. Ex quo etiam ait Bald.in l.1.column.11.versicu.ad principium quæstionis reuertor. C. de confess. quòd plenius ius est tutum esse ipso iure, quàm ope restitutionis in integrum. [quod & ipsum asserit & probat Francis.Aretin.in l.Pannonius, colum.4.versicu.secunda ratio istorum.ff.de acquiren.hæred.Sed & ipse Bald.]in l. metum.§. sed quod prætor.ad fin. ff.quod met.caus.tradit per glos.ibi, quòd[interest alicuius magis non teneri ipso iure, quàm habere exceptionem.Sed & Angelus ibi tradit quòd] is qui obligatus reperitur ipso iure, licèt se exceptione tueri possit, dicitur damnum pati.quod pro not.reassumit Philip.Deci.in l.non videtur, colum.2.versicul.& ex supradictis. ff de regul. iur. [Sed & hinc fit, vt ea lex non sit superflua, quæ ipso iure tollit quod exceptione submoueri poterat, secundum glo.in l.si stipuler vt id fiat, in princip. in verbo, si sororem, & ibi Franc.Aret.ff.de verbor.obligat. super quo etiam vide quæ scribit idem Aret.in l.qui bis, in princ.& in l.si dari, propè per totum.ff.de verbor.obligat.]

268 PRIMVM igitur discrimen hoc erit, quòd cùm quid fit ipso iure, statim ex eo tempore debent fructus restitui, non expectata petitione, aut litis contestatione. quæ fuit sententia glos.in §.1.in verbo, imminere, in fi.quam ibi sequuntur Iacob.Bel.Bartol.& Angel.in authent.de incest.nupt. per text.in l.eum qui.ff. de his qui.vt indig.sequuntur etiã Cyn.& Bald. in authen.incestas.ad fin.C.eod.titul.de incest. nupt.& Ioan.Andr.in ca.felicis. §.nullus, & ibi etiam Petr.Anch.col.pen.versi.quæro post Ioã. And.& ibi quoque Domi.& Philip.Franc.vterque in princip.colum.2.de pœnis, lib.6.& idem Petr.Anch.in ca.2. in 2.not.de præscript.lib.5. [Andr.Iser.in c.1.§.si autem dixerit, colum.4. versicu.perditur dominum, tit.quo tempor.miles.& in c.1.§.item si fidelis, tit.quib.mod.feud. amittat.]Petr. Iacob.tit. super condit. ex moribus, col.1.Pet.Ferra.in titu.for.libel.in caus.spo. pos.in verbo, ipso facto, ad fin.Ioan.Rayn.in d. §.callidis, versic.pœna, in 26.quæst.1.partis principip.& ibi etiam Card.Alex.in d.§.callidis, colu. 2.tit.de prohi.feud.ali.per Feder.Ang. Areti.in tract.malef. in verbo, & eius bona publicamus, col.13.[versic.& bene aduertas, vbi & eam gl. dicit sing.& ibi August.in additio. illius.]Alex. in l.1.col.1.C.de his qui.vt indig.Alber.Brunus consi.41.viso instrumento inuestituræ, colum. vlt.Math.Afflic.in constit.Siciliæ, incip.pacte i enorum col.4.versi.sed quęro an ista publicatio. [& in constit.incipiente, si dubitatio, col.6.versicu.prima quòd vbi agitur.]Petr.Belluga, qui eam glos.dicit auream, in speculo principium, tit.de amortiz.§.nunc videamus, colu.3.Paul.à monte Pico in repe.l. post contractum, colum. pen.ff.de donat.cum aliis concord.adductis per Felin.in c.Rodulphus, char.pen.versi.limita tertiò respectu fructuum, ext.de rescript. & in ca. de quarta, colum.11.versicu.faciunt postremò prędicta, ext.de præscript.Petr.Rebuff.in arbor. feudo, in fin.

269 § Ex quo videtur quod in casu huius.l. debent restitui fructus rei donatæ statim à nato filio. De qua re nuncupatim tractauit Lancelot. Gali.in repet.l.Centurio, charta penulti.in 13. conclusione.ff.de vulg.& pupil.substit. vbi primùm dicit videri fructus non deberi nisi à tempore quo res est petita, cùm donans nec rem quidem ipsam teneatur restituere, nisi fuerit petita, secundum ea quæ suprà latè diximus in hac eadem glos. versicul. 10. incip. fuerunt tamẽ qui dixerunt, & seq. Postea verò subdit ipse Lancel.hoc esse dubium propter glos. in d.§.1. in authenti.de incest.nupt. Tandem concludit, quòd si donatarius ignoraret filios donanti fuisse susceptos, non tenetur, nisi tanquam bonæ fidei possessor. vbi vero sciret, casus adhuc, inquit, dubius est, quia iura & docto. qui dicunt fructus statim deberi, cùm quid fit ipso iure, loquuntur quando quis priuatur ex facto ipsius proprio, vel vbi nunquam habuit dominium in re ipsa. Subiungit tamẽ postea dicendũ esse, quòd ex quo ipso iure est resolutus titulus donationis quam habebat donatarius, teneatur ad restitutionem fructum.

270 § Nã etiam aliàs licet supplementum legitimę non fiat nisi petenti, vt voluerunt gl.Bar.& alij in l.scimus, in prin.C.de inoffi.test.& suprà copiosè diximus in hac glos.versic.14.incip.idẽ quoque dicimus. Tamen fructus debent resti-

 tui à

tui à tẽpore mortis patris, vt not. consuluit Car. Flor. consi. 8. præsupposito statuto ꝙ filię, in fin. & voluerunt etiam alii plerique, quos Lãcel. nũ citat, videlicet glos. ordin. in l. in fideicomissaria, in glos. j. in fin. [& ibi Fran. Ripa colum. 7. num. 46.] ff. ad Trebel. & Bald. qui & hoc dicit procedere, etiam si ipsi fructus sint bona fide consumpti, in l. non est. C. famil. herci. & consi. 22. quædam domina Nicolina, col. vlt. lib. 2. Ange. consi. 101. considerandum est quod substitutio, versi. sequitur videre de Margarita, vbi dicit procedere, cùm legitima cõsistit in rebus corporalibus, & sic in specie certa. Nam si in quantitate, non nisi à tempore moræ. [ipse Angel. consil. 349. consultatio, col. 2.] Alex. Consi. 69. super primo dubio, col. 2. versic. super secundo dubio, libr. 1. per l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inoffi. testa. & idem Alex. consi. 7. visis & diligenter animaduersis, col. 3. versic. ex prædictis infertur, lib. 2. & consi. 127. sentio fieri dubium, col. 1. versic. tamẽ istis. [& in fi.] lib. 6. & Bened. Capr. consi. 88 pũctus Angelus olim Martini, col. 3. versic. circa secundum. [& consi. 153. cum vt præsupponitur, col. 1.] Corn. consil. 265. circa primum & secundum, col. 1. versi. tamen quandocunq;. lib. 1. per illum eundem tex. & id dicit voluisse Bar. consi. incip. visis statutis, aliàs, proponitur quòd domina, quod tamen reperire non potui. & idẽ Cornel. consil. eiusdem numeri, inci. in hac videtur, paulò ante fin. lib. 3. per illum text. [Socin. consi. 57. in causa restitutionis, col. 9. versicu. præterea etiam dico, lib. 4.] Steph. Bertr. consil. 301. quia prout supponitur, ante fin. lib. 2. & cons. 201. ex themate, num. 4. lib. 3. & consi. 47. cum quinquaginta, num. 2. eod. lib. 3. & consi. 322. viso testamento, ad fin. eod. lib. 3. & Fabia. Giocchi in rep. authen. nouissima, in 7. quæst. princ. col. 2. versic. vltimò quęritur, & iterum in 7. quæst. 9. quęst. princ. C. de inoff. testa.

271 ¶ Sed & hæc sententia confirmari potest ex eo quòd plerique dicunt emphyteutam teneri ad restitutionem fructuũ ex eo tempore quo resoluta fuit emphyteusis. Cuius sententiæ fuit Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua, vers. x. Alber. in l. 2. col. 8. & ibi etiam Iason col. 5. versic. secundò quęro. C. de iure emphyteut. Bald. in l. si pater, in 3. not. C. de vsufruc. Ang. in §. si verò, post princ. ibi, sed quæro tunc, in authen. de non ali. Soci. consil. 167. non inutilis, colu. 4. versicu postremò prædicta confirmantur, lib. 2. & Felin. in d. c. de quarta, col. xj. versi. simile est, [de præscri. & Iaso. consi. 29. nunquam putaui, ad fin. lib. 1. Et tamen certum est hoc casu emphyteutam nõ priuari, nisi dominus voluerit & declarauerit; vt latè diximus suprà hac in glos. num. 10. fuerunt tamen qui dixerunt. Et id optimè animaduertit Franc. Ripa in l. 1. §. si hæres, num. 16. ff. ad Treb. cùm negat emphyteutam cadere, nisi domino volente. Tamen facta declaratione domini, tenetur non solum ad fructus perceptos à tempore declarationis, sed & à tempore commissi.

272 ¶ Et] simile est quod tradunt Guil. Cuman. Angel. Paul. Castr. Alexan. & Iason in d. l. 1. per illum tex. quem Paul. Castr. dicit perpetuò esse menti tenendum. C. de his quibus vt indig. feudatarium etiam teneri ad fructus perceptos ex die commissę feloniæ, quod & voluit Rom. in l. diuortio, in princ. colum. 2. ff. solut. matr. [& Martin. Laud. & Cardina. Alexand. in cap. 1. vterque paulò ante fin. titu. quib. mod. feud. amitta. le ij. vbi id dicunt singu. & Iacob. à sancto Georg. in tract. feudo. in verbo, doctiq; vasalli promiserunt non committere feloniam, col. 13. versicu. addo vobis. & Zazius in epitom. feudor. parte decima.] Idque dicunt Guiliel. & Paul. Castr. in d. l. 1. procedere in clerico, qui cõmisit delictum, ob quod debet priuari beneficio, vt scilicet teneatur restituere fructus à tempore delicti: quod & videntur voluisse Bald. Angel. & Paul. Cast. in l. prędonis, per illũ text. ff. de petit. hæred. & Bald. in cap. pastoralis, colum. penult. versic. quæro an excommunicatus, extr. de appella. per d. l. & alia quædam iura. & Domin. in §. 1. 42. distinc. & nouissimè Anton. Burg. in cap. ad nostram, colu. 11. versicu. venio modò, extrà de empt. & vendit. & Philip. Dec. consil. 118. viso instrumento, colum. 1. & Hippol. Marsil. singu. 525. clericus qui commisit. & Francis. Ripa in l. vltim. in 66. quæstio. hoc titu. de reuo. donat. vbi ex hoc dicit donatariũ ingratum teneri ad restitutionem fructuum à tẽpore ingratitudinis commissæ: Quamuis in clerico contrarium teneat Cardin. Floren. in cap. 1. extr. de celebra. miss. & ibi quoque Panormit. colum. vltim. & Corne. in dicta l. prima, colu. prima, & Felyn. in d. capit. de quarta, [dicta colum. vndecima, versiculo faciunt postremò, & multis sequent.] vbi multa allegat. Et facit etiam tex. in l. hęredem, & in l. eum qui, in prin. ff. de his quib. vt indig. & quod voluit gloss. in §. & hæc quidem, in verbo, relictis, in fi. in authen. de hæred. & falcid.

273 ¶ Sed vt reuertamur ad casum nostræ l. Franc. Ripa in ea ipsa l. 40. quæst. in qua rem hãc nuncupatim tractat, in ea est opinione, quam suprà inter cæteras ex Lancel. Gali. adduximus, vt scilicet donatarius non teneatur ad fructuum restitutionem, nisi à tempore, quo primum resciuit filios esse natos donatori. Ante enim, inquit, erat in bona fide; ideoque fecit fructus suos non extantes. l. certum. C. de rei vendi. cum simil. Cui in hoc quidem accedo, vt scilicet non teneatur donatarius ad fructus, quandiu est in bona fide. Sed arbitror non eum in malam fidem cadere continuò quàm sciuit natos liberos, sed tum demum tantum, cum donator declarauerit velle donationem reuocari, secundum ea quæ diximus supra in d. versicu. 10. fuerunt tamen qui dixerunt. & seq. iunctis & iis quæ etiam diximus in verbo, susceperit liberos,

ros, versic. 2 1 1. incip. secundo intelliges procedere, cum multis sequen. quæ videbis, ne hic iterum repetam.

274 ¶ Nec obstant contraria, videlicet d. gloss. in d. § 1. de incest. nup. & similia, quia vt dicunt Lancel. & Ripa, procedunt cùm resoluitur contractus ex facto eius qui fructus percipit, & ideo confestim fit malę fidei possessor. Quod autem dictum est de fructibus legitimæ, potest intelligi secundum prætetita, si videlicet, & postquã petita fuerit, vt quę non debeatur nisi petita, vt diximus. nec text. in d. l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inoff. test. probat contrarium.

275 CÆTERVM & hic quoque dubitatũ est, an etiam fructus percepti ante natiuitatem liberorum, debeant restitui. Sunt enim multa quæ restitui suadent. Primùm quidem tex. l. nostræ, quę dicit totum reuerti ad donatorem. Ex quo sequitur & fructus restituẽdos, per optimũ text. in l. balista. ff. ad senatuscons. Trebel. vbi propter dictionem, omnem, etiam fructus restituuntur. Nam qui omne vel totum dicit, nihil excludit. l. pediculis. §. Labeo. ff. de aur. & argẽ. lega. cum multis quæ diximus suprà in verbo, totũ, in princip. Additque hic noster text. quicquid, quod similiter omnia comprehendit, vt etiam diximus suprà in verbo, quicquid. Nec totum quidem reuerteretur, nisi & fructus restituerentur, qui ex re donata prodierunt: sicuti etiam in simili diximus non plenè aliquid restitui, nisi & fructus restituantur. l. videamus generaliter. §. in Fauiana. ff. de vsur. & l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de minor. & l. & ex diuerso. §. 1. & ibi glos. in verbo, restitui. ff. de rei vendic. & l. in condẽnatione. §. 1. ff. de reg. iur. & l. plus est, & l. restituere. ff. de verb. signifi.

276 ¶ Ex quo dicit Bald. in rub. C. de fruct. & lit. expen. quòd si iudex in sententia dicat simpliciter, condemno, te vt restituas rem, intelligitur etiam condemnare ad restitutionẽ fructuũ, propter illud verbum restituas, quod habet plenum significatum. Idque commendat Iason, & dicit perpetuò ac diligenter no. in §. omnium, in fin. Insti. de actio. [sed & idem dicit multùm. no. ipse Iason in l. iusiurandum. §. procurator, col. 6. versic. not. tamen ex 3. parte. ff. de iureiuran.] & idem voluit ipse Bald. cuius Iason non meminit, consi. 504. arbiter & arbitrator, colum. 2. versicu. modò quæritur, li. 5. & quòd id verbum habeat plenam [significationem,] tenet etiam Archidi. referent Goffre. in c. si existens, in verbo, integer rimo. 3. q. 2. & in c. quia sæpe, & ibi Ioan. Andr. col. 2. in verbo, plenè, in nouella & Domi. etiam colum. 2. versic. quęro an si non fuisset, de elect. lib. 6. cum simil.

277 ¶ Deinde quia huiusmodi donatio censetur fuisse facta sub conditione, si donans non susceperit liberos, vt suprà diximus post princi. nostræ l. & alibi sæpe. Ideo deficiente conditione, susceptis scilicet liberis, perinde est ac si nunquam fuisset donatum. l. si quis fundum. ff. de contr. emptio. & l. necessariò, in princ. ff. de peric. & commo. rei vendit. & l. pecuniam, ibi Paul. Cast. & Alex. in vlti. not. ff. si cert. pet. & l. 1. ff. de reg. Cato. cum concordan. adductis à Bald. consil. 478. quidam Franciscolus, colu. 1. lib. primo, nec nisi existente conditione dominium transferri potuit. l. ei qui ita hæreditatem. ff. de condit. institu. & l. qui hęredi. §. vltimo, & ferme per totum. ff. de conditio. & demonst. & l. qui absenti. §. 1. & ibi Barto. & alii. ff. de acquir. possess. & c. super eo, ext. de condit. appo. & ibi concordant. in gloss. cum similibus. Propterea dicit Signo. consi. 227. in quæstione nullitatis, colum. penult. versic. præterea euentus, quòd defectus conditionis semper habet oculos retro, videlicet ad tempus dispositionis, per multa iura quæ allegat. Ideòque deficiente conditione res restituenda est cum fructibus. d. l. necessariò. §. quòd si pendente. ff. de peri. & commo. rei vendi. & l. omnia. §. j. ff. de legat. 2. & not. Rom. sing. 540. fructus percepti, vbi hoc limitat in sing. casu [Socin. consi. 170. in præsenti consultatione, col. 5. versic. tertium, lib. 2.] & bene facit text. in l. vbi autem. ff. de in diem addic. [Nam nec fructus percepti ex relegata pendente conditione, legatario debentur. l. filium, quę est pen. ff. de optim. lega. & ibi concordan. in gloss.]

278 ¶ Postremò, quia cùm titulus est reuocabilis, cuiusmodi est donatio causa mortis, legatum, venditio cum pacto addictionis & in diẽ, & legis commissoriæ, & similes: reuocatur res cum fructibus. l. eum qui emit, in princip. & l. item quod dictum est, & l. imperator. ff. de in diem addic. & l. is qui. §. si fundus. ff. quod vi aut clam. & l. vlt. ff. de iur. fisci. & l. 1. §. 1. & l. q. si nolit, in fin. iuncta l. cum autem. §. cùm redhibetur. ff. de ædil. edict. & l. lege. ff. de lege comissso. & l. cùm quis. & ibi Angel. & Alexand. ff. de condit. ob caus. & l. videamus. §. item & indebitum, & duobus sequẽ. ff. de vsur. & d l. 1. & ibi Angel. Paul. Cast. & Alexan. C. de his quib. vt indig. & voluit gloss. in l. si mortis causa donatus, & ibi expressiùs Bart. ff. de donat. caus. mor. Bald. in l. vlti. C. de vsur. & fruct. legat. & consil. 294. donatio causa mortis, in princ. lib. 3. Pano. in cap. illo vos, col. 2. ext. de pigno. Ang. Aret. in §. 1. col. vlt. versi. quæro quando reuocatur, Inst. qui. est permiss. fac. testa. & Franc. Cre. singu. 15. si legatum soluitur. Auto. Burg. in d. c. ad nostram, vbi suprà, de emp. & vendit. Quibus adde quod scribit Rom. consi. 454. in re præsenti, col. vlti. in 3. dubio, quòd cùm titulus ad irritum recidit, res restituenda est cum fructibus, per text. quem dicit singu. in l. filio. §. contra tabulas. ff. de inoffic. testa. cum sequitur Feli. in c. cùm causa, colum. pen. versi. respectu autem fructuum, ext. de re iudic.

279 ¶ Veruntamen ꝙ fructus percepti ante liberorum donatoris natiuitatem in casu nostrę l.restitui non debeant, non obscurè sentit Archi. nõ infimæ vir authoritatis, in c. vlt. 17. quæst. 4. & apertissimè Franc. Ripa, qui Archid. non memorat, hic in 40. q. motus duabus rationibus, quia hæc l. non simpliciter dicit totum reuerti, sed totum quicquid donator largitus fuerat. At non elargitus est fructus, vt qui tempore donationis nondum essent in rerum natura. Et licèt donatarius postea perceperit fructus ex re donata, non tamẽ vt donatos, sed vt propios, ac ex re propria collectos. Nam ꝙ fructus non dicantur donati, probat l. sancimus. C. de donat. vbi non computantur fructus in æstimatione rei donatæ. Cui adde in hac ratione tex. optimum in l. in ędibus. §. ex rebus. ff. eod. tit. de donat. vbi ita scribitur, ex rebus donatis fructus recepti in ratione donationis non computantur. quem tex. ad hoc elegantem dicit Bald. in l. vltim. col. 2. versic. item dat. C. de vsucapi. pro donat. [& alium textum in l. cùm de donatione. ff. eod. tit. de donatio, vbi ita quoq; scribit, cùm de donatione quęritur, neq; fructus nomine, neque fructuum, neque pensionum, neque mercedis vlla donatio videtur esse facta. Et bene facit textus in l. quod quis, in principio. ff. de legatis 3. Addi inquam] huic rationi Ripæ, quod in non longè dissimili casu respõdit Angel. consil. 331. pro consultationis, col. 2. versicu. inter has autem.

280 ¶ Secunda autem ratio Ripæ est, quia lex nostra dicit, reuertatur in arbitrio. ergo loquitur de his rebus quæ aliquando fuerunt in arbitrio siue dominio donatoris, ar. l. verbum reddendi, ff. de verb. signi. & not. per gl. & alios in rubri, ff. solut. matr. de quo postremo & nos multa diximus suprà in verbo, libertis, versicul. 112. incipient. his autem Corne. Fructus autem, vt ad Ripam reuertamur, nunquam fuerunt in dominio donatoris. Nec obstat, inquit, quòd donatio censeatur facta sub conditione resolutiua, quia verum est, vt exnunc, non extunc, vt probat id verbum reuertatur.

281 ¶ His Ripę rationibus adde quod voluit gl. not. in l. generaliter dicimus. §. planè si minus, in verbo, ex causa. ff. de fideicommiss. liber. ꝙ cùm reuocatur donatio inter viuos ex aliqua causa, fructus non reuocantur. quam gloss. ad hoc not. Bald. in sua margar. in verbo, fructus, in princi. vbi ex ea dicit post. Rayn. quòd reuocata donatione per ingratitudinem, fructus non restituũtur. quod not. quia Francis. Ripa tenuit contrarium in repe. l. vltim. in 66. quæstio. hoc eodem tit. [vbi suprà diximus, num. 272.] Sed & illam glo. ad id quod primùm diximus, expendit. [Io. Berber. in Viatorio iuris, tit. de reuocat. donat. colum. 2. versicu. an autem in casibus, &] Iason, qui eam dicit singn. in d. l. cùm quis, quam legit cũ l. si hęres, in princip. ff. de condit. ob caus. asseritque ex ea esse intelligendum quod ibi not. Angel. & Alexand. per illum text. titulum reuocabilem non præstare acquisitionem fructuum, vt scilicet procedat in titulo siue in donatione causa mortis, non etiam inter viuos. sed & illam gloss. sequitur & dicit singul. Carol. Cot. in memor. incipien. legatum factum à testatore. Et id quidem adeo procedit, vt etiam non reuocentur fructus bona fide percepti ex donatione facta inter virum & vxorem, tametsi errauerit in iure qui percepit. l. fructus, & ibi gloss. ff. de vsur. & gloss. in l. nec vllam, §. omnibus, in verbo vxor. ff. de petit. hære. quam ad hoc dicit singul. & trahit ad omnes donationes quæ non valent, sed valere creduntur. Bald. in sua margar. in verbo, donatio, in fin. & alia gloss. in l. de fructibus. ff. de donat. inter virum & vxorem, ita intelligens tex. ibi.

282 ¶ Sed huic sententiæ obstant text. in d. l. quod dictum est, & in dicta l. imperator. ff. de in diem addic. & in d. l. vlti. ff. de iure fisc. quæ loquuntur de venditione facta cum pacto addictionis in diem, & in dicta l. quod si nolit, in fin. & in l. cùm autem. §. cùm redhiberetur. ff. de ædil. edict. quæ loquuntur in venditione, quæ redhibitoria actione reuocatur. & ita omnes hæ leges in contractibus inter viuos, & tamen fit restitutio fructuum, vt illis cauetur.

283 ¶ Verùm quantum ad priores leges pertinet, quæ loquuntur de venditione facta cum illo pacto addictionis in diem, certè multùm interest quibus verbis res agatur. Nam si ita actum est, vt perficiatur venditio, nisi melior cõditio afferatur, non est pura venditio, sed conditionalis. Ideo nec vsucapit emptor, nec ad eũ fructus pertinent. sed si ita actum est, ut meliore oblata conditione, ab ea discedatur, erit pura vẽditio, quæ sub conditione resoluitur. quo casu emptor & vsucapit, & fructus & accessiones lucratur. tex. est ita distinguens in l. 2. & 3. & 4. ff. de in diem addic. [& l. 2. §. Sabinus, & §. si in diẽ ff. pro emptor. Hic] autem est pura donatio ac perfecta, sed quæ reuocatur siue resoluitur, si donans postea susceperit liberos. Neque enim facta esse censetur sub conditione suspẽsiua, ita scilicet, si donans non susceperit liberos, quo casu suspenderetur effectus donationis donec conditio purificaretur, vt nostri loquuntur. sed conditio quæ hic intelligitur. est huiusmodi, vt scilicet reuocetur donatio, si donans postea susceperit liberos, vt expressim diximus suprà in præfatione, versiculo sexto incipi. hinc dicunt plerique omnes. quæ quidem conditio non est suspensiua, id est, non suspendit actum, nec eum facit conditionalem, sed in euẽtũ ipsius resoluit, vt optimè declarant dicta iura cum glos. in dicta. l. 2. & Cardin. Flor. consi. 29. iudex, colum. 1. versi. quartò verba. & Imo. in c. illo vos, in 2. nota. per illum textum, extrà de pignor. cum similib. Ideo & optima ratione fructus percepti ante eam resolutionem, fiunt donatarij.

natarij.Sicuti etiam in simili dicimus de vendi
tione pura, sed ex pacto de retrouendendo re-
soluta siue reuocata.nam & emptor interim fa-
cit fructus suos, vt probat tex.in l.2.& ibi Bald.
& Paul.Castren.C.de pactis inter emptor.& vē
ditor.& plenè diximus in[nostro tractatu Re-
tractuum,tit.2.§.5.in glos.1.nu.1. & sequent.]
Nam cùm interim fuerit dominus, vt etiam in
casu l.nostræ,cōsequens est & eū fructus sequi.
l.fructus,& l.in fundo,& l.ex diuerso. ff. de rei
vendicat.& l.fructus.ff de vsur.cum simil.

284 ¶ Et aliàs etiam videmus fructus percep-
tos ex re fideicommissaria, aut aliàs subiecta re
stitutioni sub aliqua conditione, vel aliàs, esse
interim illius qui grauatus est restituere, ante
scilicet conditionis euentum.l.mulier §.1.& l.
in fideicommissaria.ff.ad Trebel.& l.domos,&
ibi notat.per omnes.ff.de legat.1.& l.quod his
verbis, in principio. ff. de legat. 2.& l. filium,
quæ est penult.& ibi Barthol.ff.de opti.legat.&
l.Herennius, la 1.ff.de vsur.& authent.idē est.
C.de hæred.& in §.si quis de prædictis,le 2.ver
sicul.si verò posthac,& ibi Angel.in authen.vt
cùm de appell.cogno.& not.Bal.Martin. Laud.
& Alexand.in cap 1.titu.de feud.dat.mini. va-
lua.Ang.consi.331.pro consultationis, in prin.
Rapha.Fulgos.consil.24.humanissime.& Paul.
Castrens.consil.94.clarum est in iure,colum.2,
versi.quantum verò ad fructus interim percep-
tos,lib.2.[Socin.dicto consi.170.colum.5.ver-
sicu.aliquando & secundò,lib.2.cum simil.Euē
tus enim]conditionis non trahitur retro, quòd
ad dominium & commodum fructum, se-
cundum Bartol. & alios in l.vlt.§.sed quia,cum
sequent C. commun. de lega.per l. 1. §.[serui
appellatione,quem pro 1.citauit.]ff.de senatus.
Syllan.

285 ¶ Præterea & si illa cōditio vt suspensiua
intelligeretur,videlicet hoc modo, dono si nō
habuero liberos, non tamen faceret donationē
censeri conditionalem,sed puram,cùm non ex-
pressa fuerit, sed tacitè tantùm intelligitur. Nā
huiusmodi conditiones extrinsecæ,quæ scilicet
tacitè insunt & subintelliguntur, non faciunt,
actus cōditionales,nec eos suspendunt,per tex.
qui ita nūcupatim exponit conditiones extrin-
secas,in l.conditiones extrinsecæ.ff.de conditi.
& demonst.& in l.aliquando,eodem titu.& in
l.cum illud.§.1.in fin.ff.quemadmod.dies lega.
ced.& vbique concord.in glos.& præterea in c.
significasti,& ibi glo & doctor extrà de electio.
& cap.2.vbi Panormit.& Cardin.Alexand.not.
vterque in 1.nota.extrà de sponsal.& voluerūt
etiam glos.& doctor.in ca.ad audientiam,le 2.
ext.de rescript.& in c.2.de elect.lib.6.Bald.con
sil.70.præmittendum est, in fin.lib.3.cum simi
lib.Idque etiā si exprimantur.l. muto.§.1.ff.de
tutel.Atque etiam si ea tacita conditio subroge
tur à lege in locum expressæ ab homine.l.quæ
sub conditione.§.vlt.& ibi gl.& Bar.ff.de cond.
instit.quem ad hoc admodum commendat Frā.
Aret.in l.3.ff.de legat.1.

286 ¶ Quod autem dictum est in posteriori-
bus legibus de venditione quæ per redhibito-
riam reuocatur,nō videtur huc pertinere, cùm
res ibi redhibeatur ex causa de præterito, quæ
scilicet inerat iam à tēpore venditionis. neque
enim competit redhibitoria ex morbo aut vitio
quod omnino post venditionē contingit, nulla
scilicet præcedente causa,vt patet per totum tit.
ff.de ædil.edic.& C.de ædil.actio.etiam per to-
tum: præsertim in l.si apud.Hic vero fit reuoca
tio ex causa quæ non suberat tempore donatio
nis,sed quæ eam secuta est.Ideo non mirum, si
nec fructus āte causā ipsā percepti restituūtur.

287 ¶ Nec huic obstat quod hic dicitur, totū
reuerti, etiam si simpliciter id diceretur, nec
fuissent adiecta ea verba,quod donatum fuerit,
vt illud quoq; addam Ripæ. Nam huiusmodi
verborum similiumque enuntiatio fructus an-
tè perceptos non comprehendit,per tex.apertū
in l.quod his verbis.ff.de legat.3.vbi ita scribi-
tur, quod his verbis relictum est, quicquid ex
hæreditate bonisve meis ad te peruenerit, cum
morieris, restituas:fructus quos is viuus perce-
pit,non venire Et tex.in l.hæredes mei,in prin.
ff.ad Trebe.vbi & ita quoque scribitur.hæredes
mei quicquid ad eos ex hæreditate bonisve
meis peruenerit, id omne post mortem meam
restituant,nihil de fructibus pendente conditio
ne perceptis petitum videri potest. quos tex.ex
pendit Rom.sing.36.quòd licèt legatarius.& ex
posteriori Bart.in l.meuio.§.1.in fin.ff.de legat.
2.tradit per hanc dictionem quicquid,non con
tineri fructus, vt etiam hinc intelligas eam di-
ctionem hic nihil ad id obesse. Et facit etiam
tex.si penitus introspiciatur,in l.in fideicōmissi.
§.cū Pollidius.ff.de vsur.vbi cū testator quispiā
rogasset hæredem, alteri, cùm certam ætatem
complesset, quicquid ex bonis ad eum perue-
nisset, restituere, respondit iurisconsultus fru
ctus restituendos propter alia quędam verba fi-
deicommisso adiecta, tanquam ex illis verbis
quę diximus,non essent restituendi. Quanquā
in illis iuribus contrarium potuisset videri pro-
pter verbū restituere, per iura suprà allegata in
versic.224.incip. cæterùm & hic, de quo vide
doct.in d.l.plus est.ff. de verbor.signifi.[& Alc.
in l.hæc verba in stipulatione, in princip. ff.de
verbor.signific.]

288 SED hic quæro,cū hic donatarius pos-
sit deducere aut repetere melioramenta quæ vo
camus, Græci ἐμπονήματα vocant, veluti labo-
ramenta,de quibus non semel fit mentio in no
uellis Iustiniani Græcis constitutionibus, in ti-
tulo περὶ ἐκποιήσεως καὶ ἐμφυτεύσεως ἐκκλησια-
στικῶν πραγμάτων,i.de aliēatione & emphyteusi
rerū ecclesiasticarū.quo in loco Haloander ver
tit emponemata,meliorationes, nō veritus hoc
verbo vti post Vlpianum iurisconsultum in l.
æquis-

æquissimum.§ inde quæsitum.ff.de vsufruct.& Iustinianũ in l.2.C.de iure emphyte.quæ etiam l.emponemarum mentionem facit.sed nonnulli eum locum emendare volentes, aliud verbũ subsituerunt, freti vt reos, auctoritate Antonij Bartholini in suis legum annotationibus.c. 46. quos palam erroris arguunt Græcę illæ Iustiniani constitutiones, vt hinc intelligas nõ adeo temere mutanda esse antiqua volumina, etiam si quid occurrat quod fortè non intelligas, sed tantùm admonendos lectores, si quid tibi magis arrideat. Sed vt ex hoc tandem diuerticulo redeamus, cùm donatarius possit deducere vel repetere huiusmodi meliorationes, & alias impensas necessarias à se factas ad perpetuam rei vtilitatem, per d.l. domos, cum 3. ll.seq.ff.de legat.1.An hic saltem hæc ipsa compensabit cũ fructibus, vt scilicet ea tantùm deducat vel repetat, quæ fructus ipsos excederent? Id quod videtur, per tex.in l.sumptus.ff.de rei vendic. & gl. in l.in fundo.in verbo, deducto, quę est vlt.post medium, eod.titul.& Bald.consil.309.quæritur vtrùm adulta, in fi.lib.2.& consil.418.ad primum dico, in 7.dubio, lib.3.cum si.quibus satis probatur, eos qui ad fructuum restitutionem non tenentur cum sumptibus, tamen eos compensare debere.

289 ¶ Tu tamen in hoc casu tene contrarium vt in cæteris omnibus, in quibus is qui fructus percepit, erat interim dominus, [nàm is nõn tenetur compensare huiusmodi melioramenta, & impensas cum fructibus. Et] etiam si res erat subiecta restitutioni, vt voluit glo.not.in d.l. emptor, in princ.in verbo, superfluum, ad fin.ff. de rei vendic.quam sequuntur Bar.qui eam dicit notandam, Bald.& Ange.qui & eam dicunt sing. & alij recentiores ibi.& idem Bald.Imol. Raph.Co.Paul.Cast.qui & eam negat esse alibi. Alex.& Iason qui eam quoque dicunt singul.in d.l.domos, Bal.Ang.Imo.Alex.qui & ipsi dicũt sing.in l.in insulam.§.fructus.ff.solut.matr.Bal. qui illam item dicit sing.in c.grauis, col.2.ver. si aũt ędificassem, ext.de rest.spo. & consi.303. ad euidentiã præmittẽdum est ꝙ creditor, post mediũ, libr.1.& in sua marga. in verbo, fructus col.1.versi.fructus percepti ex re.& in c.1.circa medium, [& ibi etiam Cardin. Alexan.] tit.de feud.dat. mini.valua. vbi Bald.dicit elegantem [Salyc.in l.dote.C.de rei vendi.] Alexan. consi. 123.discussis hæsitationibus, ad fi.lib.1.vbi etiã illam dicit sing.[& consil.154.consideratis his post medium, lib.6.& consi.162.visis narratis, col.2.versic.nec etiam potest dici.lib.7. quibus item locis dicit illam sing.] Frã Cre.sing. 105. si feci impensas, vbi & illam quoque dicit sing. [Feli.in c.cùm causam, colum.vlt. extrà de re iudic.Iason qui eam quoque dicit singul.in l.2. colum.8.in 7.not.versic.item adde prædictis.] Steph.Bertran.consi.283.Christi, &c.viso casu mihi exhibito, col.2.versi.ad tertium, lib.1.& consi.324.cuius est simile initium, in fin. eod. lib.1.& consi.379 eodemque vlt.Christi, &c.vi so consultationis themate, col.3.versi.venio ad quartum, eo lib.1. & consil.371. dudum fuit, num.2.lib 3.Matth.Afflic.Deci.Neapol.87.magnum est dubium, col 2.vers.item ex quo, [vbi dicit not. & Ioan Lup. in repet.rubr.de donat. inter vir.& vxor.§ 61.colum.7.versicu. ex istis etiam solet.]

290 ¶ Nec abs re diximus suprà sumptus ad perpetuam rei vtilitatem pertinentes. Nam alij qui ad fructuum collectionem spectant, semper compensantur cum fructibus, vt declarat Bald. [cõsi.167.Titius lib.1 & rursus] d.cõsi. 303.& id quidem nemo negat. [& probatur in l.fructus, & l.diuortio.§.impendia, qui vltimus est, ff.solut.matrim.& ibi concord.in gl.& latissimè diximus in nostro tractatu Retractuum, tit. 1.§. 15.glos.1.num 1.& multis seq.] Igitur vt hoc caput finiam, donatarius lucratur integros fructus, & tamen ex re donata deducit aut repetit integros illos sumptus, qui perpetuam rei vtilitatem respiciunt, nec in eos imputare fructus tenetur, sed in eos tantum, qui ad eorum collectionem pertinent.

291 SECVNDVM discrimen, quia cùm quid fit ipso iure, statim ad id tenetur in foro quod conscientiæ appellant, etiam si pœna sit; quæ quidem aliàs ex sententia glos.in c.fraternitatis.12.q.2.cum simil.nõn debetur in eo foro. Ita voluit Panor.in c.1.col.3.& ibi Feli.qui hoc admodum confirmat, col.13.versi. incipit tamen illa glos.ext.de constit.& idem Panor. in c.extirpandę §.quia verò, in repetit.col.8.vers. ex his dico, & iterum col. seq.versi.& ex prædictis, ext.de prębend.& in c.dilecti, col.3.versicu.in gl.fin.ext.de arb.Barb.in repe.c.Raynaldus, colum.45.& iterum col. 161.extr.de test. vbi ex hoc conatur probare, hæredem qui non conficit inuentarium, teneri in foro conscientiæ vltra vires hæreditarias.Cardin.Alex.in d.c. fraternitatis, col.pen.versic.nota ex glos.Feli.in c.Rodulphus, char.pe.versi.limita tertio, extr. de rescript & in c.cùm nobis, col.vlt.eod.tit. Thomas Paip.in repe.l.si quis maior, in 9.quæstio.ext.glo.C.de transact.[Carol.Ruin.consi. 4.proponitur in themate, col.3.num.11.lib.5.] Corset.in suis sing.in verbo, pœna, incip.vbicũ que pœna.& iterum in eodem verbo, pœna, in foro conscientiæ, in fin.Matth.Afflic.in const. Siciliæ, incip.violentias, colu. 3.in 2.quæst.vbi reprehendit And.Iser.qui ibi tenet contrarium quoniam vt ipse And.dicit, Theologi non considerant istas subtilitates.Verùm ex Theologorum ipsorum sententia, si quis semel fuerit cõ demnatus ad pœnam, ea debetur in foro conscientiæ, vt per diuum Thomam.2.2.quęst.62. ar.3.& voluit etiam.Bald.in l.id quod pauperibus, in 9.q. versic.sed pone testator.C.de episc. & cleri.& Petr.Anch.in c.possessor malæ fidei,

colum.25.versi.tertio qoęro.de regul.iur.lib.6. & Felio.in d.ca 1. colum. 14. versicu.limitatur secundo.ext.de coostit.

292 ¶ Et hæc cõmuniter tenẽtur, licèt Philip. Dec.dubitet in d.c.1. colum.8. versic. prædicta conclusio, ext.de constit.atque etiam. [Feli.in hac re sibi malè constans in c.audiuimus,col.2. versi.sed aduerte, de simoni.tribus rationibus, quas ibi videre poteris.&] Steph.Costa in tract. de ludo, col.12.versic. & limitando prædicta. & apertè neget Hiero.Cagno.in repeti.l. si quis maior, chart.penult.nume.160.C.de transact. Et pro hac parte facit q scribit Bald.post.Nico. Mate.in l.2.C.de vectigal.& commis. quòd cũ res cecidit in commissum,si is cuius erat moria tur, etiam ante quinquennium, non tenetur in foro conscientiæ,per not.in dicto c.fraternitas. Et tamen constat in eo casu rem esse commissam ipso iure, vt patet in eo tex.à contrario sensu, in verbo, vendicari non potest, & not. etiam in l.commissa.ff.de public.& vectig.[Sed priori opi.suffragatur.quòd si quis ipso iure priuatus sit beneficio,non potest illud ampliùs licitè tenere. Secus si priuandus sit per sententiam, vt patet ex not.per Innoc.in c. cùm nostris, de præbend.Panor.in cap.item cum quis,colum.3. versicu. hoc vltimum dictum.de restitut.spoliat. & Felyn.in cap.inquisitionis, in princip.colum. 2.de accusat.]

293 ¶ Sed sequendo communiorem sententiam, videtur in casu nostræ legis, donatarium in eo foro conscientiæ teneri ad rei restitutionẽ. de quo videtur tex. expressus in c. quicunque. 17.quęst.4.vbi & hoc voluit Archid. & glos.in c.vlt.& ibi Io.And.col.2.& Collect.col.pen.sed nunquid ille.[Ioan.Calde.in repet.col.1.versic. quintò propter nouam.]& Imo.col.2. & iterũ, col.4.ver.quinto fallit.& Pan.col. 2.super glos. 1.ext.de donat. [& glos.in ca.ex transmissa, in glos.vlt.de renuntiat.dum allegat.d.ca.quicunque.]Host.in summa eod.tit.§.qualiter reuocetur,versi.item propter superuenientiam.Oldra. consi.273.licèt quantùm ad claustrales,colum. 2.versi.ad tertiam quæstionem. Rapha. Fulgos. in l.1.C.de inoffic.dona.Corn.consi.15.ex quo dictus,col.2.lib.1.& consil.11.in præsenti consultatione,colum.3.versi. tertio dicta donatio, lib.3.& consi.30.in hac consultatione, colu.2. ante fin.lib.4.

294 ¶ Quod etiam procedit in eo casu, quo donatio non reuocatur nisi ad legitimum bono rum subsidium, vt scilicet nihilominus teneatur donatarius totum restituere in foro conscię tiæ. Nam text.in dicto cap.quicunque, loquitur in eo casu, videlicet in donatione facta ecclesiæ, quæ quidem non reuocatur per natiuitatem liberorum, nisi vsque ad legitimam, vt diximus latè suprà in verbo, libertis, versicu. 82.incip.verùm sunt & multi.& intelligit glos. ibi, & omnes.& nouissimè Fort.Garcia.id tractatu de vltimo fine iuris,char.16.col.4.vers.his itaque præsuppositis,& seq.

295 TERTIVM quod non legẽ à superio ri distat, licèt aliàs ecclesia non iudicet de occultis, capit.sicut tuis, in fin.extr. de simonia, & ibi concord. Tamen pœna ipso iure imposita afficit delinquentem quantum libet occultum, vt voluit glos.in clementi.1.§. verùm quia, in verbo, eo ipso, & ibi Cardin.tum in 12.not. tum in 7.quæstio.de hęret.quam sequitur & dicit not.Panormit.in cap.vlti.in 2.not. & ibi etiã Ioan.Anan.& Felin.extr.eod.tit.& idem Pano. in c.ad falsariorum,col.3.& ibi quoque Io.Ana, col.5.ext.de crimin.falsi.& voluit.ipse Panor.in repet.d.§.quia verò,quibus locis suprà in 2.discrimine allegauimus. Tu tamen hic omnino vide Domi.in c.perpetuę,col.2.versi.super dubio glos.de elect.lib.6.

296 QVARTVM, quod ipso iure fit,trã sit aduersus hæredes,etiam si aliàs non transeat verbi gratia,pœna non transit in hęredes delinquentis.l.1.ff.de priua.delic.& l.1.C.ne ex deli. defunc.Tamen si ipso iure statuitur, transit.Ita enim voluit eas leges limitans gl.in l.si quis iniquum.§.quod autem ait, & ibi Bart.Bald.Ang. Pau.Cast.Alexan.[Soc.qui id dicit sing.]& fere omnes per illum text.ff. quod quisque iuris.& Bart.in dicta l.1.colum.1.ff.de priua.delic.& in l.ex iudiciorum, circa medium.ff.de accusa.& in l.1.§.sed hæc constitutio, circa medium.ff. de calum.Bald.Ang.& alij in dicta l.1.C.ne ex delic.defunc.Bald.in l.quæ sub conditione.§.vl. in fi.ff.de condit.instit.vbi dicit illam glos. sing. [& in l.qui à latronibus.§.1.circa medium.ff.de testa.]& in rubr.C.de priua.delic.colum.penul. vbi & dicit illam glos.sing. & in l.vlti.colum.2. versic.item op. videtur.& ibi etiam Ioan.Platin. colu. quoque. 2. C. de iure fisci.lib.10.& idem Bal.in l.imperialem.§.insuper,colum.vlti.& ibi etiam Iacob.Aluar.& Cardin.Alexã.colum. 2.titul.de prohib.feud.ali.per Feder.Salvc. in l. 2.C si reus vel accus.mort.fuer.Petr. Anchar.in c.1.in 1.not.de rescript.lib.6.& in c.cùm secundum,post prin.de hæret.eo.lib.6.[& consi.156. pro clariori,per l.commissa.ff.de publica,& dicto c.cùm secundum,iuncta l.1.& ibi Bart.ff.de priua.delic.]Paul.Cast.in authent.hoc amplius, col.2.versi.in tex.ibi excluditur.C.de fideicom. Panor.in c.dilecti,col.4.extr.de arbit.& in cap. vlt.colum.3.versicu.item si donatio,& rursum, colum.seq.versic. sed quo ad argu.glos.extrà de donat.& consi.3.nitar in præsenti causa.in 9.dubio,lib.2.[Rapha.Fulg.consi.24 humanissimæ, in fi.]Ioan.Ana.in c.vergentis, colum.2.ext.de hæret.& in c.in literis,col.1.ad fi.ext.de rapto. Philip.Franc.in c.felicis.§.nullus, de pœnis lib. 6.Cepola consi.23.spectabiles domini, colu.3. versic.nec prędictis obstat Alexand.in l.quia tale,col.2.ff.solut.matr.Ang.Aret.in §.interdum, col.1.ad fin.Instit.de hæred.quæ ab inte.defer.

per

per tex.in l.Caius.ff de senatusconf.Sylla.& idē Aret.in §.non omnes,colum.3.versi.3.oppo.& versicu.secundo casu Instit.de perpet.& tempo. actio.Franc.Aretin.consil.14.viso & diligenter considerato ad fin.Soc.consi.66.visa donatione, col.penult.versi.quinto confirmatur,lib.3.Anastasius Platus inter consi.Barb.consil.vlt. multos futuros esse,col.5.vers.ad quintū,lib.1.Cep.cau sarum ciuiliū consi.59.spectabiles domini, col. 3.[& criminalium consi.23.spectabilis, colu.3. versicu.nec prædictis obstat.Soci.consil.66.visa donatione, colu.penult.lib.3.]Matthæ.Afflic.in deci.Neapol.deci.255.habens feudum , ad fin. Phil.Deci.in l.[pupillum.§.]in hæredes, in fall. ff.de regul.iur.Iacob.à sancto Georg.in l. si quis maior, colu.penult. & ibi etiam Thomas Parp. in repet.in 5.q.versi.secundus casus, & Aquen. col.2.& Hiero.Cagn. in repet.char.61.numero 145 C.de transact.Et est optimus & expressissimus text.in l.commissa.ff.de public.& vectigal. quem ad hoc expendit Roma.ibi.& Bart.in dicta l.ex iudiciorum.& Panormit.locis suprà alle gatis. Et ex eo colligitur ratio huius sententiæ, cùm ita scribitur ad verbum. Nam quod commissum est statim desinit eius esse, qui crimem commisit.

297 ¶ Quanquam Iason solus omnium,vt videri vult , tenuit contrarium in dicto.§.quod autem, vbi videbis quibus rationibus moueatur.Sed ante eum in ea sententia fuerat Bald.secum pugnans, cuius non meminit, in l.vlt col. 1.versi.glos.arguit.C.eod.titu.de reuo.donat.& ibi eum sequitur Fran.Ripa.in repet.quæst.vlti. col.etiam vlt.& Fran.Curt.iunior,in tract.feud. in pen.q.quartę partis principalis.Sed & in hāc tacitè,dū aliud agit,inclinare videtur.Pet. Anc. sibi quoq; contrarius in cap.2. colum.vltim.de consti.lib.6.

298 ¶ Priorem autem sententiam confirmat eorum op. qui negant id quod dicitur,crimen extingui morte delinquentis , procedere , cùm bonorum pœna ipso iure imponitur.Nam tunc quantū ad ipsa bona non extinguitur. Ita voluit Cyn.post Iacob.Ra. & Petr.in l 2.colum.2.in 1. quæst.C.qui testa.fac.poss.per text.optimū in l. Caius.ff.de senatusconf.Sylla.Bald.in l.qui à latronibus.§.si quis , circa medium , & ibi etiam Angel.in fin.& Imol.ff.de testa.& Bald.in rubr. C.si pen.appel.mors interu. vbi dicit,quòd quā do confiscatio fit ipso iure,mors non extinguit pronuntiatum,nec impedit pronuntiandū, per d l.Caius Platus d.consi.vlti.vbi suprà.[& Iason consi.46 pro fisco regio,in prin.lib.3.]

299 ¶ Ex quibus potes intelligere, quòd licèt donatarius mortuus fuerit , antequam donans declarauerit velle se donationem reuocare ob natiuitatem filij , poterit tamen ab hæredibus ipsius reuocare : præsertim cùm hæc reuocatio non fit ob delictū donatarij.ideo nihil est quod prohibeat competere aduersus hæredē, quando regulariter actio transeat & aduersus hæredem, etiam si agatur de reuocatione contractus , per l.2.ibi,hæres emitteret.C.de pactis, inter empt. & vendit.comp. atque etiam de rescissione ex auxilio extraordinario , p tex.in l. qui solidū.§. 1.& ibi Bal.ff.de legatis 2. Quin & si ex delicto esset , tamen cùm res apud hæredes reperiatur , aduersus eos competit actio.l.1.C.ex .delict.defunct. Quod tamen intelligitur secundum ea quæ latè diximus supra in verbo , susceperit liberos, numero 211. secundo intelliges , cum multis sequent.vsque ad numerum 225. An autem possit reuocari à tertio possessore, videbis infrà num.325.sed quæstionis est.

300 QVINTVM, quemadmodum transit aduersus hæredes passiuè (ita enim magna ex parte loquuntur quos suprà citauimus) ita quo que & ad hæredes actiuè , vt etiam expressè voluit Bald.in dicto c.imperialem. §.insuper , colum.vlti.versicu.ex his etiam apparet , titul.de prohib.feud.ali.per Federic.Panormit. in dicto capit.vlti.vbi suprà , in priori loco. & ibi etiam Cardin.Florent. de donat.& idem Panor.dicto consil.3.lib.2.Paul.Castren.in l.omnimodo,colum.2.versicu.item glos.quæ incipit.C.de inofficio.testamen. Cardinal. Alexand.in capit.1.§. porrò , columna 2. titul. quæ sit pri.cau. bene. amit.& Hippol. Marsil. in l.1.numer.64. C.de rapt.virg.

301 ¶ Quod & confirmat quòd licèt protestatio extinguatur morte protestantis, nec ad eius hæredes transeat.l. non solùm.§. morte , & ibi Bartol. & alij. ff. de op. no. nunt.de quo & per Bart.Ange.& alios in l.si intra.C.de non nume. pec.& per Cardinal. Alexand.in c.sollicitudinē, colum.23.versicu.10.quæro,ext.de appell.fallit tamē in protestatione, quæ secum trahit execu tionem,ex sententia Bal.in c.Cumana, col.pen. ext.de elect.Quem sequitur Ant.Rub.in repet. d.§.morte,chart.17.colu.2.versic.subsequenter quærit,vbi dicit de hoc videri casum in l.Nesen nius.ff.de nego.gest.

302 ¶ Quanuis Imol.in d.c.vlt col.7.versi.secundò potest obiici , de donat.teneat contrariū eius quod diximus,pœnam ad hæredes transire, cùm ipso iure imponitur.Nam licèt, inquit, vasallus priuetur feudo ipso iure ob feloniam,intelligitur tamen,si dominus voluerit,per not.in l.ij.C.de iure empb.& in l.3.§.vl.cum l.seq.ff.si ager vecti.& suprà alibi latè diximus.Ideo si do minus non declarauerit voluntatem suam,vide tur quod hæres ipsius non possit auferre.& hoc videtur sequi Iason in d.l.omnimodo,in fin.C. de inoffic.test.& Cur.innior vbi suprà. Quibus adde quòd hæres non potest declarare voluntatem defuncti,vt voluit glos.in l.idē Pomponius. §.vlti.& ibi Bart.Bald.in vtraq; lec.& Ang.ff.de rei vend.& gl.in l.inter stipulātem.§.1. in verb. actori,& ibi etiam Bar.Ang.& Alex.qui adfert concord.& etiam Iason colu.4.ff.de verb.oblig.

Innoc.

Innoc.in cap.cùm dilectus,ext.de succ.ab intre. Spec.tit.de acti.& peti.§.sequitur,versi.quod si nobit.& tit.de libel.concep.§.vi.vers.sed quando.Bar.Bald.& Angel. in l.1.si quis intentione.ff. de iudicijs & in l.si quis à filio.§. si plures.ff.de leg.1.Bart.in l.edita.col.2.[versi.& intelligo.] C.de edeo.& in l.naturaliter.§.j.col.6.ver.quid si ex coniecturis.ff.de acqui.poss.Bal.in c.1.colum.penu.versicu.& nota quòd hæres, extr.de consti.[Ang consi.294.punctus est Ser.Stephanus]& Pet.An.in c.2.in 5.nor.de rescript.libr. 6.vbi not.dicit illam priorem glo.& Iason in l. cum stipulatus sim mihi à Proculo, col.2.versi. quartò not.ff.de verb.oblig.& consi.148.nobilis & generosus,col.peu,versicu.secundo principali,lib.2.Et facit text.in l.centesimis.§.si ita stipulatus.ff.de verbor.oblig.vbi & hoc not.Iason in 2.not. Quod qualiter intelligatur,vide omnino Iason.in l.post dotem, col.9. versic.secundò vltra scribentes.ff.sol.mat. Quæ res admodum facit ad casum nostræ legis in iis quæ diximus suprà in verbo,susceperit liberos, versicu.211. incip. secundò intelliges procedere, & seq.

303 SEXTVM, constitutio quæ aliàs extendi posset, tamen non extenditur cùm sit alicuius rei priuatio ipso iure. Quod vt perspicuè intelligas constitutio pœnalis sæpe extenditur ex eadem ratione, vt per glos.in clem. 1 in verbo, præsidenti,de rescript.& latè per Imol. & alios in l.si verò.§.de viro.ff.sol.matrim.& Domi. & Philip.Franc.in c.1.de tempo.ordi.lib.6.& Ioã. Bapt.Seuer.in reper.l.omnes populi.ff.de iusti. & iur.cum simil.& probatur ex duobus c.simul iunctis, scilicet c.cupientes.§.hac generali, de elect.lib.6.& c.si postquàm.§.cùm autem, & §. si verò, & ibi not.eo.tit.secundum Bald.consi. 486.statutum prouidet, col.vlt.lib.1.& est tex. in c.1.§.porrò,ad fin,tit.quæ fuit pri.caus.bene. amit.quem meliorem totius iuris dicit Bald. ibi in vlt.not. Tamen cùm pœna ipso iure imponitur, nunquam fit extensio ex eadem ratione,vt pulchrè voluit Ioan.And.in c.odia,col.2. versic.in contrarium, & iterum col.3.in responsione primi cõtrarij.[& ibi post eum Alberic.] de reg.iur.lib.6.per.§.pœnæ,de pœnit.dist.1.& l.pen.ff.de pœnis.& alia quædam iura, & Bald. in l.de quibus,colum.12.versic.restat videre de prorogatione.ff.de legib.& Panor.in c. vlt.ext. de iure patro.& in c.non magnopere,colum.3. versicu.& per hoc,& istum tex.extr.ne cleri.vel mona.& Philip.Deci.qui vnum Bald.citat,in c. translato, in 1.lect.colu.vlt.versicu.septimo in pœnis,ext.de constit.

304 ¶ Similiter licèt in exæquatis siue æquiparatis à iure antiquo extendatur constitutio pœnalis,vt apertè probat glos.in cap.postquam, in verbo, prouisione, de elec.libr.6.& confirmat glos.in c.de multa,in verbo, in eadem ecclesia, quam Panor.ibi commendat,ext.de præbend. cum simil.istud tamen non procedit in constitutione latæ sententiæ,ex sententia glos.in cap. licèt canon.in verbo, parochialis, de elect.libr. 6.quam ad hoc expendit & dicit singu.Franc. Aret.in l.2.ad fin.ff.de legat.pri.vbi etiam dicit ad hoc facere text.in c.1.& quod ibi not.ext.ne cler.vel mona.eo.lib.6. Quod multùm notandum ad ea quæ latè diximus supra in verbo, libertis,in 1.q.cũ disseruimus an ista lex debeat & possit extendi ex eadem aut simili ratione.

305 ¶ Et hæc quidem confirmat Imol. sententia in c.vlt.col.10.extrà de constit.quæ est huiusmodi, quòd licet constitutio iuris antiqui declaratoria addens nouam pœnam non extendatur respectu pœnæ ad præterita,per text.in c. quoniam, & ibi Anto.Panor.& Ioan.Ana.extr. de simo.& in c.primo, & ibi etiam ipsi Panor. & Ana.post antiq.ext.ne præla.vi.suas.& vt voluit Per.Liaz.in procemio Cle.& Ant.in d.c.vl. de const.per gl.in cle.1.in verbo,de cætero, de vsur. Hoc tñ procedit,inquit Imol.in d.c. vlt, quando pœna imponitur ipso iure. Secus fortè, ait,si esset imponenda per iudicem,per id quod not.Ioan.Lig.in c j.ext.de constit.Et hęc etiam fuit sententia Gostre.in d.c.1.ne prælat.vi suas. Sed ea non placuit Panormit. & Ana.ibi & ipsi Ana.in d.c.quoniam,quos vide.

306 SEPTIMVM, cùm pœna imponitur ipso iure,sed ante aliquid nominatim debet fieri,tunc necesse est fieri expressis nominibus propriis, aut alias ita manifestis aut indubitatis,vt vicem propriorum nominum obtineant. Quod si ipso iure pœna non imponitur, satis est fieri per quasdam circunstantias, vt appellant, siue demonstrationes non adeò strictas. Ita voluit Panor.in c.in Lateranensi, ante fin.extr.de præben.per glos.in cle.1.in verbo.nominatim, de vit.& honest.cler.& in c.constitutionem,in eodem verbo, de sent.excom.lib.6. & quod voluit Innoc.in d.c.in Lateranensi. Sed tu tamen interim vide Francisc.Aretin. in l.1.column.2. versicu.ad secundam quæstionem. ff. de liberi. & posthum.

307 OCTAVVM, vbi quid fit ipso iure non est locus pœnitentiæ, vt voluit gl.in clem. ne in agro.§.quia verò, in verbo, ipso facto,de stat.monac.quam in eam rem expendit & dicit sing.Bal.in auth.habita,col.vl.C.ne fili.pro pat. & eam quoq; sequitur Panor.in c.non magno, col.3.versicu.tertiò quærto,ext.ne cler.vel monac.& Rom.consi.427.in proposito casu,col.1. versicu.nec est dicendum.Alexand.in l.si insulam,col,13.in.11.fal.ff.de verb.oblig.& in add. Bartol.in l.1.ff.de his qui no.insa.& in l.qui ea mente, in fin.ff.de furt.& consi.14.viso & considerato, col.2,versi.sed sic est,lib.2.& Philip. Fran.in c.2.col.2.super gl.in verbo, mãdauerit, in princ.de homici.lib.6.Barb.in c.si quorundã col.3.versi.vtrùm autem,extr.de solut,vbi hoc dicit mirabile ad intellectum illius decretalis. [Franc. Aretin l. 2. col. 2.C.de in ius vocand.

Philipp.

Philip.Dec.consi.138.cuius suprascriptio incipit,verba ista,col.1.]& Hippo.Marsil.sing.326. pœnitentia in delictis, in fin. [Et idem quoque voluit ea glos.non allegata,Bal.in l.1.§.bestias, post princip.ff.de postul.& in l.non solùm.§.vl. ff.de aliena.mutan.iudic. cau.fac. & consil.34. statuto seu capitulo,col.3.versic.prærerea istud delictum, libr.5.vbi ad hoc multa iura allegat, quæ tu ipse videre poteris.& Saly.in l.vlti.C.de iure emphyteu.]

308 NONVM, quod cum præcedenti admodum convenit,quòd cùm electio alicuius rei ad aliquem spectat, non licet variare, quando electio habet vim executionis ipso iure, quia scilicet secum trahit executionem, per text.in l.si is cui,& ibi Bartol.ff.de legat.2.& in l.apud Aufidium, & ibi Bart.ff.de legat.1.& glos. in l.statu liberum.§.Stichum,ff.de leg.2.& glos.in l.si quis stipulatus sit Stichum,& ibi Bart. colu.1. versicu.ex prędictis,& Franc. Areti.colu.1.ff.de verb.oblig.Dyn.in l.si seruum §.sequitur.ff.eo. Bart. in l.eum qui certarum.§.vlti.colu.1.& ibi Ang.etiam post princ.& iterum in fi.ff.eod.tit. & idem Bart.in l. serui. electione.ff.de legat.1. & ibi etiam[Franc.Aretin.&] Ias qui hoc confirmat ex eo quod diximus in præcedenti versi. Bald.in l.1.colum.1.in fin.ff.de legat.1.[Francisc.Aretin. in l. si quis ex pluribus, post medium.ff.de verbor obligation.]& Iason in l.non vbique, in princip.colum.2.in 2.notat.ff.de eo quod certo loco.

309 ¶ Et in simili licèt iudex possit reuocare sententiam interlocutorium.l.quod iussit.ff.de re iudic. Tamen id non procedit in sententia quæ secum trahit executionem, secundùm glo. not.in l.1.§.vlt.in verbo,vel adde, & ibi Rayn. qui dicit singul.& Barto.qui dicit multùm not. & Bal.qui item dicit sing.ff.de prætor. stipulat. Rayn.& Imo.in l.pen.eod.tit.Rom qui & illam dicit singu.consil.226. vltra pridie allegata, in princip.Panor.in c.cùm cessante,colum.vlt.per glos.ibi,& ibi quoque Philip.Perusin.col.8.extr. de appel.Paul.Cast.in d.l.quod iussit,& ibi Alexand.in 9.fal.& Iason primùm quidem colu.1. versic.istam regulam,deinde & latiùs col.8.ver. secundò,inquantum.idem Ias.in l.cùm procuratore.§.si dominus,col.vlt.& iterum in l si opus, col.1.ff.de oper.nou.nunti.vbi & illam gl. dicit solennem. & Feli.in c.si clerici.§.de adulteriis, col.4.versic.fallit primò.extr.de indic.[& Fran. Aret.in l.si quis ex pluribus.ff.de verb.obligat.]

310 DECIMVM, quod & à superioribus non longè abest, Cùm quid ipso iure fit, non admittitur moræ purgatio.l.si is cui, & ibi Bar. ff.de legat.2.& l.qui nō rem non defensam, & ibi item Bart.[Bald.Salyc.]& recentiores. ff.de condit.indebit.& voluit glo.in c.vl.quam ita intelligit & sequitur Bald. ibi, col.2.versi.Ber.tractat hic,ext.de elect.& glos.in c.licèt,in glo.vlt. & ibi Anto.col.1.versi.not.quòd collatio, & item col.2.versic.oppo.quòd hic mora, extr.de sup.neg.prælat.& glos.in ca.vlt.in glos. quoque vlt. & ibi item Anton.in 2.not.extr.eod.titu.& glos. in c.cupientes.§.quòd si per 20.in verbo, expectati,& ibi etiam Ioan.Mona.Archid.Ioan. Andr.Paul.Petr.Anch.Imol.Domi. & Philipp. Franc.de elect.libr.6.& glos.in capitul.licèt canon.§.is etiam,in verbo,priuatus,in prin.& ibi. [Ioan.Mona.colu.2.in eodem verbo,]Domin. paulò ante fin.& Pet.Anch.tum col.1. versicul. item not.in text.tum.colem.vlti.versicu.quartò quæro, & Philip.Franc.col.vlt.eo.tit & libr.& Dyn.in l.si seruum,§.sequitur.ff.de verbor.obl. Barto. in d.l. si in sulam, in 3. & 4.quæst.& ibi quoque Bald.paulò ante fin.Angel.colu.8.versi. secundò fallit,Imol.col.15.Alexand.colum.11. versi.vndecimS fallit,vbi hoc multis modis limitat [Iason.qui & ipse duobus modis limitat, char.vlt.versi.in 4 quæstione,]& penè omnes. ff de verbor.oblig idem Bar.in l.si quis.§.si plures,in fin.iudic.sol.& in l.si quis maior,col.2.& ibi Bal.col vlt.& Salyc.col.1.Angel.Paul.Castr. Alex.non semel.Franc.Aret.& Iason col. penu. Alciat.in verbo,mox.& penè omnes.C. de transact.[Bart.in l.iam.tamen, in princ.quam legit cum l.si quis apud, in fin.ff.iudic.sol.] & idem Bald.in l.& si post tres,col.antepen.versi.sed venio ad secundum,in lect.& iterum in repe.colum.6.versic.ex prædictis colligo, & ibi etiam Angel.qui tamen distinguit, vt videre poteris, colum.7.versi.secundò concludit.ff.si quis cautio & idem Bald.in l.si pacto, quo pœnam,colum.penult.versi.ista sunt vera, & ibi quoque Salyc.& Alciat.in verbo,vt fiat, in quarto casu. C.de pactis, idem Bald.in l.super. C.de transa. & in l.magnam,colum.6.versicul. secundò fallit.C.de contraen. & com.stipu.& in l.si plures, colum.vltima.C.de condition. insert. & in capitu.capitulum, column.vltim.extr.de rescrip. & in cap.1.colum.j.circe,& ibi Iacob.Bel.Martin.Laud.titu. quid iur.sit si post ali.vasal.feud. recup.& idem Bald.in c.1.colum.1.& ibi etiam Martin Laud.Cardina.Alexan.colum.2.tit.quo temp.milit.vbi & de hoc est bonus text. idem Bald.in c.1.in princ.colum.2.versi. quæro quid si vasallus,tit.de prohib.feud.ali.per Feder.[& consi.414.quia dictus consultor,colu.vlt.versi. & confirmatur,lib.3..& con.94.hic plura occurrunt,col.1.lib.4.]Saly.in tractat.de mora,quem posuit in l.semel mora.ff.solut.matr.col.5.in 2. & 3.conclus.negat.& iterum column.15.in 3. conclus.iudiciaria, itemque col.19.in 5.quæst. prin.& in authenti.habita,colu.9.versicu.quæro an locus sit pœnitentiæ.C.ne fili.pro patr. & in l.2.colum.3.versi.restat nunc respondere.C. de iure emphyt.Ang.in l.quandiu,la 3.col.1.& ibi Fran.Aret.col.antepen.versi.etiam gl.not.ff. de acquir.hęr.idem Ang.in l.si ex duobus.ff.iudic.sol.& consi.64.quoniam nihil est,colu.1.& consi.326.ex themate, colum.3.versic.secundò probatur.

probatur.& Auto.in c.vltimo,in 2.not.extr.de supplen.negli.præ.eod.tit.& consi.34.casus em phyteuta vendens.Imol.post alios in ca potuit, col.11.versic.sed aduerte quia contra, extr.de locat.Pet.Anch.in c.quàm sit,in 5.not.de elect. libr.6.[& consil. 387.in themate quædam narrantur.] Roman.d.consil.427.colum.2.versicu. tertio quia vbi est executio.Pau.Cast. consi.99. quia per suprascriptos,lib.1.& consil.78. videtur dicendum præfatum,colum.1.libr.2.& consil.228.quæritur primò,colum.2.versicu.secundò quia vbicunque,eod.lib.2.[Raph.Com.dum allegat not.in d.ca.cupientes, & in d.c.licèt canon,consi.5.nauta quidam,col.vlt.]Cep.causarum ciuilium consi.25.ex quæstione prædicta, colum.7.versic.secundò probatur.Aegidius Bellamer.consi.9.factum est tale,cùm esset lis,colu. 1.& alibi sæpe in eo.consi.Dom.consi.23.quia diffusè per patres meos,col.2.Alexan.consi. 14. viso & considerato,col.1.lib.2.& consil.57.per spectis testamento codicillis, colum.4.versicu. ex omnibus igitur, eod.libr.2.[& consil.6.circa processum col.pen.versic.& respondit,lib.3.]& consi.40.viso themate,col.1.lib.6.Barb.[in c.si quorundam, colu.2.extr.de solutio.vbi id dicit singul.&]consi.86.illud referam,col.9.versicul. tertiò faciat, lib.3.& consi.45.illud in mediū, column.6.versicul.septimò est ponderandum, lib.4.Cornel.consil.[121 quanquam videatur, col.3.in litera t,& seq.lib.3.& consi.276.quoniā post consilium,col.3.versicu.quod maxime procedit,eod.libr.1.& consi.25.in hac consultatione,colum.vlt.versicul.tertiò vbi est tacita,lib.2. & consi.]246.videtur in hac,colum.1.versic.& quia ipso iure, lib.3.& consi.40.viso processu, col.5.versic.& vbi pœna,lib.4. Franc.Areti.[in l.si serui.§.vlt.col.quoque vlt.ff.de verbor.obligat.& in d.l.si quis ex pluribus,eod.tit.]in ca.at si clerici.§.de adulteriis,& ibi etiam Feli.col.2. ext.de iudic.& idem Aret.consi.94.respondeo breuiter,colnm.penult.[versicu.tertiò quoque post lapsum.]vbi dicit ad hoc sing.glo.in dicto §.quòd si per 20.& Francisc.Curt.senior.consi. 64.antiquissima,column.vlti.Guido Pap.consil. 31.viso ad plenum, in 6.dubio.& consi.192.ex facti narratione, columna prima.Cardin. Alexand.in capitulo primo, columna secunda titu. quæ fuit prim.causæ. bene. amir. & in capitulo. propter ecclesiasticas, colnmna secunda,versi. ex prædictis.& iterum in cap.quoniam,columna vltima, versicul. hoc etiam ego.18.distinct. & Iason in l.2.columna secunda.C.de iure emphyteut. & in dicta l. huiusmodi. §. Sticbum. columna penultima.ff.de legatis 1.[& in l.prætor ait.§.1.columna vltima.ff.de nou.oper.nunriat.]& Philip.Dec.in authen.qui rem, colum. 4.versicul.3.principaliter.C.de sacrosanctis ecclesiis, & consi.138.cuius superscriptio incipit verba ista, column.1.& 2.& consil.146. cuius superscriptio incipit, dubia de quibus, colum. 3.versicul.vltimò non obstat. [& consil.160. in causa monasterij, in fine,] & Stephanus Bertrand.consi.275.visis pactis, numero 5.libro 1. Hippolit.Marsil.in repetition.ff. de fideiussor. numero 344.Matthæus Afflict.decisio.Neapol. 174.quidam restituit, columna secunda. Nam & aliàs cùm dispositio est consummata, non potest mora purgari.Bald.in l.1.column.5.versicu.generaliter not.C.de his quæ pœnæ notat. per l.Thais.§.intra.ff.de fideicommiss. libertat. Et vt idem dicit in ea ipsa lege, colum.penulti. terminus qui perimit gratiam, facit vt mora purgari non possit, per dictum.§.intra.&l. qui fundum.ff.de contrahend. emption. & clem.ei quem, de concef.preb.

311 ¶ Qua in re tamen subit in mentem dicti Bald.in d.rubr.quid iuris sit. asserentis id procedere, nisi incontinenti purgetur,per l.diuus. ff.de in inte.restit. Quod si verum est, frustra quæritur, vtrùm quid fiat ipso iure, an per sententiam, quantum ad eam rem pertinet, quia etiam vbi aliàs mora purgari potest,intelligitur, modò id statim fiat, per cap.potuit, extr.de locatio. & d.l.& si post tres,ff.si quis cau.& not. in d.l.si insulam.Subit item illud eiusdem Bal. in l.cum ancillis, colnm.2.versicu.ibi patefecit. C.de incest.nupt.scilicet dictionem mox, non impedire, moræ purgationem intra, paucos dies. & sequitur Alexan.in l.si insulam,colum. 7.versicu. secundò limita.ff.de verbor.obligati. & tamen ea inducit canonem latæ sententiæ,vt diximus supra in 27.fallen.Sed non propterea discesserim à sententia tot illustrium virorum, præsertim cùm textuum auctoritate muniatur. Sed tu interim vide Alexand.in d.l.si insulam, colum.11.& in 11.fal.& Philip.Dec.consl.138. cuius superscriptio incipit, verba ista, calumn. vlti.& Cardin.Alexand.in d.c.1. titul. quid iur. sit. Illud tandem dixerim, esse qui intelligant quod dictum est non purgari moram cùm quid ipso iure fit, procedere cum simpliciter pœna imponitur, secus si ita tum demum, si is ad cuius commodum pœna est, voluerit. Ita enim voluit Domi.in d.c.licèt canon, versi.is etiam, paulò ante fi.de electio.lib.6.

312 VNDECIMVM, cùm pœna ipso iure imponitur, non mitiùs vt aliàs agitur cum confesso quàm cum conuicto,nec è diuerso augetur pœna per inficiationem, per tex.in l.id q. seruo.§.1.vbi & Bar.no.& Alex.in addit.ipsius, qui id reputat sing.ff.de pecu.leg.& idem Bar.in l.qui ob causam.ff.de cond.indeb.& tn l.palam. §.vlt.versi.si deprehensa.ff.de rit.nupt.& voluit etiam Bald.in l.ea quę,in 2.quæsti.C.de condit. indebi.vbi hoc dicit not.[& in l.peculium.§.sed & si.ff.de pecul.]& Pe.Anc.in cap. perpetuæ, circa medium,de elec.lib.6.vbi id dicit esse mēti tenendū.& in c.1.col.vlt.de hom.li.6.Flor.in l.lege aquilia,quæ est 2.circa mediū.ff.ad legem aquil.Alex.in l.eum qui,in princ.col.pen.versi. vnum

vnum etiam tene.ff.de iureiu.vbi id dicit sing. & menti tenendum. Ang. Are. in tract.malefi.in verbo,compatent iniquisiti,& partem confiten tur,col.3.vbi hoc dicit sing.not Cardin.Alex.in c.vasallus,col.1.tit,si de feud,fue.cont.inr.don, & ag Feli.in c.de hoc,colum.2.versic.sed limita ext,de simo.vbi de hoc dicit esse glo.valde not. in c.in primis,in verbo,sponte.2.q.1.quæ tamē hoc non dicit.& Hippo.Marsil.in l.1.num.66. C.de rapt.virgin.& in l.de vnoquoque, numer. 88.ff.de re iudicat.& in repetit, rubri.ff.de fide iuss.numer.142.

313 ¶ Verùm Augustin.Ari.in addit.Angel. Aretin.vbi suprà, hoc subobscurè reprehendit. Neque enim id,inquit,probatur in d.l.id quod seruo.§.j.sicuti etiam declarat Bal.in d.l.ea quę. Sed nec tex.in d.l.palam.§.vlt.si bene ponderatur.Nam ibi materia est odiosa,hic autem casus est fauorabilis,cū videlicet pœna minuitur propter confessionem,per ea quæ dicit Bald.in c.1. §.porrò,tit.quæ fuit pri.cau.bene.amit.Et hanc etiam partem sequitur Phil.Dec.in ca. at si clerici,in 6.no,in fin.ext.de iud.vbi nullam Augustin.facit mentionem.

314 ¶ Sed ego priorem sententiam veriorem esse puto. Nam cùm pœna ipso iure imponitur non videtur quòd propter sequentem cōfessionem minui possit aut debeat quod iam quæsitū est. Alioquin etiam eadē omnino ratione esset locus purgationi moræ:quod nemo admittit. Sed illud tamen te monitum volui, maiorem eorum doct. partem , quos iam citauimus , id quidem de quo tractamus , ita scripsisse, videlicet pœnam quę ipso iure committitur , per inficiationem non crescere,quod non longè abest ab eo quod diximus in hoc casu,non mitiùs agi cum confesso , quàm cum conuicto.

315 DVODECIMVM, licèt cùm ciuiliter tantùm agitur , mitius sit agendum cum reo ad imponendam pœnam,quàm cùm agitur criminaliter , per l.penult.C.ad legem Cornel. de fall.& ar.cap.super literis, extr.de rescripti. & cap.super his, extr.de accus. & eorum quæ not.per Innoc.in cap.per inquisitionem, ext.de crim.fals.& voluit apertè glos.in d.c.ad falsariorum, in verbo , deprehensi,ext.de crimin.falsi. nam vt dicunt Panor.& Io.Anan.ibi , fortè diligentius desendisset causam suam, si actum fuisset criminaliter: id tamen non procedit in pœnis ipso iure illatis. Nam tunc qualitercunque sit actum, siue criminaliter,siue ciuiliter, eæ sunt hauddubie imponendæ,secundum eosdem Panor.& Io.Ana.vbi suprà , per glos.in clemen.1. §.verùm quia, in verbo, eo ipso, de hæret.de qua diximus supra in 3.discrimine.

316 DECIMVMTERTIVM, si quid me ro iure valet, sed aliquo remedio possit impugnari aut infringi , valet illius auxilij siue remedij renūtiatio,vt actus quoq; valeat.l.vlt.§.vlti. ff.ad Velleia. & voluit Bald.in l.conuenire.ff.de pact.dota.& in c.1.col.2.versi. sed an possit renuntiari,tit.qui succes.tene. Quòd si ipso iure non valet quod actum est , nihil operaretur renuntiatio , vt possit vim ac robur accipere.d.l. conuenire , & ibi etiam Bal.post Ricar.& Cyn. & l.iurisgentium.§.si paciscar.ff.de pact. & voluit etiam glos.in c.statutum, in princ.in verbo, committatur , de rescr.libr.6.Cyn. Iacob.Bu.& Bald.in authen.si qua.C.ad Velleian,idem Cyn. in l.generaliter,quę est vlt.in 2.q & ibi quoque Bart.post prin.eod.tit.Bal.in l.antiquæ.§.vlt.eo. quoq; tit.& in l.si quis in conscribendo.C.de episc.& cler.& in l.pen.col.2.C.de pact.& in l.1. C.qui bon,ced.pos.[& in l.si prædium,col.vlti. versi.sed nunquid ædilitiis.C.de ędili.actio.]& in d.c.1.tit.qui succes.ten.& in c.ex transmissa, in fin.ext.de renunciat.& in c.constitutus,extr. de transact.Panor.in c.si diligenti, col 4.versic. secundò transit,ext.de for.compet.Alex.consil. 116.visis quæ subtiliter,col.vlt.lib.6.Iason in l. nemo potest , colum.5.versicu.tu adde bene facere.ff.de legat.1.

317 ¶ Verùm Barb.consi.12.& scribitur apud prophetam,colum.4.versicu.& si quispiam allegaret, libr.1.respondit contrarium , per l.1.in princip.de fer.vbi licèt lex vtatur verbo nullius momenti, quod ostendit actum nullum ipso iure , vt suprà latè diximus , dicit tamen partes posse eo casu renuntiare , vt etiam dicit text.in l.si feriatis, eod.tit.Ex quo inaniter admodum & gloriosè iactat se Barb.deiecisse in profundū illam quam suprà diximus doctrinam. Et idem dicit ipse Barb.consil.42.illud in medium afferam , col.pen.versi.nec ob. quod not.eod.lib.1. & in l.1.§.si quis ita.colum.5.ff.de verb.obliga.

318 ¶ Sed non animaduertit Barb.in illis locis, aut certè dissimulauit in casu illius l 1.& l.si feriatis , actum non esse nullum,nisi cùm fit citra voluntatem partis . Nam si pars ipsa consentiat, valet. Et sic procedit tex.vlteriùs id declarando. Nihil ergo obstat ei quod diximus, vt in simili dicit ipse Barb.consil.43.præclarè scribitur,col. 11.versi.& si quispiam allegaret,lib,1.& consi. 38.præclarè scripsit,ante fin.lib.2.vbi secundum illius inductionem in casu simili illi text.probant illam quam primo loco dedimus, doctrinam.Nam primùm vetant causas decidi diebus feriatis,deinde subiungunt , nisi id partes consenserint. Quasi partes non potuissent illi prohibitioni derogare , si non vlteriùs processissent , sed in meris finibus prohibitionis remansissent vt dicit idem Barb.postremo loco.

319 ¶ Ideoque ipse Barb.secum palā pugnans in d.consi.43.vbi suprà,lib.1.nuncupatim tenet priorem illā sententiam,sicuti etiam facit consi. 21.& quidem viso puncto, ad fin.eod.lib. 1.& consil.37.illud adducam, colum.9.versicu.& si quispiam dixerit,eod.lib.1.& consi.52.luculenter,col.5.versi.& sic pondero,lib.2.dum allegat Bald.in d.capi,1.titul.qui succes.tene.& consil.

70.illud in medium referam,col.5.verf.tertiò fi ciat, & multis feq. lib. 3. & confi.64.fcribitur Exodi,colum.3.in fi. & iterū col.fequen. lib. 4. vbi illud dictum Bald. dicit multum fingu. & in clemen.& fi principalis, char. penul. verficu. adde etiam dubium, de refcrip. Fuit Barb. magno vir ingenio, fed inconftanti & humano, qui nunquā finebat confulētes,à fe triftes abire.

320 ¶ Quòd fi quis id dicat, priorem illam fententiam, fi vera eft, fubuertere ea, quæ tam anxiè ac operosè fuprà differuimus in prin. l. noftræ, num. 87. incip. ex his quæ dicta funt, & multis feq. poffe: fcilicet donantem huic legi renuntiare. Nam cùm fit reuocatio ipfo iure ex hac l. vt fuprà diximus in princ. huius glo.confequens eft, vt non ei poffit donans renuntiare fecundum illam doctrinam: fciat hic donationē non effe ipfo iure nullā à principio, fed tantùm poftea reuocari ipfo iure. Cui reuocationi ne fiat, ftatim occurrit interceditque patris renuntiatio,quòd multò facilius eft, quàm fi ab initio nulla ipfo iure fuiffet; per l. qui ex liberis. §. teftamenti.ff.de bono.poffe.fecun.tab.& l.fi vnus. §.quod in fpecie.ff.de pac. cum his quæ latè diximus in verbo,fufceperit liberos,verfic. 164. à quibus non longè abeft.

321 ¶ Illud autem omnino indubitatū eft apud omnes, quòd fi actus annullatur ex claufula decreti irritantis, nihil omnino prodeft confenfus aut renuntiatio partium. c.dilecto,ad fin. verfi. nifi fortè,& ibi glo.Inno.Hofti. Ioan. And. Pan. & alij ext.de præben.[glo. in c.ftatutum,in verbo committatur, de refcri. lib. 6. & ibi quoque omnes propè doct.]Io.An. in c.quia fruftra, col. 2.ext.de vfur. cum multis alijs concor. adductis ab ipfo Barb.in d. cle.& fi principalis, [& in repe.rub.de fid.inftru.col.2 t.ver.quintò vbicunq; lex,vbi ad hoc allegat quoldam tex.]& conf.41. Deum innocent,col.antep.ver.3.faciat,lib.3.[& confi.6.illud in medium,colum.vlt.lib.4.]Soci. confi.87.vifis inueftitura feudi,col.5.verfi. confirmantur præmiffa,lib.3 [Fel. in c.cum acceffiffent,col.4.ver.tertia declaratio,de conft. & in c. fi diligenti,col.2.ver.quartum correlatiuum, de for.comp.]Iaf.in l.non dubium,col.5.C. de legi. & in l. inter cætera,circa fi.ff.de libe.& pofth.& in d. l.penul.C.de pac.& confi.85. quando habemus,col.2. lib.3.Anto.Cor. in fuis lingu.in verbo, claufula vbicunque lex. Hipp. Marfil. confi. 133. illumina quæfo,col.3.verfi. quinimo dico. lib.2.& Lancel.Gali.in reper. l. j.in princ. col.3. verfi.hinc eft quòd vbicunque.ff.de verb.oblig.

322 ¶ Quanquam & huic [quod diximus de confenfu,]contradicit ipfe Barb. vbique fui fimilis,in d.confi.42.col. pe. lib.j.per tex.in. d.l.j. de fer.cui iam fatis refpondimus.[nu. ab hinc 4. & eft ratio priorē feniam non leuiter confirmans, quòd vbi apponitur ea claufula decreti irritantis, illud cenfetur inductum pro forma, ex fententia Bald. Ange. & recentiorum in l. j. ff. de lib. & pofth. Petr. Ancha. in repe. capi.j.verfic quæro fi ftatuto cauetur quòd notarijs, ext. de conftitu. Iaf.qui illius fententiæ rationem adducit,in l.Ius publicum, in fin.ff.de pact.

323 ¶ Vt tamen intelligas illud quod diximus procedere, nifi duobus concurrentibus, videlicet quod id quòd fub eo decreto iuffum eft vel prohibitum, fit merè in fauorem vtriufque partis, non mixto fauore alterius. Et quòd vtriufque partis confenfus accedat, tunc enim valet confenfus, non obftante eo decreto, vt voluit Imol. in cap. ftatutum.§. cùm verò, & ibi etiam Domi. colum. 5. verficu. not. tamen ex glo. de refcrip. lib. 6. de quo tamen vide omnino Felin. in cap. cum dilecto, colum. 14. verfi. fed quicquid dicatur, extra eod. titu.]

324 DECIMVMQVARTVM, quæ ipfo iure funt refciffa, reuocata, amiffa, confifcata, iam non poffunt alienari nulla expectata fententia. Quæ autem hominis fententiam requirunt, interim alienari poffunt, dum nondum lata eft fententia, vt voluerunt Cyn. & Bald. in authen. inceftas.C.de inceft. nupt. Archi. Zenze. Ioan. And. Pet. An. Dom. & Philip.Fran.in c cùm fecundum,poft prin.de hære. lib.6.Bar.in l.poft contractū,col.4. ver. fecundū tēpus eft poft delictū, & ibi Pau. à monte Pico. in rep.col.18.verfi.circa fecundum tēpus, & iterum col.20.ver.3.principaliter.ff. de don.Ang. in l.fi quis poft hac,col.2.ver.2.limita.C.de bon. profcript.Collect. in c.in quibufdam, col.j.verficu. hodie tamen, extrà de pœnis. Pet. An. in capitu.2. in 6. notab. de præfcrip. lib. 6.& in capitu. felicis, colum. penul. verficu. quæro poft Io. & ibi etiam Philip. Franc. in §. nullus, de pœnis, eo. lib. Petr. Ferra. in titu. forma libel. in caufa fpol. pof. in verbo, ipfo facto. Ioan. Ray. in capitu. imperialem. §. callidis, verfic. pœna, in 16. quæft. 3. par. prin.titu.de probib. feud. ali. per Fede. vbi ad hoc quædam iura allegat Francif. Aretin. in l. fi quis poft accufationem, colum. 2. ff. de teftamen. Anaftafius Platus inter confi. Barb. confi. vlti. multos futuros, colum.3. lib.j. Felin in capitu. Rodulphus, char. penul. ext. de refcrip. Phil. Deci. confi. 235. in cafu magnifici, colum.3. verficu. veniò igitur ad alia. Matth. Afflict. in conftitu. Siciliæ incip. de Pacterenorum, colum. 4. verficu. fed quæro an ifta. Ex quo potes intelligere in cafu noftræ legis non poffe donatarium poft natiuitatem liberorum donantis rem donatam alienare.

325 ¶ Sed quæftionis eft,quid fi donatarius ante natiuitatē liberorum donantis in aliū tertium rē donatā transtulerit. An ab ifto tertio poffeffore poterit donans ex hac l.rē ipfam vēdicare. Quod nō vr,per id quod infimili dr in l.his folis, fuprà eo.ti.vbi fi donatarius ante ingratitudinem atq; adeo poftea ante litem motā rem donatā alienauerit,nō poterit à tertio res ipfa reuocari. Etiā fi

 dolus.

dolus.C.de rescin.vend. vbi si res dolo emptoris vendita fuit, & emptor postea in alium dominum transtulerit, non competit rei vendicatio venditori contra illum tertium. Et glos. ibi in verbo rei vendicatio, dicit id procedere etiam si dolus dedit causam primæ venditioni, ideoq; nulla fuerit,

326 § Cuius l. ar. respondit Alexan. consi.92. perspectis his,colum. 2.vers.secundò respondeo lib. 1.quòd remedium.l.si quis maior.C.de trãsact.ex qua is qui contractum in reiurando con firmauit,cadit re de qua contractũ est,si aduersus contractum quicquam faciat, non habet locum contra tertium, cui contrahens ipse rem vendiderat, & ad hoc quoque alia quædam huic sententiæ concinentia adducit. & eum sequitur. Thomas Parpa,in repe.d.l.si quis maior, in 4.q.

327 § Sed aduerte quia in d.l.his solis, donatio non reuocatur ipso iure, nec competit rei vendicatio,sed tantùm actio personalis, vt declarat gl.ibi.Sed nec cùm contractus est nullus ex dolo, competit rei vendicatio, sed tantum actio personalis ex eo contractu, vt dicitur in d. l.dolus,& ibi gl.vlt.& etiam glo.in l.in contractibus.ff.quib.ex cau.maio.Ideoque non mirum si huiusmodi actiones non sequuntur rem, sed personam tantum,per l.vlt.§.1.ff de contrahen. empt.& l.j.§.si heres percepto fundo.ff.ad Trebel.& l.eum cui,C.de actio.& obli.& l.cum precibus.C.de rerum permuta,cum simil.Hic autẽ in casu legis nostræ,& ipso iure reuocatur donatio, & competit rei vendicatio, vt.diximus in prin.huius legis quæ rem ipsam quocunq; vadat pedetẽtim sequitur,& competit aduersus quem cunque possessorem.l.mater tua, & l.aduersus, C.de rei vend.cum si.

328 § Quin & cùm tantùm actio personalis competit,ea tamen si rem afficit,& rem quoque sequitur & possessorem.l.si ipsa, & l.metum.§. vlt.ff.quod met.cau.& c.cùm contra, ext.de pigno.& voluit Bald.in l.2.in j.q.C.de resc.vend. Constat autem rem donatam esse huic reuocationi affectam ex dispositione huius legis. Ex quibus etiam videmus quòd dominus vendicat feudum quod tendit in commissum,etiam à tertio possessore, vt per Bald.in c.1.§.porrò, colu. 2.versi.quæro quo iure, & ibi etiam Card.Alexand.in §.item qui domino,col.2.vers.si autem ageretur,tit.quæ fuit pri.cau.bene amit.& ante hos per glo.Iac.Bel.Bald.& cæteros in c.j.tit.de contro.inter do.& empt.vbi est optimus tex.& etiam glos.in c.1.§.callidis,in verbo,reuertatur, & ibi quoque Pe. Cet.Bal.Iac.Aluar. & Cardi, Alex.tit.de prohi.feud.alie.per Fede.vbi tamen hoc dicunt interesse,quòd si res est apud vasallum,is ipso iure amittit: secus si apud tertium possessorem. Nam quantum ad eum opus est sẽtentia, vt ipse tertius possit agere de euictione, per iura per eos allegata. Non poterit igitur dominus, inquiunt, sua auctoritate apprehẽdere possessionem apud alium bonæ fidei constitutã: tanquam sentiant aliud esse, si adhuc sit in manibus vasalli. Et idem quoque voluit Pan.Castr. consil.168.in casu præsenti, paulò ante finem, libro 2. Sed in hoc vide quæ dicam in 18.discrimine. [& quæ scribit Iason consil.138.viso diligenter,lib.1.]

329 § Attende lector quia si iste secundus habuit à primo eodem titulo donationis, quo ille primus habuit, non tantum est dubij. Nam in casu d.l.2.de rescin.vendic.plerique omnes tenent, quod si secundus rem habuit titulo gratuito,vel etiam non gratuito,sed iniusto pretio, & eodem vitio læsionis laborante, quo primus, tunc hauddubie competit auxilium. d. l. etiam aduersus hunc secundum & singularem successorem. Ita enim voluerunt Bald.& Salyc.ibi, in 13.q. & nullus (si bene memini) refragatur. Quòd si iusto venditionis titulo aut alio oneroso iste donatarius in alium transtulerit, maius est dubium: cum & in casu illius l.2. hoc casu non competit remedium illius aduersus tertiũ ex sententia omnium. Tamen & in hoc quoque casu legis nostræ potest vendicari ab hoc tertio possessore, ea quam diximus ratione, quod rei vendicatio quæ hic competit, sequitur quemlibet possessorem, vt in simili, videlicet in casu l. j. C. de dona. quę sub modo, tenuit Franc. Ripa in interpretatione. l. vlti. in 40. quæstio. hoc eod. titu. Sed hic possessor, à quo res ipsa vendicatur, recuperabit à donatario pretium aut aliud quiduis quod pro ea re tradidit,etiam si non aliter teneatur de euictione,arg.l.emptorem.§. vlt. ff. de acti. empt. Nam id ipsum pretium non potest recuperare à donante, qui vendicat rem ipsam, vt in simili voluerunt omnes in d. cap.cùm secundum, de hęret.lib.6.& probatur in l.inciuilem.C.de furt. nec enim habuit venditor ius vendendi.l.in causæ.§.vlt.ff.de minoribus, & l.si quis sub hoc pacto.ff.de contrahen. emptio.

423 SEXAGESIMVMSEXTVM, cùm quæritur an citatus à iudice incõpetente teneatur comparere, allegaturus illius incompetentiam, inter cęteras distinctiones illa est, quòd aut ipso iure deficit iurisdictio illius, & tunc citatus, si notorium est, comparere non tenetur: nec valebit processus factus contra illum. Aut ope exceptionis potuit se subtrahere ab illius iurisdictione, vt in casu l. j. C. quando inter pupil. & vidu. & in auth. habita. C. ne fil. pro pa. & tunc tenetur comparere & excipere, aliàs valebit processus factus contra eum, per l. 2. §. legatis, & l. si quis ex aliena. ff. de iud. Ita enim voluit ipse Io. And. in addi. Spec. tit. de cita. § j. in princ.

424 SEXAGESIMVMSEPTIMVM, quando ex causa transactionis reus est ipso iure liberatus, tunc poterit pœna peti & actor repelli exceptione transactionis, per tex. in l. vbi pactum, secundum communem lect. C. de transf. At si reus non ipso iure, sed ope exceptionis est liberatus, secus; quia si pœna petitur, contra exceptionem datur replicatio, per l. cum proponas, e. tit. super quo vide omnino doct. oẽs vtrobiq;.

425 SEXAGESIMVMOCTAVVM, quando caput siue remedium incompetens est nullum ipso iure, tunc sufficit ignorantia iuris, ad hoc, vt quis nõ videatur renunciasse remedio competenti: sed quando actus qui fit, vel approbatur, est validus ipso iure, potest tamen impugnari, tunc fauore testamenti, vt institutio & voluntas testatoris seruetur, quantum fieri potest, etiam error iuris præiudicat, vt retractari non possit, tex. est vtrunq; probans in l. post legatum, in prin. & ibi Bar. col. j. ff. de his quib. vt indig. & quem in id dicit sing. Fran. Are. in l. Clodius, col. 2. vers. quęrit ibi glos. ff. de acq. hęr. Et bene facit. l. si patronus, in vlt. membro. ff. si quid in fraud. patro. quam etiã allegant Bar. & Aret. vbi suprà.

426 SEXAGESIMVMNONVM, quãdo pœna infertur ipso iure, tunc res iudicata dicitur, confestim quàm sententia lata est, non expectatis decem illis diebus, intra quos appellari potest: aliàs secus, vt videre licet ex gl. & Barto. in l. furti. §. j. ff. de his qui no. infa. & in l. qui vltimo. ff. de pœn. & ipse Barto. in l. j. ff. de re iud. & Franc. Aretin. in l. qui à latronibus. §. si quis in capitali, culum. 3. versic. sed iste intellectus. ff. de testa. ex quibus planè intelliges, quem effectum hæc differentia habeat.

427 SEPTVAGESIMVM, cùm fertur sententia contra absentem, pro eo qui non habet actionem ipso iure, & scit actionem sibi non competere, semper ea sententia nulla est ipso iure, licèt si competat actio, sed per exceptionem elidi potest, valet sententia: de quo quia longa est cuntuersia inter nostrates, ne te sic diutius detineam, vide canonistas in cap. si duobus, de appel. Bart. in l. absentem, in 4. q. ff. de pœn. Alex. & Franc. Areti. post alios in l. si is ad quem. ff. de acquit. hæred.

428 SEPTVAGESIMVMPRIMVM, assumitur ex l. necessarijs. ff. de acquir. hæred. vbi sui hæredes post immixtionem non habent abstinendi beneficium, nisi ea immixtio sit ipso iure nulla. Ita enim eam l. intelligit Bald. ibi, super quo vide omnes scribentes in eo loco.

429 SEPTVAGESIMVMSECVNDVM, tùm quæritur an cùm testator instituit duos hæredes: alterum incapacem, in eo quod capere potest vel etiam in re quapiam: alterum in residuo, an hic totum habebit? necne? Sunt qui distinguunt, an ille ipso iure capere nõ poterat, an nõ ipso iure, de quo tu vide Cyn. & Alb. post Pet. in l. pater, quæ est 2. C. de hæredib. institu. Et hinc occasione sumpta, rixantur an spurius sit ipso iure incapax, de quo in hæreditas. C. de his quibus vt indig. sed & tu de hoc vide Corne. in d. l. 2. & de hoc quoque nonnihil per Bald. in l. si is qui. ff. de vulga. & pupil. substit.

430 SEPTVAGESIMVMTERTIVM dubium est, vtrùm ante secundam stipulationem pœnalem commissam possit agi ad id quod venit ex prima vestita, in qua re glos. nostræ sunt contrariæ, & habent vtræque suos sectatores. At Barto. in l. ita stipulatus, colum. vlt. ita distinguit. Nam aut pœnalis stipulatio sequens nouat primam ope exceptionis, & tunc possit agere, vt saltem valeat sententia, si non oppositum fuerit. l. si fideiussor. ff. manda. nec enim potest post latam sententiam, talem exceptionem opponere, nisi in casibus notatis in l. j. C. de iur. & fact. ignor. Aut nouat ipso iure, & tunc non valet sententia, per not. in l. vbi pactum. C. de transact. & hoc admodum conuenit cum eo quod diximus in 20. discrimine, & vide etiam quod dicemus in 77. discrimine.

431 SEPTVAGESIMVMQVARTVM, si impetrans rescriptum, per ignorantiam quicquam obrepsit, iudex etiam delegatus cognosce. de principali, non si per malitiam, vt not. in l. præscriptione. C. si contra ius. Sed hoc intelligit Io. Fab. ibi, quantum ad primum caput, nisi esset talis subreptio qua probata, rescriptum ipso iure nullum redderetur, vt in cap. statutum, de rescrip. lib. 6. Nam iudex non cognoscet de principali, etiam si per ignorantiam surreptum fuerit.

432 SEPTVAGESIMVMQVINTVM, in illa quæstione tenebricosa, an si dominus condonauerit culpam vasallo, ob quam feudo priuatur, fit tunc feudum censendum nouum, veluti de nouo concessum? an antiquum, vt prius erat? Sunt qui distinguunt, an ea erat culpa, quæ ipso iure vasallum priuabat, an non ipso iure, de quo tu vide And. Iset. Iaco. Aluar. Martin. Laud. & Cardin. Alexan. in capitu. j. titu. de vasall. decrep. ætat. & plurimos quos tibi longo ordine retuli suprà in eadem glos. nume. 12. ex his autem, & in tractatu Retractuum. titu. j. §. 32. glos. j. nume. 29. quid autem de feudo. Ex quibus multos comperies id quod diximus scribentes & inter alios, ne te diutius detineamus omnes sigillatim conquirendo, Bald. in capit. insuper, colum. 2. versi. quæro si vasallus, tit. de prohi. feud. alienat. per Feder.

433 SEPTVAGESIMVMSEXTVM, quod voluit idem Bald. in l. quid ergò. §. pœna grauior, colum. vlt. versicu. vlteriùs circa nostram. ff. de his qui not. infa. in priori lect. q nunquã põt per iudicem cõmutari pœna, quę ipso iure à lege infligitur, in aliã, p l. palã, in fi. ff. de rit. nupt. licèt nonnunquã vna pœna in aliã cõmutari possit, vt not. in d. §. pœna grauior.

434 SEPTVAGESIMVMSEPTIMVM, qui ipso iure tutus est, non habet necesse opponere: qui verò ope exceptionis, necesse est illi eam exceptionem opponere, alioquin condemnabitur, & valebit sententia, Bald. in l. si cum exceptione, in prin. ff. quod quisque iur. in j. lect. Et id quidem prope modum ei simile est quod diximus supra in 20. discrimine & iterum in 73.

435 SEPTVAGESIMVMOCTAVVM, quia à nostris tractatur, an actus inualidus confirmari possit tum alibi sæpe, tum in l. legitima. ff. de pact. Bal. ibi, col. vlt. ver, sed oppo. dicitur, ita distinguit. Aut deficit actus propter inhabilitatem personę, aut pp defectum formæ, aut pp defectũ causę. Primo casu, aut est talis persona, in quam actio non cadit ipso iure, & tunc confirmari non potest. l. j. §. si filius. ff. de leg. 3. nisi causa confirmans superueniat tpe habili & de nouo, l. si minor. ff. de ser. exportan. Aut est persona in qua actus sustentari possit ipso iure, sed ei obstat exceptio, & tunc põt cõfirmari: nõ q p se ipsum confir-

cõfirmet: sed per causam confirmantẽ.l.si mulier C.ad senatusc.Velle. Secundo casu cùm est defectus formæ,& cætera, quæ omitto ad hũc locum minimè pertinentia, sed id habet nescio quid confine cum 58. & 59. discriminibus, vt ibi videre poteris.

436 SEPTVAGESIMVMNONVM, cùm tractatur,an dolus cum dolo compensetur, Bal.in l.cum mulier,col.3.in 12.q.ff. solu. matr. hanc inter cæteras distinctiones post Dyn. & Iac. Are. ponit, nam aut agitur criminaliter,aut ciuiliter,si primum,aut loquimur de compensatione pœnæ extinctiua,& non fit.l.2.§. si publico.ff. de adul. Aut de compensatione exclusiua personæ, cui dolus obijcitur ad eam repellendã, & tunc refert, an compensatio fiat ipso iure, & non fit: aut ope exceptionis, & tunc iterum refert, an exceptio opponitur post litem contestatam,& cætera,quę ibi videre poteris.

437 OCTVAGESIMVM, quia quæsitũ est, an restitutio in integrum possit incidenter peti,Bal.in l.nam & postea.§.si minor,col.j. ver. & ideo cùm quæritur.ff.de iureiur.Si minor,inquit,læsus est in iudicio,aut actus lędens perimit ius minoris ipso iure quia renunciauit actioni, quæ ipso iure tollitur, tunc non potest incidenter restitutionem petere, sed necesse est, vt principaliter petat, quia per modum replicationis non posset, cùm actionem non habeat, arg.no.in l.lecta. ff.si cer. pe. & in l. vbi pactum. C.de transf. & in l.cum à te,in gl. ff. de dol. mal. Si autem non perimit ipso iure, & tunc aut simpliciter replicat,& non potest arg. l. nec non. §. exceptio.ff.ex quid.can.maior. Aut. petit restitutionem,& potest,per d.§. si minor. Quid autem in contractu & præscriptione,ibi videbis.neque enim ad hunc locum pertinet.

438 OCTVAGESIMVMPRIMVM, pœnæ pecuniariæ impositæ ratione delicti & postea ipso iure sublatæ,renasci non possunt, si veniunt ratione contumaciæ vel pacti. Si verò non sint ipso iure sublatæ, semper possunt instaurari ope replicationis.l.pacta nouissima.C.de pact.& voluit Bald. qui & alia multa iura in id citauit, in l.si quis accepto.ff.de cond.can. da.

439 OCTVAGESIMVMSECVNDVM, dubitatur à multis an naturaliter obligatus testis possit aduersus naturalẽ obligationẽ, qua in re nonnulli dicunt, restituendũ,nisi sit tutus ipso iure,de quo in l.Marcellus.ff.de cond.indebi. & in l.3.§.pupillus.ff.de nego.gest.per Cyn.in l. indebito.C.si aduer.solut.& Bald.in l.interdum. ff.de condict.indebi.

440 OCTVAGESIMVMTERTIVM, cùm pœna ipso iure infligitur, ea non imponitur delinquẽti extra territoriũ,quia nec iuris nec facti executio ibi celebrari potest.c.vt animarum, de constit.lib.6. Si autem non ipso iure, sed per sententiam & hæc potest infligi subdito delinquenti extra territorium, quia sumit effectum intra territorium : & de natura scientiæ indicis est, vt possit ligare absentem, vt qui ratione contumaciæ pro præsente habetur, authen. qua in prouin. C. vbi de crimi. agi opor. & faciunt no. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dimi. & in l. 2. de eunuch. & in l. mercatores.C.de commer.& mercat. Hec Bald. in l. j. colum. antepe. versicu. viso an forensis. C. de sum. Trini. sed tu de hoc vide pleniùs Domi. post alios à se citatos in d.c.vt animarum,col.2.

441 OCTVAGESIMVMQVARTVM, vbi ipso iure lata est sententia per legem, non potest ficta siue præsumpta confessio reuocari prætextu erroris. l.quoniam.ff.de his qui no. infa. & l.si tutor.C.de interd. matrimo. licèt aliàs reuocari possit.l.diui.ff. de pœn. & in §. si verò, in auth. de exhi. reis. Hęc idem Bal. in l. error, paulò ante finem.C.de iur. & fact.ignor.

442 OCTVAGESIMVMQVINTVM, si socius omnium bonorum emit de pecunia communi, res non est communis ipso iure, sed per actionem pro socio tenetur eam communicare, vel pecuniam restituere, per l. si quis societatem, in 2. respon.ff. pro soc.& l.Titium & Meuium. ff. de admin. tut. cum simi. Et hoc est magni effectus, vt dicit Bald. in l. j. ad fin. C. si quis alte. vel sibi, quia si quis interim alienaret in alium, transferret dominium, nec posset emptor conueniri, cùm res non sit communis,sed communicanda, nec personalis actio sequitur fundum. l. cogi. §. vnde quęritur.ff. ad Trebel. & l. cùm fundo, & ibi Bald. ff. de seruitu. rustic. pręd. & l. eum cui. C. de actio. & oblig. cum simili. Etiam si obligatio personalis sit contracta respectu rei. l. quędam.§. nihil interest.& l. vltima, §. j. ff. de contrahenda empti. cum alijs multis concor. à me collectis in tract. retract. lib.j.§. 8. in glos. 5. nume.7. incipi. id quod procedit.

443 OCTVAGESIMVMSEXTVM, sublato principali ipso iure, funditus sublatum est accessorium, quia per se stare non potest, & ita habet locum l.cùm principalis. ff. de reg. iur. cum simil. Secus si non ipso iure, sed tantùm per exceptionem.l. eos.C.de vsur. Ita voluit Iac. But. in l. 2.C.de luitio pign.quem refert Bal.ibi, qui tamen dicit posse dici quòd in d. l.eos, vsurę erant deductæ in stipulationem. Ideoque perempta sorte principali, non ideo perimuntur, cum per se stent ex illa stipulatione per l.j.C. de iudic.Sed tu de hoc vide latiùs Cyn. & Alber. in d. l. 2. quam vnam legunt ex-toto illo titu. Et hęc addas ad Philip Dec.in d. l.cùm principalis.

444 OCTVAGESIMVMSEPTIMVM, quia quęri solet,an vitiato principali vitietur & iuramentum super eo appositum, in qua re nostri & legistę & canonistę digladiantur vbique, inter cęteras autem distinctiones, quę ad huc afferuntur,ea vna est de iure ciuili. Nam aut aliquid est prohibitum ipso iure & in effectu;

& tunc id non confirmatur iuramento, per l.non dubium. C. de legib. Aut ipso iure est aliquid, sed non cum effectu, & tunc iuramentum supplet circa effectum, vt non possit impugnari vt in auth. sacramenta puberum.C.si aduers. venditio.Hæc Bald.in d.l.non dubium,col.antepen. in 17.oppositio.vbi hinc sequi dicit quòd si contractus minoris vel maioris valet ipso iure, iuramẽtum tollit ei omne iuris beneficium in iure singulari,cuiusmodi est beneficium restitutionis in integrum.

445 OCTVAGESIMVMOCTAVVM, non longè ab illis distat quod scribit idem Bald. consi. 310. super eo quod quæritur post mediũ lib.2.,quòd quando iudicium est ipso iure nullum,si non valet principale non valet iuramentum.l.si quis inquilinus.§.vlt.ff.de leg.j. & arg.l. si minor.ff.de ser.expor.Nec obstat,inquit,anth. sacra.pub.quia ea loquitur de contractibus, vbi ex consensu oritur obligatio naturalis, & ideo potest accedere fomentum iuramenti, sed in iudiciis talis obligatio non oritur.l.Iulianus. ff. de cond. indeb. quia ea redduntur in inuitum.l. inter stipulantem.§.sacram.ff. de verb. oblig. Sed quantum ad contractus pertinet,an scilicet iuramentum confirmet contractum ipso iure nullũ, vide quæ scripsimus in nostris legibus connubialibus, in glos.3. in verbo, *ne peut*, nu. 25. ex his quoque,& seq.vsque ad fin.eius glos.

446 OCTVAGESIMVMNONVM, in his quæ ipso iure concessa sunt, non necesse est adire iudicem,vt in cæteris rebus. l.j. §. hoc autem Senatus.ff.de ser.fugit.licèt tamen possit officium iudicis si de facto expedit, implorari, vt not.in l.2.C.de iure Emphyt.& in l.3.C.de pigno.nam tutiùs fit quod authoritate iudicis fit. Spec.tit.de feud.§.j.versi.18.quæritur. & in hoc debent iudices de facili præstare, & interdum sine citatione alicuius,ne fuga instruatur, vt not. Iaco. But.in l.consentaneum.C.quomo.& quan. ind. Bar.in l.ait prætor.§.qui debitorem. ff. quæ in frau.cred. & facit quod idem not. in l. si quis seruitute. ff.de furt.& Imo,in c.vt fama, de sen. excom. & Io.And.in c.cùm non ab homine, de ind. & sic iudex per modum voluntariæ iurisdictionis hoc concedit,per no.in §.multis,Inst. de liberti.& in l.3.§.j.ff.de bon.poss Hæc Bald. in l. requirendi, in prin.C.de ser.fugit.

447 NONAGESIMVM, si in venditione adhibitus fuerit dolus in minùs vendendo,tenet venditio, sed potest suppleri iustum prætium per emptorem.l.diligenter.ff. mand. & l. Iulianus.§.si venditor. ff. de act. emp. Sed hoc verum est,cùm venditio non est nulla ipso iure. quòd si talis sit', ea suppletio locum non habet. l. j. C. si vend.pign.agat.& voluit Bal.cuius hæc sunt,in l. cum contra,eo.titu.

448 NONAGESIMVMPRIMVM, dum quæritur vtrùm valeat impetratio dignitatis vel beneficij,non facta mentione possessionis aduersarij. Idem Bald.consi. 388. insuper quæritur. lib.j.ita distinguit.Aut possessor non habet titulum saltem coloratum, & valet impetratio, aut habet,& tunc aut titulus est ipso iure nullus, aut per sententiam annullandus, si primum quidem sit existenter vt ipse loquitur, sed non euidenter, & tunc aut est clausula amoto quolibet illicito detentore, & valet impetratio, quia ista clausula æquipollet mentioni coloratæ possessionis,ex sententia Ioannis de Deo. Si autem ea clausula non est,non valet impetratio, quia iste possessor non potest amoueri sine sententia diffinitiua principaliter lata, & non incidenter, & sic non habebit per modum executionem, vt in c.cùm nostris,de concess. præb. &c.quæ tu apud ipsum Bal.videre poteris,neque enim huc aliter pertinent.Et vide interim quæ diximus suprà in 18.discrimine qui est in nu.335.& seq.

449 NONAGESIMVMSECVNDVM, matrimonium quod ipso iure nullum est, non præstat impedimentum iustis nuptijs,maximè si hoc declaratum fuerit,vt no. in l.non præstat,de reg. iur.lib. 6. nam licitè contrahit nuptias, qui priores efficaciter non contraxit.l.hæc conditio. ff.de cond. & demon. Quod tamen verum est, nisi Papa in primo matrimonio dispensasset.c.litetas,de restit.spol.nam tunc de non esse transisset ad esse,& ideo aliud postea contrahi non posset.§.affinitatis,Instit.de nup.Hæc sunt Bal.consi. 95.punctus dubij,in j.dubio,lib.2.

450 NONAGESIMVMTERTIVM, id quod fit per legem ipso iure, non desiderat scientiam hominis. l. apud hostes. C. de suis. & leg. & l. liber homo.§.vl.ff.de stip.seruo. & l. ex militari.§.vl.& l.seq.ff.de mil. test. & l. multùm interest.ff.de cond.& demonst.& l.si pecuniam. §. si seruum.ff.de condi. ob cau. & l. eius qui in prouincia.ff.si cer.pet.Ita Bal.in consi.404. quia dictus,in prin.lib.3.

451 NONAGESIMVMQVARTVM, si vasallus culpam admiserit aduersus dominum, an possit illam eluere, & rem reponere in pristinum statum,sine metu pœnæ, saltem antequam dominus dictarit iudicium contra eum. Et ita distinguitur,an pœna ipso iure infligebatur, & non possit sine consensu domini, vt in cap. j. tit. quid iur.sit si post aliena,& arg.c.j.§.ex hoc,t.de feud.form.nam cùm à iure facta sit executio,non iam ampliùs potest suam culpam purgare,per ea que diximus de morę purgatione suprà in 10.discrimine. Secus si pœna infligenda esset per sententiam,quia ante eam potest purgare, ex no. in §. item mixta est actio,Instit.de actio. Et ita determinat Bald.in capitu.j.in prin.colum.versicu. quid si vasallus,titu.de prohib.feud.alie.per Fed. & huc quoque pertinent quæ diximus in 8. discrimine.

452 NONAGESIMVMQVINTVM, quia quæstionis est an valeant secundæ literę impetratæ sine mentione primarũ,in quo

Pan.

Pan.ita distinxit in c.ex tenora, col.2.ver.& in gl.ibi,ego sic distinguerem. Nam aut tempore secundarum literarum primæ erant nullæ ipso iure,& valent secundæ, vndecunque surgat defectus,siue ex defectu impetrantis,siue alterius, per d.reg.non præstat,de reg.iur.lib.6.Aut primę erãt aliquę,sed ex postfacto corruerũt, & tũc si sunt ad beneficia,non valent.c.si eo tempore, de rescrip.li 6.si ad lites,subdistinguit vt ibi videre licet.Quod si primę literę tenent,sed possunt annullari per exceptionẽ,& tunc aut p exceptionem competentem tertio,& non valent, vt in casu.c.mandatum,extr.eod.tit.aut competentem secundo impetranti,& valent secundæ, arg.l.si dari,stipuler.ff.de verb.obl.& l.non videtur latitare,ff.de iudi.

453 NONAGESIMVMSEXTVM, agnatus cui ius est reuocandi alienationem factã in extraneum, id facere debet intra annum à morte alienantis,per c.Titius,tit.si de feud.fue. controuer.inter do.& agn.vti & in alio casu in c.1.§.porrò,tit.qual.olim feud.alie,pot.Sed hoc intelligitur,quando alienatio ipso iure non est nulla,vt in dictis locis,quòd si ipso iure nulla est non currit hoc tempus nec agnato nec domino, de quo loquitur.d.§.porrò,vt probatur in c.j.tit. de prohib.feud.alien.per Fed.& voluerũt Mart. Laud.& Card. Ale.in d.c.Titius.vterq; col.vlti.

454 NONAGESIMVMSEPTIMVM, quod ex eodem assumitur, si ea alienatio ipso iure non valet,potest statim agnatus vel dominus non expectata morte alienantis reuocare.l. j.§.sed & res,tit.per quos fiat inuestir.& c.1.ver sic,alioqnin.tit.de aliena.feud. Quòd si non sit eiuscemodi,agi non potest ante mortem ipsius alienantis,secundum distinctio.dicti ca.Titius, vbi ipse Mart & Cardin.id annotarunt.

455 NONAGESIMVMOCTAVVM quod ex eodem fonte procedit, cũ alienatio est nulla ipso iure, non est necesse alienanti agere renocatoria,quę dãtur ad reuocandum.d. §.sed & res.secus si non sit eiuscemodi.c.1.tit. quali. olim.feud.alien.pot.& voluerũt idem Marti.& Card.in d.c.Titius,col.vlt.

456 NONAGESIMVMNONVM, si minor gesserit se pro hærede & factus maior debitores hęreditarios exegerit, non per hoc videtur sibi præiudicare,quin iure minoris abstineri possit, cùm id fecerit ex necessitate præcedentis aditionis factę in minori ętate,per l.3.§.scio. ff.de minor.Non potest ergo dici actus voluntarius,qui inducit aditionẽ. Quod si quis obiiciat illum actum nõ videri necessarium,cùm minor potuisset petere se restitui aduersus primã illã aditionem, vnde videri ei imputandum facto maiori, si non fecerit, sed potiùs ipse debitores exegerit.ex quo enim habebat priuilegium,eo non vtendo fecisse videtur voluntariè, non necessariò.l.voluntariè.C.de excus.tut.& l. ait prætor.§.permittitur. ff. de minor.& ꝙ not. Bald.in auth.præsbyteros.C.de episc. & cler. & in l.libertorum,col.2.ver.in ea gl.ibi.C.de testi. Sed huic obiectioni ita respondet Fran.Aret.in l.pro hærede.§.si sepulchri,qui est vlt.ff.de acq. hære.vt hęc iura procedãt,quando allegans priuilegium est tutus ipso iure:secus si esset opus remedio rescindente,vt est restitutio in integrũ tunc enim non dicitur actus geri voluntariè, p d.§.scio,quem monet semper menti tenendum.

457 § Ex quo vnum tibi maximè annotandũ monemus, quod quotidie tibi in practica continget, quòd in d.§.scio,qui nunquam non allegatur ad id quod diximus, aditio minoris nõ fuit nulla,& consequenter facta solenniter fuit, alioquin opus non fuisset restitutione in integrum, de qua is tex.nuncupatim loquitur,quæ tum demum competit,si iuris solennitas interuenit: sed minor ibi conuentus est, quia fortè hæreditas reperitur onerosa, neq; enim id extraordinarium remedium competit,nisi cùm ordinarium deficit.l.in causæ cognitione etiam,in ptin.ff.de minor.quæ loquitur speciatim in hoc casu, & eius sunt hæc verba,in causæ cognitione etiam hoc versatur, num fortè alia actio possit competere citra in integrum restitutionem:nam si communi auxilio & mero iure munitus sit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium. Igitur si minor sine vlla solennitate hæreditatem adiit, ob quod potest dicere aditionem nullam,quod est remedium ordinariũ, Certè si is effectus maior debitores exegerit,aut quidpiam aliud simile effecerit, quod non nisi nomine hæredis facere potest, videtur nouo cõsensu & actu adiisse hæreditatem,ita vt illi iure minoris ętatis succurrẽdum non sit. Nisi si quia diceret in Gallia semper opus esse in integrum restitutione, quod verum non est, nam satis est obtinere literas regias, quibus mandetur actum declarare nullum, & in quantum opus fuerit rescindere &c.

458 CENTESIMVM,ex differentia eius quod nullum est ipso iure,& eius quod per exceptionem tolli potest,fit vt si statutum prohibeat, ne contra instrumentum possit opponi exceptio,si tamen id sit nullum, poterit opponi non obstante huiusmodi statuto, vt voluit Bart.in l.1.§.1.ff.ꝙ vi aut clam,& eius autoritate Franc, Aret. in l. si dari, quam legit cum l. qui bis idem,col.j.ff.de verb.oblig.hinc.occasione sumpta quòd text.ibi appellat stipulationem quasi nullam,obstante exceptione. Nam per ea verba(inquit)datur intelligi, non omninò paria esse,quippiam nullum esse ipso iure,& exceptionem competere.

459 CENTESIMVMPRIMVM,pœna legalis toties committitur, quoties iteratur idem factum.l.inficiando.§.infans.ff.de furt.sed hoc tamen procedit, vt in ibi quoq; probatur, in pœna quæ ab homine per sententiam imponitur,secus si pœna ipso iure imponatur, quando

plura

plura facta sunt cõtinuata, vt not. voluit Io. And. in c. delictum personæ, de regul. iuris, libr. 6. in Mercurial. Bald. in l. si quis non dicam rapere, coln. 3. versi. item not. aliam differentiam. C. de episc. & cler. Franc. Aret. in l. si sic stipulatus, colum. 3. versi. & ad materiam. ff. de verb. obl.

460 CENTESIMVMSECVNDVM, cùm sententia lata est contra priuilegium, quod ipso iure tollit iurisdictionem, non valet, quia lata est à non suo iudice. Innoc. in c. ex parte io Christo, de verb. sign. At si non ipso iure sed p exceptionem declinatoriam tollit iurisdictionẽ valet sententia, vt not. in auth. habita. C. ne filius pro patre, & in ca. cum personæ, de priui. lib. 6. hęc Bal. in l. qui autẽ, in additio. ff. si quis cautio.

461 CENTESIMVMTERTIVM, cũ iurisdictio expirat aut soluitur ipso iure, si id partes sciant, & nihilominus sponte litigant, non valet processus, per l. priuatorum. C. de iurisdictione omnium iudicum. Si autem non ipso iure sed ope exceptionis, valet: cùm iurisdictionis substantia ipso iure nõ sit extincta, Paul. Castrens. in l. more maiorum, column. 2. versic. in tex. ibi solui mandatum. ff. eod. titul. de iurisd. omn. iudic.

462 CENTESIMVMQVARTVM, quia dubitari solet, an possit opponi exceptio, ad impediendum processum ante litis contestationem, de quò latè per omnes in l. si quærimus. ff. de testam. Et inter alias huius rei distinctiones hæc est, vt si talis exceptio sit, quæ concludat actionem ipso iure non cõpetere, possit opponi, aliàs non possit. Sed quia id non indubitatum est, nec perpetuum. vide Bart. in l. cùm quærebatur. ff. iudic. sol. & omnino Franc. Are. in d. l. si quæramus, colum. 1. iterumque. 3. versicu. adde quòd si tenes.

463 ALIA DISCRIMINA (nam vt verum fatear, horum sigillatim describendorum iam me cepit fastidium) intelliges ex l. si is qui tres, & ibi glos. in verbo, tenuit eum, & alij doc. ff. de excusa. tut. & in cap. reprehensibilis, in princip. extrà de appel. & in capit. si quando, de elect. lib. 6. & in capit. quia periculosum, de sent. excomun. eod. libr. 6. Bartol. in l. 1. C. de re iudicat. Bald. in l. Titia in 2. lect. column. 1. ff. de inoffic. testam. & in l. pater, in 2. lect. colum. 2. versicu. in ea glos. ibi habere, eod. titu. & in repet. l. 2. colum. 16. versicu. & ideo cùm quæritur, & colum. seq. versicu. sed an exceptio, & rursum colum. 20. versicu. sed quid si reus. ff. de iureiurand. & in l. iusiurandum, & ad pecunias. §. cùm res, eod. titu. & in l. si is qui. ff. de vulgar. & pupil. substitut. & in l. 1. colomn. 2. versicul. quædam sunt pœnæ confiscatioæ. C. ex delict. defunc. & in l. si pater, in princip. C. de hæred. institut. & in l. 1. C. de re iudic. & consil. 199. Petrus tenebatur, post medium, libr. 1. & consil. 407. in quæstione, colum. 2. eod. libr. 1. & consil. 105. casus actualiter, in fin. eod. libr. 2. & consil. 499. ita ad plenum, eod. libr. 2. Francisc. Aretin. post alios multos ab eo citatos, in l. ex duobus, la 2. colum. penult. in 10. q. præsertim versicu. ad hoc potest, & versicu. & ex vtraq; solutione. ff. de duob. reis. & omnibus vbiq; vix eni finis huiusmodi discriminũ reperiri posset.

IN EIVSDEM *Donatoris Arbitrio.*

IGITVR pater ipse qui donauit, confestim dato filio potest reuocare donationem: nec mors ipsius donantis expectanda est, vt is filius reuocet, vt apertè indicant hæc verba, nec obscurè voluit glos.] vlt. & apertius omnes doct. hìc, è quibus Bal. in duobus locis j. lect. itemq; in ij. lect. etiam in ij. locis subinfert non esse necesse patri rem hanc reseruare ipsi filio, sed posse de ea, ut libitum fuerit, disponere. Sed & donantem ipsum posse reuocare, tenet Collect. in cap. vlt. colum. pen. versicu. sed nunquid ille ext. de don. tum quidem per text. in c. quicunque. 17. q. 4. tum etiam quia, vt suprà diximus, intelligitur conditio tacita. Ideo potest idem ipse reuocare conditione deficiente. capitu. quemadmodum, & ibi not. extr. de iureiurand. Tum denique propter ios de nouo quæsitum. capit. cum inter, extr. de renunt. cum simil. Idem quoque voluerunt Guil Cu. in l. 1. & ibi etiam Cy. in 9. q. C. de inoffic. donat. Bart. Bald. Angel. Raph. & Paul Castren. in l. si totas, eod. titu. per illum text. in fin. & idem Bartol. in l. Titia Seio. §. vlt. vbi & hoc quoque voluerunt Imol. & Paul. Castren. ff. de legat. 2. & Petr. Iaco. titu. de condit. quæ pro re donat. compe. colom. vlti. Angel. in §. 1. columm. 3. versicu. item quæro an ista donatio, in autheot. de immen. donatio. vbi & hoc dicit, quòd pater poterit reuocare etiam inuito filio. Petr. Ferrar. in titul. for. libel. quo agit. pro donat. in verbo, irreuocabiliter, colum. 4. versicu. sed an ista reuocation. Cotne. consil. 15. ex quo dictus, colum. 5. versicu. quia respondetur, lib. 1. & consi. 11. in præsenti consultatione, colum. vlti. libr. 3. & Andr. Alciat. in l. pacta quę contra. C. de pactis. Et hoc mini mè est dubium propter verba hæc quæ commẽtamor, quæ scilicet relinquunt rem donatam & arbitrio & ditioni donatoris.

2 ¶ Quanquam contrarium satis inaduertenter, vt sic dicam, post Ioan. antiquum glosatorem voluerunt Acc. Iacob. Bu. & Ioan. Fab. in d. l. si totas, per text. in l. hac edictali. C. de secund. nupt. & in §. quia verò, in authent. de secund. nupt. Et dicit Raphael. in ea ipsa l. si totas, hanc opinio. facilè in practica posse obtineri propter authoritatem glos. Sed quanuis ea sanè magna sit, non tanta tamen, quæ possit legem ipsam tam apertam subuertere.

3 ¶ Sed

3 ¶ Sed vtrum filius etiam ipse poterit viuo patre reuocare? Dic breuiter quòd non, vt voluit Cy. in d.l.j.in 9.q.& ibi etiam Io.Fab.in prin.C. de inof.dona.& Pet.Ferra. vbi suprà: quia quis non debet esse sollicitus de hæreditate viuentis. l.qui superstitis. ff. de acquir. hære. & idem voluit Ang.in d.auth.de immen.dona.quo loco sup rà citauimus, motus quia viuente patre nihil debet habere de bonis patris.l.lex Cornelia, ibi, nulla bona in ciuitate reliquit.ff.de vulg.& pup.

4. ¶ Veruntamen si propter magnam quampiam donationem à patre factam egeret filius, teneretur donatarius eum alere, vt voluit Cyn.post Iaco.Ra.in d.l.j.in 9.q.C.de inofficio.donat.& idē Cyn.in additio.& post eum Ray. Alber. & Imo. in d. l.Titia.§.impetator.ff.de lega.2. Nam onus alimendi transit in eum in quem transiuerunt bona per donationem,arg.l.si quis à liberis. §.vl. ff.de libe.agno.& faciunt no.per Cy.in l.alimenta.C.de nego.gest.

IN FINE.

1 FINEM & ego facerem, nisi & alia quædam occurrerent, quæ suprà in alijs locis prætermissa sunt. Quæro igitur, quid si quis cum multos liberos haberet, sub pœna centum promiserit non venire aduersus donationē, vtrum si ei postea nascantur liberi,& velit ex hac l.reuocare, debebit eam pœnam? Breuiter dic quòd non, quia lex est quæ reuocat,non homo, vt suprà diximus in verbo, reuertatur, in princ. Et hæc promissio censetur fuisse facta sub eadem conditione, quæ & in donatione intelligitur,vt in simili dicimus de iuramento apposito in contractu.c.quintauallis, extr. de iureiur. cum simi. à me adductis suprà in præfatione vers. 165. incip. omnes autem.Item quia quælibet promissio & obligatio de non contraueniendo, semper intelligitur rebus sic existentibus.l.quod seruus.ff. de conditi.ob cau.cum alijs simi.quæ videbis suprà in d. præfatio.versi.166.incip.præterea iuramentum, & seq. Debet item intelligi, nisi quis ex iusta & legitima causa contraueniat,lege scilicet permittēte.l.quidam cum filium, & ibi Bar. post Dy.ff.de verb.obl. & l. si libertis. ff. de ope. lib.& d.c.quintauallis,& ibi not.ext. de iureiur. & faciunt etiam not.per Bar.in l.si societatem.§. arbitrorum.ff.pro socio. Denique in quacunque dispositione semper videtur excepta causa à principio verisimiliter non cogitata.l. qui cum tutoribus,in fi.& l.mater decedens.ff. de inof. test.& quod voluit Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres. ff. de verb. oblig.

2 ¶ Et ita quidem in hanc sententiam, vt scilicet donans non incidat in pœnam reuocando donationem ob susceptos liberos, expressim & in hoc casu, de quo loquimur, voluit Imo. in c. vlt.col.7.versi. item aduerte pro intellectu, ext. de don.Et id etiam,cùm ex facto contigisset,consuluit Phili.Cor.qui tamen Imo. non memorat, consil. 11. cuius caput est, in præsenti consultatione,colum.11.versi.ex quibus elicio,lib. 3. & idem quoque voluit Rip.qui vnum Coro. citat in repe.huius legis,quæstio.4.

3 ¶ Et facit optimè quod in simili voluerunt, Anto.& Panor. in cap.j.ext. qui mat. accus. pos. quòd si maritus promiserit morari in domo vxoris sub certa pœna, poterit tamen ex noua causa aliò migrare morandi causa, sine metu illius pœnæ. Et idem in alio casu consuluit ipse Panor. consi.77.in quæstione ad præsens vertitur, in 5.dubio libro secundo. Et generaliter pœna in quacunque dispositione apposita sequitur naturam principalis dispositionis, vt si ea non valeat,nec pęnę quoque promissio.l. non dubium. C. de legib. glos. in l.qui fidem,in princip. iuncto text.& ibi Pulgos. & Iason.ff.de transactio. glos. optima in cap. significantibus,in fin. & ibi doctor. extrà, de offic.deleg. Barto.in l. cum hi, in fin.ff. de transactio. & Iason. latè consi. 133. præsupponitur, columna penultima, lib. 4. cum multis concordan. à me latè congestis in nostro tractatu constituti possessorij, in 3. parte limitatio.7.num.27.sed & huc & seq.

4 QVID AVTEM si quis non pro se quidem,sed pro Titio & eius nomine alicui donauerit,& sub pœna promiserit Titium ipsum ratum habiturum: postea autem Titius liberos suscepit: ob idque non vult ratam habere eam donationem? An ille ad pœnam tenebitur? Dic etiam quòd non,quia intelligit promittere Titiū ratificaturum donationem cum suis omnibus qualitatibus & conditionibus: nempe cùm ea promissio referatur ad illam donationem:idemque censeatur contineri in termino referente, quod in termino ad quem fit relatio, per tex.in authen, de fil. ant. dota. instrum. nat. circa medium, & argum. l.esse toto. ff. de hære. inst. & l. si ita scripsero, & ibi Barto. ff. de condi. & demon. cum alijs multis concord. à me congestis in nostro tract. de legibus connubialibus in glo 5. in 6.genere expressi. Ratificabit igitur & approbabit donationem tanquam factam sub conditione,quæ postea deficit,siue tanquam reuocādam sub conditione,si postea liberos susceperit, vt statim dicemus.4.ab hinc versi. & consequenter erit donatio reuocata & irrita, siue ratificauerit,siue non ratificauerit.

5 ¶Et hoc quidem nuncupatim & in hac specie consuluit Corn.d.consi.11.col. 10. ver. similiter & promissiones,lib.3. vbi & ad hoc multa alia allegat,quæ ibi in promptu videre est omnibus. Et idem quoque consuluit Soci.consi.215.lib.2. repetito errore impressorū consi.22.lib.4.hoc exordio,visa prædicta facti contingentia,colum. vlt.versi.circa secundam quæstionem, vbi & ita dicit

dicit fuisse consultum à solennibus doc. Senésibus, Perusinus, & Bononiensibus.

6 ¶ Et hanc sanè sententiam optimè fulcit q in simili consuluit Petr. Anch. consil. 330. visa facti narratione, colum. 5. versic. descendo ad obligationem, quòd tertius qui promittit adultum quempiam ratum habiturum contractum à se illius nomine factum, posteaquam ætatem 25. annorum compleuerit, nō incidit in pœnam, si ipse minor factus maior contraueniat ob contractus iniquitatem: quia vti potest ea defensione, qua & ipse minor, arg. l. 2. in fin. coniuncta l. 1. ff. de fideiuss. minor. & l. si minor. ff. de procur. Et quia reiecisso principali cōtractu, promissio ipsius remāet sine causa: ideo nihil valet. l. 2. §. circa. C. de excep. dol. cum si. & per alia multa, quę illic allegat. Quanquam huius postremi contrarium respondet Rapha. Fulg. consil. 233. [le 1. nam sunt duo consi. eiusdem nu. quod incipit] proponitur quod Ludouicus. & Raph. Co. cons. 189. [eodemq; pen.] testator, in primo dubio. Sed pro priori sententia facit tex. in l. cum minor, in prin. ff. rem rat. hab. vbi si quis promittat minorem ratum habiturum, & minor ipse aduersus illud petat restitui, pœna non committitur, quem tex. dicit [no. Bald. in rub. extr. de procur. col. pen. versi. ecce procurator. &] sing. Rom. singu. 553. promittit quis, [& eum quoque in id expendit Lancel. Gal. in l. 4 §. Cato. col. 21. ver. scias etiā. ff. de verb. oblig.]

7 AT MAIOR scrupulus est in ista specie, cum videlicet is cuius nomine alter donauit, susceptis à se liberis, ratificat donationem. In quo Corn. d. consil. 11. in eam sententiam inclinare videtur, vt etiam per hoc non rata maneat donatio, sed censeatur fuisse ratificata tanquam tunc facta sub conditione, quæ deficit, & propterea ratificatio est inefficax, per l. cum ad præsens. ff. si cert. pet. & l. conditio in prętéritum, & l. si ita stipulatus fuero hāc summam. ff. de verb. oblig. & l. patronus. §. etiam si militer, ff. de bonis liber.

8 SED QVID de isto casu. Filius nullos habens liberos, nomine patris, pro quo promittit de rato, donat, postea pater ratum habet deinde filio nascuntur liberi, vtrum sit locus huic l. vt ea donatio censeatur esse reuocata? Socin. consil. 39. in quæstione quæ vertitur, colum. vlti. versi. postremò possunt se tueri, lib. 3. consulit non esse locum huic l. quia ipsi filio qui donauit, & promisit de rato, nihil in re donata competebat, nisi in spe, cùm ea res patris esset. Ista autem lex intelligitur in donatione rei iam quæsitæ, vt etiam latè diximus supra in verbo, donatione largitus, [numer. 180. sed hoc tamen.]

9 ¶ Ex quibus vides Socin. hoc consuluisse, dum ad filium tantum respiceret, vt scilicet respectu illius non reuocetur donatio, si ei postea nati sunt liberi. Sed nō considerauit respectum patris, nomine cuius facta est donatio, & postea nati sunt ei nepotes ex eo filio qui nomine ipsius donauerat. Ideo & posset eo respectu videri reuocata donatio, cùm appellatione liberorum, de quibus loquitur nostra lex, cum dicit & postea susceperit liberos, contineantur nepotes. l. liberorum, in princip. ff. de verbor. signi. Veruntamen nec hoc quidem respectu reuocatur donatio, vt expressim diximus suprà in verbo, filios non habens, versicu. 12. Incip. his autem non intempestiuè, & duobus seq. nisi eo casu quem inibi diximus.

10 QVID AVTEM & in hoc casu. Statutum est aliquo in loco, vt donatio sic facta valeat pleno iure, aut etiam ita fuit in donatione cōuentum. An tunc habeat locum ista lex? videtur enim quòd non, quia id plenum dicitur, cui nil addi potest, vt dicit Bald. in c. licèt de vitanda, in princ. extr. de elec. per text. in l. raptores. C. de epis. & cler. & l. Iulianus, in fin. ff. de rei vend. & idē dicit ipse Bal. consil. 383. quando super facto certo, post princip. lib. 3. & consil. 293. thema integrale, colum. 2. libr. 4. vbi ex hoc infert quòd quando conceditur facultas pleno iure, intelligitur sine diminutione, vt in c. bene quidem. 96. dist. & l. quæro. ff. de alim. leg. & l. vlti. §. simili quoque modo. C. de bon. quæ lib. [& aliis iuribus ab eo citatis.] Sed & quod plenum dicatur, cui nil deest, [asserunt Imol. in cle. causam, col. pe. de electio.] Raph. Com. consi. 187. dominus Consignorus, versi. pro parte affirmatiua. & Pau. Cast. consil. 347. quia circa donationem, colum. 2. in fi. lib. 1. per l. solum. ff. de hæred. instit. & capit. si omnia. 6. q. 1. & d. c. bene quidem. Et id etiā dicit Soci. consil. 43. viso testamento Ser. Roberti, col. 3. libr. 4 per no. in cle. causam, de elect. & in cap. 1. de electi. lib. 6 & in l. si procurator. C. de procur. Et simile est quod dicit Bald. in l. Iulianus, in 2. lect. ff. de rei vend. [Guil à mon. Laud. in cle. causam, in verbo, nisi plena, de elec.] Quibus adde quod voluit Host. in c. per venerabilem, ext. qui fil. sunt leg. & Arch. in c. licèt, de præben. libr. 6 & Bart. consil. 15. pater habens filium, in fi. vbi etiam dicit quòd pleno iure significat nullo detracto, p l. si cum dico. § plenum. ff. de arbit. & auth. hoc ius porrectū. C. de sacro. eccl. & l. fœminæ. §. vlt. C. de secun. nup. Adde & text. in l. huiusmodi. §. ædes. ff. de leg. 1. ex quo not. Bald. Imol. & recentiores q non dicitur plenum, cui aliquid iuris deest. Et quod tradit Raph. Fulg. consi. 100. quidam A. veniens ad mortem, colum. vlt. non dici pleno iure esse alicuius, si restitutioni subiaceant, per l. vlt. §. sed quia. ff. com. de leg. quod & idē respondit Soc. d. consi. 43. col. 3. ver. item illud dicitur, lib. 3. per l. hæres, & l generaliter. ff. qui & à qui. [Et hoc subobscurè innuit glo. in l. cū incertus, in verbo, liberatum. ff. de legat. 1. eam

iungendo

iungendo cum text.ab ea allegato, in l.ab intestato.§.1.eod.titu. Et id quoque apertè voluit Ang.in l.mater,colu.1. C. ad senatus. Tertul.& ibi plene Cornel.in prin.] Et faciunt no. per Corn.consi.142.circa primum,col.4.versi. corroborantur,& seq.lib.4 [& Guido Papæ,consi. 128.nobilis Iacobus,in fin.]

11 ¶ Tamen Alex.consi.162.visis his quæ copiosè,lib.6.tenet expressè in hoc casu,ea verba, pleno iure,nihil obesse quin sit locus huic legi. Neque enim eam vim babent,vt valeat donatio irreuocabiliter,etiam superueniente aliquo casu,qui iure communi tenderet ad eam reuocandam siue infringendam, per d.l. Iulianus.§.vlt. iuncta l.seq.& ibi Bal.& Ang.ff.de rei vend.vbi probatur quòd quis dicitur habere rē pleno iure si in ea habet proprietatem cum vsufr. quanuis ea sit subiecta restitutioni & euictioni. Et ad hoc quoque illū tex.expendit idem Alex. [con. 219.viso summario,colu.2.versic.nec prædictis obst.lib.2.& quod repetitur consi.140.lib.7.& Fran.Are.qui illum ad hoc dicit sing.in d.l.cùm incertus, in fin.ff.de leg.1.] Vnde etiam dicit Bal.in l.mater, per illum tex.C.ad Tertul.quòd cum quis habet proprietatem cum vsufructu, dicitur habere rem pleno iure, quanuis eam non habeat iure stabili, vt quia eam sit amissurus,si transeat ad secunda vota, vt ibi dicitur. Sed & tu adde ad Alex.tex.in l.1.hoc eo.tit.de reuocat.donat.vbi licèt libertus pleno iure (his enim verbis ead.l.vtitur) possederit id quod ei patronus donauit,tamen ob superueniētem ingratitudinē retractatur. Ex quo not.Bal.in vtraque lect.id etiam pleno iure possideri,quod superuenienti casu potest retractari.Et text. apertissimum in l.si ancillam. C. de action.empt. & vend.vbi is qui vendidit, ante traditionem manet dominus rei venditæ pleno iure, quanuis personalia actione teneatur ad rei ipsius traditionem. Quod & not.Angel.ibi. Et optimum text.in d.l.generaliter.§.sub conditione. ff. qui & à quib.man.vbi seruus legatus sub conditione,interim pendente conditione pleno iure hęredis est,quanuis adueniente conditione restituendus sit. Et quòd hæc verba pleno iure, non impediant detrahi falcidiam,[siue Trebellianicam,] respondit Rom.ex facto consultus,consi. 75.nescio qua ex re.& iterum consi.79. totum fundamentum.[& in repet.auth.similiter,in fi. C.ad legem Falc.& Fel.in c.auditis,col.3.ver.& si testator,de præscript.& ante hos Oldra.cuius illi non meminerunt, consil.248. præsupposita consuetudine in 4.dubio.per multa quę illic allegat,de quo tamen vide Paul.Castr.cons.28.in causa quæ vertitur inter Petrum,col.2.ver. nūc autem ad propositum,lib.2.]

12 CVM FINEM his imposuissem,quæsiit à me quispiam optimarum literarum vir, vtrùm hæc l.obtineret inter Iudęos,asseruitque controuersiam de hac re magnam ex facto Carpentoracti subortam,cùm Iudæus quispiam nō habens liberos,pretiosa quędam alteri donauisset,isq; postea filio suscepisset:donante se huius legis præsidio muniente ad illius donationis reuocationem:donatario autē negante vllam esse talem apud Hebræos legem,quæ reuocaret donationē ob liberos: eòsque cùm Hebræi essent, Hebræorum tantum legibus teneri. De qua re, quoniam satis multa in nostro tractatu primigeniorum diximus,in 66.quęst.illinc assumes quę ad hunc locum pertinebunt, vt interim verbis oratorum principis vtar. Et hoc quoque videre poteris quæ scripsit Ioan.Corra.lib. Miscel.5.c. 16.vbi nos ex hoc loco citat.

FINIS.

REGISTRVM.

* † †† ††† †††† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc.

Omnes sunt quaterniones, Præter. † †† ††† Terniones. †††† Duerniones.